GLOSSARIUM ITALICUM

A

-ꓮ (ꓮ-), ἀ vel ἀν, *in-* (sanscr. *a* quod ante vocales *n* euphonicum sibi adiungit), particula negativa apud Umbros, ut Oscorum A-; et invenitur praefixa vocabulis umbricis ꓮ+ƎꓷƎƧꓮ (a-seśeta), ꓮ+ꓮИƧꓮ (a-snata, cf. ꓮ+ꓮИƧ), ƧƎ+ꓮИƧꓮ (a-snates, cf. ƧƎꟽꓮИƧ), V+ꓮИƧꓮ (a-snatu, cf. V+ꓮИƧ), AVIRSETO = *in-visum* (cf. VIRSETO = *visum*).

§ 2. ἀν, ἀνα, *in* (scr. a n a) idem quod -Иꓮ (AN-) vel -ꟽꓮ (am-, cf. -Иꓮꓮ), praep. antefixa quibusdam tabularum eugubinarum vocibus, quae sunt: VꟽИIꟽƧꓮ (a-stintu), VꟽИƎꟼꓮ (a-pentu) et VꟽИƎꟼꟽꓮ (ampentu) = *impendito*, ƧƎИƎꟼИꓮ (an-penes) = *impendet*, ꟽƧVꓶƎꟼꓮ (a-pelust) = *impenderit*, V+ИƎ+ꓮ (a-tentu) et VꟽИƎꟽИꓮ (an-tentu) = *intendito*. Cf. ASERIATES sive ƧƎ+ꓮIꓷƎ*Иꓮ (an-zeriates) = *observatis*, ASERIATV = V+ꓮIꓷƎ*ꓮ sive V+ꓮIꓷƎ*Иꓮ (an-zeriatu) = *observato*.

§ 3. Pro -ꓷꟼꟽꓮ ampr- = AMBR- sive AMB- et AN-, ἀμφί (circum), praep. in umbricis verbis +ƧV8ꓮꓷƎ+ꓮ (a-terafust) = ANDERSAFVST i. e. *circum-dedit*, et ꟽVꓷƎ8ꓮ (a-ferum) = AFERO i. e. *circum-ferre* (ANFERENER = *circum-ferendi*).

§ 4. Pro -ꓷꓮ (ar̥) = *ad*, praep. in tab. eugub. vocibus ꓮꟽꓮƧꓮ (asam-a) = *ad aram*, ꓮꟽVꓶꓷƎꓷƎ (ereślum-a), ꓮꟽꓮIИIꟼƧ (spiniam-a), ꓮꟽꓮꓷꟽƎ (etram-a), ꓮꟽꓮIꟽꓷƎꟽ (tertiam-a). Cf. ꓮIИƎꓶꟼꓮ (aplenia) et ƧƎIИƎꓶꟼꓮ (a-plenies). Vid. -ꓷꓮ (ar̥).

§ 5. Τῷ -ꓷꓮ = AHA- quoque respondet, ut in umbricis V+ꓮꓷVꟼƎꓷ+ꓮ (ATRIPVRSATV, ATROPVSATV) = V+ꓮꓷVꟼƎꓷ+ꓷꓮ (AHATRIPVRSATV), *tripodato*.

A-, particula negativa apud Oscos, idem ut AN-, in linguâ Umbrorum cognita (vid. art. praec.), quam invenimus antepositam in AMIRICATVD = *im-mercato*.

§ 2. Idem quod -ИИ, fortasse = IИ (az) h. e. *ad*, nisi usurparunt Osci pro ἀμφὶ. Vid. AMANAFED = ꓤƎ88ИИИꟽИИ (aamanaffed), et cf. ƧIИI8ИИ (aphinis).

ꓮ (a), fortasse praep. etr. (in voc. ꓮMꓮꓷꓮ araś-a) = osc. IИ (az) vel umbr. -ꓷꓮ (ar̥) et rom. AR pro *ad*.

A, *as* (detrità vocali *e*, ab *aes*, vid. AESAR) vel *assis* (1) et *aes* (1), numi aenei genus, qui libralis initio apud Romanos Italicosque *libra*, *pondus*, *aes grave* (a duodecim unciis usque ad semunciam) quoque appellatus est (2). Haec nota vel sigla in eugubinis tabulis interdum reperitur, et modo forma compendiosa τοῦ ACNV = *anno*, modo simplex praepositio a quibusdam interpretibus declarata fuit (Gori, Passeri, Amaduzzi al.). Cum Aufr. et Kirch. II, 307 (cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 97, 251) MOTAR · SINS · A · CCC (tab. VII b 4) = *multae sint a*(sses) *CCC*; eodemque modo (tab. V b 10, 13, 15, 18) OTE · A · VI = *aut a*(sses) *VI*. Lanzius (*Sagg.* II, 768=676) et Grotef. (*Rud. l. umbr.* II, 18) in A · CCC formulam interpretati sunt ἔτοι τριακοσιοστῷ = *anno tercentesimo;* in OTE · A · VI Grotef. (VII, 7) vero vidit *uti a vi;* at Lanzius (II, 709=617) scripsit: *L'* a *aggiunta o equivale a* πρῶτος *come fra Greci; o piuttosto è iniziale di* ἀντὶ Sevir, *come* ἀντ' Ὑπάτου *e* ἀντ' Ὑπάτων *che i Latini dicono* « Pro Consule et Pro Consulibus *vgr.* in provinciam mitti (Cic. *pro leg. Manil.* c. 62).

И (A): signum vel ordinalis nota in officinis monetalibus adhibita; ita literam oscam И vidimus in numo neapolitano (Avell. in Carelli pg. 27), in alio rhegino (Carelli, tab. CXCVI, 56) graece inscripto, et in esergo duorum numismatum oscam inscriptionem exhibentium (ꟽIИI8ꓮƧ safinim = *Sabinorum*, VIꓶƎTIꓷ viteliú = *Italia;* cf. Riccio, *Repert.*, agg. e corr. alla nota 11); A vero in aliquibus numis Heracleae, Neapolis, Peteliae, Tarenti et Veliae.

§ 2. ꓮ quoque observarunt numographi in quodam numismate aeneo (quarta obuli parte), a Zelada (*unc.* tab. I, 4) edito, ab auctoribus *aeris gravi* Mus. Kircher. (cl. IV, tav. II, 8) inter etrusca numismata locato et prope ea ad civitatem Adriam spectantia; sed a Cavedonio ad *Ausculum* Apuliae relato, n. 2923 *a*. Item A in numis Aetnae n. 3051 *a*, Arporum Apuliae n. 2919 *a*.

И (a), *Aulus*, praen. masc., idem ac etr. ꓮ pro ƎꓶVꓮ (aule). In pompeiano titulo n. 2810, latinam consuetudinem imitante, extat: Ƨꟼꟼ · · И · · VП И (a pu . . a . . ivs)

(1) Vetus scholiastes in Pers. *Sat.* II, 59: « fuit assis libralis et dipondius duarum librarum quod hodie in usu remansit. » Terent. *Phorm.* I, I, 9: « assis libra erat. »

(1) Varr. *L.L.* V, 169 pg. 66; et IX, 83 pg. 225: « Pro assibus nonnunquam aes dicebant antiqui. »

(2) Varr. op. cit. V, 169: « unum pondus assipondium dicebatur: id ideo quod as erat libra pondus. »

= *Aulus -ius;* et hanc formam osci praenominis nobis offert alia pompeiana inscriptio n. 2808, quae difficillime legitur. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 244, atque Garrucci in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII, app. pg. 24.

A (a), *Aulus* (Αυλος), praen. masc. mutilatum, ut in multis inscriptionibus latinis et graeco-latinis (perrarum apud Oscos ꟼ), pro ƎꓶVA (aule), quod in Etruscorum titulis nominibus gentilitiis antecedit (interdum his postponitur). Exempla referam: ƎꓶVA A (a aule) = *Aulus Aulius*, ƎƎA꓃8 · A (a flave) = *Aulus Flavius*, ƎИIꟼƎ⊗ · A (a herine) = *Aulus Herinius*, ƎIƧIƆ A (a cisie) = *Aulus Caesius*, ƎИ꓃ƎƎƆ (= ƎꓶИƎƎƆ) · A (*Aulus Cilnius*), ƎИƆƎ꓃ · A (a lecne) = *Aulus Licinius*, VꟼA꓃ИA : A (a ancharu) = *Aulus Ancarius*, ƧAИƧƎ꓃A · A (a alesnas) = *Aulus Aletinus*, AИƆIƎƆ · A (a ceicna) = *Aulus Cecina*, ƧꓶƎꓱ · A (a vels) = *Aulus Velsius*, IꓶƎꟼT · A (a trepi) = *Aulus Trebius*.

§ 2. *Auli* (Αυλου), forma itidem decurtata pro MƎꓶVA (aules') gen. sg. praenominis ƎꓶVA = *Aulus;* quae quidem in Etruscorum funereis inscriptionibus patris praenomen indicat; ita scripserunt Tusci: A · A · ƧAИƧƎ꓃A (alesnas a . a) = *Aulus Aletinus Auli* filius, A · ƎƎA꓃8 · A (a . flave a .) = *Aulus Flavius Auli* filius, A · ƎИƆƎ꓃ · A (a . lecne a .) = *Aulus Licinius Auli* filius, [A · AИVƎИƆ ƎꟼOƎƧ] = *Setrius Gnaevius Auli* filius, A : AИIƧ꓃A+ : ꓶ (l. tapsina a .) = *Lartia Tapsenna Auli* filia, [A · Ǝ+I+ · A] et [A · I+I+ · A] = A · TITIVS · A · F.

§ 3. *Aula* (Αυλα), praen. fem. pro AꓶVA (aula); ex. c. [IꓶƎ꓃ · A] = *Aula Lelia*, IИƆƎꓶ · A (a . pecni) = *Aula Peccia*, AꓶƆIИIꓱA (lege: a vinicla) = *Aula Venilia* (?).

§ 4. Alia incerta exempla huius formae praenominis *Aulus* vel *Aula* mutilatae videantur ad num. 94, 259, 456 sq., 813, 905, 943, 2361, 2619, 2622.

§ 5. Quid A signum ostendat in aeneo dupondio etrusco (*Aes grave mus. Kirch.*, tav. suppl. n. 5 ad dext., n. 2456), atque in clypeo militis cuiusdam, cum quinque aliis depicti in vase triumphum Herculis exhibente (Micali, *Stor. degli ant. pop. ital.* III, 148), declarare difficillimum est.

§ 6. A denique litera sub pedibus vasorum aliquot etruscorum inscripta nihil aliud esse videtur, nisi signum figuli vel figulinarum officinae, uti adparet in vase ap. Micalium (op. cit. tav. XXVII, 3), in patera Montalcini eruta (num. 1010), in amphora Caeritis (num. 2394), atque in aliis vasis Volcientibus (num. 2186, 2233).

-ꟼꟼ (aa-), idem ac A- linguâ Oscorum (= umbr. AHA-?), siculi in ꟼƎƎ88ꟼИꟼꟽꟼꟼ = AMANAFED. Huschke (*Osk. und sabel. spr.* s. 111, 172) et Peter (*Spr. und schr.* etc. s. 63) scriptum putant A- et -ꟼꟼ pro Iꟼ = *ad;* aliique legunt -ꟽꟼꟼ pro ἀμφὶ (*circum*). Vid. ꟼƎƎ88ꟼИꟼꟽꟼꟼ (aamanaffed).

AA, *a*, praep., scr. apa = gr. ἀπό; in tab. aenea ap. Grut. pg. 629: AA · CETERIS.

ƧꓱƎIIꟼꟼꟼ (aadiieis), vox difficilis explicationis in lapide samnitico, num. 2878. Huschkio est gen. sg. adiect. ἀδιvοῦ, *spissi* (*Die osk. und sab. spr.* s. 149 sq.). Cf. Peter *Spr. und schr.* s. 41.

ƧИꟼꓷIꟼꟼꟼ (aadirans), *Adiranus*, n. pr. m. simile τῷ ƧꓱIꓷIꟼꟼꟼ (*Adirius?*) in oscis inscr.; quod Mommsenius, abiecta sua prima interpretatione (cf. *Bull. dell'Inst. arch.* 1846 pg. 46), iam a Guarinio producta (*Comm.* XI, 11; et *Lex osco-lat.* pg. 18) qui reddidit *Adiranius* (1), observat derivari posse ab *āter* (cf. ꓶOƎꟼꟼ = *Atella*), quasi *Atranus* (Atellanus?) vel *Atrius*, ut etr. ƎИAꟼ+A (atrane) = *Atranius* et AIИAꟼ+A (atrania) = *Atrania* (*Die unterit. dial.* s. 244). In lapide pompeiano n. 2791: ƧИꟼꓷIꟼꟼꟼ · Ɔ (v . aadirans) = *Vibius Adiranus.*

ƧꓱIꓷIꟼꟼꟼ (aadiriís) et ƧIIꓷIꟼꟼꟼ (aadiriis), *Adirius* n. pr. m. simile praecedenti (cf. Aufr. et Kirch., I, 116 nt. 1, 120, II 130; Avell. in *Mem. Acad. Ercol.* V, 23), quod Mommsen duxit ab *āter*. Extant in duabus inscr. pompeianis n. 2795 sq. Ɔ · ƧꓱIꓷIꟼꟼꟼ · ꓷꟽ (mr . aadiriís v .) et Ɔ · ƧIIꓷIꟼꟼꟼ · ꓷꟽ (mr . aadiriis v .) = *Mara Adirius Vibii* filius. Male Guarinius (*Comm.* XI, 24; *Lex. osco-lat.* pg. 18) legit aakiri-iz reddiditque *Acirius* (inde akiriiz = *Acilius*, in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V, 307), posteaquam Rosinius legerat aadiriis et declaraverat *adires* ab *adeo* (*Diss. isag.* I, 40).

ꟼƎƎ88ꟼИꟼꟽꟼꟼ (aamanaffed), *perfecit*, *fieri iussit* (cf. plautinum *admandare* et ital. *ammannare* = praeparare), 3 pers. sg. praet. ind., idem quod AMANAFED romanis literis; et est composita vox, quae uti arbitrantur Aufrecht et Kirchhoff (I, 77) conflatur ex praep. ꟼꟼ (= umbr. AHA-?) et rad. scr. mnâ, gr. μνάω (quod primitivum τοῦ μιμνήσκω), proprie *destinare* (zudenken). Huiusmodi vocem Avellinius (*Congh. sopra un'inscr. san.* p. 25) ab AM deduxit et antiquo *ano* vel *anno* (compleo, perficio; cf. ANNARE): fortasse *faciendum curavit*, Minervinio (in *Bull. arch. nap.* nv. sr. III, 38) atque Fiorellio (*Mon. epigr. pomp.*, I, 8=XXIJ) adprobantibus; Grotef. (*Rud. l. o.* p. 25, 27) = *circummunivit* (septo conclusit) ab aa (*circum*) et manaffed (*moenivit* sive *munivit*); et Peter (*Spr. und schrift* etc. s. 63) e MANVS = *bonus*, itaque *adprobavit*. Has novissimas interpretationes reiicit Mommsenius (*Die unterit. dial.* s. 244) existimans aamanaffed = *amnafed*, ab osco ꟼVИꟽꟼ (amnúd); qui quum viderit in inferioris Italiae monumentis hoc verbum conversum in aliam oscam

(1) Vid. *Bull. dell'Inst.* an. 1836 pg. 28, ubi Lepsius hanc vocem memorat et Guarinium, qui in suo opusculo (*Sul valore della cifra* sexs) eam explicabat *Asiranius*. Recte Avellinius (in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V, 24), Minervinius (in *Bull. arch.* nap. nv. sr. II, 119), Peter (*Spr. und schr.* s. 77 sq.) et Huschke (*Osk. und sabel. spr.* s. 175): aadirans = *Adiranus* vel *Adiranius.*

formam ЯƎЯƎЯ ИЯИИИЯƧПV (úpsannam deded) = *operandam dedit*, ei tradit significationem verbi *perficere* (vollenden, machen) vel *fieri iubere*, italice *far eseguire*. Guarinius (*Comm.* XI, 20, 22; *Lex. osco-lat.* p. 18; cf. *Comm.* XX, 7) in aamanaffed, antea comparato cum verbis *faciund. curavit*, agnovisse latinam locutionem *manu fecit* sibi persuasit; Rosinius autem (*Diss. isag.* p. 88) scripserat: « ipsam (vocem) ab *am* (circum) derivare pronum est. Sicuti enim ab *am* veteres Latini fecerunt *ambire* et *amnis*, qui *circumeat*, ita amanafferre pro *ambire*, *circumdare*, *septum ponere* dixerunt Osci. » Conferantur Quaranta, *Di una inscr. osca*, p. 12; Garrucci in *Bull arch. nap.* nv. sr. II, 166; H. Schweizer et Sophus Bugge in *Zeit. für vergl. Spr.* II, 209 sq., III, 172; atque Huschke (*Osk. und sabel. spr.* s. 172), cui placet aamanaffed = *manu dedicavit*. - Monumenta in quibus ea vox occurrit sunt haec:

1.° Lapis mus. borbon. Pompeiis effossus n. 2788:

ƎVT · ЯƎM · ΠT · ƧIIƎƎЯT · IИ
ЯƎ88ИИИMИИ

lege: ni . trebiis . tr . med . túv . aamanaffed, i. e. (cf. Momms. op. cit. s. 182; Fiorelli, l. c.) *Numerius Trebius Trebii* filius *meddix tuticus fieri iussit* (vel *faciendum curavit*).

2.° Marmor pompeianum, n. 2787:

Ǝ · ƧIIЯIПVП · Ǝ
ƎVT · ЯƎM
ЯƎ88ИИИMИИ
VЯIƧI
ЯƎTT88VƆП

lege: v. púpidiis v. | med. túv | aamanaffed | ísídu | prúfatted, i. e. (cf. Momms. op. cit. s. 181): *Vibius Pupidius Vibii* filius *fieri iussit* (vel *faciendum curavit*) *idemque probavit*.

3.° Alius lapis mutilus Pompeiis erutus, n. 2792, in quo legitur:

ИM · ƧIƆVП [ИM]
ƆVTƧƧIИƎ[K]
ƧIƎИIKИƆИПM[IƆT]
ЯƎ88ИИИMИИ · ИIƆИ[ИT]

lege: [ma]. puriís. ma | [k]vaísstur | [tri]mparakineís | [ta]ngin. aamanaffed, i. e. cum Momms. op. cit. s. 183 ..... *Purius Magii* filius *quaestor conventus* (?) *iussu perfecit*; cum Fiorellio (op. cit. pg. 9 = xxvi) *Mais Purius Mai* filius *quaestor Trimparacineis decreto faciendum curavit*. Vid. ƧIƎИIKИƆИПMIƆT (trimparacineis).

4.° In horologio solario Pompeiis eruderato, n. 2794:

ЯИƎVITIƎ ƆVTƧƧIИƎK · ƆM · ƧIIИITИ · ƆM
IƆИИT · ƧIƎIИИƎBMVK · ЯИƆIƧИTJVM
ЯƎ88ИИИMИИ

lege: mr . atiniis . mr . kvaísstur . eítiuvad | múltasíkad kúmbennieís . tangi | aamanaffed, i. e. cum Fiorellio (loc. cit.) *Mara Atinius Marae* filius *quaestor pecunia multatica Combennieis decreto faciendum curavit*. Vid. ƧIƎIИИƎBMVK (kúmbennieís).

-ИAA (aan-), fortasse pro **-ИA** = *in*. Vid. voc. sq.

8A+⊗Ǝ8ИAA (aanfehtaf): vox obscurae significationis, ab **-ИAA** composita et **8A+⊗Ǝ8** partic. pass. in acc. pl. Radix **-⊗Ǝ8** est (in qua pro gutturali *c* vel *g* exstat aspirationis litera, sicuti in umbr. ƆVЯ⊗V uhtur = *auctor*, etr. ƎƎA+8V uhtave = *Octavius*), suffixo adiuncto **8A+-** = lat. *-tas*: forsan *-fictas*. Tab. eug. IIa 34 hunc adiectivum semel offert substantivo nomini coniunctum, videlicet: **8A+⊗Ǝ8ИAA : 8AVƎAVK** (klavlaf aanfehtaf) = *clavulas -tas*. Aufr. et Kirch. II, 402: « anfehto = *inferctus?* » Cf. Grotef. (*Rud. l. u.* VII, 17; VIII, 9, 10) explicantem *circumfixis*.

ƧИПИИ (aapas), *aquas?*, acc. pl. in lamella aenea frentana, n. 2846; *aqua* = scr. ap (in dialecto vedica apnas), servatà labiali in osco (a Romanis in gutturalem mutatà), adhuc apud Rumenos, qui dicunt *apa*, et in dialectis Sardiniae insulae (castri Logoduri et Gallurae) *abba* et *eba* = ital. *acqua*; e qua forma sanscrita fortasse originem habet etiam *amnis* pro *apnis* (cf. osc. IИMMA ammaí = *amni*; et Momms. *Die unterit. dial.* s. 244). Censuit Guarinius ita recte scribere (*Lex. osco-lat.* pg. 15): « Redundat duplex *a*. Ergo πας = *omnis*. Nisi prothesis placeat, aa habe pro ἀει, *semper* vel pro *et*, *atque*. » Cf. G. Stier in *Zeit. f. die Alterth.* X, 208: « aapas[o] = *Appudium*; Huschke, *Osk. und sabel. spr.* s. 206: aapas gen. sg., nom. aapú = ὠβή, *pagus*, *tribus*. Cf. APVLIA et MESSAPIA.

IИƧИИ (aasaí), *àrae* dat. sg., acc. pl. ƧИƧИИ = *àras*, ab antiquo osco et lat. ASA (ARA), umbr. AƧA (ASA; cf. Corssen in *Zeit. f. vergl. Sprach.* II, 23); verum apud Oscos invenitur et recentior forma ARAM = *àram*. In tab. Agnonis n. 2875 (*A* 6, *B* 19) aasaí purasiaí (IИIƧИƆVП · IИƧИИ) = *arae purae*, ut declarat Mommsen (*Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 425; *Die unterit. dial.* s. 245), aram agnoscens cui quasi divae sacrificabatur, sicuti aliis minoribus. Henzen reddiderat (*Ann.* cit. pg. 405) « in *arà purà*. » Cf. Huschke, *Osk. und sabel. spr.* s. 19.


ƧИƧИИ (aasas), *àras* acc. pl., dat. sg. IИƧИИ (aasaí) = *arae*, ab ASA (ARA) apud veteres. In tab. Agnonis n. 2875 (*B* 1) KƧИKƎ · ƧИƧИИ (aasas ekask) = *aras hasce*. Cf. Mommsen, *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 417; *Die unterit. dial.* s. 244; - Henzen, *Ann.* cit. pg. 405; - Huschke, *Osk. und sabel. spr.* s. 24.

ABABVS, *abavus* m. sicuti ATABVS = *atavus*. In Reines. cl. VI, 71: MVNATIO | PLANCO | PAVLINO | V · C · PRESIDI | PANN · PER · ANN · XVII | CREPEREIVS · AMANTIVS · V · C | T · CA ... ONIA ... MARINACERIVS | ABABO | SVO.

ABAGIO, *adagio* f., antiquo modo, prout adnotarunt

Dausquius (II, 1) et Lexicographi ex hac Varronis sententia (*l. l.* VII, 31 pg. 132): « *adagio* est littera commutata *abagio*, dicta ab eo quod *ambit* orationem. » Cf. Benary, *die röm. lautlehre* s. 304.

ABAKAINON, Siciliae urbs, de qua vid. auct. cit. in Thes. gr. linguae. Nummi n. 3047 habent (Sestini, *Clas. gen.*) **ABA**, **ABAK**, **ИIAKABA**, **ABAKAINI**, **ABAKAINΩN**, **ABAKAI-NINΩN**.



ABAKOAΓKINOI dicta fuit Siculorum *μοῖρα τίς*, ut refert Varin. – Hesychius I, 11: Ἀβακοάγκινοι· Σικελῶν μοῖρα τις οὕτω καλουμένη.

ABARIS, n. p. m. cuiusdam Rutuli ex Turni exercitu, ap. Virg. *Aen.* IX, 344.

ABAΣ, *εὐήθης* (stultus), nec non *ἱερὰ νόσος* (*sacer morbus* s. epilepsia), apud Tarantinos. Hesych. I, 14: Ἀβάς. εὐήθης, καὶ ἱερὰ νόσος, παρὰ Ταραντίνοις.

ABBIRE, *abire*, ex *abeo*. « *Abbire* etiam quidem geminata *b* maluerunt et dicere et scribere, ut intermissa *d*; et in hoc nullam differentiam putat Lucilius, qui ait: abbire *multum est* d *si et an* b *habet*. » Vel. Long. col. 2225 ed. P. Cf. Dausq. II, 2.

ABDOVCO, *abduco;* in titulo Scip. Barbati n. 2707 **OPSIDESQVE · ABDOVCIT** (*abduxit*). Cf. Lanzi, *Sag.* I, 150 = 114.

ABE, *ave* (*χαῖρε*), vox felicitationis vivis mortuisve, in gruteriano indice descripta: **FVRI ABE** pg. 786, 3. In Grut. etiam **HAVE** (661, 6; 822, 7; 1123, 2 et alibi) et **HABE** (331, 3) invenitur cum adspiratione; et quidem vere saepius, quam sine ea, in antiquis monumentis, ut Manutius docet (*Orthogr.* pg. 390: « *ave* autem, sine adspiratione, rare admodum scriptum animadverti »); sed aspirationem abiiciendam putat Dausquius, I, 41.

ABELLA sive **AVELLA**, etiamque **BELLA** (1), Ἀβέλλα (Strab. V, IV, 11; Ptol. III, 1), oppidum Campaniae in prima Italiae regione (Plin. III, IX, 11: AVELLANI = osc. **ꞨVИNꓘꓘƎBN**), hodie *Avella vecchia*, a Iustino (XX, 1: « Iam Falisci, Nolani, *Abellani* nonne *Calcidensium* coloni sunt? ») *calcidica* nuncupata, et *malifera* a Virg. (*Aen.* VII, 740: « Et quos maliferae despectant moenia *Abellae* »), quia in eius agro magna est earum nucum copia, quae *avellanae* vel *abellinae* dicuntur (cf. Ag. Gervasio in *Mem. dell'Acad. Ercol.* IV, II, pg. 263). Circa Abellae etymon, quod cum nomine **ABELLINVM** radicem communem habet, varias discrepantesque sententias produxerunt eruditissimi viri, ut Ambr. Leo (in Facciol. s. v. Abella) « ab *ἄελλα*, i. e. venti vertigine hunc tractum perflante »; Pott (*Etym. forsch.* I, 124; II, 100) e rad. *alb-*, fortasse pro *Albella;* et Mommsen (*Die unterit. dial.* s. 244 sq.) ex *aber* pro *aper* (umbr. **8VD1A** = **ABROF**, *apros*) cum suffixo dimin. *-la*, sive ab *Apolline*, qui inter primas Samnitium divinitates fuisse videtur. Corssen (*Zeit. f. vergl. Spr.* II, 17) confirmat primam Mommsenii coniecturam et autumat nomen *Abella* seu *Aperula* significare *aprorum civitatem* (Eberstadt, *città-dei-cinghiali*). Serv. ad Aen. VII, 740 haec refert: « Quidam hanc civitatem a rege MVRANO conditam MOERAM nomine vocatam ferunt; sed Graecos primum eam incoluisse, quae ab nucibus *abellanis* Abella nomen acceperit: alii quod imbelle vulgus et otiosum ibi fuerit, ideo Abellam appellatam: huius cives, cum loca circa Capuam possiderent, orto tumultu interiisse, aliosque fugientes Moeranum abiisse, et eius incolis servisse, et quod imbelliores fuerint, Abellanos dictos. »

(1) « Addo Maronis Siliique [VIII, 544: *et pauper sulci cerealis* Avella] variantes esse Abella, Avella, Bella. » Dausq. II, 49. In Mur. 61, 10. (= Orelli n. 3867; Momms. *In. neap.* n. 1871) M . LVCCEIVS M . F | ANAXIMANDER . PRAEF | ABELLAE | HERCVL . DICAVIT; in Grut. 394, 3 (= Mur. 332, 2; Momms. n. 1951) ABELLAE; in Orelli n. 3316 (= Momms. n. 1946) POMPEIANI | BARBARVS . POMPEIANI . V . C . CONS . KAMP . CIVITA | TEM . BELLAM etc.

MNИNꓘꓘƎB[N] (abellanam), *abellanam* acc. sg., nom. pl. **ꞨVИNꓘꓘƎBN** (abellanús) = *Abellani*. Cipp. abell. (n. 2783) lin. 55.

ꟻVИNꓘꓘƎBN (abellanúí), *abellano* dat. sg., nom. pl. **ꞨVИNꓘꓘƎBN** (abellanús) = *Abellani*. Cipp. abell. (n. 2783) lin. 2-3: **ꟻVИNꓘꓘƎBN · ꟻƎDVTꞨꟻNCK** (kvaísturei abellanúí) = *quaestori abellano*.

[ꞨꟻV]ИNꓘꓘƎBN (abellanúís), *abellanis*, dat. pl. a Lepsio Mommsenioque restitutum; nom. pl. **ꞨVИNꓘꓘƎBN** (abellanús) = *Abellani*. In cippo abell. (n. 2783) lin. 6: **[ꞨꟻV]ИNꓘꓘƎBN · ꞨꟻVTNꓘIꓘ** (likatúís abellanúís) = *legatis abellanis*.

MVИNꓘꓘƎBN (abellanum), *Abellanorum* gen. pl., ut **ROMANOM** = *Romanorum;* nom. pl. **ꞨVИNꓘꓘƎBN** (abellanús) = *Abellani*. Cipp. abell. (n. 2783) lin. 44: **ЯVTꞨƎ · MVИNꓘꓘƎBN · 8VITTIV · MꟻИꟻ** (ním úittiuf abellanum estud) = *et usu Abellanorum esto*.

ꞨVИNꓘꓘƎBN (abellanús), *Abellani* (Avellani in *Plin.* III, IX, 11; in lapidibus **ABELLANI**, Momms. n. 1946, 1955), nom. pl., uti autumant Peter (*Spr. und schr.* etc. s. 47, 78), Aufr. et Kirch. (I, 21 nt. 3; 51, 121), potiusquam nom. sg. ex Grotefendii (*Rud. l. o.* p. 41), Momms. (*Die unterit. dial.* s. 244) et Husch. (*Osk. und sab. spr.* s. 45, 313) sententià, ad nominandos cives Abellae (vid. **ABELLA**). Bis in abell. cippo n. 2783 legitur (lin. 41, 46-47) **ꞨVИNꓘꓘƎBN** pro *Abellani*, nom. pl., et in aliis casibus supra memoratis: **MNИNꓘꓘƎBN** = *abellanam*, **ꟻVИNꓘꓘƎBN** = *abellano*, **MVИNꓘꓘƎBN** = *abellanorum*, **[ꞨꟻV]ИNꓘꓘƎBN** = *abellanis*.

ABELLINAS. Vid. v. sq.

ABELLINVM (Ἀβέλλινον, Ptol. III, 1), Hirpinorum civitas, cuius incolae « Abellinates cognomine Pro-

tropi (Plin. III, xvi, 6)»; et saepe in lapidibus memorantur, praesertim in illis a Momms. diligenter collectis: ORDO · SPLENDIDISSIMVS · ET · POPVLVS · ABELLINATIVM, n. 1883; ORDO · SPLENDIDISSIMVS · COLONIAE · ABELLINATVM, n. 1877; COL · VEN · LIVIA · AVG · ALEXANDRIAN · ABELLINATIVM, n. 1875. Vid. ABELLA.

ABELLINVM, oppidum Lucaniae, cuius incolae « Abellinates cognomine Marsi (Plin. III, xvi, 6) ». Vid. ABELLA.

ABEMERE, *adimere*, ab *adimo*. Paul. pg. 4: « Abemito significat *demito* vel *auferto*. *Emere* enim antiqui dicebant pro *accipere*. » Ubi Müller ambemito « propter ordinem litterarum » legendum esse putavit.

ABEO, *habeo*, demtâ adspiratione quam Umbri (ƎBAⲐ, HABE = *habet*) servarunt et Osci (HAFIERT = *habebit*), fortasse a rad. scr. hâ. Ex S. C. *de Bacchan*. (App. n. LVIII) lin. 11: NEVE · PECVNIAM · QVISQVAM · EORVM · COMOINEM (*communem*) ABVISE · VELET (habuisse vellet); et in inscript. ap. Zell. n. 94: ET SI QVID EORVM ABVERAT; NEQVE LOCVLVM ABERET. In pompeiano titulo vidit Garruccius (*Ins. gr. sur les murs de Pompéi*, pl. XXVI, 31) ΛBVAERIT pro *habuerit;* Lupi pg. 169 ABEATIS pro *habeatis;* ABET pro *habet* legitur in *Catac. de Rome*, pl. XXXV, n. 104, pg. 65. Contra *abeo* cum *habeo* saepe confundunt libri (cf. Draken. ad Liv. I, 32; XXII, 59; XXXVII, 59).

ABEONA, dea ab antiquis culta, quod *abeundi* facultatem praestaret. Aug. *de civ. Dei* IV, 21 (cf. VII, 3): « Quid necesse erat commendare deae Adeonae adeuntes, Abeonae abeuntes? »

ABERTO, *averto*, ex glos. cit. a Passerat.

ABERVNCO, *aberrunco*, quod A. Weber (in *Zeit. f. vergl. Spr.* II, 80) videtur derivari posse ab *ava* (scr. ava = *ab*) pro *au* vel *ab* et *runc* (runcare), non ab *averrere*. In glos. Cyril. ap. Labb.: « aberrunco ἐκβοτανίζω. » Dausq. II, 2: « Aberuncare proba manu scribitur. Primigenium est apud Papiam: *eruncare*, eradicare, radicibus avertere. Item: *runcare*, a terra erbis diu innatas vel arbores evellere. Cui rei instrumentum est *runcina*. Simplex igitur *runco*, compositum *erunco*, bicompositum cum *αὔξησι aberunco* per *b* et unico *r*. » Cf. Passerat.

ABIGEIVS, nomen equi circensis in tab. marm. olim Romae, ap. Grut. 337. Cf. *abigeus* cum glos. ap. Labb. « abigeus, ἀπελάτης. »

ABIEGNEVS et **ABIEGNIVS** = *abiegnus*, qui est ex abiete; in lege puteolana parieti faciundo (App. n. LI) lin. 18 sqq. IN · SVPER · MVTVLOS · TRABICVLAS | ABIEGNIEAS · II · CRASSAS · QVOQVE · VERSVS · S · IMPONITO | FERROQVE FIGITO · INASSERATO · ASSERIBVS · ABIEGNIEIS | SECTILIBVS · CRASSEIS · QVOQVE · VERSVS :: DISPONITO NI PLVS :· | OPERCVLAQVE · ABIEGNEA · INPONITO · EX · TIGNO · PEDARIO | FACITO · ANTE · PAGMENTA · ABIEGNEA · LATA · S :· etc.

ABIRE, *obire*, quod notant Lauremb. (*Antiq.*) et Lanzius (I, 125 = 96). Cf. Cic. *Tusc.* I, 30; et Lucil ap. Non. I, 150.

ABISSE, *adisse*, ab *adeo*. « Abisse pro *adisse* dicebant (*antiqui*). » Paul. pg. 26. Cf. Muell. ad hunc locum; Benary, *die röm. lautlehre* s. 184 nt. 1; et Pott, *Etym. Forsch.* II, 635.

ABITIO, *discessio*, f. ex *abeo* (cf. ABIRE et ABBIRE); qua voce usi sunt Terent. (*Heaut.* I, II, 16) et Plaut. (*Rud.* II, XVI, 19). Müller (ad Fest. pg. 380) hanc glossam refert: « abitionem antiqui dicebant *mortem*. »

?**ABITRATVS**, *arbitratus* m. (cf. ARBITERIVM). « Etiam abitratu pro *arbitratu* [in decreto de limit. inter Genuates et Veturios, App. n. I, lin. 26 ARBITRATVV = *arbitratu*] per metaplasmum dempta littera *r* dicunt poëtae. Consent. (*de barb. et metapl.*, edente Cramero, 16): Ennius: *Huic statuam statuit maiorum* abitratu Athenis. » Forcell. suppl. — Alii aliter legunt hunc Ennii versum (*Ann.* 554): « Huic statuam statui maiorem horto auream ahenis, » ex recens. Ioannis Vahlen pg. 81.

ABNEPVS, *abnepos* m., antiqua forma (cf. NEPVS), ut collegit Passeratius ex vet. glos. Apud Labb. « abnepus, ἀπόγονος. »

ABNVEO, *abnuo;* obsoleta forma a Dausq. I, 110, Laurem b., Lanzio et Forcell. memorata ex hoc loco Diomedis, col. 378, ed. P: « Cui nam in dubium cadit quin abnuo *abnuio* dicamus. Verum apud veteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octavo Annalium [V, 283, ed. Vahlen]: *Certare* abnueo *metuo legionibus labem*. Item in Telamone [*Tragoed.* V, 371]: *Ex eo futurum* abnuebant. »

ABOLANI, incolae oppidi (fortasse Abola) quod olim in Latio fuisse putatur. Plin. III, v, 9. Cf. voc. sq.

ΑΒΟΛΕΙΣ, *περιβολαὶ* (valla s. munimenta et sepes, quibus aliquid circumdatur) apud Siculos. Hesych. I, 20: Ἀβολεῖς· περιβολαί, ὑπὸ Σικηλῶν.

ΑΒΟΛΛΑ, Siciliae urbs ap. Steph. Byz. (Ἀβόλλα, πόλις Σικελίας — τὸ ἐθνικὸν Ἀβολλαῖος καὶ Ἀβολλαῖα). Nummus aen. n. 3048 « autonomus unicus, sed dubius » habet ABO (Sest. *Clas. gen.*) huic civitati attributus.

ΑΒΟΟΣ, ἔξω, apud Tarentinos, teste Hesych. I, 21. Cf. *Thes. gr. ling.* s. v.

ABROF, *apros* acc. pl., idem ac 8VⱭ1A (apruf, cf. ABRONS et VИVQBA abrunu) ab *aper*, cuius thema *apro*. In tab. eugub. VIIa, 3: FONDLIRE · ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV · ꟼERFE · MARTIE · FEITV · POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR · TOTAPER · IIOVINA = *ad fontulos* apros *tres facito sive rufos sive piceos* (?) *Cerfo Martio pro po-*

pulo civitatis Iguvinae, pro civitate Iguvina (Aufr. et Kirch. II, 279; cf. Passeri *Lett. Ronc.* XVI, pg. 264 sg.). Grotefendii opinione (*Rud. l. u.* VI, 28) abl. plur. est; at Aufr. et Kirch. (I, 52, 119, 121; II, 287), Passerius *Paralip. in Demps.* pg. 323, Lassenii et Lanzii (*Sag.* II, 722=630: *verres* a gr. κάπρος), acc. pl. — *Apri*, ait Varro *de l. l.* V, 101, pg. 39, *ab eo quod in locis asperis; nisi a Graecis, quod hi κάπρος.* Cf. ABELLA.

ABRONS, *apros* acc. pl., idem quod ABROF = 8VΩ1Ⴄ (apruf). quorum identitate concordant interpretes, Lanzius, Grotef., Aufr. et Kirch. (cf. Pott, *Etym. forsch.* I, 202). In tab. eug. VIIa, 43: PVFE · ABRONS · FACVRENT = *ubi* apros *fecerint* (Aufr. et Kirch. II, 289), quae reddidit Grotef. (*Rud. l. u.* VI, 29): *ex quo* apris *fecerint.* Cf. Zeyss *de subst. Umbr. decl.* § 34 nt. 50, et Peter *Spr. und schr.* s. 47.

VNVΩBႤ (abrunu), *aprum?*, acc. sg. ab *aper*, acc. pl. 8VΩ1Ⴄ = ABROF (*apros*). Aufr. et Kirch. (II, 382) absolute legunt, ut antea Lepsius, abrum; Lanzius (*Sag.* I, 283=218; II, 740=648, 812=721) abru [u]nu = καπρῳ *uno;* et Grotef. (*Rud. l. u.* III, 18; VII, 17; VIII, 14) abrunu[m] = *aprugnum*, cui assensus est Zeyss (*de subst. Umbr. decl.* § 34 et nt. 50). In tab. eug. Va, 11: V+38 : ƎИ⊃IႤΩƎ1 VИVΩBႤ : I+ΩႤMV+⊗Ⴄ (leg. ahtu marti abrunu perakne fetu), quod vertit Grotef. (VII, 14): *incluto Marti aprugno sacri facito;* at Lanzius (II, 470=648): *item tu Mars verre uno mactus esto.*

ABSTENENTISSIMVS, *abstinentissimus* adi. ab *abstinens*, mutato *i* in *e*. Inscr. neapol. (Momms. n. 4880): PATRONO · ABSTENENTISSIMO.

AG: *agro*, ab *ager* quod et umbricus est (vid. AGER), modo obtruncato a Romanis usitatissimo in sepulchrorum titulis: IN · AG · P . . . = *in agro pedes*, et ap. Grut. (775, 2) [I]N · AGRV, pariterque in patavino titulo ap. Furlan. pg. 362 IN AGRVM pro *in agro*, vitio quadratarii retento etiam in alio titulo a De Lama edito (*Iscr. parm.* pg. 104). Hanc romanam formulam poëtice enunciavit Horat. *Sat.* I, viii, 12: « Mille pedes in fronte, trecentos cippus *in agro* Heic dabat. »

ΑΓΑΛΛΗΤΟΡ, *puer* m., et videtur esse tyrrhena vox, a Dempstero, Bocharto, Maffeio (*Oss. lett.* VI, 7, 173), Lanzio (I, 43=34, « αγάλλετορ, *puer*, pare laconismo invece di ἀγάλλακτος ») et aliis memorata, teste Hesychio, qui habet (Lex. I, col. 29): ἀγαλλήτορα παῖδα Τυῤῥηνοί.

AGATHYRNA, oppidum Siciliae (Liv. XXVI 40, XXVII 12; Sil. XIV, 260; Mela, II, 5); alii scribunt Agathyrnum (Plin. III, xiv, 4); Ἀγάθυρσον habent codd. Strab. VI, ii, 15 (Polyb. IX, xxvii, 10 Ἀγάθυρνα) pro Ἀγάθυρνον (Ptol. III, iv), dictum ab Agathyrno rege (Diod. V, viii, 2); numi n. 3052 (concordia cum Tyndaritanis; Sest. *Clas. gen.*) ΑΓΑΘΥΡΝΟΣ ΤΥΝΔΑΡΙΔΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ, a Syracusanis *Diana* dicta, teste Hesych. I, 39: Ἄγγελον Συρακούσιοι τὴν Ἄρτεμιν λέγουσιν. Cf. *Thes. gr. ling.* s. v.

AGGENS, *angens* part. ab *ango* = ἄνχω, forma antiqua et graecanica a Laurenb. evulgata ex hoc loco Prisciani, pg. 30 ed. Hertzii = pg. 556 ed. P. « Sequente *g* vel *c* pro ea [*n*] *g* scribunt Graeci et quidam tamen vetustissimi auctores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut agchises, agceps, aggulus, aggens, quod ostendit Varro in primo de origine linguae latinae his verbis: *ut Ion scribit, quinta vicesima est litera, quam vocant* agma, *cuius forma nulla est et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis:* aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. *In eiusmodi Graeci et Accius noster bina* g *scribunt, alii* n *et* g, *quod in hoc veritatem videre facile non est; similiter* agceps, agcora. »

AGGVILLA, *anguilla* = ἔγχελυς, e scr. ahi (*serpens*); inde recte Iuven. *Sat.* V, 103: « Vos *anguilla* manet longe cognata *colubrae.* » Formam agguilla pro *anguilla* silentio minime praeteriere Laurenb. et Maittaire. Vid. AGGENS.

AGGVLVS, *angulus*, more Graecorum scriptum (cf. Laurenb. et Maittaire pg. 375), consentaneum cum gr. ἀγκύλος = Fαγκύλος, adi. a rad. scr. vañc seu ac (*tortuose ire*). Umbrorum linguâ ANGLOME = *in angulo.* Vid. AGGENS.

AGGVSTVS, *angustus* adi., servato gr. γάμμα (cf. ἄγχη). Dausq. II, 23: « agceps, agcilla, aggustum, agquirit more Graecorum per *ag* solitum scribi non per *an*, iudicat Mar. Victor. [pg. 2462 sq.]: suis tamen per *n* scribendum praecipit euphoniam usu corroborante. »

AGENORIA, cuiusdam deae nomen apud Romanos fuisse traditur, « quae ad *agendum* excitaret, » uti ait August. *de civ. Dei* IV, 11 (cf. IV, 16: « de actu agenoria »).

AGER, gr. ἀγρὸς (germ. acker) m., gen. sg. AGRE = *agri*, Umbrorum linguâ; et in Romanorum inscr. AGREI = *agri* (gen. sg., *lex Thoria*, App. n. LIX, § 10), AGROM = *agrum* (lex cit. § 38), AGRV = *agro* (Grut. 775, 2; Momms. *In. neap.* n. 5233) et ACRO (inscr. capuana, de qua Garruccius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I, 83), AGREI = *agri* (nom. pl., lex cit. § 47), AGREIS = *agris* (lex cit. § 8, 15, 28, 34). In umbr. lapide n. 81 (vid. STAHV): AGER · EMPS · ET · TERMNAS = *ager emptus et terminatus.* Circa huius vocis derivationem incerti fuere grammatici veteres, ut Varro adnotavit (*de l. l.* V, 34, pg. 14): « Ager dictus in quam terram quid *agebant*, et unde quid *agebant* fructus caussa; alii quod id Graeci ἀγρόν. » Cf. Donat. ad Ter. *Ad.* III, iii, 47; Müller, *die Etr.* I, 57 nt. 125; Pott. *Etym. for.* II, 301 sq.; Benfey, *Griech. wurzellex.* II, 19; H. Schweizer in *Zeit. f. vergl. Spr.* III, 209.

AGERENTIA. Vid. ACHERONTIA.

ΑΓΕΤΡΙΑ, *μαῖα* (obstetrix), Tarentinorum dialecto. Hesych. I, 44: Ἀγετρία· μαῖα, Ταρεντῖνοι. Cf. *Thes. gr. ling.* s. v.

ΛϚINII (agine): vox obscurae significationis, quae legitur in tab. aenea Rapinensi (n. 2741) lin. 7 et 8. Coniectura Guarinii est (*Comm.* XX, 11 sq.; *Mem. dell'Acad. Ercol.* V, 30) in agro Rapinensi extitisse oppidum Aginia nuncupatum, cuius incolae aginienses (lin. 7), quibus adiungendi *Vicaginienses* (lin. 8). Huschkius (*Osk. und sabel. spr.* s. 245, 248) legit agineiaf lin. 7-8 pro *agoniabus*, et agineasum lin. 8 pro *agoniarum*, ab agonia.

AGIS, *agens* part. ab *ago;* in puteol. inscr. ap. Momms. n. 2500 = *Mem. dell'Acad. Ercol.* IV, 271.

AGCEPS, *anceps* adi. vetustâ orthographiâ. Vid. AGGENS.

AGCHISES, Ἀγχίσης, *Anchises* (et olim Anchisa, uti adnotat Quintil. *Inst. or.* I, v, 61), servatâ Graecorum formâ (cf. Maittaire pg. 375). Vid. AGGENS.

AGCILLA, *ancilla*. Vid. AGGVSTVS.

AGCORA, ἄγκυρα, *ancŏra*. Vid. AGGENS.

AGNEGLVS, *agnellus* (ACNELLVS) m., barbarica forma incondito rudique quadratario tribuenda, quae patet ex titulo christiano (*Catac. de Rome*, pl. XIII, 1): FLORENTIVS · FELIX | AGNEGLVS · DEI ·

AGO, ἄγχω, *ango*. Aliquando libris confunditur *agere* cum *angere* (cf. Momms. *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 425, et Forcell. ed. Lips. s. v. ago), ut TAGO dicebatur pro *tango*. Hodie pro eo quod scribitur *agonia* (cf. *agonizo* = ἀγωνίζω, *certo*) dicunt *angonia* fere omnes Itali, servatâ nasali quae est in *ango*.

AGONALIA. Vid. AGONIA et AGONIVS.

AGONENSIS. Vid. AGONIVS.

AGONIA, *hostia* f. Paul. pg. 10: « Agonias *hostias* putant ab *agendo*. » Legitur et in glos. Isid.: « Agonei *victimae;* agonia, *hostia;* » in glos. Placid. (ap. Maium *Cl. auct.* III, 436): « agoniae, *victimae* vel *hostiae;* » in glos. a Labb. collectis: « aglonia, ἱερεῖον; » et in glossario vet. ab A. Maio edito (op. cit. VI, 501): « agonia, *hostia;* agoniae, *victimae.* » Vid. AGONIVS.

AGONIVM. Vid. v. sq.

AGONIVS, apud antiquos erat deus qui praesidebat rebus agendis (vid. AGENORIA). Paul. pg. 10: « Agonium dies appellabatur, quo rex hostiam immolabat; *hostiam* enim antiqui AGONIAM vocabant. AGONIVM etiam putabant deum dici praesidentem rebus agendis; AGONALIA eius festivitatem. Sive quia AGONES dicebant montes, AGONIA sacrificia quae fiebant in monte; hinc Romae mons Quirinalis AGONIVS, et collina porta AGONENSIS [*alii leg.* aegonensis]. »

AGRAGANTINVS. Vid. AGRIGENTVM.


AGRAGAS. Vid. AGRIGENTVM.

AGRE, *agrei* (agri), gen. sg. pro agrer (ita Grotef. *Rud. l. u.* IV 6, VII 7; Aufr. et Kirch. I 118, 162, II 64 nt. 1; Lanzius, II, 707 = 615 abl. sg.) ab umbro-rom. *ager*. In tab. eugub.: AGRE TLATIE · PIQVIER · MARTIER (Vb 9) = *agri Tlatii, Picii, Martii;* et · AGRE CASILER · PIQVIER MARTIER (Vb 14) = *agri Casili, Picii, Martii.* Cf. Amaduzzi *Alph. vet. Etr.* pg. CXXIX.

AGRIGENTINVS. Vid. v. sq.

AGRIGENTVM, nunc *Girgenti*, Siciliae urbs condita a Gelois, colonis Rhodi Cretesque (vid. GELA), ad ostia Agragantis fluvii (graece ΑΚΡΑΓΑΣ), a quo nomen habuit (Tucid. VI, 4): incolae AGRIGENTINI seu AGRAGANTINI et ACRAGANTINI. Plin. III, VIII, 14: « oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere. » Numi antiqui (n. 3053) habent: AKRA, AKRA〈ΑΣ, AKRACANTOΣ, ACPACANTOΣ, AKRAΓANTINON, et recentiores ΑΚΡΑ, ΑΚΡΑΓΑΣ, ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ, ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ, AGRIGENT, AGRIGENTI, AGRIGENTVM (Sestini, *Clas. gen.*).





AGRICVLA, *agricola* m.; quod in titulo campano (Momms. n. 2775) pro cognomine usurpatum occurrit: C · CLAVDIVS · AGRICVLA.

AGTVS, *actus* m.; in tabula marmorea, ad Antium effossa (Lupi, p. 120), in qua legitur ABAGTIS IMP · TRAIANI AVG · (*ab actis imperatoris Traiani Augusti*).

AGYLLA, Ἄγυλλα, urbs Tusciae praeclara (Virg. *Aen.* VII, 652; VIII, 478), cuius incolae Agyllini (Virg. *Aen.* XII, 281), a Pelasgis condita (Dionys. I 20, III 58; Strab. V, II, 3; Plin. III, V, 8; Solin. *De situ orb. ter.* cap. 7; Serv. ad *Aen.* X, 183. Cf. Niebuhr, I, 51) et « a conditore Agillâ appellata » (Serv. ad *Aen.* VIII, 597); postea a Lydis vel Etruscis capta, CAERE vocitata est. Circa Agyllinorum originem animadvertendum, quod ii apud Delphos suum thesaurum servabant; quoad nomen vero, conferantur Agylleus Hercules (Stat. *Theb.* X, 249, 259), « Cleonaeae stirpis iactator Agylleus » (Stat. VI, 837), Agylleus = Apollo (Horat. *Carm.* IV, VI, 28), et gr. ἀγυιά cum Gerhard *Ueber die Gotth. der Etr.* nt. 34.

AGYRIVM, Ἀγύριον, oppidum Siciliae antiquissimum, quod legitur etiam Argyrium (cf. Cic. *in Verr.* III, 27); hinc Agyrinensis (Cic. op. cit. II 9, III 18, 27). In numis (Sestini, *Clas. gen.*) n. 3054 ΑΓΥΡΙ, ΑΓΥΡΙΝΑΙ, ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ.



AGVSTVS, *augustus* adi. in hoc chr. titulo ap. Grut. 1050,

12: +IC · QVISCIT · CVTINVS · IN · PACE | QVI · VIXIT · ANVS · P · M · XXS · M · S | DIPOSITO · ONORIO · AGVSTO · C · LAVRENTIVS | AMICVS · DOLISI · SCRIBET. Popularis forma remansit; nos enim Itali pro mense *augusto* dicimus *agosto;* et de *Augusta* Praetoria Pedemontani fecerunt *Aosta*. Adnotavit Salmas. (*Exerc. Plin.* pg. 671): agusta pro *augusta*, « unde .... *Famagosta*, quae olim *Fama Augusta*. »

AD, *at* coniunctio adversat. Olim at et ad, ait Forcell. s. v. at, promiscue scribebatur et usurpabatur ob affinitatem quam *t* et *d* inter se habent [vid. ADQVE et ADQVI]: idque observasse se non in codicibus solum, sed etiam in antiquis monumentis testatur Pierius ad illud Virg. *Aen.* IV, 1: *At regina gravi*, ubi ad regina in antiquo codice legisse se ait. Cf. Quint. *Inst. or.* I, VII, 5; et Dausq. I, 43, qui in antiquo Virg. libro (*Ecl.* III, 66), vidit: *ad mihi sese affert*. Ad pro *at* legitur etiam in fragm. iuris civ. ap. Maium *Scr. vet. nv. col.* V, 20.

ADARIARIVS. Vid. ADASIA.

ADASIA, « ovis vetula recentis partus. » Paul. pg. 12. In Glos. Isid. « Adasia, ovis maior natu; » similiter in editis ab A. Maio (*Cl. auct.* VIII, 52): « Adasia, ovis vetula. » Hinc ADARIARIVS (fortasse *victimarius*), quod in monumentis occurrit (vid. Forcell. ed. Lips.).

ADDVA, Ἀδούας (Strab. IV, VI, 6) hodie *Adda*, fluvius Insubriae. Cf. Plin. II, CVI, 2; III, XX, 4.


ADDVO, *addo*, allatum a Dausquio, I, 125. Paul. pg. 27: « Addues addideris; » ubi alii legunt « adduis addideris, » et ita Forcell. qui adiunxit: adduit pro *addiderit*.


ADGRETVS, *adgressus*, part. ab *agredior* vel *aggredior* (cf. EGRETVS = *egressus;* et Benary, *die röm. lautlehre* s. 288) e rad. scr. cram, *ire*. Adgretus (*ad-gret-tus* pro *ad-gred-tus*) antiquum est, memoratum a Lubinio (*Antiq.*), a Lanzio (I, 128 = 97) et Forcell. ad Ennii auctoritatem apud Paul. pg. 6: « Adgretus apud Ennium [Ann. 574 ed. Vahlen] *adgretus fari*, pro eo quod est *adgressus*, ponitur, quod verbum venit a graeco ...... surgo ».

ƎЯИ (ade), *Atella*, oppidum Campaniae: vox decurtata in oscis numis n. 2758*a* pro ꟼDƎЯИ (aderl), quod vide.

ADEONA, dea ab antiquis culta, in cuius tutela erant adeuntes, hoc est advenientes. Aug. *de civ. Dei*, IV, 21; cf. VII, 3. Vid. ABEONA.

ꟼDƎЯИ (aderl), *Atella*, Ἀτέλλα (Strab. V, IV, 11; Ptol. III, 1), oppidum Oscorum in Campania (Plin. III, IX, 11), prope civitatem *Aversa*, cuius incolae Atellani (ORDO · POPVLVSQVE · ATELLANVS, Momms. n. 3540; cf. n. 4742, 6637). Steph. Byzant.: Ἀτέλλα· πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. Osci scripserunt ꟼꟼƎЯИ, ꟼDƎЯИ et demta finali literâ ƎЯИ in aliquot numis Atellae pertinentibus, n. 2758; et hanc formam scriptam esse puto pro aderula ab ader = *ater*





(cf. ATRIA, ATERNVS, etr. ƎИAꟼ+A atrane et umbr. ADRER vel ADRIR = *atris*, VA+A atru = ADRO = *atro;* Pott *Etym. for.* I, 124) + suff. dim. -la, quasi *civitas atra* (Itali dicerent *città-nera*, German. Schwarzstadt, Schwarzenburg). De *atellanis* fabulis osce scriptis, poëmatis genere maxime iocoso, aliqua reperies in Liv. VII, 2. Cf. Forcell. ed. Lips.; Schober, *über die atell. Schauspiele der Römer;* et E. Munk, *De L. Pomp. bon. Atellanarum poëta.*

ADESE, *adesse* (cf. ESE = *esse* et ADIESE = *adisset*); in § XIII leg. *Serv. Repetund.* (App. n. LX): IOVDEX NEI QVIS DISPVTET V.... E IOVDICIVM ADESE POSSIT; et in *S. C. de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 6 et 17-18: DVM · NE · MINVS · SENATORIBVS · C · ADESENT.

ADFVVISSEMVS, *adfuissemus*, ex fragm. Lucilii *Satyr.* lib. I, n. 2:

« Vellem concilio vestro, quod dicitis, olim
Caelicolae; vellem, inquam, adfuvissemu' priore
Concilio. »

ADFERIAL. Vid. ARFERIAL.

ADHALA, *Ahala* (umbr. ꟼABA), cognomen gentis Serviliae, vetustiori orthographia, quod scribitur ALA. Cf. Diomed. I, 46; Drakenb. ad Liv. X, 25; Aufr. et Kirch. I, 77 nt. 3.

ADHARNA. Vid. AHARNA.

ADIESE, *adisset* (cf. ADESE = *adesse*). *S. C. de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 7 sq.: BACAS · VIR · NE QVIS · ADIESE · VELET · CEIVIS · ROMANVS · NEVE · NOMINVS · LATIN[I] NEVE · SOCIVM · QVISQVAM · NISEI · PR · VRBANVM · ADIESENT.

ΑΔΙΞΙΣ, ὁμολογία (confessio), Tarentinorum dialecto, teste Hesych. I, 95: ἄδιξις, ὁμολογία, παρὰ Ταραντίνοις.

ADIVBO, *adiuvo:* vetustiori orthogr. adnotata a Passerat. In glos. Cyrill. ap. Labb. « adiubo, βοηθῶ. »

ADNVS, *annus* m.; occurrit etiam ATNVS, frequentissime ANVS. Ap. Fabr. cl. VIII, n. XVIII, pg. 519, ex coemeterio Callisti:

IN P
ACEM

BENEMERENTI FILIO
BASILIO QVI BIXIT AD
NVM ED MESIS IIII
DIES VIIII QVI BIXIT SV
PER SOROREM SVAM

ADOLENDA, videtur fuisse nomen cuiusdam deae apud


Romanos, « quae adolendis et cremandis arboribus fulmine attactis praeerat (Forcell. s. v.). » Marini *Arv.* tab. XXXII, lin. 5 sq., 13 sq. (cf. pg. 380 sgg.): ITEM ADOLENDAE CONMOLANDAE DEFERVNDAE OVES II.

ADORIA, *adorea*, proprie *far*. In gloss. ap. Maium *Cl. auct.* VI, 503: « adorium, farris genus, » et « adorea, genus frumenti. » Addenda sunt haec Servii ad *Aen.* X, 667: « veteres ..... adorare, *adloqui* dicebant: nam ideo et adoria *laus bellica*, quod omnes cum congratulatione adloquebantur eum, qui in bello fortiter fecit. »

ADQVE, *atque*, partic. copul. (scribitur etiam ADQ.), quae archaice saepe occurrit in lapidibus aurei argentei atque plumbei saeculi, Camerini, Campaniae, Lanuvii, Pisis, Romae, Spoleti, Terracinae cet. inventis (Fabr. c. IV, n. 50; - Grut. 152, 8; 167, 2; 179, 2; 246, 3; 266, 1; 281, 1; 284, 7; 337; 355, 1; 408, 1; 412, 3; 443, 6; - Reines. XIV, 17; - Noris *Cenot. pis.* pg. 453; - Momms. n. 2509, 2648; - Osann. pg. 483; - *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* II, 462; - *Catac. de Rome*, pl. XXXVII, n. 121, pg. 163. Cf. Lupi pg. 118), et in codicibus quibusdam, ex. gr. apud Cic. *de Rep.* et *fragm.* edit. ab A. Maio (*Cl. auct.* I, 384; II, 177 et alibi), apud Garcil. Martialem *de re hort.* (in *Mem. dell'Acad. Ercol.* II, 158 nt. 1) et G. Granium Licin. *Ann.* pg. XI, 10, nec non in chartis lucensibus saeculi VIII. Cf. Draken. ad Liv. VIII, 17.

ADQVI, *atqui*, in cod. Cic. *de Rep.* Cf. Mai. *Cl. auct.* I, 384.

ADRANVM, oppidum Siciliae, hodie *Aderno* appellatum, ad radicem Aetnae montis. Steph. Byz.: Ἄδρανον, πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ, ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Ἀδράνιος. Ἀπολλόδωρος δὲ, Ἀδρανίτας [in nummis num. 3050 ΑΔΡ, ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ] φησὶ τὸ ἐθνικόν. Circa originem haec narrat Diodor. XIV, 37: Διονύσιος μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπὸ αὐτὸν τῆς Αἴτνης λόφον, καὶ ἀπὸ τινός ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἄδρανον.



ADRER, *atris*, abl. pl. ab *ater* adi., idem quod ADRIR. In tab. eugub. VIIa 18: VESCLIR · ADRER = *vasculis atris*.

ADRIA. Vid. HADRIA.

ADRIR, *atris* abl. pl., cui opponitur ALFIR = *albis*, et scribitur etiam ADRER, ab *ater* adi. Cf. ADRO et VOЯA (atru) = *atra*. In tab. eugub. VII a 9, 10, 21: VESCLIR · ADRIR (VESCLIR · ADRER, VIIa 18) = *vasculis atris*. Cf. Aufr. et Kirch. I 120, II 280 sqq., Grotef. *Rud. l. u.* IV 21, VI 27.

ADRO, *atra* acc. pl. n., idem quod VOЯA (atru) ab *ater* adi., cum Aufr. et Kirch. I 119, II 281 sq.; Grotef. (*Rud. l. u.* VI 28, VIII 29) = *atrum* acc. sg., ad tab. eugub. VII a 25 (vid. ANDENDV).

ΑΔΡΥΑ, τὰ μῆλα (oves), Siculorum linguâ. Hesych. I, 100: Σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα.

ADSTATVS, *hastatus*, partic. ab inusit. *hasto*. Inscr. fulgin. ap. Grut. 347, 1: P · AELIO · P · F · PAPIR | MARCELLO · CENT | FRVM · SVB · PRINCIPE | PEREGRINORVM · ADSTATO | ET · PRINCIPI · ET · PRIMIPILO | LEG · VII · GEM · PIAE · FEL · etc.

ADTAMEN, *attamen*: in tab. marmorea Romae inventa, ap. Grut. 391, 5 (Orelli n. 1182).

ADTIBERNALIS (alii legunt attibernalis, adtubernalis, adtybernalis) « habitator continue tabernae, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis; unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur. » Paul. pg. 12.

ADVC, *adhuc* ab *ad* et *huc*, adv. quod sine adspiratione extat in lapide mediol. ap. Grut. 1056, 1 (Orelli n. 4803) et in gloss. Cyril. ap. Labb.: « aduc ἕως ὅτου. »

ADVLESCENS, *adolescens* m. et f., quod et scribitur ADVLISCENS. Inscr. mus. borbon. (Momms. n. 6414): D M | ANNIO CELE|RINO · INFIR|ME AETATIS | ADVLESCENTI Q · V · AN · XXII | MENS · VIIII · DI · II. Gloss. Cyril. ap. Labb. « adulescens, νεανίσκος, μέλλαξ ». Cf. Paul. pg. 5, et Cic. *Fragm.* ap. Maium *Cl. auct.* vol. II.

ADVLESCENTIA, *adolescentia* f., ex Gloss. Cyril. ap. Labb. « adulescentia, νεότης. »

ADVLESCENTVLVS et ADVLESCENTVLA, *adolescentulus* et *adolescentula*, dim. ab adulescens. In romano columbario (*Giorn. arcad.* XIII, 124, n. 11): VOLVSIA | ARGIS | ADVLESCENTVL; et in S. C. *de lat. rhetoribus* ap. Suet. (*de cl. rhet.*, c. 1): « ibi homines adulescentulos dies totos desidere. » Gloss. a Labb. collectae: « adulescentulo, νεανίσκῳ; adulescentulus, μειράκιον. » Vid. voc. sq.

ADVLISCENS, *adolescens* m. et f., quod scribitur etiam ADVLESCENS. Gloss. ap. Labb. « aduliscens, νεανίσκος. »

ADVLISCENTVLA, *adolescentula* f.; scribitur etiam ADVLESCENTVLA. Gloss. ap. Labb. « aduliscentula, μεῖραξ. »

ADVOCAPIT, *advocapite* pro *advocate*, 2 per. pl. imper., si credimus Lanzio (I, 144 = 110) qui primus fratrum Arvalium carmen antiquissimum illustravit: « *Verisimilmente dee supplirsi la finale come in* facul, difficul; advocabite *potè dirsi come* perbite (Fest.): *più oltre non so in cosa sì incerta;* » itaque (Corp. ins. ital. n. 2692) [SEM]VNIS ALTERNEI ADVOCAPIT CONCTOS SEMVNIS ALTERNEI ADVOCAPIT CONCTOS SIMVNIS ALTERNIP ADVOCAPIT [CONCT]OS = *Semunes, alterni advocate cunctos*, ter repetitum. Lanzianam interpretationem sequuti sunt Grotefendius (*lat. Gram.*

II, 290), Klausen, Hamilton-Gray (*Tours* etc. pg. 529) et Galvanius (*Delle genti* ecc. pg. 439, 442; cf. *Giorn. arcad.* LXXX, 371), qui reddidit italico sermone:

Alternamente i Sémoni
Tutti invochiam congiunti.

Hermannus autem (*Elem. doctr. metr.* III, 9, § 6, pg. 612 sq.) in advocapit vidit *iam duo capit.*

ADVORSOR, *adversor* (v. VORTO pro *verto*), vetustiori orthographia, qua saepe utuntur Plautus, Terentius, Sallustius.

ADVORSVS, *adversus* adi., frequentissime in antiquis auctoribus, praesertim Plauto et Terentio.

ADVORSVS et ADVORSVM, *adversus* et *adversum* praep. (vetustiori orthographia ARVORSVM), in Plauti, Terentii et Sallustii libris. Orat. pro Rhodiensibus (Aul. Gell. VII, 3): « ne advorsus eum fiat; » et « acerrime advorsus eos dicit. » Lex *Serv. Repetund.* (App. n. LX): NEI QVID ADVORSVM H · L · FIAT (cap. XII); lex *Acilia de Repetund.* (App. n. LVI): ADVORSVS HANCE LEGEM FECERIT (cap. II), et Plebisc. ad Thermess. (App. n. LXI): QVOD ADVORSVS HANC LEGEM NON FIAT.

ADVORTO, *adverto* (cf. VORTO = *verto*), unde ANIMADVORTO pro *animadverto*; qua forma usi sunt veteres scriptores (vid. Forcell. s. v.), et Cic. *Fam.* XII, 18 = n. 646. In S. C. *de Tiburt.* App. n. XXXVIII: EA · SENATVS ANIMVM · ADVORTIT.

ADVOSIS, *adversarius* (hostis), = ARVORSARIVS; Paul. ex Festo pg. 25: « advosem, adversarium, hostem; » ubi Müller, post Goth. sententiam (« fortasse legendum advorsem vel adversem »), ait: « At *r* ante *s* elidi poterat, ut in PROSVS et ROSVS, quae facta sunt e plenioribus formis *prorsus* et *rorsus*: Glossarium Labb.: *advores* ἐναντίοι, quod advores quin ex hoc advoses corruptum sit, non dubito. Etenim ut ab origine VEH nomen *vectis* factum est, ita a VORT ducitur advortlis; geminum autem *t* in vocabulis derivandis apud Latinos in *s* mutatur; hinc ortum est advorsis, advosis. »

AEGETINI. Vid. AZETIVM.

AEGRILLVS, diminut. ab *aeger*; estque cognomen in titulo romano ap. Grut. 521, 4: C · ANTONI · C · F · OVF · AEGRILLI, cui frater M · AEGRILIVS. Cf. AEGRINA in Doni cl. II, n. 187.

AEIS = eis, *is* (abl. sg. f. EAD = *ea*), pronom. archaicà orthographià in lapidibus, praesertim Romae inventis. AEIVS, quod scribitur etiam EIIVS et raro HEEIVS (*Catac. de Rome* pl. XXIX, n. 68, pg. 157) pro *eius*, in Grut. 642, 2 MATER AEIVS; 618, 10 PARENTES AEIVS; ap. Guasco (*Mus. capitol.* I, 188, n. 105) PVBLIO CORNE|LIO LICINIO | VALERIANO | NOBILISSIMO | CAES · 7 COL IVLIA CASTRO|NOVO DEVO|TA NVMINI AEIVS. Cf. Lupi, pg. 159. — AEI = *ei* (vid. EEI) in marmore romano apud Guascum op. cit. III, 113, et in *Giorn. Arcad.* XXXIX, 235; Orelli n. 39: AEI PERMISSVM SIT. — AEAM (= AM) pro *eam* ap. Spon (*Misc.* pg. 57. Vid. COT): AEAM ARCAM. — AEA = *ea*, inscr. ap. Fabr. (cl. X, n. 206), emendata a Gudio (CXCVI, 6): AEA · MONVMENTA. — AEORVM pro *eorum*, raro HEORVM et EOFRVM, in titulis ap. Grut.: LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQVE · AEORVM (604, 10); SIBI · ET · SVIS · POSTERISQVE · AEORVM (618, 10; 825, 8); EX · VSVRIS · AEORVM (772, 7). Adde Doni, cl. IX 33, XII 82; Guasco *Mus. capit.* III, n. 597, 628; Silvestri in *Opusc.* del Calogerà, VII, 222 sg.; Henzen, in *Bull. dell'Inst. arch.* 1844 pg. 164; Mommsen. *Ins. neap.* n. 2148; Zell n. 457.

AEGVPTVS, Αἴγυπτος, *Aegyptus* (HEGIPTVS in marm. edito a Donio, VII, 144; Mur. 890; Momms. n. 6846). Inscr. romana ap. Zoega, *de orig. et usu Obelisc.* pg. 51 (Ficoroni, *Gemm. ant.* pg. 142; Orelli n. 36): IMP · CAESAR · DIVI · F · | AVGVSTVS | PONTIFEX MAXIMVS | IMP · XII · COS · XI · TRIB · POT · XIV | AEGVPTO · IN · POTESTATEM | POPVLI · ROMANI · REDACTA | SOLI · DONVM · DEDIT. Cf. *Giorn. arcad.* II, 208.

AEDEPOL. Vid. EDEPOL.

AEDICLA, *aedicula* (AIDICVLA), parva aedis (AIDIS), a gr. ἕδος; Passion. cl. I, n. 7 (Orelli n. 1434; Zell n. 52): C · IVLIVS · SOSIGENES · EX VOTO | APOLLINI · AEDICLAM | REFICIENDAM CVRAVIT | V · S · L · M · Maffeius *Mus. ver.* 87, 4: LOCVS ADSIGNATVS | MONIMENTO IN QVO EST | AEDICLA PRIAPI | IN FR P LXX IN AG P LXX. Aliud exemplum habet Marinius *Arv.* pg. 233.

..IИOA (athni), idem quod VИOA (athnu), ut mihi videtur, pro athuniś = *Atonii* vel pro athunial = *Atoniá* (cf. IИVΘA ahuni), in urnae perus. operculo n. 1099: ..IИOA · Aᒧ · IИAИA · ЯA (ar anani la athni) = *Arrius Ananius Lartis* filius *Atoniá* natus (cf. Conest. *Mon. del Palazz.* pg. 69), vel *Arria Anania Lartis* filia *Atonii* uxor.

VИOA (athnu), quod et ..IИOA (athni..) scriptum invenitur, ut supra diximus, pro athunial = *Atoniá* sive pro athuniś = *Atonii*, in olla Mus. florent. n. 223: V|ИOA · ƎΤIΤ · Oᒧ (lth tite athnu) = *Lars Titius Atoniá* natus (*Attiá*, Lanzi II 434 = 363 n. 366); et in urna perusina n. 1082: VИOA | · ЯA · IИAИA · ᒧA (ar anani ar athnu) = *Arria Anania Arrii* filia *Atoniá* nata. Cf. Conest. *Mon. del Palazz.* pg. 65, 69.

?ꟼOA (athp) in sepulcro prope Suanam, inscr. n. 2031. Vide voc. sq.

..ИꟼVtAꟼOA (athpatupn..) in lapide clusino n. 799, forsan legendum ath patupn.. vel athp atupn... Cf. supra ꟼOA athp.

AꟼDOA (athrpa), Ἄτροπος (Atropos), una ex tribus Parcis, dicta ab ἀ priv. et τρέπω (*muto*), i. e. *immutabilis*. In etr. speculo n. 1065 haec fingitur fabula: *Atropos* (athrpa), malleo munita, parata est ad figendum clavum sive decretum contra *Meleagrum* (DↃAIᒧƎM meliacr), quem Atalanta (AΤИƎᒧΤA atlenta) comitatur, adsistentibus *Venere* ([ИAD]VΤ turan) et *Adonide*. Attamen Vermigliolius, laudatus a Lanzio (1), ex monosyllabo VΤ fecit Toxeum Meleagris patruum, et in alia figura muliebri divinavit *Althaeam* Oenei coniugem. Vere literae VΤ extant supra caput mulieris, quem ИADVΤ (turan) = *Venerem* dicimus cum Uhden (2), Oriolio, Braun, Gerhard; *Adonis* autem caret literis etruscis.

AИItƎtOA (athletina). Lege ath tetina.

MↃIMVOA (athumicś): ita legit Vermigliolius (*Inscr. per.* pg. 115) in sinistro latere cippi perusini n. 1914 lin. 12-13 (MↃIMV|OA), quod non sine dubio referebat ad gentilitium nomen *Attonia* (athunia, cf. IИVΘA ahuni), dum V. Campanarius id repetebat a gr. θυμιάω, et accepit pro *sacrificii preces, ritus, verba solemnia*, forsan genit. sg. (*Giorn. arcad.* XXXV, 174 sg.). S. Campanarius (*Tav. perus.* pg. 58) fecit athumicś = ἑτοίμοις, *absolutis, ad fidem perductis, perfectis*, videlicet de *festis funeribus*; Migliarinius (*Zibaldone* etc. pg. 34 sg.) putat stare loco τοῦ athumis, parum diversum a lat. *humectatus*; et alii respondere verbis *victima suilla* hariolantur. Forsan legendum ath umicś, uti Müller *Die etr.* I, 61 nt. 135.

ᒧAИtAИVOA (athunatnal), *Atinatiá* (= ᒧAItAИItA atinatial), ab atina (vid. ᒧAИIИA atinal = *Atinia*), vel *Atunatia* ab athuni (cf. IИVΘA ahuni et ᒧAIИVtA atunial = *Atoniá*), n. pr. f. in clusina tegula n. 486: ᒧAИtA|ИVOAItИ|ƎƧAIᒧƎ Ǝ (velia senti athunatnal) = *Velia Sentia Atinatiá* nata.

MAИƧƎVtAIA (aiatuesnaś), fortasse = [c]aia tuesnaś, inscr. per. n. 1941.

ΑΙΔΑΝΗΣ sive Αἰδάνας, διατρίβων, Tarentinorum dialecto. Hesych. I, 143: Αἰδάνης· διατρίβων, Ταραντῖνοι.

ΑΙΔΔΕΤΙΣ in messapica inscr. n. 2955.

(1) « *Mi sono compiaciuto di quel* Toxeo *trovato in Ovidio* [Metam. VIII, 441], *autore classico in mitologia quanto Igino.* » Lanzi in epistula ad Vermigl. (*Inscr. per.* pg. 51 nt. 1).

(2) Guil. Uhden haec verba misit Vermigliolio (18 octobr. 1800): *Desidererei ancora molto che Ella colla sua pazienza facesse delle altre ricerche sul luogo della patera originale, dove stanno le due lettere* VΤ; *scommetterei che dietro di queste si dovessero trovare le traccie bensì quasi invisibili di altre lettere ..... Avrei infinito piacere se la parola* VΤ *vorrebbe finire in* ИAD-.

. . . IЯꟷN (aídi. . .), supplendum [ƧIИ]IЯꟷN (aídilis) = aidileis (aediles), in titulo pompeiano n. 2790 (Fiorelli *Mon. epigr. pomp.* I 8 = XXIV). Mommsenii coniecturâ (*Die unterit. dial.* s. 244) in aídi. . . latet verbum aedi[fic. . .]. Cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 175.

AIDICVLA, *aedicula* (AEDICLA) s. f., ab AIDIS = *aedis*, in neapol. inscr. ap. Murat. 1989, 4 = Mommsen n. 2444.

ƧIИIЯꟷN (aídilis), aidileis (aediles) nominat. pl., nomen magistratus apud Oscos et Romanos (vide vocem sq.). In titulo pompeiano n. 2785, cui initium ƧIИIЯꟷ[N M] · ƧIITИVП · И · M · ƧIITTVIƧ [M] (m. siuttiis . m . n . púntiis . m . aídilis) = *M. Suttius M.* filius *N. Pontius M.* filius *aediles;* et finis ƧИƎTTИ8VDП · ƧIИIЯꟷN · VƧ[V]ꟷ (íusu aídilis prúfattens) = *iidem aediles probaverunt.* In alio lap. pompeiano n. 2790 conspicitur . . . IЯꟷN (aídi. . .) forsan pro *aediles*, qui duo Pompeis fuere, duumviri *aedilicia potestate* (Avell. *Opusc.* II, 227 sgg.). Cf. Quaranta, *Di una inscr. osca* pg. 7 sg., 46; Minervini in *Mem. dell'Acad. ercol.* VII app. pg. 5, 16; Garrucci in *Mem.* cit. pg. 27; Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* II, 56; Henzen in *Bull. dell'Inst. arch.* 1852 pg. 91; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 181; Fiorelli *Mon. epigr. pomp.* I, 5 = XIII sq.

AIDIꓡIS et AIDIꓡES, *aedilis*, osc. ƧIИIЯꟷN (aídilis) = *aediles;* nomen est romani oscique magistratus, ita dicti ab eo quod « aedes (AIDIS) sacras procuraret » (Varr. *de l. l.* V, 81 pg. 32; cf. Paul. pg. 13). Breviatim AID = *aedilis*, vetustiori orthographiâ, scribebant saepe Romani in lapidibus (Grut. 129, 3: C · SAVFEIVS · C · F | M · SAVFEIVS · L · F | PONTENVS | AID · EX · S · C · Cf. 464, 2; 468, 9; Mommsen n. 4102; Lex *Acilia de Repet.* App. n. LVI, § 3), et aliquando in numis consularibus (AID · CVR in numo gentis Aemiliae; cf. Cavedoni *Ragg. storico-archeol.* pg. 256, Eckhel *Mus. caes.* in *Plautia* n. 13), perraro AIDD (Grut. 69, 11). Inter titulos Scipionum formam AIDIꓡES n. 2708 pro *aedilis* animadvertit Lanzius I 153 = 116), AIDIꓡIS n. 2707 sq., AID · CVR = *aedilis curulis* n. 2709. Vide n. 2691.

AIDIS, *aedis*, diminut. AIDICVLA, s. f. (cf. osc. ƧIИIЯꟷN aídilis = *aediles*, et ЯƎ8ИЯꓘꟷN aíkdafed = *aedificavit*), in titulo Scipionum sepulcri n. 2708 DEDET · TEMPESTATEBVS · AIDE · MERETO = *dedit Tempestatibus aedem merito.*

ƧꟷƎИI8IN (aifineís), ... *i* vel . . . . . *is*, genit. sg. 2 vel 3 decl.; obscura vox in samnit. inscr. n. 2878, minime tentata a Mommsenio (*Die unterit. dial.* s. 246), comparandaque cum osco ƧIИI8ПN (aphinis) et etr. nomine ЯИIИЯ (apina) = *Apinia*. Cf. etiam APHANNAE et APINA. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 150, 390 autumat aifineís = ἀφένους (*proventus, divitiarum*), ab aifinús vel aifinúm = ἄφενος, quod e rad. fe- = gr. φυ- et ἀεί, αἔ.

?AИOIA (aithna) = Οἴτη, *Oeta* vel *Oete*, mons Thessaliae, ut interpretatus est Micalius (*Storia* etc. III, 215 nt. 4), in gemma antiqua n. 2551*bis*, in qua ANΘIA legit E. Q. Visconti (*Espos. di antiche gemme* n. 227), « *nome in genitivo dorico, dubbio se dell'artefice o del possessore.* » Gorius *Observ. in gemm. Mus. flor.* cl. I tab. XIV pg. 40: « Perspicue legitur AIONA, fortasse pro αἰονάω; unica litera deficiente, quod est assurgo. » Cf. Buonarr. *Animad. in Mus. flor.* pg. 12 apud Winkelmann *Descr. des pierres grav. du bar. de Stosch*, cl. II n. 1767.

AIIAX, Αἴας, *Aiax* (etr. ƧAꟻIA aivas), antiquiori orthographiâ, de qua Vel. Long. pg. 2219 et Mar. Victor. pg. 2469. Cf. Dausq. I 31, et Benary *Die röm. lautl.* s. 298.

AIIO, *aio*, quod e rad. scr. ah (*dicere*) descendit, vel a rad. khjâ (*dicere*) « praefixo *á*, item eiectâ gutturali (Bopp *Gloss. scr.* pg. 26); » huc etiam trahimus umbr. VꝉIA aitu, AYVꝉIA aituta, VIA aiu, cum romanis formis aieto aiunto aiere comparata. Antiquiorem orthographiam (aiio pro ajo) usurpavit Cicero, teste Quinctil. (*Inst. or.* I, IV, 11): « Sciat etiam Ciceroni placuisse aiio, Maiiam, geminata *i*, scribere. » Cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 201 sq.

ЯƎ8ИЯꓘꟷN (aíkdafed), *aedificavit*, praet. perf. 3 pers. sg. (cf. AIDIS et osc. ƧIИIЯꟷN aídilis = *aidileis* i. e. *aediles*), non per metathesin loco τοῦ aídfaked, sed pro aídkafed, quasi *aedicavit*, ait Mommsen *Die unterit. dial.* s. 246 (cf. Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* V, 96); estque finalis vox oscae inscr. n. 2874, quae sequitur:

NIИИVƧƎƆ · ƎN
Tꟷ · M · DT · Ƨꟷ
NDNꓘNƧ · ꓘIꓘƎ
NƎƆVB · MVꓘꓘ
ЯVИNI
ЯƎ8NЯꓘꟷN

(lege: nv . vesulliaís . tr . m . t . | ekík sakara[klúm . búvaíanúd | aíkdafed) = *Novius Vesulliaus Trebii* filius *meddix tuticus hoc sacellum Boviani aedificavit.* Ita Mommsen, op. cit. s. 171; nec diverse Huschke (*Die osk. und sab. spr.* s. 146), qui aíkdafed factum putat a gr. οἶκ-ος = *vic-us* et δάω (rad. osc. DA-, *dare*). Aufr. et Kirch. II 154: aíkda-fed = *aedificavit*. Guarinius autem, qui in Comm. XX 8 titulum vertit *Nevius Sollius ter . m . t . heic sacrum bovedano dedit*, male legerat akdafed = *addidit*, « vox composita ex particula ac et dafo vel davo = *do* (op. cit. pg. 7), » haec addens in *Lex. osco-lat.* pg. 18: « Thema *acdafo* vel *acdavo* = *addidit, dedit.* Vulgo *ti davo* = *ti do;* hinc *phuva Iano acdafed* = *Bove Iano fecit.* » Cf. Ebel et Schweizer in *Zeit. f. vergl. spr.* II 58, III 209 sq.

?ꓶIA (ail) = ꓶIꟻA (avil) i. e. *aetatis* in titulo etr. n. 342.

?I23ЧIA (ailesi), valde dubia lectio in urna etrusca n. 824.

MIИЧIA (ailniś), ——*ii*, n. pr. m. genit. sg. in titulo perusino n. 1541. Vermigliolio *Inscr. per.* pg. 207 n. 84 est ailniś = MIИЧVA (aulniś) = *Aulinii*. Cf. Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 176.

AIMARNAIHI, in messap. inscr. n. 2995.

ИIA (ain) in fragmento lapidis helvetici n. 1*b* ad *Avano* effossi in districtu Lucani.

IIИIA (aipii), *Aepius?*, n. pr. m. (Aeppius in Mommsen n. 377, Aepio ap. Grut. 21, 6), ex Mus. etr. vatic. inscr. n. 2554. Cf. IIИA (apii).

? ꟻИVAЯЯIИIA (aipraupz) in urna etr. n. 944, pessime scripta aut exscripta.

AIQVOS, *aequos* (aequus) adi., antiquâ orthographiâ in S. C. *de Bacchan.* (App. n. LVIII) lin. 26: ITA · SENATVS · AIQVOM CENSVIT ·

AIS, *aes* s. m., vetustiori orthographiâ (cf. Maittaire pg. 403) ex antiquo lapid. (App. n. XXXIV) AIRE · MOLTATICOD = *aere multaticio*. In Doni cl. IX n. 37: SIGNVM · AIRE · DEDERONT ·

ΑΙΣΑΡΩΝΗΝΣΟΙ. Vid. AESAR.

ΑΙΣΑΡΟΣ. Vid. AESAR.

AISERNIM. Vid. AESERNIA.

AISERNINO = *Aeserninom* (Aeserninorum) in numis Aeserniae (vid. AESERNIA).

[AI]SERNIO = Aeseṙnium? Vid. AESERNIA.

ЧAИIƧIA (aisinal), *Aesinia*, n. pr. f. abl. sg., factum ab *Aesia* sive ab Aesi flumine, unde et civitas AESIS (cf. ΑΙΣΟΙ). In sarcophago cornetano, haud integro, haec legitur inscriptio n. 2283, rubro colore depicta et literis incertis, . . . ЧIЯ | ЧA[И]IƧIA · 3Ǝ | I. . . . . IИ (pi. . . . . i ve aisinal ril. . .), in qua, deperditum, nomen defuncti minime conspicitur, nisi praenomen et nomen matris eius ve aisinal = *Velia Aesinia*, quod sequitur ЧIЯ (ril) = *annis* vel *anno*. Oriolius (*Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 176) dedit aisinial pro aisinal, nescio an certâ scientiâ.

AISCEN, in tab. osco-bantina n. 2897 lin. 25, usurpatum pro *huius* genit. sg. putat Mommsenius (*Die unterit. dial.* s. 44), pro *hisce* abl. pl. Aufrecht et Kirchhoff I 21 nt. 3, 113 nt. 1, Guarinius (*Comm.* V, 120; *in Comm. V exc.* pg. 42; *Tabulae oppid. lexicon* pg. 133; *Lex. osco-lat.* pg. 19) et Franchinius in *Giorn. arcad.* LXXXIII 305, qui EX · AISCEN LIGIS reddiderunt *ex hisce legibus*. Alii rectius legunt EXAISCEN = *in hisce*, quod vide suo loco.

ΑΙΣΟΙ, *dii* apud Tyrrhenos, ex gloss. Hesychii (I, 173: Αἰσοί, θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν). Cum αισοι concordat etr. AESAR = *deus* et gr. αἶσαν (cf. lacon. σιοι ap. Athen. pg. 362), quod Aristot. *de mundo* c. VII dictum censuit pro ἀεὶ οὖσαν (*semper existens*).

ΛIƧOƧ (aisos) in aere rapin. n. 2741 lin. 1, quae vox comparari potest cum etr. AESAR = *deus* et tyrrh. ΑΙΣΟΙ. Mommsenio (*Die unterit. dial.* s. 240) nominat. pl. est, aisos pacris fortasse = *dii pacati;* at Guarinio (*Comm.* XX, 14; *Lex. osco-lat.* pg. 19; et in *Mem. dell'Acad. ercol.* V, 303) vox mere graeca, estque *non aequus*, *iniquus*, *iniustus*, aisos pacris = *iniusta pabulatio*. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 245 sq. aisos habet pro adiectivo = *perpetuus*, gr. ἀΐδιος.

MATIA (aitaś), Ἀΐδας dor. pro ἀΐδης (ᾅδης), quo nomine Pluto vocatus, et Tartarus, quia invisibilis profundusque: in etr. speculo n. 2144 Mercurius dicitur turmś aitaś, i. e. Ἑρμῆς ἀΐδας, *Hermes chthonius*, *Mercurius inferus*, Bunsenii interpretatione (quam Gerhard sequutus, *Ueber die gotth. der etr.* nt. 7), qui ait in *Bull. dell'Inst. arch.* 1835 pg. 159 (cf. *Ann. dell'Inst. arch.* VIII = 1836 pg. 170 sgg): « *il quale epiteto* (aitaś) *conviene già per se stesso all'Erme psicopompo, al Mercurio che conduce agl'inferi.* » Cf. Braun in *Bull.* cit. pg. 124 et *Ann.* cit. XXIII = 1851 pg. 150. Dixit Secchius (*Annali* cit. VIII = 1836 pg. 83) turmś aitaś = *Mercurius - Pluto;* at Grifius (*Dello specchio rappr. Ulisse e Tiresia;* cf. *Ann* cit. pg. 174 nt. 1) explicavit *Hermes atratus:* et V. Campanarius (*Atti dell'Acad. rom. d'arch.* VIII, 5; cf. *Giorn. arcad.* LXXVIII, 269 sg.) legit aetas, gr. ἀέτας, *Aeaetas* i. e. *Circes*.

AITERNVS, *aeternus* adi. idem quod AEVITERNVS. Dausq. I, 50: « apud Lucretium [II, 1054]: *aiterno percita motu;* apud quem sexcentis locis eam bivocalem (AI) agnoscit Martianus lib. III. »

V+IA (AITV), fortasse *ajeto* (dicito), imperat. 3 pers. sg. (AЧVЧIA aituta = *ajunto*) ab VIA aiu = *ajere* (?) h. e. *dicere* (cf. rom. AIIO = *ajo* et umbr. VЧI3Ч teitu = DEITV h. e. *dicito*), uti docent Aufr. et Kirch. I 142, II 209, 369; at Grotefend explicat *libato* (*Rud. l. u.* V, 8 sq.; VI, 20, 28; VIII, 26), ab aiu quod εὐχὴν significare potest (op. cit. V, 12). In tab. eugub. Ib 29, 37 legitur: V+IA : AЯꓘAƧ : IИAꓘ (kapi sakra aitu) = tab. VIIa 40, 45 CAPIF · SACRA · AITV i. e. *capides sacras* ——*to;* et in tab. VIb 18: CAPIF · PVRDITA · DVPLA · AITV · SACRA · DVPLA · AITV (quibus verbis respondet, sine imperativo aitu, tab. Ia 18 sq. kapir purtitaf sakref etraf purtitaf etraf sakref) = *capides porrectas duplas* ——*to*, *sacras duplas* ——*to* (Aufr. et Kirch. II, 210, 289). — Male Lanzius (II 811 = 720) retinuit « aitu *compimento di vocabolo,* » unde dupla aitu = *duplicato* sive *duplicator* (I 368 = 287, II 763 = 671), et sakra aitu = *consecrato* (II 725 = 633).

AЧVЧIA (aituta), fortasse *ajunto* (dicunto), imperat. 3 pers. pl., ab VIA aiu = *ajere* (?) i. e. *dicere*, unde etiam V+IA aitu = *ajeto* (Aufr. et Kirch. I, 52, 142; II, 364, 369), ex tab. eugub. III 13. Sicuti aitu = *libato*, Grotefendii coniecturâ, ita aituta = *libatote*

(*Rud. l. u.* VII, 28, 30; VIII, 38), quod ab αἰτέω, *postulo*, repetebat Gorius *Mus. etr.* I, LIX.

VIA (aiu), fortasse *ajere* (dicere), infin. praes., unde V+IA (AITV) = *ajeto* et AΥVΥIA aituta = *ajunto* (Aufr. et Kirch. I, 149; cf. II, 380) ex tab. eugub. IIa 4. Haec scripsit Grotefend *Rud. l. u.* IV, 12: « aiu(m) *precationem* sive εὐχήν significare videtur; » et VII, 18: « aiu, ab *ajo* fortasse derivandum, non differre videtur a nomine naraklu. »

?ƎIA (aiv), *aetatis*; idem quod ⅃IƎIA aivil = ⅃IƆA sive Ƨ⅃IƆA avils. In urna tudertina n. 90*b*.

ƧAƎIA (aivas), Αἴας (Aiax, cf. AIIAX), graeci herois nomen (a patre Telamone *Telamonius* cognominatus), ita dictus ἀπὸ τοῦ αἰάζειν (*lamentari*), ut ait Salmasius *Exerc. plin.* pg. 860 (cf. Eust. ad *Odiss.*): graeco-archaicà orthographià in vasis ital. ƧAIA (1), AIAS (2), AIAS (3), AIAƧ (4); genit. AIANTOS (5). Pluries occurrit ƧAƎIA (var. ƧAƆIA, ƧAƆIA, AIFAS, MAƎIA aivas n. 2151) semper cum interposito digamma aeolico (ΑιϜας) in etruscis monumentis, videlicet: in speculo n. 2514 cum Amphiarao et Lasa (vid. AƧA⅃ lasa); in volcente vase n. 2147, ubi troianum iuvenem occidit (vid. ΥAƆV charu); et in aliis volcentibus vasis n. 2148 et 2151, in quibus Achillis armis Ulyssi adsignatis ob indignationem furore praeditus suo se ense interficit (Eurip. *Hel.* v. 94; Ovid. *Metam.* XIII, 390; Q. Calab. V, 482 sq.). Offerunt etiam Aiacem, humeris suis corpus Achillis eripientem (cf. Q. Calab. III, 216 sqq.; V, 219 sqq.), clusinum speculum n. 483 et quaedam gemma olim in museo ducis Orleanensis servata n. 2515 (vid. Ǝ⅃↓A achle et Ǝ⅃Ǝ↓A achele).



§ 2. Alter fuit *Aiax* Locrensium rex, ab Oilei patris sui nomine *Oileus* appellatus, etr. ƧATA⅃IƎ : ƧAƎIA (aivas vilatas) = Αἴας Ὀϊλῆος in volcentis hypogei pariete depictus, immitis contra Troianos aliquot, quos ducit immolandos (vid. Ƨ⅃AIVᑫT truials et inscr. n. 2162). Idem Aiax, acerrimus heros, ibi effictus est, qui Cassantram virginem vi tollit ab ara Minervae gladioque minatur (vid. AᑫTИMAƆ casntra et inscr. n. 2161).

⅃IƆIA (aivil), *aetatis*, quod etiam ⅃IƎA avil et Ƨ⅃IƎA avils scribitur (cf. AEVITAS = *aetas*, et vid. Ƨ⅃IƎA). In urna tudertina n. 90*a*. Alii legunt aiv (n. 90*b*).

AIVS, i. e. *loquens*, deus quidam apud Romanos. Cf. Varr. apud Gellium XVI, 17; Cic. *Div.* II, 32; Liv. V, 50.

(1) *Catal. du prince de Canino* n. 544.

(2) In vase clusino *Ergotimi* et *Clitiae*. Cf. *Catal.* cit. n. 1120; Inghir. *Vasi fittili*, II tav. CXXV.

(3) In vase clus. apud Ferd. Sozzi.

(4) In amphora tyrrhenica (*Monum. inéd.* I, pl. LI). Cf. Inghir. op. cit. IV, tav. CCCXLV.

(5) In vase volc. (*Atti dell'Acad. rom. d'arch.* VI, LXVI).

?Ǝ↓IA (aiche), fortasse legendum cum Gerhard *Etr. spieg.* ad tab. CLXXXVIII a(l)che(ntre) pro ΛΙ·ΙΧΕΝΤROM sive ƎƆTИƧ↓⅃Ǝ (elchsntre) i. e. *Alexander*, in etr. speculo vetustate valde corrupto n. 481; nam ibi *Paris* cum Venere (AИ⅃AO thalna) et Horis (AᑫƆVΥVƎ euturpa, AIƆΥ⅃A altria) oculis subiicitur (Gerhard op. cit. et Welker in *Ann. dell'Inst. arch.* XVII = 1845 pg. 209 nt. 1). Micali *Monum. ined.* pg. 123: « Aiche, *voce nuova, può tenersi convenevolmente per titolo d'una delle Grazie*, Aglaie. »

ƆA (ac), nominis vel praenominis initium, fortasse pro OA ath vel pro ⅃AIOA, ex caer. inscr. n. 2393 ƆA · ƧVƆV⅃A · Ǝ (v. apucus ac) = *Velius Apicius* . . . Item in urna hortana n. 2271 I⅃8AЯƆA (ac rafli) = *Attia Rofia?*

§ 2. ƆA exstat etiam in perusino cippo n. 1914B lin. 8: AИIO⅃ƎƎƆA | +MƎIOƎИƎꟼ, quod Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 114 et Migliarinius *Zibaldone* etc. pg. 34 sq. legunt renethi est ac velthina, Oriolius et V. Campanarius (in *Giorn. arcad.* XXXV, 171) renethi estac velthina. Diversimode interpretati sunt: ac = *ad* partic. advers. Vermigliolius, *ac* coniunctio Migliarinius; et estac = gr. ἐσταχε (*stetit*) V. Campanarius. Contra S. Campanarius *Tav. perus.* pg. 57 estac habet pro gr. ἐκ τοῦ (ἐκ τούτου), *deinde*.

-ꓘИ (ak). Vid. ꟷƎꓘꟷЯꓘИИИƆꟷ (liganakdíkeí).

? . . . ꓘИ (ak...) in aeneo nummo n. 2745*b*. Vid. ꓘИΥᑫVИ (aurunk).

AC-, radix osca. Vid. ACVM = *agere*.

ACADINVS, Siciliae fons. Cf. Alex. ab Alex. V, 10.

ACALANDRVM sive Acalander et Acalandrus, gr. Ἀκάλανδρος (Strab. VI, III, 4), amnis Italiae inferioris, qui in sinum tarentinum influit, hodie dictus *Salandra*, *Salandrella*. Plin. III, XV, 3: « Acalandrum. »

AKEΛΛΕΑ?, ἔκλεψαν, Tarentinorum dialecto. Hesych. pg. 187: Ἀκελλεά· ἔκλεψαν· οἱ Ταραντῖνοι.

AKEΛΛON, locus praeruptus Siciliae, olim Αἰγίθαλλος dictus. Cf. *Thes. gr. ling.*

ACELVM, (Ἄκεδον? Ptol. III, 1), nunc *Azolo*, oppidum in agro veneto inter Plavin et Silin (Plin. III, XXIII, 3). Paul. Diac. *De gestis Langob.* III, 26: « Agnellus de Acilio. »

ꟷƎИƎꓘИ (akenei), ——*o*, dat. vel abl. sg. 2 decl. ex tabula Agnonis (n. 2875) A18, B22, ubi legitur: ꟷƎИƎꓘИ · ЯꟷПꟷƎƆƎTVП ꟷƎƆTT⅃И (alttreí putereípíd akeneí) = *altero utroque* ——*o* (Aufr. et Kirck. II, 355; Knötel in *Zeit. f. alterth.* X, 129 « altero utroque anno »). Primus in akenei recognovit Henzen umbr. ACNV = *anno* (*Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 407 sg.; cf. Kirch. in *Zeitschr. f. vergl. spr.* I, 38); tum Mommsen, qui suspicatus akenei = *illi* a gr. ἐκεῖνος (*Ann.* cit. pg. 426), in suo opere germanice scripto *Die unterit. dial.* s. 247 eandem vocem comparavit cum osc. ИVꓘИ

(akun) = *acnuarum*, ab *acnua* mensura agrorum, fortasse usurpatam pro *praedio* vel *fundo*. Huschke denique in suo Glossario: « akeneí = *sacrificio animali, victimario,* » ab osc. ACVM = ACERE (agere), unde maruc. AƆINII (agine), rom. AGONIA = *hostia*, *amb-egna* (*Die osk. und sab. spr.* s. 21). Cf. S. Bugge in *Zeit. f. vergl. spr.* III, 418.

ACERE, *agere* infin., mutatâ palatinâ in gutturalem, siculi in osco ACVM. Tab. Heracl. cap. 3 lin. 60 sq.: ACERE DVCERE · LICEBIT.

ACERRAE, 'Αχέραι (Strab. V, iv, 8 et 11), hodie *Acerra*, « civitas est Campaniae, haud longe a Neapoli, quam Clanius preterfluit fluvius (Serv. ad *Aen.* II, 225). » Incolae appellabantur Acerrani (Plin. III, ix, 11). Cf. Drakenb. ad. *Sil. Ital.* VIII, 537, et Guarini *In cip. osco-abell. div.* pg. 51. — Acharrae fuit Thessaliae oppidum ap. Liv. XXXII, 13.

§ 2. Acerrae, 'Αχέραι (codd. Strab. V, i, 11 ''Αχαρα), oppidum Umbriae, quod meminit Plinius III, xix, 3: « Acerris, quae Vatriae cognominabantur. » — Acerras alias recensent geographi trans Padum, inter Laudem Pompeiam et Cremonam sitas. Plut. *Marcel.* VI, 2: Οἱ Γησάται ..... τὰς ''Αλπεις ὑπερβαλόντες καὶ τοὺς 'Ινσόμβρους ἐπάραντες· τρισμύριοι γὰρ ὄντες προσεγένοντο πολλαπλασίοις ἐκείνοις οὖσι, καὶ μέγα φρονοῦντες εὐθὺς ἐπὶ 'Ακέρρας ὥρμησαν, πόλιν ὑμὲρ ποταμοῦ Πάδου ἀπῳκισμένην. Polyb. II, xxxiv, 3 sq.: Οἱ δὲ τῶν 'Ρωμαίων στρατηγοὶ, τῆς ὥρας ἐπιγενομένης ἀναλαβόντες τὰς δυνάμεις, ἦγον εἰς τὴν τῶν 'Ισόμβρων χώραν. Παραγενόμενοι δὲ καὶ στρατοπεδεύσαντες περὶ πόλιν 'Αχέῤῥας, ἣ μεταξὺ κεῖται τοῦ Πάδου καὶ τῶν 'Αλπεινῶν ὀρῶν, ἐπολιόρκουν ταύτην. Steph. Byz., qui Polibium sequitur: 'Αχέῤῥαι, πόλις μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τῶν 'Αλπέων. Τὸ ἐθνικὸν, 'Αχερραῖος. « Accuratius quo loco, ait Kaempf *Umbric. specim. primum* pg. 18, haec urbs posita fuit, itinerarium Antonini docet [Mediolanum, Laude Pompeia, Acerras, Cremona], ex quo recte colligitur, esse vicum, qui etiam nunc *Gherra* vocatur, in ipsa Adduae fluminis ripa situm. » Cf. Guarnacci *Orig. ital.* II, 193 sg.; Mannert *Geogr. der Gr. und Röm.* IX, 1 pg. 170; et Müller *Die etr.* I 140 nt. 32.

ΑΚΕΡΣΙΛΑ, *μυρσίνη* (myrthus). Hesych. pg. 188: 'Ακερσίλα· μυρσίνη· Σικελοί.

ACERSONIEM, *in Aquilonia* vel *Aquiloniae*, locat. sg., pro acersoniem[em] idem quod ƎIИVꟼƎƆA akeṛunie (vid. MƎMAIИVꟼƎKA akeṛuniamem = *ad Aquiloniam*), nominat. acersonia vel akeṛunia = *Aquilonia*, pagus umbricus in agro iguvino (Aufr. et Kirch. I, 53, 72, 113; II, 148, 251, 290, 298). Tab. eugub. VIIa 52 sq. EAF · ACERSONIEM | FETV · TVRSE · IOVIE = *eas Aquiloniae facito Tursae Ioviae* (Aufr. et Kirch. II, 299). Non eodem modo alii interpretati sunt, ut monemus ad voc. sq.

MƎMAIИVꟼƎKA (akeṛuniamem), *ad Aquiloniam*, locat. sg., idem quod ACESONIAME pro ace(r)soniame, siculi ƎIИVꟼƎKA (akeṛunie) = ACERSONIEM (RS = ꟼ ṛ) i. e. *ad Aquiloniam:* nominat. akeṛunia et acersonia, apud Oscos akudunniu (vid. ЯИIИИVЯVKИ (akudunniad) = *Aquilonia*, nomen cuiusdam pagi in agro eugubino (Aufr. et Kirch. I, 53, 72, 93, 112; II, 251). In tabula eugubina Ib 15 sq. legitur: MƎMAIИVꟼƎKA | : ƧƎИƎM : ƎИVꟼ (pune [b]enes akeṛuniamem = tab. VIb 52 sq. APE · ACESONIAME | ..... BENVST) i. e. *quum Aquiloniam venies* (Aufr. et Kirch. II, 70, 148, 251, 275). — Alii alio modo interpretati sunt. Grotefend (*Rud. l. u.* II, 30): akeṛuniamem = acesoniame, ab *acerra*, « casus localis nominis akerunia, quod, quum ad prinuvatu s. suffimenta referendum sit, turificationem de *acerra* designare videtur » (op. cit. V, 24; cf. V 7, VII 28, 30, VIII 36); et Huschke (*Die osk. und sab. spr.* s. 195; cf. s. 348) cum osco IИVIЯƎBИ (ahvdiuni), quod interpretatur *concilium*, comparat umbr. acersoni-em, akeṛuniam-em, akeṛuni-e, acesoniam-e: hinc ape acesoniame ..... benust = *ubi in concilium venerit.* Cf. Knötel in *Zeitschrift für die alterth.* X, 121 sqq.

ƎIИVꟼƎƆA (akeṛunie), *in Aquilonia* vel *Aquiloniae*, locat. sg. pro aheṛuniemem, idem quod ACERSONIEM, cuius nominat. akeṛunia vel acersonia = *Aquilonia*, pagus umbricus in agro iguvino (Aufr. et Kirch. I, 113; II, 148, 298). Tab. eugub. Ib 42 sq. haec habet: ƎIƆVIƎƧV+ : V+ƎB : ƎIИVꟼƎƆA : ƎƆ+ | : AƆƎƆIBAƎ (eaf iveka tre akeṛunie fetu tuse iuvie = tab. VIIa 52 sq. EAF · AÇERSONIEM | FETV · TVRSE · IOVIE) i. e. *eas iuvencas tres Aquiloniae facito Tursae Ioviae* (Aufr. et Kirch. II, 299). Vid. supra MƎMAIИVꟼƎKA (akeṛuniamem) = *ad Aquiloniam.*

ACERVVS, *acerbus*, adi. ex titulo apud Dausq. I, 39: ACERVVM · LVCTVM · MIHI · DEMISISTI · DVLCISSIMA · CONIVX · Alia exempla: ET · FVNERE · MERSIT · ACERVO (Grut. 1052, 10 = Momms. n. 4026); MORS ACERVA (Mur. 1139, 6 = Momms. 1560); ACERVISSIMAM MORTEM (Grut. 394, 3 = Mur. 332, 2, Momms. n. 1951).

ꓘAIƧƎƆA (acesial), *Acesia*, abl. sg. (cf. AƧƎƆƧA ascesa, et Acesis apud Gruterum 935, 8) n. pr. f. in operculo urnae perusinae n. 1168 ꓘAIƧƎƆA : IИƧAƆ · ƎƧ (se casni acesial) = *Sexta Casinia Acesia* nata.

ΑΚΕΣΙΝΗΣ, fluvius Siciliae (Tucid. IV, 25), ab aliis dictus Asines (cf. Plin. III, xiv, 3). Vid. Cluver. *Sicil.* pg. 92 sq. — Est etiam fluvius Indiae; Acesinum in Chersoneso Taurica memorat Plinius IV, xxvi, 3.

ACESONIAME, *ad Aquiloniam*, locat. sg. pro ace(r)soniame, idem quod antiquioribus literis MƎMAIИVꟼƎKA

akeruniamem (vid. hanc vocem), cuius nominativus acersonia vel akerunia = *Aquilonia*, pagus umbricus in agro iguvino (Aufr. et Kirch. I, 93, 112; II, 70, 148, 259. Cf. Lassen *Beiträge zur deutung der eugub. taf.* s. 39). Tab. eugub. VIb 52 sq. APE · ACESONIAME | HEBETAFE · BENVS = *postquam Aquiloniam ad* ——*as venerit* (Aufr. et Kirch. II, 275).

ACESTA, Ἄκεστα vel Ἀκέστη, urbs Siciliae, dicta a rege Aceste (Virg. *Aen.* V, 718: « urbem appellabunt permisso nomine Acestam »). Vult Servius ad *Aen.* I, 550 antea dictam fuisse Egestam, postea Segestam; at Salmasius (*Exerc. Plin.* pg. 112) aliam Egestam, aliam Acestam fuisse putat. Incolae dicti sunt Acestei (Plin. III, xiv, 5). Vid. voc. sq.

ΑΚΕΣΤΑΙΟΙ, *currus*, *vehicula*. Hesych. pg. 188: Ἀκεσταῖοι ὄχοι· Σικελικὰ ὀχήματα.

ACESTES, (ἀκέστης = *medicus*), rex siculus, filius Crinisi fluminis et Egestae mulieris troianae; unde Virgilius (cf. *Aen.* V, 36 sqq.): « Troianoque a sanguine clarus Acestes (*Aen.* I, 550) » - et « Dardanius divinae stirpis Acestes (*Aen.* V, 711). » Cf. Serv. ad *Aen.* V, 718. — Acestes est etiam cognomen virile rom. apud Grut. 1042, 6 (Q · FLAVIO · ACESTE); familia Acestia in Murat. 666, 2, 1287, 6.

ACETARE, *agitare*. Paul. pg. 23: « Acetare dicebant (*veteres*) quod nunc dicimus *agitare*. » Alii legunt acitare. Cf. Lubin *Antiq.*, Forcell. s. v. aceto; et vid. osc. ACVM = *agere*.

ACHATES, Ἀχάτης (Ptol. III, 4 corruptâ voce Ἀκιθίου ποταμοῦ ἐκβολαί), nunc *Belice*, Siciliae fluvius (Plin. III, xiv, 4; XXXVII, liv, 1). Sil. Ital. XIV, 228: « Et perlucentem splendenti gurgite Achaten. » Vibius Seq. pg. 328: « Achates Siciliae, ubi pari nomine lapillos generat, unde gemmae fiunt. » — Fuit Achates fidissimus Aeneae comes.

ACHERINI sive Acrini. Vid. ACRAE.

ACHERON. Vid. ACHERVN.

ACHERONTIA, oppidum Apuliae Dauniae, quod postea Agerentia dictum est (Paul. Diac. *Langob.* II, 21), nunc *Acerenza*. Liv. IX, 20 « Acheruntum. »

ACHERONTINI, populi in agro Bruttiorum iuxta Acherontem amnem. Plin. III, x, 2: « In peninsula fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini. » Vide voces sqq.

ACHERVN, Acheron vel Acheruns et Acherons (Acheros, Liv. VIII, 24), Ἀχέρων, fluvius Bruttiorum in Terinaeum sinum defluens (Plin. III, x, 2), a gr. α et χαρὰ = *sine gaudio* (Serv. ad *Aen.* VI, 107). Acherun antiquiori orthographia scripserunt veteres, Plautus aliique; cf. Prisc. pg. 27 = 554 P., et Maittaire *Gr. ling. dial.* pg. 416. — Item Acheron flumina Epiri et Peloponnesi.

ACHERVNTVM. Vid. ACHERONTIA.

ACHERVSIA, Ἀχερουσία λίμνη (Strab. V, iv, 5), palus Campaniae, hodie *Lago della Colluccia*. Plin. III, ix, 9: « Acherusia palus Cumis vicina. » — Acherusia est etiam Epiri lacus vel palus, et Bithyniae specus.

ACHETVS, oppidum vel fluvius Siciliae, quod memorat Silius XIV, 268: « pubesque liquentis Acheti. » Alii legunt Achaetus vel Achaetum.

ACHRADINA vel ACRADINA, pars urbis Syracusarum, munitissima, amplissima et antiquior, « fortasse ita dicta est, quia eo loco olim silvestris pyrus enata fuerit, quae graece ἀχρὰς, et inde adi. ἀχράδινος » (Forcell.). Cic. *in Verr. act.* II, iv, 53: « altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Achradina est. » Cf. Liv. XXIV, 21; XXV, 24, 26, 31.

? AΘϽA (actha), quod Lanzius II 226 = 180 legit in etr. speculo n. 2096.


ACIARIVM, est *ferri indurata acies* h. e. στόμωμα, italice *acciaio* et *acciaro*, in Gloss. graeco-lat. (cf. Labb. pg. 208). Gloss. ap. Maium *Cl. auct.* VI, 502: » aciare et aciarium, ferrum durum. ».

ACIENSES, populus antiquus Latii, de quo Plinius III, ix, 16: « Albani, Aesolani, Acienses, Abolani etc. »

... IIϽA (acii) in fragm. etrusci lapidis n. 2644.

ᛚI>A (acil), obscurissima Etruscorum vox, quam Vermigliolius (*Sep. dei Volunni* pg. 11 = 30) scriptam putavit quadratarii incuriâ pro ᛚIƆA (avil) = *aetatis*, in Volumniorum sepulcri perusini stipite dextero, n. 1487; et illi subscribit S. Campanarius (in Verm. op. cit. ed. 2.ª pg. 34). Oriolius vero (in Verm. op. cit. ed. 2.ª pg. 137 sq.) statuit acil adiectivum esse, quod convenit cum voce IΘVƧ (suthi), ab eodem themate derivatum a quo dor. ἀκαλὸς = ἠκαλὸς (placidus, quietus, tranquillus), et conferendum cum osco ᛚIKVᴎ (aukil) etruscisque verbis VᛚIϽA (acilu), ƎᴎVᛚIϽA (acilune). Cf. Bartoloni-Bocci in *Giorn. arcad.* XCI, 169. Visum est mihi (in Verm. op. cit. ed. 2.ª pg. 139) acil = *hunc*, a scr. ki (unde lat. *hi-c*, *ci-s*), quod melius apparet in etr. formis AϽ, AϽƎ et [ᴎƎKᴎA] (ca, eca, anken). De pronomine demonstrativo umbrico et osco vide ESO et -KƎ (ek-).

A<ILES, Ἀχιλλεύς (Achilles), graecus heros; saepius scripserunt Etrusci ƎᛚΨA (achle) et pleniori orthographia ƎᛚƎΨA (achele), perraro AΨILE (achile). In antiqua gemma n. 2518 Achilles (aciles, incertissimis literis et fortasse graeco-antiquis) conspicitur, qui rediturus ad praelium novis armis induitur et primo ocreis, ut cecinit Homerus *Iliad.* XIX, 369 sq.



Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν
καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας.

ACILIVM compitum fuit Romae, ait Forcellinius, sed qua regione locove adhuc incertum. Plin. XXIX, vi, 1: « Cassius Hemina, ex antiquissimis auctor est, primum e Medicis venisse Romam Peloponneso Archagatum Lysaniae filium, L. Aemilio, L. Iulio coss. anno Urbis DXXXV, eique ius Quiritium datum et tabernam in compito Acilio emptam ob id publice. »

ACILIVS. Vid. ACIRIS.

VꓕIϽA (acilu), *Acilius* (Ἀκίλιος; AKEIΛIOC apud Osann pg. 428 n. XLIX), n. pr. m. simile osco ꓕIKVN (aucil); hinc AƧVꓕIϽA (acilusa) = *Acilii* uxor (cf. Aquilius, ƎИVꓕIϽA acilune et IИAꓕ↓A achlani). Gens Acilia a Troia excisa originem suam accipiebat. In clusinis titulis occurrit, videlicet: VꓕIϽA : OA (ath acilu, n. 569) = *Attius Acilius;* VꓕIϽA : ƎƧ : VA (au se acilu, n. 570) = *Aulus Sextus Acilius* sive *Aulus Sexti* filius *Acilius;* VꓕIϽA : ꓕƎƎ (vel acilu, n. 571) = *Velius Acilius.* Invenitur etiam inter inscriptiones Polimartii (vid. VMVϽVꓕ lucumu) n. 2421.

ƎИVꓕIϽA (acilune). De hac voce in cipp. perus. (n. 1914 B, lin. 9) nil certum proferri potest; nam Vermigliolius, qui modo legit ac ilune (et ita Müller *Die Etr.* s. 160 nt. 135, atque Maggi in *Lett. di etr. erudiz.* pg. 240), modo acilune (*Inscr. per.* pg. 114), timide quaestionem fecit de quodam proprio nomine, ex. gr. *Aquilonius* (cf. VꓕIϽA acilu), quod visere V. Campanarius (in *Giorn. arcad.* XXXV, 171 sq.) et Migliarinius *Zibaldone* etc. pg. 34 sq.; sed S. Campanarius *Tav. perus.* pg. 57 duxit acilune ex ἄκερος, *cornua non habens* (sine cornibus). Forsan legendum acil une (cf. ꓕIϽA acil) = *hunc unum* (?).

AƧVꓕIϽA (acilusa), *Acilii* uxor?, cogn. muliebre ab VꓕIϽA (acilu) = *Acilius.* Inscriptio clusina n. 556: AƧVꓕIϽA | IƎИqVꓕ | AИAO (thana purnei acilusa) = *Tannia Furinia Acilii* uxor.


ACIPIO, *accipio* (ad capio), ex tabula genuate (App. n. I) lin. 26: EAM · PEQVNIAM · ACIPIANT.

ACIRIS (Ἄκιρις Strab. VI, I, 14), fluvius prope Heracleam. Plin. III, xv, 3: « est inter Sirin et Acirin Heraclia. » Servius ad Virg. *Ecl.* IX, 39 eum Acilium vocat, non *Acirin.*

ACIS, Ἄκις, fluvius Siciliae, ex Aetna monti in mare decurrens. Vid. Forcell. s. h. v.

ACISCLVS, *acisculus* i. e. *parva ascia*, ut explicant grammatici; sed potius a gr. diminut. ἀκὶς (quod ab ἀκὴ = *cuspis, mucro*) i. e. *cuspis sagittae* derivandum, quam ab *ascia*, cum Cavedonio in *Bull. arch. nap.* nv. sr. III, 81 sgg. Fuit Romae cognomen *L. Valerii* (L · VALERIVS · ACISCVLVS in numis consularibus), et per syncopen ACISCLVS appellatus martyr cordubensis (vid. Prud. περὶ στεφ. IV, 49). In domo Cesarum ad Palatinum vidit Garruccius (*Bull.* cit. V, 63) ACISCLVS | VENTRE | GLVTEN literis stylo exaratis.

ƧVIKA (akius), fortasse *Accius* (vid. ACCIVS) n. pr. m., ex vase n. 47 in agro bononiensi eruto.



ACCA, n. pr. f. apud Volscos et Romanos. Acca fuit soror et aequalis Camillae Volscorum reginae ap. Virg. *Aen.* XI, 820. — Acca Laurentia vel Larentia Faustuli uxor, Lupa dicta, est satis nota (ACCAE LARENTIN in calend. praenestino apud Orell. II, 404); de ea vide praesertim Macr. *Sat.* I, 10. — Acca Tarratia (vel Taruntia vel Tarrutia) memoratur a Varrone *de l. l.* VI, 24, pg. 82 (cf. Gelllum VI, 7), quae a nonnullis confusa est cum Flora, quia Romani ei sacrificabant mense aprili.

ACCALIA, festi dies a Romanis instituti in honorem Accae Laurentiae. Vid. Forcell.

ACCEPSO pro *acceperim* aut *accepero* (ita Forcell. s. v. accipio), vel ut exponit Nonius II, 51 pro *accipio*, antiquum est. Pacuv. ibid.: « Haud sinam quidquam profari, priusquam accepso, quod peto. »

ACCINO et ADCINO, *accanto* et *adcanto.* Diomed. pg. 425: « Accentus dictus est ab accinendo, quod sit quasi quidam cuiusque syllabae cantus. » Cf. Dausq. II 2, et Forcell.

ACCIVS, n. pr. m. (vid. supra etr. OA ath et ƧVIKA akius); poëtae apud Romanos fuere plurimi huius nominis: L. Accius senior, L. Accius iunior, T. Accius; et celebris est Accius Naevius augur tempore Tarquinii Prisci; ita Accius Priscus pictor, Accius Labeo poëta comicus, T. Accius L. filius L. nepos orator eximius, T. Accius Pisaurensis cet. (cf. Forcellini *Lexic.*). Alii legunt Actius Attius et Atius = etr. OA (ath).

ACCVA, oppidum Pelignorum (Liv. XXIV, 20); hinc Accuaeus, quod et cognomen est Vibii praefecti Pelignae cohortis apud Val. Max. III, II, 20.

ACCVSSO, *accuso*, vetustiori orthographiâ; testantur Pareus in *Lex. crit.* et Beda *de orth.* pg. 2327 (« Accusso per duo *c* et per duo *s* scribitur »). Hoc verbum deducunt grammatici a *causo*, quod a *causa* vel *caussa*, sive a *cuso*. Cf. Forcell. s. v. *accuso.*

?IИAꓕϽA (aclani), idem quod IИAꓕ↓A (achlani) = *Aclania* (cf. Aclenius in Mommsen n. 6309, 1), nisi *Oclania* n. pr. f.; nam IƎИIꓕϽA (aclinei) pro IƎИIꓕϽVA (auclinei) scripserunt Etrusci. In titulo volaterrano n. 317, si fidem tribuimus gorianis apographis, legitur:

[IИ]AᛚↃA · ᛚ (l. aclani) = *Lartia Aclania.* Cf. VIИAᛚↃ (claniu).

AIƧAᛚↃA (aclasia), *Aclasia* n. pr. f., fortasse idem quod AƧƎᛚᛚ↓A (achlesa; cf. VᛚIↃA acilu et IИAᛚↃA aclani sive IИAᛚ↓A achlani). In urnis perusinis n. 1543 sq.

ACLESIA, ἐκκλησία (ecclesia), rudi orthografiâ in christianis titulis, sicuti ACLESIA et ECLESA. *Catac. de Rome* pl. LXX, 2: DAFNEN VIDVA · Q · CVN VIX... | ACLESIA NIH GRAVAVIT A, i. e. *Dafnen quae cum vixerit annos ... ecclesiam nihil gravavit ...*

IƎИIᛚↃA (aclinei), *Oclinia* familiae etruscae nomen, in quo A pro VA, recte IƎИIᛚↃVA (auclinei), ex titulo perusino n. 1177: IƎИIᛚↃA : IOAᛚ (lathi aclinei) = *Lartia Oclinia.*

ƧIᛚↃA (aclis). Vid. ƧИↃA (acns).

ACLVS, apud Etruscos nomen fuit mensis *iunii*, si Papiae credimus, qui in suo vocabulario haec habet: « Aclus Tuscorum linguâ *iunius* mensis. » Cf. Micali *Storia* etc. II, 211 nt. 68.

? AMKA (akma) in titulo viterbiensi n. 2091, cuius lectio valde dubia.

ACNA, *agna* (gr. ἄμνας vel ἀμνή) f., antiquâ orthographiâ, sicuti ACNVS pro *agnus* (unde ACNELLVS = *agnellus*), teste Victorino pg. 2459 (vid. CABINVS = *Gabinus*), a Lanzio memorato I 117 = 90.

ƎↃIAИↃA (acnaice), ——*us* nominat. sg. 2 decl., vox forsan composita ab *a* pro *ad* et rad. -AИↃ (cna-), scr. g'an = lat. *gen-*, unde [g]nascor, gnatus, et comparanda cum etruscis verbis ⵜAИ↓A (achnaz), AƧAИAИↃA (acnanasa), AИ+AИↃƎ (ecnatna), ИAᛚↃ (clan) = CNATVS pro *gnatus* vel *natus* (cf. ACNATVS et COCNATVS). In ossuario etrusco n. 985 legitur: ƎↃIAИↃA · ƧVꟼƎꟼ · ƎAↃ · ƎИA (ane cae vetus acnaice) = *Anius Caius Vetus* ......*us* (« *Annaenia* natus, » Janssen *Inscr. mus. Lugduni-Batav.* pg. 17).

ƎИIAИↃA (acnaine) legitur in volcente vase n. 2172; vox sive nomen, ut mihi videtur, derivandum a gr. ἁγνὸς, *purus, sanctus, castus,* quod est sollemne epitheton dearum deorumque: etiam musae et nymphae ἁγναὶ dicuntur. Illud vas ita descripsit De Witte *Cabin. d'antiq. de m. Durand* pg. 70: « *Une génie femelle, sans doute une* Lasa *ou* Lara, *ou plutôt encore une* Niké, *vêtue d'une tunique talaire, tient des deux mains une large bandelette sur laquelle est écrit le mot étrusque* ƎИIAИↃA, acnaené. »

AƧAИAИↃA (acnanasa), etrusca vox quae legitur in titulis prope Viterbium erutis n. 2055-2056. Suspicatus est Oriolius (*Bull. dell'Inst. arch.* 1850 pg. 94; *Album* an. XIX pg. 174 sg.) in acnanasa agnosci posse lat. *annus*, apud Umbros ACNV = *anno.* Eam repeto a rad. -ИAↃ (can), fortasse pro lat. gen-, ut supra dixi ad voc. ƎↃIAИↃA (acnaice).

ACNATVS, *agnatus* (scribitur et adgnatus vel adnatus) adi., quod memorat Dausquius I, 25. Colligitur ex XII Tabular. legibus: « sei acnatus nec escit, » ut aliqui legunt. Cf. Rateum *Leg. XII tab. collecta* n. XXXIV.

ACNELLVS, *agnellus* m. (barbarâ orthographiâ AGNEGLVS) ab ACNVS = *agnus.* Fuit Agnellus n. pr. m. in titulo Mus. borbon. apud Mommsen n. 6691: HIC REQVIESC|ET IN SOM|NO PACIS AC|NELLVS QVI VI|XIT ANNIS PLV | MINVS G·

AИIИↃA (acnina), fortasse *agnina* adi., ab ACNVS et ACNA antiquâ orthographiâ pro *agnus* et *agna.* Legitur acnina vox in cipp. perus. (n. 1914 *A*) lin. 17, ubi de *agnina carne,* qua veteres in sacrificiis utebantur, loqui posse arbitrantur V. Campanarius (in *Giorn. arcad.* XXXIV, 61 sg.), Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 103 sg. et S. Campanarius *Tav. perus.* pg 46. Contra Migliarinius *Zibaldone* etc. pg. 28 sg. explicat *quotannis* (ab umbr. ACNV = *anno*).

ƧИↃA (acns) in urna volaterrana n. 305. Oriolius legit aclis pro aciles vel pro ƎᛚᛚA (achle) = *Achilles* (vid. *Antologia di Fir.* vol. XXV n. 78-79 pg. 198, et *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 164 nt. 1).

ACNV, fortasse *annum*, acc. sg. (vid. ACNVS? ANVS = *annus*, et cf. umbr. A cum osco ꟼƎИƎKA akeneí), quod et in compositis adparet MƎИↃIAᗡƎꟼ (per-aknem) = *per-ennem* (PERACNIO genit. pl.) et ƎИↃIAƎƧ (sev-akne) = *soll-emnis* (Aufr. et Kirch. I, 155; II, 318, 355). In tabula eugubina Vb 8, 12, 14, 17: POSTI · ACNV = *per annum* (?), sive *pro anno* (?) (Aufr. et Kirch. I, 155; II, 363); quae Lanzius II 614 = 619, cui Lassen accedit (*Beiträge zur deutung der eugub. taf.* s. 56), reddidit « ποτὶ (προς) *anno* » vel « *ad annum* (hocce anno). » Contra hanc interpretationem, quam Passerius (*Paralip. ad Dempst.* pg. 317) protulit, stat Grotefend his verbis (*Rud. l. u.* VII, 11): « quod si acnu graeco adiectivo ἁγνῷ respondet, posti acnu significat *pro sacro*, quo donatio ad perpetuum designari videtur. » Cum osc. akeneí et ACVM = acere (agere) umbricum acnu pro acnom comparat Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 21.

ACNVA vel ACNA. Vid. ИVKИ (akun).

ACNVS, *annus* (umbr. ACNV = *anno*), rudi orthographia in lapide chr. apud Murat. 1849, 9. Aliter legit Brunatius *Mus. Kirch. inscr.* pg. 118 n. 273 in eodem lapide ab ecclesia S. Augustini Placentiae in Mus. Parm. translato: ☧ | INNOCES PVELA VONI|FATIA VIXIT | AGNOS · N · III · M · I ·7II | IN EIDEM IN PACE, i. e. *Innocens puella Bonifatia vixit annos num. tres mensem unum dies tres* etc.

ACNVS, *agnus* (gr. ἀμνὸς) m. et f., mutatâ palatina in gutturali, sicuti in ACNA et ACNELLVS pro *agna* et *agnellus*. In antiquissima lege Numae Pompilio adtributa legimus: « acnum foeminam caidito » (Aul.

Gellius, IV 3) = *agnum foeminam caedito* (Paul. pg. 121). De etymologia huius vocis et graeca origine cf. Müllerum *Die Etr.* I 17 nt. 21 et Förstemann in *Zeit. f. vergl. spr.* I 493.

ACOETES, Evandri armiger et comes Pallantis, Virgilio (*Aen.* XI, 30 sq., 85) memoratus.

ΑΚΟΑΣΤΗΡΕΣ, magistratus quidam apud Metapontios, forsan qui causas audiebant. Hesych. I, 195: Ἀκοαστῆρες· ἀρχὴ τις παρὰ Μεταποντίοις.

AIИOϽA (aconia), *Aconia* n. pr. f. (etr. orthographiâ IИV↓A achuni) in titulo falisco n. 2451 (AIИOϽA AϽ ca aconia = *Caia Aconia*).

?...ꟼϽA (acr...), *Acrii* vel *Acriâ* n. pr., ut MIꟼϽA (acriś) vel ⅃IꟼϽA (acril), in titulo perusino n. 1350.

ACRAE, urbs Siciliae in finibus Syracusanorum; incolae dicti sunt Acrini (Acrenses, Plin. III, xiv, 5, in nummis n. 3049 ΑΚΡΑΙΩΝ. — Acra (gr. ἄκρα, *cacumen*) fuit Salentinorum promontorium (hodie *Capo di S. Maria di Leuca*), quod Acram Iapygiam vocabant veteres (Plinius III, xvi, 2), Ἰαπυγία ἄκρα ἡ καὶ Σαλεντίνη apud Ptol. III, 1. Vid. ACRILLAE, et cf. Acherini in Cic. Verr. II, iii, 43.



AKPAOE (akrathe), Ἀκρατής, cuiusdam herois graeci nomen, quod diversimode interpretari potest, videlicet: ἀκρατὴς (impotens) = κράτος οὐκ ἔχων, vel ἄκρατος, *non temperatus, immoderatus irâ, immitis, petulans.* Ἄκρατος nomen est comitis Bacchi a Pausania memoratum, I, ii, 4 (cf. H. Steph. *Thes. ling. gr.*); et Acratus cognomen Valerii apud Oderic. *Sillog.* pg. 238 n. 79. In etrusco speculo n. 1062, in Museo perusinae universitatis servato, adspicitur *Minerva* armis instructa, quae petit hastâ corpus *Acratis* (etr. AKPAOE) dexterum genus flectentis, cui brachium absciderat. Fortasse hoc monumentum exhibet Minervam a Cornuto (*De nat. deor.* c. 20) γιγαντογοντίδα appellatam; et haec est Vermigliolii interpretatio (*Inscr. per.* pg. 63; cf. *Indicaz. antiq.* n. 249), cum quo pauca consentit Inghiramius (*Monum. etr.* II 699-702). — Male Vermigliolius (op. cit. pg. 62) dedit akrate Mnerva pro AKPAOE AƎꓷИM in tab. iv n. 1, quem sequuti sunt Inghiramius et Gerhard; sed legendum AƎꓷИƎM (menrva) AKPAOE (akrathe).

IИI⅃ƎϽAꟼϽA (acracelini), *Acracelinii* n. pr. m. genit. sg. in falisco titulo n. 2452. Vid. voc. seq.

OIИI⅃IIϽAꟼϽA et OIИI⅃ƎϽAꟼϽA (acracelinio), *Acracelinio* vel *Acracelinius* n. pr. m., in titulis faliscis n. 2443 O[I]ИI⅃Ǝ[Ͻ]AꟼϽA, et OIИI⅃IIϽAꟼϽA : OIϽꟼAM marcio acracelinio n. 2446. Vid. voc. praeced.

ƎꓘϽA (akre). Vid. ƎꓘϽA+ИA (antakre).

⅃IꟼϽA (acril), *Acriâ*, idem quod ⅃VꟼꓘA (akrul; cf. ...ꟼϽA acr...), ut mihi videtur pro acrial n. p. f. (cf. MIꟼϽA acriś = *Acrii*), fortasse ab OCRIS = *mons*. In ossuario perusino haec legitur inscriptio n. 1841 ϽƎM · ⅃IꟼϽA · MAИMI⅃ƎϽ · I+I+ (titi velimnaś acril śec) = *Titia Volumnii* uxor *Acriâ* nata (« *Telia Volumnia Acriâ* nata » Vermigl. *Inscr. per.* pg. 179).

ACRILLAE, oppidum Siciliae (cf. ACRAE), quod memorat Plutarchus in *Marcel.* XVIII, 1. Livius XXIV, 35: « castra circa Acrillas urbem ponebant. » Steph. post Ἀκραιφίαν urbem sic ait: Ἀκρίλλα πόλις Σικελίας οὐ πόῤῥω Συρακουσῶν· τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖος. Cf. Drakenb. ad Liv. loc. cit.

MIꟼϽA (acriś), *Acrii* genit. sg., nominat. *Acrius* (cf. ἄκρος = *summus* et OCRIS = *mons*) n. pr. m. in *Thes.* Murat. 1123, 9. Cf. ⅃VꟼϽA acrul et ⅃IꟼϽA acril = *Acriâ*, quae probabiliter pro *Agria*, ut in corfin. inscr. apud Mommsen n. 5404, scripta esse potest et ab *ager* derivanda. In perus. urna n. 1729: MIꟼϽA AIꟼVƧVꟼ AIAϽ (caia rusuria acriś) = *Caia Rusuria Acrii* uxor.

§ 2. MIꟼϽA = *Acrii*, cognomen est perusinae gentis *Vibiae*, ut mihi videtur, in titulo n. 1320 ubi legitur: MIꟼϽA · MI⅃Iꟻ · AI⅃IƎꟻ (veilia vipiś acriś) = *Velia Vibii Acrii* uxor (« *Velia Vibii* filia *Acrii* uxor, » Vermigl. op. mss.).

ACRON, rex Caeninensium, singulari certamine victus a Romulo (Liv. I, 10). In basi Pompeiis eruta (Momms. n. 2189): DVCE · HOSTIVM ACRONE · REGE · CAENINENSIVM INTERFECTO. — Alius fuit Acron a Mezentio prostratus (Virg. *Aen.* X, 718 et 729).

ACROTA, n. pr. m., filius Tiberini Albae regis, et frater Romuli, post quem etiam regnavit. Ovid. *Met.* XIV, 616 sqq.:

> De quo (*Tiberino*) Remulusque, feroxque
> Acrota sunt geniti: Remulus maturior annis
> Fulmineo periit, imitator fulminis, ictu.
> Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
> Tradit Aventino.

MꟼꓘA (akrś), fortasse pro MIꟼϽA (acriś) = *Acrii*, n. pr. m. genit. sg. in etr. inscr. n. 451 *b*, MꟼꓘAIM (mi akrś), quod reddit Oriolius (in *Album* an. XXII pg. 194) *sum rudis*, acrś quasi τοῦ ἀγρίου.

?⅃VꟼꓘA (akrul), *Acriâ*, idem quod ⅃IꓷϽA (acril) pro acrial, n. pr. f. (vid. MIꟼϽA acriś = *Acrii*). In perusino ossuario n. 1942.

VꓷꓘA (akru). Vid. voc. sq.

VꓕVꓷꓘA (akrutu), fortasse *agro*, abl. sg. 2 decl. (cf. AGER) cum suffixa praepositione -tu (cf. ANGLVTO anglu-to = *ab angulo*), cum umbr. ƎꓷꓘAꓷƎꟻ perakre = PERACRIO comparandum (Aufr. et Kirch. I, 53, 117; II, 320; cf. Knötel in *Zeit. für die alterthumwissenschaft* X, 120). Legitur in tab. eugubina Va 9: VꓕƧƎ⅃Ǝꓷ : VꓕVꓷꓘA (akrutu revestu) = ... *revi-*

sito (Aufr. et Kirch. II, 335). Grotefend *Rud. l. u.* VII, 5: akrutu = *primitias ferto*, « ab ἀκρόω sive ἀκροθινιάζω, *primitias fero* (op. cit. VII, 8). Extremam syllabam tu abiecit Lanzius II 705 = 613, cui akru = *hac re* est.

IƧƆA (acsi), *Axia*, antiquiori orthographiâ IƧ↓A (achsi) cum gutturali aspirata (sine gutturali IƧA asi), et IƧΘA (ahsi), unde ᒧAIƧΘA (ahsial), cum aspirata *h* pro *c* vel *ch*; familiae etruscae nomen (IƧƆA aliquando pro MIƧƆA acsiś = AXSIVS; vid. § sq.), conferendum cum formis IƧAB (hasi), IƎOA (athei), IᒧA⊘ (hati) et praen. OA (ath) = *Attius* vel *Attia*. Inter plebeias habitur familia *Axia* (AXIA nomen fuit cuiusdam castri in agro tarquiniensi), nunc inter etrusco-perusinas cognita ex duobus hypogaeis (n. 1110-1136, 1137-1138); in uno IƧƆA · ꟼA (ar acsi, n. 1110, 1124) = *Arria Axia*, IƧƆA · OИꟼA (arnth acsi, n. 1113, 1114) = *Aruntia Axia*, IƧƆA · Aᒧ (la acsi, n. 1112) et IƧƆA · OꟼAᒧ (larth acsi, n. 1135) = *Lartia Axia*, IƧƆA · ƎƧ (se acsi, n. 1111) = *Sexta Axia;* in alio nominibus MƎMꟼƎ⊘ (hermeś) et MƎИAᒧIƎV (uvilaneś) praeponitur IƧƆA, unde *Axia Hermii* uxor (n. 1137) et *Axia Ovilanii* uxor (n. 1138).

§ 2. IƧƆA et IƧ↓A (achsi) = MIƧƆA (acsiś), *Axius* n. pr. m., litera *s* finali carens, orthographiae inconstantiâ (vid. Conest. *Monum. del Palazz.* pg. 93, 96 sgg.), in titulo eiusdem sepulcri gentis *Axiae*, n. 1125 qui habet: ƎᒣᒧAᒣ ᒧAIOИꟼA · IƧƆA · OИꟼA (arnth acsi arnthial palpe) = *Aruns Axius Aruntiâ* natus *Balbus*.

MIƧƆA (acsiś), *Axius* (antiquiori orthographiâ AXSIVS), aliquando sine litera finali IƧƆA (acsi) et IƧ↓A (achsi) n. pr. m. (IƧƆA, IƧ↓A, IƧA et ? IƧΘA = *Axia*). Inter inscriptiones ex sepulcro perusino in lucem proditas (n. 1110-1136), ad etruscam gentem *Axiam* spectantes, n. 1127 in lamina plumbea detrita, quae vetustiori ossuario adhaerebat, protulit ... AƆ MIƧƆA (acsiś ca...) = *Axius Ca...* eiusdem gentis auctor; sequuntur n. 1123 MIƧƆAƎᒧVA (aule acsiś) = *Aulus Axius*, n. 1117, 1126, 1128, 1130, 1132, 1133 MIƧƆA : OИꟼA (arnth acsiś = IƧƆA · OИꟼA n. 1125) = *Aruns Axius*, n. 1131 MIƧƆA · ƧIꟼAᒧ (laris acsiś) = *Lar Axius* vel *Laris Axii* (?), et n. 1115, 1129 et 1134 MIƧƆA · OꟼAᒧ (larth acsiś) = *Lars Axius*.

§ 2. MIƧƆA = *Axii*, n. pr. m. genit. sg. (cf. ƧƎOA athes, ƧƎ+A ates, MƎI+A atieś et praen. ΘA ath = *Attius* vel *Attia*), in urna perusina n. 1236 MIƧƆA · IᒧIꟼ+ · IOꟼAᒧ (larthi trili acsiś), = *Lartia Terilia Axii* uxor. *Teriliorum* (?) consanguineitatem cum *Axia* gente probant quoque n. 1111 et 1119. Cf. n. 1131 MIƧƆA · ƧIꟼAᒧ (laris acsiś) = *Lar Axius* sive *Lartis Axii*.

ΑΚΤΕΙΝΟΣ, *dux*, apud Syracusios. Hesych. I, 210: Ἀκτεῖνος· ὁδηγός, Συρακούσιοι.

ACTEIS. Vid. AETEIS.

ACTIΣ, *dux* apud Syracusios. Hesych. I, 212: Ἀκτίς· οἰκέτου ὄνομα. παρὰ δὲ Συρακουσίοις, ὁδηγός. ἢ ναῦς.

ACTVD, *agito*, imperat. 3 pers. sg., ab ACVM = ACERE i. e. *agere* (Grotefend *Rud. l. u.* pg. 12, 16; Peter *Spr. und schr.* s. 62; Kirchhoff *Stadtrecht von Bautia* s. 15, 71; Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 60; Schweizer in *Zeit. f. vergl. spr.* III, 215; Huschke s. 101). In tabula bantina (n. 2897) lin. 15 legitur: COM · PREIVATVD · ACTVD = *cum privato agito* (Müller *Die etr.* I, 37 nt. 76; Grotefend op. cit. pg. 17; Kirchhoff op. cit. s. 79); quae contra Guarinius (*Comm.* V, 130 sq.; *in Comm. V excurs.* pg. 34; *Lex. osco-lat.* pg. 19) et Franchinius (in *Giorn. arcad.* LXXXIII tab. II ad pg. 305) *cum privatu actu* interpretati sunt. Suspicatur Mommsen *Die unterit. dial.* s. 246 vocem actud = *actu* agrariam significationem habuisse (von einer ackerflächer), et haec addidit verba: « *an den* actus *im technischen sinn ist indess nicht zu denken.* »

ACVA, *aqua* (cf. osc. ƧꟼПꟼꟼ aapas = *aquas?*) in titulo apud Grut. 693, 5: IN · F · P · XXV · IN · AG · P · XXXV · IN · AMBITV · ACVAE · PRAESTANDV ..... — Gloss. apud Labb. « acua, ὕδωρ; acuae, ὕδατα. » Cf. Dausq. II, 38. Vid. voc. sq.

ACVARIVS, qui acus facit. Quidam putant esse sartorem, qui lacera vestimenta resarcit, vel etiam nova conficit. Ita Forcellinius, qui romanam inscr. ap. Fabr. cap. IV n. 315 pg. 308 refert: SYNTROPHO ATTIANI · SER · ACVARIO. — Tamen ad corfiniensem titulum (Murat. 935, 4; Orell. n. 4139; Zell n. 716; Mommsen n. 5381) L · ACCAVO · L · L | PHILEROTI · ACV|ARIO · LOLLIA · Ɔ · L | FAVSTA · POSIT, Muratorius, quem sequuti sunt Orellius et Zell, scripsit: « Quamquam *acuarius* videri possit significare artificem, qui *acus* conficiat, mihi tamen creditur esse heic pro aquarius; quo nomine donabantur praefecti tum aquaeductibus publicis, tum aquis per tubos privatorum aedes deductis. » Vid. supra ACVA = *aqua*.

ACVBAT, *accubat* (ꓘAᒣVƆ cupat = *cubat*), in titulo falisco n. 2442.

ЯꟼIИИVЯꓘꟼ (akudunniad) = *Aquilonia* in nummo n. 2860. Vid. AQVILONIA.

ACVILINA, *Aquilina* n. pr. f., ab *aquila* (cf. scr. âśu, *celeriter*, *cito*), unde *Aquilius* et *Aquilia* familia romana, quam Guarnaccius (*Orig. ital.* I, 205 nt. 1) oriundam ab Etruria fuisse censuit (C. Aquilius Tuscus consul an. U. C. 266; cf. Pighium *Ann. rom.* I, 100). In titulo apud Marini *Arval.* pg. 393: D · M · ACVILINA | PALMO · CONIVGI | SVO · BENE · MERENTI ·

V+ИƎ+Α (atentu), *intendito* (imponito), imperat. 3 pers. sg. (in tab. eugub. IIb 28), pro integro V+ИƎ+ИΑ (an-tentu), compositum ex praep. -Α pro -ИΑ (AN-), lat. *in*, et verbo V+ИƎ+ (ten-tu) = *tend-ito* (Grotefend *Rud. l. u.* II 16, VI 31, VII 14, 17; Aufr. et Kirch. I 97, 99, 158; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 246). Lanzio II 737 = 645 « atentu, *non è diverso da* antentu, ἀντεθέντι. » Vide V+ИƎ+ИΑ (antentu).

+ƧV8ΑЯƎ+Α (aterafust), *circumdederit* (circumtulerit, lustraverit), futur. exact. 3 pers. sg., idem ac ANDERSAFVST sive ANDIRSAFVST, compositum ex praep. -Α pro -ΊMΑ (amp-) = AMB-, gr. ἀμφί (circum) et -ЯƎ+ (ter-) = DERS- sive DIRS- pro reduplicata forma deda, quae trahitur ad rad. scr. dâ (da-re), unde etiam umbr. ΑЯƎ+ (tera) sive DERSA vel DIRSA = *det* (Aufrecht et Kirchhoff I, 43, 83 sq., 97, 146, 159; II, 292). Tabula eugub. Ib 10: +ƧV8ΑЯƎ+Α : V⅃ΊVΊ : ƎИΑΊ : VI+ΘƎ+ƧVΊ (pus terliu pane puplu aterafust) = tab. VIIa 46 POSTERTIO · PANE · POPLO · ANDIRSAFVST h. e. *post tertium quum populum ——averit* (Aufr. et Kirch. II, 299). — Grotefend *Rud. l. u.* II 29, V 9, 12, 25 sq.: atera fust (andersa fust, andirsa fust) = « *indictum fuerit* s. potius *res indicta fuerit*, quia atera in feminino genere scriptum est ». Passerius *Paralip.* pg. 324 (cf. pg. 294, 306): « atero et aterafust; purgationem aliquam significant », a καθαρίζω. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 14.

ATERNVM, Ἄτερνον (Strab. V, IV, 2), oppidum Piceni in Frentanis, nunc *Pescara*, de quo Liv. XXIV, 47. Ab Aterno, adiect. Aternensis (Frontin. *De colon.* pg. 120); hinc et gentilitium Aternius. Vide voc. sq.

ATERNVS, Ἄτερνος (Strab. V, IV, 3; Ἀτέρνου ποταμοῦ ἐκβολαί, Ptol. III, 1), nunc *Pescara*, qui ex Apennino oriens, Aquilam, Teatemque praeterfluit, et in Adriaticum mare influit (Plin. III, XVII, 1, et XVIII, 1; cf. III, VI, 6). OSTIA · ATE[RNI] legitur in titulo apud Momms. n. 6256 (Orell. n. 711). Scribitur et Atternus in marmore apud eundem (n. 6265): VIAM · CLAVDIAM NOVAM A FORVLIS AD CONFLVENTIS ATTERNVM. Cf. Carli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pag. 146 sgg.

ATERO, obscura vox, quam exhibet tabula eugubina VIIa 11, 27 (cf. Aufr. et Kirch. II, 283). Umbrica verba ecla atero pro ἔξω ἀτηροῦ sive *extra perniciem* accepit Grotefend *Rud. l. u.* IV, 21.

ƧƎ+Α (ates), *Atii* vel *Attii*, praen. m. genit. sg. (cf. ƧƎI+Α aties et MIƎ+Α ateiś), nominat. Ǝ+Α ate, in tegula etr. n. 206. Cf. Lanzium II 427 = 356 n. 336.

ΑƧƎ+Α (atesa), *Atesia* (*Atii* uxor?), a praen. Ǝ+Α ate = *Atius* vel *Attius*, in olla clusina n. 510. Cf. Lanzium II 376 = 305 n. 138.

ATESTE, Ἀτέστε (Ptol. III, 1), nunc *Este*, oppidum Venetiae ad radices Euganeorum montium. Plin. III, XXIII, 3 (cf. XVII, XXVI, 5): « In mediterraneo regionis decimae, coloniae: Cremona, Brixia, Cenomano-

rum agro: Venetorum autem Ateste.... » — Tac. *Hist.* III, 6: « Inde Patavium et Ateste partibus adiunxere. » Orell. n. 3987 (Mur. 87, 8): A · A · | C · CLVENTIVS C · F · | ROMVL · PROCVLVS | ATESTE AEDILIS II VIR QVAESTOR | AERARI · BIS · PONTIFEX · V · S · Cf. Henzen n. 5534. – Atestini sunt incolae Atestis, ut in marmore apud Henzen n. 5414 (cf. n. 5115), quod habet: L · CAEICILIVS · Q · F · PR|OCOS · EX · TERMINOS | FINISQVE · EX · SENATI | CONSVLTO · STATVI · IVSIT | INTER · ATESTINOS | PATAVINOSQVE · Adde Orell. n. 3110 (Vide VICETIA). De adiect. atestinas et atestinus vide Forcell. ad h. v. Cf. ATHESIS.

ATFABILIS, *adfabilis* (affabilis), adiect. In titulo chr. apud Murat. 34, 6 (*Catac. de Rome* VI, 149): RVTA OMNIBVS SVBDITA ET ATFABILIS etc.

ATFINIS, *adfinis*, a praep. AT = *ad* et *finis*. Occurrit in lapidibus rom. apud Grut. 356, 1 (Orell. n. 890) et 526, 3 (Orell. 3548, Momms. n. 2845).

ATFVI, *adfui*, (vide AT = *ad*). In lapide ad Gabium effosso (Visc. *Mus. Pio-Clem.* VI, 259 tav. LII, et *Monum. Gab.* tav. XVII, pag. 89; Orell. n. 775): ATFVIT · VNIVERSVS · ORDO · DECVRIONVM. Adde titulum abellanum (Momms. n. 1951, Grut. 394, 3; Doni V, 137), ubi legitur SCRIBVNDO · ATFVERE ·

ATHANVVIVM, est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Romani. Ita Paulus ex Festo pag. 18. Cf. Müller ad h. l., et Forcell. s. v. atanuvium.

ATHENIESIS, *atheniensis*, adiect. ad Athenas pertinens; in titulo apud Gorium *Inscr. ant.* I, 212.

ATHESIS, Ἄθεσις (Ἀτισῶν, Plutarch. in *Mario* XXIII, 2, 6) nunc *Adige* (germam. Etsch), fluvius Venetiae, Tridentum et Veronam alluens (Plin. III, XX, 7; Virg. IX, 677; Sil. *Ital.* VIII, 595). In titulo apud Orell. n. 4378: FLV · ATHESIS. Cf. Cluv. *Ital. ant.* pag. 139.

IꟷA (ati), pars vocabuli sive suffixus. Vide sentinati (IꟷA : ИIꟷИƎƧ).

AIꟷA (atia), *Atiâ* vel *Attiâ* pro ⅃AIꟷA atial abl. sg., *l* finali carens, ab IƎꟷA atei n. pr. f. Ossuarii perusini operculum n. 1472: AIꟷA : IƎИↃƎꟼƎ : [IV]IꟼƎ : IOꟼAꟷ (larthi vipi vercnei atia) = *Lartia Vibia Vercinia Attiâ* nata.

⅃AIꟷA et ⅃AIꓘA (atial), *Atiâ* vel *Attiâ*, abl. sg. (scribitur quoque AIꟷA atia sine *l* finali), ab IƎꟷA atei. Operculum urnae perus. hanc exhibet inscr. n. 1465: ⅃AIꟷA · AИↃꟼƎꟼ · IꟼƎ · A⅃ (la vi verena atial) = *Lars Vibius Vercinius Attiâ* natus. Adde inscr. num. 607 et 2582.

ИAIꟷA (atian), *Attiana*, n. pr. f. (Attianus cognomen rom. legitur apud Gruterum et Muratorium), in titulo perus. n. 1620.

ATIII (atie)? *Atius* vel *Attius?* n. pr. m. quod fortasse legitur in lapide marsico n. 2742. Cf. Lanzium II 620 = 535; atque Mommsen in *Ann. dell' Inst. arch.* XVIII = 1846 pag. 99 (V · ATIII = *Vibius Attius*), et *Die unterit. dial.* s. 345 (v. a[b]iediu[s]). Idem Mommsen *Inscr. neap.* n. 5483: V · ATIIIDIVS.

ATIERSIER, *Attidiis*, dat. pl. 2 decl., quod minus recte scribitur ATIERSIR, et antiquissimis literis ƎIꟼƎIIꟷA atiierie = ƧƎIꟼƎIIИA atiieries (cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VI 29, VII 9; Zeyss *De subst. Umbr. decl.* § 16; Aufr. et Kirch. I 119, II 302 sq.). Tab. eugub. VIIb 1: FRATRVSATIERSIER (fratrus atiersier) = *fratribus Attidiis.* Vide ATIERSIVR et ꓷVIꟼƎIIИA (atiieriur) = *Attidii* nominat. pl.

ATIERSIO, *Attidiorum*, genit. pl. 2 decl., antiquioribus literis VIꟼƎIIꟷA (atiieriu), pro atiersiom et atiierium (Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VI 29 sq.; Aufr. et Kirch. I 120, II 302, 305). Tab. eugub. VIIb 1 sq. FRATROM | ATIERSIO = *fratrum Attidiorum.* Vide ATIERSIVR et ꓷVIꟼƎIIИA (atiieriur) = *Attidii* nominat. pl.

ATIERSIR, *Attidius?*, nominat. sg. 2 decl., interpretati sunt Aufr. et Kirch. I 105, II 301, 303, 353, qui eugub. tabulae VIIb 3 verba APPEI · ARFERTVR · ATIERSIR · POPLOM · ANDERSAFVST reddunt (II, 308) *postquam adfertor Attidius populum* —— *averit.*

§ 2. Atiersir = ATIERSIER, *Attidiis*, dat. pl. 2 decl. (Grotefend *Rud. l. u.* II 25, VI 30, VII 9 sqq.; Zeyss *De subst. Umbr. decl.* nt. 26; Aufr. et Kirch. I 26, 119, 121, II 302 sq., 353). Tab. eugub. Vb 8, 14: FRATRVS · ATIERSIR = *fratribus Attidiis.* Vide ATIERSIVR = ꓷVIꟼƎIIИA (atiieriur) = *Attidii* nominat. pl., quod sequitur.

ATIERSIVR, *Attidii*, nominat. pl. 2 decl, antiquioribus literis et orthographiâ ꓷVIꟼƎIIИA atiieriur (Aufr. et Kirch. I 51, 119, II 302, 358); et in aliis casibus ATIERSIR forte *Attidius* nominat. singul., ATIERSIO (VIꟼƎIIꟷA atiieriu) = *Attidiorum*, ATIERSIER vel ATIERSIR (ƧƎIꟼƎIIИA atiieries) = *Attidiis* dat. pl. Tab. eugub. Vb 11: FRATER · ATIERSIVR = Vb 16 FRATEER · ATIERSIVR h. e. *fratres Attidii* («*frater Atiersius*» Grotefend *Rud. l. u.* III 7, IV 24, VII 10 sq., quem secutus est Zeyss. *De subst. Umbr. decl.* § 31). Vide ꓷVIꟼƎIIИA (atiieriur).

ƧƎIꟷA (aties), *Attii?*, genit. sg. (scribitur quoque MIƎꟷA ateis, ƧƎꟷA ates et fortasse ƧƎOA athes), ab ƎИA ate = *Atius* vel *Attius*, in titulo volcente n. 2227.

ATIΘAOƧ, in messap. inscr. n. 3002.

ƎꟷAIꟼƎIIꟷA (atiieriate), *Attidiatibus*, dat. pl. 3 decl., pro atiieriates (ab atiieriu = *Attidio* et suff. ati), qui videntur fuisse incolae Attidii Umbrorum oppidi (Aufr. et Kirch. I 70, 105, 123, 163, II 107, 302, 338). In tabula eugubina IIb 2 haec leguntur: ƎꟷAIꟼƎIIꟷA : ƎꓷꟷƎ : ƎꟷAIꟼƎIIꟷA (atiieriate etre

atiieriate) = *Attidiatibus*, *alteris Attidiatibus*; quae vertit Grotefend *Rud. l. u.* VII 13 « *Atiersiate, altera Atiersiate* », et addit: « possunt tamen atiersiates ab origine Plinii Attidiates esse, ut Talenates *Tadinates* ». Vide ᗡVIᑫƎIIИA (atiieriur) = ATIERSIVR h. e. *Attidii*, nominat. pl.; et Attidiates ad voc. ATTIDIVM.

ƎIᑫƎII+A (atiierie), *Attidiis*, ablat. plur. 2 decl., pro ƧƎIᑫƎIIИA atiieries (Grotefend *Rud. l. u.* VII, 18; Aufr. et Kirch. I 120, II 302, 322, 379). Tab. eugub. IIa 2: ƎIᑫƎII+A : ᗡƎꟼƧVᗡИAᗺ (fratrusper atiierie) = tab. III 28 sq. ƎIᑫƎIIИA | ƎꟼƧVᗡИAᗺ (fratruspe atiierie) h. e. pro *fratribus Attidiis*. Adde tab. IIa 1, 3, Va 16. Cf. Grotefend op. cit. VII 6, 17, 31; et vide ᗡVIᑫƎIIИA (atiieriur) = ATIERSIVR h. e. *Attidii*, nominat. pl.

ᗡƎIᑫƎIIИA (atiierier), *Attidiis*, abl. pl. 2 decl. in tab. eugub. Va 4, 16, pro ƧƎIᑫƎIIИA atiieries (Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VII 5 sqq.; Zeyss *De subst. Umbr. decl.* § 16; Aufr. et Kirch. I 104 sq., 119, II 315, 322). Vide ᗡVIᑫƎIIИA (atiieriur) = ATIERSIVR h. e. *Attidii* nominat. pl.

ƧƎIᑫƎIIИA (atiieries), *Attidiis*, abl. pl. 2 decl., quod minus recte scribitur quoque ᗡƎIᑫƎIIИA (atiierier) vel ƎIᑫƎII+A (atiierie), et romanis literis ATIERSIR sive ATIERSIER (Cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VII 30; Zeyss *De subst. Umbr. decl.* nt. 34; Aufr. et Kirch. I 119, II 302, 364, 379). Tab. eugub. III 23 sq.: ƧƎIᑫƎIIИA | : ᗡƎꟼƧVᗡИAᗺ (fratrusper atiieries) = tab. IIa 2, III 28 sq. ƎIᑫƎII+A : ᗡƎꟼƧVᗡ+Aᗺ (fratrusper atiierie) h. e. *pro fratribus Attidiis*. Vide ᗡVIᑫƎIIИA (atiieriur) = ATIERSIVR h. e. *Attidii*, nominat. pl.

VIᑫƎII+A (atiieriu), *Attidiorum*, genit. plur. 2 decl., recentioribus literis ATIERSIO, pro atiierium sive atiersiom (Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VII 6 sq., 14, 20 sq.; Aufr. et Kirch. I 94, 120, II 302, 321 sq., 331, 350, 379; Huschke *Die osk. und sab. sprachdenkmäler* s. 95. Tabula eugub. IIa 21 et 35 haec habet: VIᑫƎII+A : Vᗡ+Aᗺ : ƎИI+AИ : ᗡƎꟼAIИVᗡ+Ǝꟼ (petruniaper natine fratru atiieriu) = *pro Petronia gente fratrum Attidiorum*; tabula IIb 26: VIᑫƎII+AVᗡ+Aᗺ : ƎИI+AИ : ᗡƎꟼAIIꓷVƆ (vusiiaper natine fratru atiieriu) = *pro Vocia gente fratrum Attidiorum*; tab. Va 12: VIᑫƎIIИA : VᗡИAᗺ : IИAᗡИVꟼᑫA (arputrati fratru atiieriu) = *arbitratu fratrum Attidiorum*; tab. Va 24 sq., 27 sq.: mestru karu fratru atiieriu (VIᑫƎIIИA : VᗡИAᗺ : VᗡAꓘ : VᗡИƧƎ⅄) = *maior pars fratrum Attidiorum*; et tab. Vb 3 sq.: VᗡAꓘ : VᗡИƧƎ⅄ : VIᑫƎIIИA | : VᗡИAᗺ (fratru atiieriu mestru karu) = *fratrum Attidiorum maior pars*. Vide voc. sq.

ᗡVIᑫƎIIИA (atiieriur), *Attiedii* (Attidii), nominat. pl. 2 decl. (in eugub. tab. Va 1, et 14: ᗡVIᑫƎIIИA : ᗡƎИAᗺ frater atiieriur = *fratres Attidii*), romanisque literis ATIERSIVR (Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq., VII 5 sq.; Aufr. et Kirch. I 26, 104, 118, II 302, 309 sq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 92. Cf. Zeyss *De subst. Umbr. decl.* § 31, cui atiieriur nominat. sg. est); aliis casibus: ATIERSIR = *Attidius* (?), VIᑫƎII+A (atiieriu) vel ATIERSIO = *Attidiorum*, ƧƎIᑫƎIIИA atiieries (ᗡƎIᑫƎII+A atiierier, ƎIᑫƎII+A atiierie) vel ATIERSIER (ATIERSIR) = *Attidiis*. Ab Umbrorum oppido Attidium (atiierium, *atiersium*) adiect. atiierio vel *atiersio* ortum est, et cum suff. -ati incolarum nomen atiieri-ates (Vide Ǝ+AIᑫƎIIИA atiieri-ate = *Attidiatibus* dat. pl.). Grotefend in eugubinar. tab. explanatione semper utitur formis *atiersii*, *atiersiorum* et *atiersiis*, quamquam atiieriate, quod atiersiates vertit, pro Plinii *Attidiates* sumi posse suspicatus fuisset (*Rud. l. u.* VII, 13). – Hannibal Degli Abati Olivieri (*Saggio di dissert. corton.* II, 11 sg.) pro *pontifice* explicavit umbr. atiersiur, quod Bourguetius (op. cit. II, 31) duxit ab ἄττα h. e. *pater* et eâdem rad. quae est in ἱερὸς; Marinius autem (*Arval.* pg. XX) et Lanzius I 66 = 50, II 659 = 572 ab *at* et ἱερεῖα h. e. *ad sacra* (*procuranda*), haec addens: « *Potrebbe sospettarsi che desser nome ad una terra lor patria, anzi alcuni l' han trovata ne' popoli Attidiati di Plinio, e ne rimane orma in Attigio dieci miglia lunge dal tempio di Giove Apennino* ». Hinc *fratres Atieriates* (cf. Micali *Storia* etc. II, cap. XXII, pag. 170) sive *sacerdotes*, qui, sicut fratres Arvales Romanorum, duodecim fuere, arbitri in sacris faciundis. (Cf. Passerium *Lett. Ronc.* n. XVI pag. 279, et *Paralip.* pag. 298 sq., 308 sq., 312, 316; Marinium et Lanzium loc. cit.; Maffeium *Osserv. lett.* VI, 61, 64; et Grotefend *Rud. l. u.* III, 5).

ATINA, urbs in agro veneto, cuius meminit Plinius III, XXIII, 4. Cf. Forcell. s. v. atina § 2.

§ 2. Atina (Ἀτίνα, Ptol. III, 1) alia est in Latio, inter Soram et Venafrum, nunc quoque *Atina* appellata. Virg. *Aen.* VII, 630: « Atina potens »; ubi Servius: « Civitas haec est iuxta Pontinas paludes, dicta Atina a morbis, qui graece ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. » — Incolae dicti sunt Atinates (Plin. III, IX, 11). Cf. Mommsen *Inscr. neap.* p. 238 sqq.

§ 3. Alia fuit Atina urbs in Lucania, nunc *Atena*: incolae appellantur Atinates. Plin. III, XVI, 5: « Lucani, subacti a Calchante, quae loca nunc tenent Atinates ». Cf. Mommsen *Inscr. neap.* n. 242 sqq. (vide BANTIA).

ꓶAИIИA (atinal), *Atinia*, n. pr. f. (cuius rectus casus atinei), in titulo etrusco n. 990.

MƎ+AИIИA (atinateś), *Atinatius* (vel *Atinatii* genit. sg.), gentilitium etr. (femin. AI+AИI+A atinatia), quod et saepe occurrit in titulis romanis (Vide ATINA), ab atin-ei et suff. -at. Ossuarium perus. n. 1574: MƎ+ | AИIИA : ꓶƎƆ ([v]el atinateś) = *Velius Atinatius*

sive *Velia Atinatii* uxor (Conestab. *Monum. del Palazz.* pag. 168). Vide voc. sq.

AM3+AИI+A (atinatesa), *Atinatii* uxor? (vide supra M3+AИIИA atinateś = *Atinatius*, vel *Atinatii* genit. sg.). In tegula Mus. Flor. egomet vidi titulum hunc n. 202: AM3+|AИI+A · I3И|I+VꟼI · IOꟼAꓘ (larthi putinei atinatesa) = *Lartia Putinia Atinatii* uxor.

AI+AИI+A (atinatia), *Atinatia*, gentilitium etr. (vide supra M3+AИIИA atinateś = *Atinatius* vel *Atinatii*), auferendi casu ꓘAI+AИI+A atinatial, ab I3ИI+A atin-ei et suff. -at (vide ATINA), Ossuarium perus. n. 1862: AI+AИI+A · ƧI3AOV · AIOꟼAꓘ (larthia uthavis atinatia) = *Larthia Octavii* uxor (?) *Atinatia*. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 630: *È certamente* Lartia Octavia Atinatià (nata); *ma forse il nome della defunta è in obliquo, come potrebbe insegnarne la terminazione.*

ꓘAI+AИI+A (atinatial), *Atinatiâ*, abl. sg. cuius rectus casus AI+AИI+A atinatia, in ossuarii clusini operculo n. 598.

ATINGO, *adtingo* (attingo). Lex Servil. *Repet.* (App. n. LX) cap. 8: ATINGERET et ATINGAT.

[I3ИI+A] (atinei), *Atinia*, familiae etruscae nomen (contractum I3И+A atnei), quod derivari potest a praen. 3+A (ate) = *Atius*, sive ab ATINA oppido. Hanc etr. formam atinei, unde AI+AИI+A atin-atia, vidit Lanzius II 456 = 385 n. 449. Vide nostrum n. 1018 bis *b*; et cf. voces sqq.

IИIꓘA (atini), *Atinia?* (*Attinii* gen. sg., Lanzius II 456 = 385 n. 449), n. pr. f., in ossuario etr. n. 1018 bis *a*.

§ 2. Sine dubio atini pars nominis est in titulo etr. n. 475, ubi legitur IИI+A : ↓ꓘ3ꟻ (velch-atini) = IИI+A↓ꓘ3ꟻ (velchatini) h. e. *Volcatia*, ut reddit Lanzius II 445 = 374 n. 414.

ƧHИITN (atiniis), *Atinius*, n. pr. m. apud Oscos (cf. etr. I3ИI+A atinei = *Atinia*). In marmore pompeiano n. 2794: ƧHИITN · ⱭM (mr atiniis) = *Marius Atinius* (vide voc. Я388NИNИNN aamanaffed, n. 4).

VI+A (atiu), *Attii?*, praen. m. genit. sg. (vide MI3+A ateiś, Ƨ3+A ates et Ƨ3I+A aties) in titulis etr. n. 1013 et 1228. Cf. Lanzium II 352 = 281 n. 38, et Conest. *Monum. del Palazz.* pg. 117.

?3OVI+A (atiuthe), quod fortasse legitur in tit. clus. n. 800.

?ꓘ+A (atl), quod exhibet titulus perus. n. 1947, Vermigliolio (*Inscr. per.* pg. 254 n. 188) est *Attula;* conferendum tamen est cum I3+A atei vel AI+A atia.

ATИ3ꓘTA (atlenta), Ἀτάλαντη (Atalanta), a gr. ἀτάλαντος h. e. *incomparabilis*, in perusino speculo n. 1065 (vide AꓶOOA athrpa). Antiquiori orthographiâ etiam ATИꓘTA (atlnta) scripserunt Tusci. In vase clusino (*Monum. ined. de l'Inst. archéol.* IV, pl. LIV-LV) graece scribitur ATAΛATE, et in vase volcente ƎTMAꓘATA (*Mus. étr. de Luc. Bonaparte*, n. 530; cf. Lenormant et De Witte *Élite des monum. céram.* I, 6).

ATИꓘTA (atlnta), Ἀτάλαντη (Atalanta), contractum ab ATИ3ꓘTA (atlenta), in volcente speculo n. 2158, ubi inter Atalantam et Peleum (3ꓘ3ꟼ pele) certamen repraesentatur, de quo Apollodorus III, IX, 2 § 3 sq. (1). Cf. Braun in *Bull. dell'Inst. arch.* 1837 pg. 214.

ꓘAИ+A (atnal), *Atiniâ* (contractum ab ꓘAИIИA atinal) vel *Atoniâ* (contractum ab atuni), idem quod ꓘAIИ+A atnial, cuius rectus casus I3И+A (atnei). Inscr. perus. n. 1891. Adde n. 2335 (ⱭꓘAИꓘA atnalc). Lanzio II 434 = 363 n. 367 et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 153 n. 16 atnal est *Attiâ*.

ⱭꓘAИꓘA (atnalc). Vide voc. praec.

ƧAИ+A (atnas), *Atinius*, n. pr. m. (I3И+A atnei = *Atinia*), in sarcophago tuscaniensi n. 2101, ubi legitur ꓘ33 : ƧAИ+A (atnas vel) = *Velius Atinius* (« *Attius Velius* » S. Campan. in *Giorn. arcad.* CXIX, 334; « *Vel. Attiae* » Oriolius in eadem ephem. CXX, 239).

ATNATVS, *adgnatus* (adnatus, agnatus), quod et AGNATVS scripserunt veteres. In marmore apud Grut. 755, 8 (Orell. n. 4395): SET PER GENVS IPSORVM POSSESSIO DECVRRERET VEL PER ATNATOS VEL MANVMISSOS.

?3И+A (atne), *Atinia?*, n. pr. f. fortasse pro I3И+A atnei, in titulo perus. n. 1611. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 309 n. 362.

I3И+A (atnei), *Atinia* vel *Attinia*, n. pr. f. contractum ab [I3ИI+A] atinei (cf. atuni = *Attonia*), quod et scribitur IИI+Aꟻ vatini, sicuti OAꟻ vath pro OA ath, praeposito digamma aeolico; abl. sg. ꓘAИ+A atnal et ꓘAIИ+A atnial pro ꓘAИIИA atinal; hinc AI+AИI+A (atinatia) et M3+AИIИA (atinateś). Ex ossuariis perusinis: I3И+A · ꟼA (ar atnei, n. 1576) = *Arria Atinia*, I3И+A · AIИAΘ (hania atnei, n. 1577) = *Tannia Atinia*, I3И+A · ƧA8 (fas atnei, n. 1578) = *Fausta Atinia*, I3ИTA · AIꓘI3ꟻ (veilia atnei, n. 1216) = *Velia Atinia*, et M3ꟼꟼƧAⱭ I3И+A (atnei caspreś, n. 1575) = *Atinia Casperii* uxor.

ƧI3И+A (atneis), *Atinii?*, n. pr. masc. genit. sing. (vide ƧAИ+A atnas), in titulo perusino n. 1667.

ꓘAIИ+A (atnial), *Atiniâ*, n. pr. f. abl. sg. (idem quod ꓘAИ+A atnal pro ꓘAИIИA atinal, et cum praeposito digamma ꓘAIИIИAꟻ vatinial). Ossuarii perus. operculum n. 1215: ꓘAIИ+A · ꟼA · ƧI+3Ɔ3ꓘ · Aꓘ (la lecetis ar atnial) = *Lars Lucetius* (?) *Arrii* filius *Atiniâ* natus.

ATNVS, *annus* m. (cf. ADNVS et ANVS) in titulo apud Fabr. cl. V, n. 383 pg. 420 (vide CINQVE): Q · BIXIT ATNIS CINQVAE (*qui vixit annis quinque*).

ATPLICITVM, *adplicitum* (applicitum), in marm. apud Marin. *Arv.* pg. 343 (Momms. n. 6916).


3ИAꟼ+A et 3ИAD+A (atrane), *Atranius*, n. pr. m. (cf.

(1) Τελεί δὲ Ἀταλάντῃ .... καὶ ἐν τῷ ἐπὶ Πελίᾳ τεθέντι ἀγῶνι ἐπάλαισε Πηλεῖ, καὶ ἐνίκησεν.

umbr. ƎIИVᗡ+ABA ahatrunie), genit. sg. MƎИAꟼ+A atranes = *Atranii*, femin. AIИAꟼ+A (ATRANIA). In ossuario perusino n. 1532: ƎИAꟼ+A : Ǝ+I+ (tite atrane) = *Titus Atranius*. — Occurrit etiam hoc nomen atrane (scribitur et IMƎИAꟼ+A atranesi) in fictili volcente vase n. 2173 et in lucerna perus. n. 1918: fortasse fundum, in quo harum figulinarum officina erat, vel vascularii figulive nomen patefacit. Cf. Micali *Storia* etc. III 185., *Bull. dell' Inst. arch.* an. 1836 pg. 171, et Conest. *Monum. del Palazz.* pg. 10. — Atranos, incolas cuiusdam oppidi in Hirpinis, memorat Plinius III, XVI, 6.

MƎИAꟼ+A (atranes), *Atranii*, n. pr. m. genit. sg., cuius rectus casus ƎИAꟼ+A (atrane), quod vide. Ossuarium perus. n. 1579: MƎИAꟼ+A : V1 · AИ (la pu atrane) *Lartia Po[mponia?] Atranii uxor*.

IMƎИAꟼ+A (atranesi), *Atranio*, n. pr. m. abl. sg. (?), quod legitur in figulinis operibus n. 357, 798 et 1918 bis, Volaterris, Clusii et Perusiae inventis.



ATRANI. Vide ƎИAꟼ+A (atrane).

AIИAꟼ+A (atrania), *Atrania*, familiae etruscae nomen (vide supra ƎИAꟼ+A atrane = *Atranius*), fortasse ab ATRIA vel HATRIA (cf. umbr. Vᗡ+A atru = ADRV h. e. *atra*, et osc. ƧИAᗡIЯИИ aadirans), in urna perusina n. 1484.

ATRAT, — *at?*, praes. 3 pers. sg., in lapide amiternino n. 2737. Cf. Mommsen in *Ann. dell' Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 108, et *Die unterit. dial.* s. 343.

Ǝᗡ+A (atre), quod exhibet tab. eugub. IIb 18, pars vocabuli est: V+AꟼV1 : Ǝᗡ+A pro atrepuratu, quod sequitur.

V+AꟼV1Ǝᗡ+A (atrepuratu), *tripodato* (tripudiato), imperat. 3 pers. sg. (in tab. eugub. IIb 18, perperam scriptum V+AꟼV1 : Ǝᗡ+A atre puratu), idem quod V+AꟼV1Ǝᗡ+⊗A (ah-tre-pur-atu) et romanis literis AHATRIPVRSATV, ATRIPVRSATV cet.; vox composita est, ex praep. -A (-⊗A ah-, AHA-), Ǝᗡ+ tre = TRI (*tres*) et rad. -ꟼV1 (pur = PVRS-), gr. ποδ-, lat. ped-is (cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 13, 24, Aufr. et Kirch. I 142, II 201 sq., 346). Vide V+AꟼV1Ǝᗡ+⊗A (ahtrepuratu).

A+DESⵙE (atresthe), Ἄδραστος (Adrastus, rex Argivorum, Thalaonis filius: hinc Ταλαϊονίδης appellatus. Hac etrusca scriptione, graeco-ital. ADRESTOS in vase nolano (*Ann. dell' Inst. arch.* XI = 1839 tav. agg. P), occurrit in gemma perusina n. 1070, in qua sculpti sunt graeci heroes contra Thebas; sed Tusci scripserunt etiam, vetustiori orthographia, ƎTƧꟼTA atrste.

ATRIA. Vide HADRIA.

ATRIANI, sunt incolae Atriae urbis Venetiae. Vide HADRIA.

ATRIATICVS. Vide HADRIATICVS.

ATRIPVRSATV, *tripodato* (tripudiato), imperat. 3 pers. singular., quod scribitur etiam AHATRIPVRSATV (mendose ATROPVSATV) et antiquissimis litteris V+AꟼV1Ǝᗡ+⊗A (ahtrepuratu) sive V+AꟼV1Ǝᗡ+A (atrepuratu): compositum ex A- (AHA-, -⊗A ah-), TRI (Ǝᗡ+ tre) = *tres*, et rad. PVRS- (-ꟼV1 pur), gr. ποδ-, rom. ped-is (cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI 19, 30; Aufr. et Kirch. I 42, 159, II 202 sq.). Tab. eugub. VIb 15 sq.: PESCLV | SEMV · VESTICATV · ATRIPVRSATV = *sacrificio* (?) —— *o saltato*, *tripodato* (Aufr. et Kirch. II, 209). — Vide V+AꟼV1Ǝᗡ+⊗A (ahtrepuratu).

ATR[I]PVSATV. Vide ATROPVSATV.

ATRIVM. Vide HADRIA.

ATRIVS, gentilitium umbricum apud Liv. XXVIII, 24 et 28 (C. Atrius Umber).

ATROPVSATV, *tripodato* (tripudiato), imperat. 3 pers. sg., perperam scriptum pro atripusatu vel atrepusatu = ATRIPVRSATV (cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI 19, 22; Aufr. et Kirch. I 86, II 201 sq., 220, 259). Tab. eugub. VIb 36: PERSCLV · SEHEMV · ATROPVSATV = *sacrificio* (?) ——*o tripodato*. Vide ATRIPVRSATV et V+AꟼV1Ǝᗡ+⊗A (ahtrepuratu).

ƎTƧꟼTA (atrste), Ἄδραστος (Adrastus), rex Argivorum (scribitur et A+DESⵙE atresthe pleniori orthographia), in volcente speculo n. 2152 una cum *Tydeo* (ƎTVT tute) et *Amphiarao* (ƎᗡAIΦᴹA amphiare).

Vᗡ+A (atru), *atra*, adiect. n. acc. pl. 2 decl., romanisque literis ADRO (Cf. Maffei *Oss. lett.* V, 342; Zeyss *De subst. Umbr. decl.* nt. 63; Aufr. et Kirch. I 52, 119), abl. plur. ADRER et ADRIR = *atris*. Tab. eugub. Ib 29: V8ИA : Vᗡ+A : V+ƎƎ : VИƆIƧƎƎ (vesklu vetu atru alfu) = *vascula* —— *atra*, *alba*, quae minus recte *vasculo pleno atro albo* reddit Grotefend *Rud. l. u.* V, 8. Cf. voc. sq.

ATRVD, *altero*, abl. sg. pro altrud ab -ᗡTTИИ (alttr-) = *alter*, quod vide, in tabula bant. n. 2897 lin. 24 (vide osc. ACVM = *agere*). Ita interpretati sunt Mommsen *Die unterit. dial.* s. 247, Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* III 256, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 34, et Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 7. - Guarinio (*Comm.* V 136, *In Comm. V exc.* pg. 41, *Lex. osco-lat.* pg. 22) est *atro* adiect. ab *ater*; et Huschkio (*Die osk. und sab*

spr. s. 117) *noxio*, *nocente*, pro gr. ἀτηρὸς vel ἀτηρὴς (nocuus), sicuti umbr. VΩ+A (atru).

ATSIDVVS, *adsiduus* (assiduus), adiect. in marmore samnitico apud Mommsen n. 5206: MAGNA · ET · ATSIDVA · DOCVMENTA.

ATTA, antiqua vox, quam his verbis declarat Paulus ex Festo pg. 12. « Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt et attingunt magis terram, quam ambulant, quod cognomen Quinctio poetae adhaesit. » Glossae Isidori: « Atta, qui primis plantis ambulat. » Cf. Müllerum ad Fest. l. c., et Forcell. s. v. atta.

§ 2. Atta, Ἄττα. Paulus ex Festo pg. 12: « Attam pro reverentia seni cuilibet dicimus, quasi eum avi nomine appellemus. » Vide Müller in Fest. loc. cit., et Forcell. ed. Lips. Cf. TATA.

ATTA. Vide ATTVS.

ATTAAIZOMAI, πλανῶμαι (πλανάομαι, erro, titubo), apud Siculos. Hesych. I, 607.

ATTALVS, « egregius vir, qui Etruscorum disciplinam graeca subtilitate miscuerat ». Ita Seneca *Nat. Quaest.* II, 50. Cf. Lanzium II 431 = 360 n. 353.

ATTIDIVM, oppidum Umbriae dirutum (vide ΩVIЯƎIIИA atiieriur = ATIERSIVR h. e. *Attiedii* vel *Attidii*), e cuius ruinis fertur *Fabriano* originem duxisse. Incolae appellantur Attidiates (Plin. III, xix, 2), Umbrorum linguâ atiieriates (vide Ǝ+AIЯƎII+A atiieriate), qui memorantur in lapidibus (cf. Donium cl. V, n. 1). Inscr. apud Orell. n. 88: L · MVSETIO · L · F · OVF | SABINO | EQVO PVBLICO | PATRON · MVNICIP · TVFIC · ET · MVNICIP | ATTIDIAT · ET · CVPRENS | MONT · PONTIF · AVGVR | IIII VIR IVRI DICVND | DECVRIONES ET PLEBS | EX EPVLIS SVIS · OB MER | EIVS · L · D · D · D · Cf. Lanzium II 659 = 572, Aufr. et Kirch. II 302, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 59. — In comitatu Fabriani extat pagus, qui vocatur *Attigio*, decem mill. pass. ab Eugubio distans, duo mill. a Fabriano; ubi nonnullas inscriptiones vidit et descripsit Ioan. Franciscus Lancellottus de Staffulo (*Thes. veter. picenar. inscr.* mss.). In pariete exteriore eccl. S. Ioan. Baptistae: ATTIDI · | IVLIAN · | MVNICI · | INCOLAE | EX AERE · CONL... | OB · MER · PATR · | EIVS. Gentilitium Attidius (cf. ATIII atie) occurrit apud Grut. 300, 2, Murat. 631, 1 (Momms. n. 3379), 979, 8 (Momms. n. 6077), 1520, 8; Attiedius apud Mommsen 5337 et 6047 (Murat. 1573, 14); Aatiedius apud Mommsen n. 5611. Adde ex eodem Lancellotto: L · ATTIDIO | LATINO | QVINQ · MVNICIP ·

ATTICILLA, idem quod Atticula, diminutivum Atticae, cogn. rom. in titulo apud Grut. 421, 4.

?ƧƎIAИITИA (attinaivs), *Attinii*, genit. sg.? (cf. ƧAИ+A atnas = *Atinius*), in titulo etr. n. 2354.

ATTVBVS, ἄτυπος (atypus), adiect. Auson. ep. XXII, 9: « canus, comosus, hispidus, trux, attubus. » Gloss. apud Labb., « atubus, μογιλάλος, μόγγος. » Cf. Forcell. s. v. atypus.

?IИVYYA (attuni), in titulo Polimart. num. 2437. Vide IИV+AИΛƧ (splatuni).

ATTVS, idem ac Appius, praen. sabinum. Auct. *de nomin.*: « Attus ab Attus eiusdem (*Sabinae*) regionis praenomine. » Attus vel Atta appellatus est Claudiae gentis princeps, teste Svetonio *Tib.* cap. 1., a sabina voce atta, quam cum gr. ἄττω, *subsilio* seu *subsulto* comparat Vossius *Etymol.* — Livius II, 16 ed. Drakenb.: « Attus Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romae nomen. » Alii codd. et edit. habent *Atta*, *Attius*, *Actius*, *Accius* etc. Cf. Niebuhr *Hist. rom.* III rem. 217.

IΛƎИA (atvli), *Atilia*, familia etr. (pro atuli?) et romana. In ossuario perus. n. 1364: IΛƎИA : IИƧA8 (fasti atvli) = *Fausta Atilia*. Cf. Conest. *Monum. del Palazz.* pg. 126 et nt. 4. – In numis consularibus ATIL et ATILI = *Atilius* (Cf. Borghesium in ephem. romana *il Saggiatore* I, 32).

?[IИV+A] (atuni), *Atonia*, n. pr. f. (abl. sg. ΛAIИV+A atunial), in titulo volaterrano n. 320.

ΛAIИV+A (atunial), *Atonia*, n. pr. fem. abl. sing. idem ac ΛAИVA+A ataunal (vide supra atuni, et cf. ΛAИ+AИVOA athunatnal, IИVΘA ahuni, ΛAИIΛA atinal, IƎИ+A atnei). Inscriptio perusina n. 1349: ΛAIИV+A : ЯA : MИI+ : ΛƎ (vl tins ar atunial) = *Velius Tinius Arrii* filius *Atoniâ* natus (cf. Lanzium II 358 = 287 n. 60 et 61; Vermigl. *Inscr. per.* pg. 168 n. 9 et 10). Ossuarii perusini operculum n. 1307: ΛAIИV[+A] · ЯA · Ǝ8VAЯ · ЯA (ar raufe ar atunial) — *Arrius Rofus Arrii* filius *Atoniâ* natus (cf. n. 1722). Adde n. 1350; et cf. voc. sq.

ƧIИVTA (atunis) et ATVNIM (atunis), Ἄδων vel Ἄδωνις (Adonis), filius Cynirae Cipriorum regis, et Myrrhae: fuit iuvenis formosissimus, et Veneri placuit. Fortasse scribitur quoque ИVƎA (avun). In etrusco speculo n. 2493 Adonis (ATVNIM) et Venus (ИAЯVT turan) sculpti sunt, qui in lecto iacent, mollibus amplexibus coniuncti. Itidem in alio etr. speculo n. 2494 ИAΩVT turan, ƧIИVTA atunis, ΦƧIOΛVΛ pulthisph, OAИƎИƧ snenath. Adonidem (ƧIИVTA atunis); Venerem (ИAΩVT turan) et quamdam Lasam (AƆIMTIƧAƧAΛ lasasilmica) exhibet speculum n. 2096. — Alibi (in etr. speculo n. 2512) inspicitur Adonis, iuvenis et alatus, tamquam Ἔρος (Cupidus), una cum Venere (IΓAИAΦI+ tiphanati). Scripsit De Witte in *Ann. dell'Inst. arch.* XVII = 1845 pg. 394: *Le miroir où* I+AИAΦI+ *présente une colombe à* ƧIИV+A *ailé, comme Éros, sort tellement des traditions ordinaires, qu'il faudrait ici entrer dans une longue discussion pour examiner les rapports qui existent entre Adonis*

et Éros, et pour pénétrer dans le véritable sens de ces représentations. Au fond des idées, Adonis et Éros ne sont qu'un seul et même personnage: car Adonis, d'après une étymologie forgée par les Grecs, personnifie l'amour ou le plaisir. Cf. O. Iahn in *Ann.* cit. pg. 358.

ATYS. Vide etr. ΘA ath et ƎꟷA ate.

IƎИƧVꟷA (atusnei), *Attonia?*, n. pr. f. (cf. IИVꟷA atuni), in titulo perusino n. 1580 (vide MƎꟷA8AↃ cafatesʹ). Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 179 n. 37; Lanzium II 351 = 280 n. 36, Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 149 nt. 3.

VA (au) et ꟻA (av), *Aulus* (Αὖλος), pro Ǝ⅃VA aule praen. m., quod scribitur etiam A et ⅃ꟻA avl (raro ꟻA av, inscr. n. 173, 327 bis, 1838, 1953, 2347, 2351, 2367, 2384; et \A au, n. 557, 964? 1468?). In hisce titulis occurrit:

ƎOꟼV1A : VA (au apurthe) = *Aulus Aprusius.*
ƎO11A : VA (au aprlhe) = *Aulus Aprusius.*
ƎꟻIƧΦA : VA (au aphsive) = *Aulus .....*
ƎꟷA8AↃ : VA (au cafate) = *Aulus Cafatius.*
Ǝ⅃ИƎↃↃ : VA (au cvenle) = *Aulus Cilnius.*
ƎOƎ⅃ · VA (au lethe) = *Aulus Letius.*
ƎИA⅃ƧIꟷA1 : VA (au patislane) = *Aulus Patilianus.*
ƎИIꟷI⅃1 : VA (au plitine) = *Aulus Plotinius.*
?Ǝ⅃IAꟼ : VA (au raile) = *Aulus .....*
[ƎꟷAИIꟷИƎƧ : VA] (au sentinate) *Aulus Sentinatius.*
ƎꟷИA1ƧVA (au spante) = *Aulus .....*
Ǝ⅃TИAT VA (au tantle) = *Aulus Tantilius.*
IƧƎꟻ : ƎꟷIꟷ : VA (au tite vesi) = *Aulus Titius Vesius.*
ƎIꟷƎꟻ : VA (au vetie) = *Aulus Vetius.*
V⅃VA : VA (au aulu) = *Aulus Aulius.*
V⅃IↃA : ƎƧ : VA (au se acilu) = *Aulus Sextius Acilius.*
VↃꟼI · VA (au ircu) = *Aulus .....*
VↃƎ⅃ · ꟻA (av lecu) = *Aulus Laeca.*
VↃƎꟼ1 · VA (au precu) = *Aulus Praeco.*
V⌶Ǝꟼ · VA (au rezu) = *Aulus Resius.*
?V1Ǝꟼꟷ · VA (au trepu) = *Aulus Trebius.*
VↃ⅃Ǝꟻ : VA (au velscu) = *Aulus Velcius.*
ƧAИ↓ꟼAT · ꟻA (av tarchnas) = *Aulus Tarquinius.*
MI1Iꟻ : VA (au vipisʹ) = *Aulus Vibius.*
AИVƎИↃ · VA (au cneuna) = *Aulus Gnaevius.*
AИↃꟼAM · ƎꟷIꟷ · VA (au tite marcna) = *Aulus Titius Marcanius.*

§ 2. *Auli*, genit. sg., quod per compendium scribitur A et aliquando ⅃VA aul, pro MƎ⅃VA aulesʹ, ab Ǝ⅃VA aule = *Aulus;* ex. gr. in ossuario perusino n. 1496: VA · AИMI⅃Ǝꟻ · 1V1 (pup velimna au) = P · VOLVMNIVS · A · F · En alia exempla:

VA · MƎꟼAИↃ .. AↃ · A⅃ (la ca.. cnaresʹ au) = *Lar....... Auli fil.*
VA · IꟷƎꟻ · IAↃ · ƎƧ (se cai veti au) = *Sexta Caia Vetia Auli filia.*
VA : IↃƎИↃ : A⅃ (la cnevi au) = *Lartia Gnaevia Auli filia.*

VA · IƎИVƎ⅃ · A8 (fa leunei au) = *Fausta Liviniela Auli filia.*
VA · MIИ↓ꟼAM · MIAↃ · IꟷƧA8 (fasti caisʹ marcnisʹ au) = *Fausta Caii Marcanii* uxor *Auli filia.*
VA Vꟼꟷ31 · O⅃ (lth petru au) = *Lars Petrius Auli filius.*
VA · IИIA1V1 · Ƨ (s. pupaini au) = *Sexta ..... Auli filia.*
VA · I8Aꟼ · ꟼA (ar rafi au) = *Arria Rofia Auli filia.*
VA : AИIꟼOVƧ : A⅃ (la suthrina au) = *Lartia ..... Auli filia.*
VA · AIИꟼVƧ · ꟼA (ar surnia au) = *Arria Surenia Auli filia.*
ꟻA · IAИ↓ꟼAꟷ · A⅃ꟻOИAꟼ (ranthvla tarchnai av) = *Aruntilla* (?) *Tarquinia Auli filia.*
VA · ITIT · AИAO (thana titi au) = *Tannia Titia Auli filia.*
VA · IꟷƎꟻ · ꟼA (ar veti au) = *Arria Vetia Auli filia.*
VA · ITƎꟻ · A⅃ (la veti au) = *Lartia Vetia Auli filia.*
VA · IƧ⅃ƎꟼV · Iꟻ · A⅃ (la vi upelsi au) = *Lar... Vib.. Obels... Auli fil...*

His addantur tituli qui sequuntur (vide quoque n. 1913):

VA · MIИↃAↃ · IƎИA · VA (au anei cacnisʹ au) = *Aula Annia Caecinae* uxor *Auli filia.*
ꟻA · AИVƎИↃ · ꟻA (av cneuna av) = *Aulus Gnaevius Auli filius.*
VA : ƧIꟼƎ1 : AИ8⅃V1 : VA (au pulfna peris au) = *Aulus Pulfenius ..... Auli filius.*
VA : AИIꟷVƧ⅃V1VA (au pulsutina au) = *Aula Vulsutia* (?) *Auli fil.*
VA · AИꟼVƧ VA (au surna au) = *Aul... Suren. Auli fil...*
VAIИOMƎƧ : VA (au semthni au) = *Aula Sentinia Auli filia.*
ꟻA · ƧAИ↓ꟼAT · ꟻA (av tarchnas av) = *Aulus Tarquinius Auli filius.*

§ 3. *Aula*, praen. f., quod et scribitur A pro A⅃VA aula, ut ex hisce exemplis:

IИAИA · VA (au anani) = *Aula Anania.*
IƎИA · VA (au anei) = *Aula Annia.*
IИIAI · VA (au iaini) = *Aula .....*
IИↃAↃ · VA (au cacni) = *Aula Caecina*
IИMV↓V⅃ · VA (au luchumni *Aula Lucumonia.*
IИↃꟼAM · VA (au marcni) = *Aula Marcania.*
IИ⅃ꟷA1 · VA (au patlni) = *Aula ...*
I8Aꟼ · VA (au rafi) = *Aula Rofia.*
IΨV↓Vꟼ · VA (au ruchuchi) = *Aula .....*
IИOMƎƧ · VA (au semthni) = *Aula Sentinia.*
IИꟷMƎƧ : VA (au semtni = *Aula Sentinia.*

ІϯƎϯ · VA (au teti) = *Aula Titia.*

ІИІAƆ VA (au vaini) = *Aula* .....

ІΘVOᒧƎᖷ · VA (au velthuri) = *Aula Volturia.*

ІᒧƎᖷVA (au veli) = *Aula Velia.*

ІϯƎᖷ · ІAƆ · VA (au cai veti) = *Aula Caia Vetia.*

ІƎИƧІΘϯ · VA (au trisnei) = *Aula Trisenia.*

AИІΦИA VA (au anphina) = *Aula* .....

AИM٩VO : ІAƆ : VA (au cai thurmna) = *Aula Caia Tormenia.*

AІ8A٩ : VA (au rafia) = *Aula Rofia.*

§ 4. Incertum est genus (*Aulus* vel *Aula*) nominum, quae sequuntur, in -na desinentium:

AИM٩VO : VA (au thurmna)

AИƆ٩Aᒧ ... VA (au... larcna)

AИ8ᒧVᒣ : VA (au pulfna)

AИ٩VƧ : VA (au surna)

AИІOᒧƎᖷ VA et AИІO : ᒧƎᖷ : ᖷA (au velthina)

AИІ٩OVƧ VA (au suthrina)

AИƆ٩Əᖷ · Іᖷ VA (au vi verena)

Adde: ٩V · VA (au ur), ІϯƎᖷ VA (au veti), ІƧᒧƎ[ᒣV Іᖷ] VA (au vi upelsi), ?ᒣVA٩8 : VA (au fraup?); et cf. n. 166, 259, 456, 506, 811, 964, 1456, 1909, 1953, 1956, 1969, 2174.

§ 5. AV occurrit in vase volcente n. 2243.

AV, *ab* (*ἀπό*), praep. quae locum habet in verbis aufero et aufugio. Cf. Cic. *Orat.* cap. 47, et Gellium XV, 3. Passeratius addit, ex Pandectis florent., au eo (ab eo), au illo (ab illo), et ex Varr. (*De r. r.* III, 5 et alibi) au imo fluvio pro *ab imo fluvio.* Cf. ABERVNCO.

AVGER, augur (scribitur et AVCVR), unde augeratus = *auguratus.* Prisc. pg. 27 = 564 P.: « Antiqui auger et augeratus pro *augur* et *auguratus* dicebant. » Cf. Gellium XVIII, 5.

AVGERATVS, *auguratus,* adiect. Vide supra AVGER = *augur*; et cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI, 8.

AVGINVS, Liguriae mons, cuius meminit Livius XXXIX, 2.

AVGVRACVLVM, *arx.* Paul. ex Festo pg. 18: » Auguraculum appellabant antiqui, quam nos *arcem* dicimus, quod augures publice auspicarentur. »

AVGVSTVLA, diminutivum Augustae. Est cognomen muliebre in titulo apud Donat. 472, 2: TERENTIAE AVGVSTVLAE.

AVDEIRE, *audire.* Lex Serv. *Repet.* (App. n. LX) cap. 21: VERBA · AVDEIRE.

AVDENA, Etruriae fluvius, in flumen Macram incidens. Liv. XLI, 19: « Inter Audenam amnem P. Mucius cum iis, qui Lunam Pisasque depopulati erant, bellum gessit. » Audiatur Cluver. *Ital. ant.* pg. 76: Audena hic amnis (modo ne hoc quoque mendosum sit vocabulum) haud dubie est, qui, in sinistram Macrae ripam defluens, vulgo nunc incolis vocatur *Ula* et *Aula*, et cum articulo *La Ula* et *L'Aula*, quod vulgi etiam simplicitas facit unâ voce *Laula.* »

AYΔIOI, incolae cuiusdam oppidi in agro Frentanorum, quos memorat marmor anxanense (*Corp. inscr. graec.* n. 5878, AYΔΩN, Αὐδῶν). Guarinius *Comment.* XX pg. 31: « Αὔδων, post Gaudo: portus nominis eiusdem, ubi castrum, vulgo *S. Vito.* »

AVDITARE, *saepe audire.* Paul. ex Festo pg. 28: « auditare (alii audivitavi) *saepe audivi.* »

ƎƆA (ave), quod exhibet urnae etr. operculum n. 273, fortasse idem quod ƎƆA[ᒧ8] (flave). Lanzius II 344 = 373, n. 9.

8ƎƆA (avef), *aves*, acc. pl. 3 decl., idem quod 8IƆA (AVIF), et recentiori orthographiâ AVEIF, AVIF, AVVEI pro AVEI (cf. Aufr. et Kirch. I 123, II 32, 42, 275). Tab. eugub. Ib 10: YϯƎ : YϯAIΘ[Ǝ]ⱡИA : 8ƎƆA (avef anzeriatu etu) = *aves observatum ito.* Vide 8IƆA (AVIF).

AVEI, *aves*, acc. pl. 3 decl., pro AVEIF = AVIF (8IƆA), sine casus desinentiâ (cf. Aufr. et Kirch. I 123, II 40 sq., 51). Tab. eugub. VIa 3: MERSTA · AVVEI = —*as aves* (alites?); ubi caelator perperam AVVEI pro AVEI exaravit (cf. Grotefend *Rud. l. u.* II, 22). Vide 8IƆA (AVIF).

IƎƆA (avei), *Aveia* vel *Avia*, n. pr. f. (quae gentilitia in lapidibus romanis occurrunt: vide AVEIA) in umbrica inscr. n. 67. Cf. Lanzium II 650 = 563 n. 4; et vide voc. sq.

IƎᖷA (avei), *Aveia* vel *Avia* (AIVA auia), n. pr. f. (vide voc. praec.), unde MIƎᖷA (aveis) = *Avii* vel *Aveii*, ИIƎƆA (avein), IИIƎƆA (aveini) = *Avinia*, ƧAИIƎᖷA (aveinas) = *Avinii.* In titulo perus. n. 1581: IƎᖷA Oᒧ (lth avei) = *Lartia Aveia.* Cf. osc. ƸIƎIƆN (avieís).

AVEIA, oppidum Vestinorum, nunc excisum, prope urbem *Aquilam* (Sil. Ital. VIII, 518; Tab. peuting. segm. Vb). Situm erat, ubi nunc pagus qui dicitur *Fossa* (Giovenazzi *Aveia* pg. 39); hinc gentilitia Avius et Aveius. In antiquis chartis legitur *Avia, Abeie* et *Abegie, apud abiensem provinciam, civitatem abiensem, civitate Habientia.* — Incolae vocantur Aveiates in lapidibus, ex. gr. apud Mommsen (cf. n. 5789, 5989, 6128): DECVR · ET · POP · AVEIAT · VESTINOR (n. 5786), AVEIATIVM VESTINORVM (n. 5788).

AVEIF, *aves*, acc. pl. 3 decl., idem ac AVIF (8IƆA) quod vide (cf. Aufr. et Kirch. I 123, II 40 sq., 62, 106, 295). Tab. eugub. VIa 4 et 48: MERSTA · AVEIF = ——*as aves* (alites?).

ИIƎᖷA (avein), *Avinii*, n. pr. m. gen. sg. (pro ƧAИIƎᖷA aveinas?), ab IƎᖷA (avei) h. e. *Avia* vel *Aveia.* Inscr. perus. n. 1599: AIVᒣ · ИIƎᖷA AIƆƧᒧƎ8 (felscia avein puia) = *Velcia Avinii vidua.* Adde titulum etr. n. 1692.

ƧAИIƎᖷA (aveinas), *Avinii*, n. pr. m. genit. sg. (vide supra ИIƎᖷA avein, et IƎᖷA avei). Ossuarii perus. operculum n. 1634: ƧAИIƎᖷA IИIϯИAƆ (cantini aveinas)

= *Cantinia Avinii* uxor (« *Aveiniae* filia » Vermigl. *Inscr. perug.* pg. 286 n. 281). Vide voc. sq.

IИIƎƎA (aveini), *Avinia*, n. pr. f. (in lapid. rom. Avinius et Avinia, Avianius et Aviania, Avianus et Aviana, Avienius, Avienna, Avienus), ab IƎƎA avei vel AIVA auia = *Aveia* vel *Avia* (vide ИIƎƎA avein et ƧAИIƎƎA aveinas). In titulo arretino n. 461: IИIƎƎA · Ⅎ (l. aveini) = *Lartia Avinia*.

AVEIS, *avibus*, abl. pl. 3 decl., vetustissimis literis ƧIƆA avis ac ƧƎƆA aves quod vide (cf. Aufr. et Kirch. I 123, II 22 sqq., 29, 41). Tab. eugub. VIa 1: AVEIS · ASERIATER = *avibus servatis*. Cf. Amati in *Giorn. arcad.* XXXIX, 283.


MIƎƎA (aveiś), *Aveius* vel *Aveii* n. pr. m. nominat. vel genit. sg. (vide IƎƎA avei h. e. *Aveia* vel *Avia*), quo nomine constat titulus perus. n. 1582. (« *Avei* cinerarium », Vermigl. *Inscr. per.* pg. 300 n. 330). In Ossuarii perus. operculo n. 1583: MIƎƎA · A⅃ (la aveiś) = *Lars Aveius* (« *Lartiae Aviae* cinerarium », Vermigl. op. cit. pg. 282 n. 273).

AVIIISIIIVS (aveiseius)?, in ossuario cortonensi n. 1043. Ianssen *Inscr. etr. mus. Lugd. Batav.* pg. 12: « rumsmus [s. runisnius?] i. e. *Rum(u)s Mus(ius* s. *Musonius*). »

VYIƎƆA (aveitu), *advehito*, imperat. 3 pers. sg., perperam scriptum pro VYIƎƆqA (aṛ-veitu) = ARSVEITV, compositum ex -A pro -qA (aṛ-) = AR- (ad) et rad. -IƎƆ vei- pro veh- (veh-ere), in tabula eugub. IV 1. Vide VYIƎƆqA aṛveitu.

?AƆƎVA (aueca), in titulo clusino n. 623.

A⅃ƧƎ⅃ƎA (avlesla), *Aulesia?*, n. pr. f. a praen. Ǝ⅃ƎA (Ǝ⅃VA) aule, ut opinor, derivatum. Legitur in volaterrana inscr. n. 352, quae sequitur:



Lege: mi ma veluś | rutlniś | avlesla, quod reddit Oriolius in *Album* an. XXII pg. 195: *Sum ego Velii Rutilini* (vel *Rutilii*) *Avilesia* nati. - Fortasse avlesla pro diminutivo praenominis AV⅃A aula est accipiendum. Cf. AƧƎ⅃VA aulesa h. e. *Aulesia* (*Auli* uxor?).

AVELLA. Vide ABELLA.

?ƎƆИƎƎA (avence), in hypogaeo tarquiniensi n. 2340 lin. 4.

AVENS, fluvius in Sabinis, teste Varrone apud Servium in *Aen.* VII, 657 (vide AVENTINVM). Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 693. — De quodam flumine Aventino mentio fit in *Chronic. Farf.* apud Murat. *Rer. italic. scr.* II, II, 655, ubi legitur: « Quidam Riccardus filius Lanzolini de comitatu Teatino dedit in hoc Monasterio castrum unum, quod vocatur Lentiscum iuxta flumen Aventinum. »

AVENTIA, fluvius Italiae inter Macram et Vesidiam amnes (Tab. peuting. segm. III*b*), prope oppidum, quod dicitur Lavenza (*l'Avenza*). Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 460. — De quodam pago Aventiano in Marchia Anconitana vide *Chron. Farf.* apud Murat. *Rer. ital. scr.* II, II, 567. — Aventicum, nunc *Avenches*, oppidum est in Helvetia.

AVENTINVM et Aventinus, 'Αβεντῖνον ὄρος (Strab. V, III, 7) vel Αὐεντῖνον ὄρος (1), unus e septem collibus urbis Romae, extra pomaerium (cf. Niebuhr *Hist. Rom* III, 401, Braun in *Bull. dell'Inst. arch.* 1841 pg. 37). « Aventinum, inquit Varro *De l. l.* V, 43 pg. 17, aliquot de causis dicunt. Naevius ab *avibus*, quod eo se ab Tiberi ferrent aves; alii ab rege *Aventino* albano, quod ibi sit sepultus (2); alii adventinum ab *adventu* hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Ego maxume puto, quod ab *advectu;* nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus, itaque eo ex urbe *advehebantur* ratibus: quoius vestigia, quod ea, qua tum *vehebantur*, etiam nunc dicitur velabrum. » Servius ad *Aen.* VII, 657 (Pulcher Aventinus): « Aventinus, mons urbis Romae, quem constat ab *avibus* esse nominatum, quae de Tyberi ascendentes illic sedebant, ut in octavo 235 legimus *Dirarum nidis domus opportuna volucrum.* Quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est; sicut etiam Albanorum rex Aventinus cui successit Procas. Varro tamen dicit in Gente populi Romani: *Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente, fluvio provinciae suae, appellaverunt Aventinum.* Constat tamen has varias opiniones postea secutas: nam a principio Aventinus dictus est, vel ab *avibus*, vel a rege Aboriginum: unde hunc Herculis filium constat nomen a monte accepisse, non ei praestitisse ». Ad etymon quod pertinet, cf. O. Zeyss in *Zeit. f. die alterth.* XV = 1857 s. 235, qui aventinum ducit ab *aio*, interiecto digamma. Vide AVENS, AVENTIA et AVENTINVS, quod sequitur.

AVENTINVS, 'Αουεντῖνος et 'Αυεντῖνος (Dionys. Halic. I, 71, 77), filius Romuli Silvii, Albanorum rex. Liv. I, 3: « Aventino, fulmine ictus, regnum per manus tradidit (*Romulus Silvius*): is, sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanae urbis, cognomen colli fecit. » Vide ACROTA.

§ 2. Aventinus, filius Herculis (Virg. *Aen.* VII, 656), Aboriginum rex, teste Servio ad *Aen.* VII, 657. Vide AVENTINVM.

1) Dionys. Halic. Αὐεντῖνος (I 32, II 37, III 43, 68, IV 26, XI 44 sq vel 'Αουεντῖνος (XI, 43) vel 'Αβεντῖνος.

2) Et ita Paulus ex Festo pg. 19: « Aventinus mons intra urbem dictus est, quod ibi rex Albanorum *Aventinus* bello fuerit exstinctus atque sepultus ». Cf. Festum pg. 17 ed. Muller

§ 3. Aventinus vicus, ita Furlanettus in Forcell. *Lexico*, dictus olim, qui nunc *Voghenza* appellatur, a Foro Allieno, nunc *Ferrara*, urbe Italiae ad Padum sita, decem mill. pass. remotus, orientem versus. Cf. inscr. apud Grut. 1102, 5. Alii aliter opinantur. Vide Nardi in *Giorn. arcad.* XXIII, 351 sq., et Tonini *Rimini* etc. pg. 211, 351.

AVERNVS, Ἄορνος (Strab. V, iv, 5; Dionys. Halic. VII, 11), lacus in Campania est apud antrum Sibyllae Cumanae (Plin. III, ix, 9): hodie *Lago d'Averno*. Derivatur ab α priv. et ὄρνις, quia nullae ibi *aves* degerent (Serv. ad *Aen.* III, 442). Avernus ipse pro Deo est habitus; Servius enim ad *Georg.* II, 162, « simulacrum *Averni* sudasse » dicit.

AVERRVNCVS, ita dictus a Latinis deus malorum depulsor. Varro *De l. l.* VII, 102 pg. 159: « ab *avertendo* averruncare; ut Deus qui in eis rebus praeest, Averruncus. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat. » Alii aliter opinantur. Cf. Forcell. s. h. v.

ƧƎƎƆA (aves), *avibus*, abl. pl. 3 decl., quod rectius scribitur ƧIƆA (avis), et recentioribus literis AVEIS (cf. Aufr. et Kirch. I 123, II 22 sqq., 29, 34). Tabula eugub. I a 1: V+ƎИƎ : ƧƎ+AIꟼƎ✱ИA : ƧƎƆA : ꟽV⅃ꓘƧƆƎꟼƎ : Ǝ+ƧƎ (este persklum aves anzeriates enetu) = tab. VI a 1 ESTE · PERSCLO · AVEIS · ASERIATER · ENETV h. e. *ita sacrificium* (?) *avibus servatis inito*. Vide 8IƆA (AVIF) = *aves*.

AVFIDENA, Αὐφιδήνα (Ptol. III, 1), urbs Samnii (nunc *Castel di Sangro*, alii *Alfidena*), ad Sangrum amnem. Liv. X, 13: « Bovianum inde adgressus (*Cn. Fulvius cos.*), nec ita multo post Aufidenam vi cepit. » Cf. Mommsen *Inscr. neap.* n. 6296. Antonini *itin.* pg. 102 et 314: « Aufidena civitas. » — Incolae appellantur Aufidenates (Plin. III, xvii, 2) in lapide apud Mommsen n. 5138 (Orell. n. 3776). — In thes. epigr. occurrunt nomina Aufidenus et Aufidena, Aufidienus, Aufidianus et Aufidiana.

AVFIDVS, Αὔφιδιος (Strab. VI, iii, 1; Αὐφιδίου ποταμοῦ ἐκβολαί, Ptol. III, 1), nunc *Ofanto*, fluvius Apulorum, (Liv. XXII, 43; Plin. III, xvi, 3; Virg. *Aen.* XI, 405), quem appellat Horatius *longe sonantem* (*Od.* IV, ix, 2) et *violentem* (*Od.* III, xxx, 10) vel *acrem* (*Sat.* I, i, 58) atque *tauriformem* (*Od.* IV, xiv, 25). Cf. Polyb. III, 110. Familia Aufidia est romana et plebeia, quae saepe in lapidibus memoratur (cf. *Corp. inscr. gr.* n. 786, 1586, 2416).

AVFINA vel Aufinum, oppidum Vestinorum, inter Aquilam et Pinnam; nunc *Ofena*. Incolae dicti sunt Aufinates. Plin. III, xvii, 1: « Vestinorum, Angulani, Pinnenses, Peltuinates, quibus iunguntur Aufinates Cismontani. »

Ǝ⅃8VA (aufle), *Aufellius* (Ofellius), gentilitium etruscum in urnulae perusinae operculo n. 1222, ubi legitur: Ǝ⅃8VA · ƧIꟼA⅃ (laris aufle) = *Lars Ofellius* seu *Ofelius*. Pro aufle Perusini veteres saepius scripserunt Ǝ⅃8A afle, contracta diphthongo VA au in A, sicuti in titulis campanis Aufellius (Mommsen n. 3273) et Ofellius (Mommsen n. 4317), quibus addenda Aufidius et Ofidius, Aufillius et Aufillia, Aufilena et Ofiliena. Huc retulerim inscr. perus. apud Verm. pg. 473 n. 48, cui initium OFELIO [C]OIVGI BENEMERENTI etc. Cf. etiam Ofellio (Marini, *Arvali* pg. 250) et Offellius (Mommsen n. 1694). Vide MƎ⅃8VA (aufleś) = *Ofelli*, quod sequitur, Ǝ⅃8A (afle), OFILLIVS, ƧɅIПV (upils), et cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 26, 40, 116.

MƎ⅃8VA (aufleś), *Ofelli*, cogn.? m. genit. sg. (in ossuario perusino n. 1699; cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 166), cuius rectus casus aufle seu Ǝ⅃8A (afle) = *Ofellus* (vide Ǝ⅃8A afle et Ǝ⅃8VA aufle). Horat. *Sat.* II, ii, 2: « Ofellus — rusticus, abnormis sapiens crassaque Minerva. »

IƎ[ꟽИV✱]VA (auzuntei), *Otinia?*, n. pr. f. fortasse pro autunei (cf. IИ+VA autni), in urnulae perusinae operculo, quod exhibet inscr. n. 1171: IƎꟽ✱VA OꟼA⅃ (larth au[zunt]ei) = *Lartia Otinia*. Vide Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 41, qui legit auzutei; et cf. ƧY+ИV+ꟻA avtuntus.

?ƎꟼꟼABVA (auhapre), in titulo etr. n. 458, male scriptum aut pessime descriptum.

AYꓘVΣKAI, in aeneo nummo n. 2923 *d*. Vide AVSCVLVM.

AИИƎΘꟻA (avthenna), *Avienna?* n. pr. f., nisi legendum av thenna, in titulo etr. n. 964. Cf. Lanzi II 389 = 318 n. 183, et Maggi in *Lett. di etr. erudiz.* pg. 62.

IƆA (avi), quod legitur in lapide viterbiensi n. 2077, forte idem valet quod ⅃IƆA avil vel ƧɅIꟻA avils h. e. *aetatis* (cf. Lanzi II 461 = 390 n. 463). Passerius *Lett. Roncagl.* n. ii pg. 383 (cf. n. x pg. 228) id arcessit ab hebr. ava (desiderare), pro *vixit* sive *aetatis* accipiendum.

§ 2. IꟻA legitur quoque in vase fictili volcente n. 2224. Cf. VꟼꟼAꟼIꟻA (aviparpu) AVIO et n. 2541 (Lanzi II 131 ed. 2.ª).

AIVA (auia), *Avia?*, n. pr. f. (= IƎꟻA avei h. e. *Aveia*). Inscr. perus. n. 1584: AIVA AИAO (thana auia) = *Tannia Avia*. AVIAI · PRISCAI = *Aviae Priscae* legitur in titulo apud Grut. 962, 10.

AVIATAS (aviatas), ——*ae*, adiect. nominat. pl.? (cf. Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 95, et *Die unterit. dial.* pg. 341). Guarinio *Comm.* XX, 14 (*Mem. dell' Acad. Ercol.* V, 304) adverbium est cum desinentia in *as*, ab *avia* deducendum, reddendumque *avito iure* seu *more*; et Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 247 *cupitae* vel *imperatae* nominat. pl. Cf. Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* II, 30.

AVIEHCLEIR, ——*is*, adiect. abl. pl. 2 decl., idem quod

AVIECLIR (Aufr. et Kirch. I 119; II 70 sqq.), cuius significatio obscurissima. Tab. eugub. VIa 9: VAPERSVS · AVIEHCLEIR = *a lapidibus* (?) ——*is*. Vide ꓤꓘꓘꓱꓲꓛꓤ (AVIECLA).

AVIEHCLV, ——*os*, adiect. loc. pl. 2 decl., scribitur et AVIECLV; pro eo quod antiquissimis literis ꓱ8Vꓘꓘꓱꓲꓛꓤ avieklufe (cf. Aufr. et Kirch. I 120, II 74, 91). Tab. eugub. VIa 10: VAPEFEAVIEHCLV (vapefe aviehclu) = *ad lapides* (?) ——*os*. Vide ꓤꓘꓘꓱꓲꓛꓤ (AVIECLA).

ꓢꓲꓱꓲꓛꓤ (avieis), quod legitur in fragmento lapidis Samnitici n. 2870; si non *Avius*, n. pr. m. idem ac etr. ꓲꓱꓱꓤ avei = *Aveia* (de familiis Aveia et Avia mentio fit in titulis peltuinis, capuanis, cumanis, marrubiis, apud Momms. *Inscr. neap.*), fortasse supplendum [g]avieis = *Gavius* (Garrucci in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II 165).

ꓱ+ꓤꓘꓱꓲꓛꓤ (aviekate), ——*tis* (?), obscura vox, in qua suspicatus est Lanzius II 737 = 645 abscondi posse umbricum oppidum Apienas [vid. APIENNATES] sive Avienas. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 17 sq. atiierie aviekate (ꓱ+ꓤꓘꓱꓲꓛꓤ : ꓱꓲꓤꓱꓲꓲ+ꓤ, tab. eugub. IIa 1, 3) pro ablativis absolutis atiieries aviekates = *Atiersiis auspicatis* accepit. Vide vocc. sq., et cf. Aufr. et Kirch. II 379 sq.

ꓤꓘꓘꓱꓲꓛꓤ (AVIECLA), ——*â*, adiect. abl. sg. 1 decl. (cf. Aufr. et Kirch. II 70 sqq., 249). Tab. eugub. Ib 14: ꓤꓘꓘꓱꓲꓛꓤ : ꓤꓱꓛ (vea aviekla) = tab. VIb 52 VIA · AVIECLA h. e. *viâ* ——*â*. Vide AVIECLV et ꓱ8Vꓘꓘꓱꓲꓛꓤ (avieklufe).

AVIECLIR, ——*is*, adiect. abl. pl. 2 decl., quod et scribitur AVIEHCLEIR (cf. Aufr. et Kirch. I 119, II 73). Tab. eugub. VIa 12, 13: VAPERSVSTOAVIECLIR (vapersusto avieclir) = *a lapidibus* (?) ——*is*. Vide supra ꓤꓘꓘꓱꓲꓛꓤ (AVIECLA).

ƎIИV↓A (achunie), *Achonius* (Aconius), n. pr. m. (vide IИV↓A achuni = *Achonia*); in ossuarii perus. operculo m. 1079: ƎIИV↓A · ꓶ (l. achunie) = *Lars Achonius*. — Has inscr. edidit Vermigl. *Sepol. dei Volunni* pg. 46 = 116 sg.: ACHONIVS · L · F · MEDICVS; — L · ACONIVS | L · F · MEDICVS; — A ACONIVS · L L VRG; — VRSIA · A · F · QVARTA | ACONI.

.. ИꟼV↓A (achupn), quod legitur in ossuarii perus. operculo n. 1080, forte corruptum ab ƎIИV↓A (achunie) = *Achonius*, vel ab IИV↓A (achuni) = *Achonia*.

AMV↓A (achuśa), *Acusia?*, n. pr. m., nisi exaratum fuit pro achuni, in ossuario perusino n. 1077.

B

8 (B), litera solitaria in antiquis numis; B in campanis, samniticis, lucanis, bruttiis (Carelli *Num. Ital. vet.* tab. LXVII, 19; LXXIII, 30; CXXVII, 36; CLX, 20; CLXXXI, 25; CLXXXIII, 24; CLXXXIV, 33; CXCIX, 101); 8 in numis belli marsici apud Carell. op. cit. tab. CCI, 3 et 13.

B., *bixit* (vixit), in titulis neapolitanis (Grut. 334, 2 = Momms. n. 2910; Grut. 542, 4 = Momms. n. 4096), ubi legitur: B · ANNIS XXIIII, et B · AN · XXX. Adde inscr. faliscam n. 2442.

ƧII88[Я]8 (babbiis), *Babbius*, n. pr. m. in lapide osco n. 2881 (vide Mꓘ km). Babbius cognomen virile, a βαβάζω, idem quod stultus (nostrum *babbeo*), occurrit in titulo, quem edidit Hieron. Amati in *Giorn. arcad.* V, 274 (GAIVS · IVNIVS VITALIS · QVI · ET BABBIVS). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 252 (*Bull. arch. nap.* V, 43 sg.), et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 157.

BABIA, oppidum Italiae inferioris (Plin. XIV, VIII, 9).

BABR, *Babrii*, n. pr. m. genit. sg. (pro babrier?), in lapide umbrico n. 81 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 8 sg., Aufr. et Kirch. II 390-392, Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 s. 344). Muellero *Die Etr.* I 50 nt. 107 est *Babrio* cogn., Grotefendio *Rud. l. u.* III 13 *Babriis*.

BA[B]V?, vox obscura, quae legitur in aere rapin. n. 2741, lin. 9. Baru vel bapu legit Guarinius *Comm.* XX, 15.

BADAVS, *batavus*, adiect. ad Bataviam pertinens; scribitur et BATAVS Grut. 535, 6.

ΒΑΔΙΖΑ, Bruttiorum urbs. Vide BESIDIAE.

BADIVS, n. pr. m., unde fortasse cogn. BASSVS derivatum (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 224, 252). Livius XXV, 18: « Badius Campanus. » — Gentilitium Badius occurrit in lapidibus rom. apud Grut., Gorium, Murat. et Mommsen, sicuti Badeius (Momms. n. 6306, 36) et dimin. Badiolus (Grut. 87, 2).

BAEBIANI seu Bebiani. Vide LIGVRES BAEBIANI.

BAEBVS, *Baebius*, n. pr. m., quod et scribitur BAEPIVS, mutatâ mediâ in tenuem eiusdem organi. Inscr. apud Grut. 722, 3: CN · BAEBO · CN · F · GAL... MINO | ET PAPIRAE · C · F · FESTAE · BAE|BVS... RVS · PARENTIBVS · OP|TIMIS.

BAENE, *bene*, adv. in voce BAENEMERENTI apud Passion. pg. 170 n. 3.

BAEPIVS, *Baebius*, n. pr. m., quod et scribitur Baibius Graecorum more, qui Βαίβιος (Murat. 763, 4: BAIBIVS BAIBIIQ · FILII SVI; Maff. *Mus. ver.* 190, 8: BAIBIAI PROCVLAE), raro BAEBVS, in titulo venusino apud Mommsen n. 792.

BAΘEIA, h. e. *Profunda*, via in urbe Tarento (a βαθὺς, *profundus*), de qua Polyb. VIII, xxxi, 1, xxxv, 6. Cf. BATAΣ, BATHΥS et osc. ƧꟼƎTꟼИ8 (baíteís).

BAIAE, Βαΐαι (Strab. V, iv, 5), oppidum Campaniae, inter Cumam et Puteolos: cui nomen dedisse perhibent Baium quendam, qui fuit unus ex sociis Ulyssis (Strab. V, iv, 6: Τὰς δὲ Βαΐας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι, Βαΐου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός). Servius ad *Aen.* III, 441: « qui locus a socio Ulyssis Baio illic sepulto nomen accepit »; et ad *Aen.* IX, 710: « Postumius de adventu Aeneae, et Lutatius Communium historiarum, Boiam Euximi comitis Aeneae nutricem, et ab eius nomine Boias vocatas dicunt. Veteres tamen portum Baias dixisse, Varro, et a Baio Ulyxis comite, qui illic sepultus est, Baias dictas tradit ». In titulo rom. aqud Orell. n. 132 legitur:

OMNIA BAIARVM LVSTRAVI MOENIA SAEPE
PROPTER AQVAS CALIDAS · DELICIASQVE MARIS.

In lapide prope castellum Baianum reperto (Mommsen n. 2558): MATRIS DEAE BAIANAE; et in alio titulo campano (Momms. n. 3088): CN DOMITIVS EROS BAIANVS. Cf. Forcellini *Lex.* s.-v. baiae et baianus.

BAIRI, *Bairius* vel *Baerius*, n. pr. m. In osca inscr. n. 2871 (vide AMANAFED): NI · BAIRI = *Numerius Bairius*.

?ƧꟼƎTꟼИ8 (baíteís) legitur in lapide samnitico n. 2878. De hac voce silet Mommsen *Die unterit. dial.* s. 252. Huschke *Die osck. und sab. spr.* s. 151 legit bateís, quod habet pro genit. gr. βαθέος, a βαθύς (profundus, amplus).

BAIΩTIΣ, Ἀφροδίτη (Aphrodite h. e. Venus), apud Syracusios, teste Hesych. *Lex.* I, 680.

BACANAL, *bacchanal*, sacrum Bacchi. S. C. *de Bacch.* (App. n. lviii) lin. 3: NEI QVIS · EORVM · SACANAꓕ (lege: bacanal) HABVISE · VEꓕET; et lin. 4: BACANAꓕ · HABERE. Legitur quoque lin. 28 BACANAꓕIA = *bacchanalia*, et lin. 2 BACANAꓕIBVS = *bacchanalibus*. Vide BACAS = *bacchans*.

BACAR, vas vinarium simili bacrioni (vide BACRIO). Ita Paulus ex Festo pg. 31. Scaligerus legit baccar; nam Isid. in glossis habet: « baccarium, *vas aquarium*. » Gloss. Philox. apud Labb.: « bavar (lege bacar), εἶδος ἀγγείου. » Adde (sic Furlanettus in Forcell. *Lexico*) βίκος, βικίον, βικίδιον, idem significare, quod Itali dicunt *bicchiere*. Hinc est in Gloss. Philoxeni: Bacario, πορνοδιάκονος, h. e. meretricibus aquam infundens. Cf. Fr. Diez *Gramm. romanens. linguar.* I, 8, et *Gloss. vet.* apud Maium *Class. auct.* VI, 510, VIII, 79.

BACAS, *bacchans*, adiect. ad Bacchum pertinens, in S. C. *De Bacch.* (App. n. lviii) lin. 7. Cf. Lanzium II 426 = 355.

BACEOLVS, *stultus* (a gr. βάκηλος?, quod ab Hesych. *Lex.* I 680 exponitur etiam ἀνόητος h. e. *stultus, rudis*), nostrum *baccello, baccellone*. Hac voce utebatur Augustus, teste Suet. in *Aug.* cap. 87 (« Ponit assidue et pro *stulto* baceolum »).

BACCHA, *vacca*, f. Marin. *Arval.* tab. xxxii col. 2 lin. 22 sq.: IBIQVE BACCHAM HONORARIAM ALBAM AD FOCVLVM IMMOLAVIT.

BACRIO, *urceolus*. Paul. pg 31: « Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrii: hoc alii trullam appellant. » Gloss. apud Labb.: « bagario, orceoli genus. » Vide BACAR.

BALANTIVM, appellatum est a Naevio ipsum Palatium, hoc est collis Palatinus, quia « hunc locum a pecore dictum putant quidam (Varro *De l. l.* V, 53 pg. 21). »

BALARI, Βάλαροι (Strab. V, ii, 7), populi Sardiniae (Plin. III, xiii, 2, et Liv. XLI, 6; vide ILIENSES), ita dicti, quia exules e Corsica; nam Corsorum linguâ, teste Pausania (*Phoc.* XVII, 5), exsules dicuntur Βαλαροί (Βαλαροὺς γὰρ τοὺς φυγάδας καλοῦσιν οἱ Κύρνιοι).

BAΛATΩNOI, populi Corsicae, quorum meminit Ptol. III, 2.

BALBA, *valva*. Inscr. gabin. apud Visconti *Mon. Gab.* pg. 21 (Orell. n. 1368, Zell n. 80): ITEM SIGNIS AEREIS N · IV DISPOSITIS IN ZOTECIS ET BALBIS AEREIS.

BALBVTIVS, gentilitium frentanum ex Larino. Cic. *pro Cluent.* cap. 60.

BAΛEΔONAΣ, legitur in lapide messap. n. 3002. Cf. Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 84.

BALENS, *valens*, particip. a baleo (valeo). Est nomen virile in titulo apud Mommsen n. 7151 (BALENTINIANO ET BALENTI).

BALENTINIANVS, *Valentinianus*, n. pr. m. Vide BALENS = *Valens*.

BALEO, *valeo*, quod Boppius *Gl. scr.* pg. 238 comparat cum scr. bala (vis, robur). Inscr. apud Grut. 735, 13:

PARTHEN | HAVE | BENE · BALEAS | QVI · ME · SALVTAS | CVM · SOSIA | FILIA MEA.

BALERIANVS, *Valerianus* (ΒΑΛΕΡΙΑΝΟΣ apud Osann *Inscript. lat. gr.* pg. 251 n. III), quod scribitur etiam VALHRIANVS, a BALERIVS (ΒΑΛΕΡΙΟϹ) pro *Valerius*. In titulo apud Gorium *Inscr. ant.* III, 99 (Mommsen n. 7029): IVLIVS · BALERIANVS.

BALERIVS, *Valerius* (ΒΑΛΕΡΙΟΣ, ΒΑΛΕΡΙΟϹ, ΒΑΛΕΡΙΑ; cf. *Corp. inscr. gr.* n. 916, 3148, 3584, 3665; Murat. 1759, 5), unde BALERIANVS = *Valerianus;* antiqui scripserunt VALESIVS et FALERIVS. Inscr. apud Mommsen n. 7151: BALERIVS | DEPOSITVS · | BENE. Item inscr. florent. apud Murat. 1313, 9: D M | LVCI BALERI | ORTVGIONIS | VALERIA VALENTINA | CONIVGI BENEMERENTI | FECIT. Adde Murat. 377, 2: M · SAL · BALERIO.

BALESIVM, oppidum Calabriae, cuius meminit Plinius III, XVI, 3; scribitur et VALETIVM, quod vide.

ΒΑΛΕΤΘΙΗΙ et ΒΛΑΤΘΙΗΙ legitur in caduceo tarentino n. 2986, de quo Quaranta in *Atti dell' Acad. Pontan.* III, 211 sqq., Mommsen *Die unterit. dial.* s. 82, Bergk in *Zeit. f. die alterth.* IX = 1850 s. 13, Hase in *Journ. des Sav.* an. 1850 pg. 597 et Minervinius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. V, 21. Franzius in *Corp. inscr. graec.* n. 5780: « nomen urbis Aletiae tertio casu scriptum est orthographia insolentiore: Βαλετθίᾳ pro Βαληθίᾳ aut Βαλητίᾳ, quod nomen alii aliter scripserunt. »

BALINEVM, *balneum* (βαλανεῖον), quod ad rad. scr. bâḍ = vâḍ (*lavare, se lavare*) trahit Boppius *Gloss. scr.* pg. 238. In lapide apud Grut. 376, 5; IN · THERMIS · ET · BALINEIS; et apud Mommsen n. 6685: [T]ABERNA · ET · BALINEA. Adde corfin. inscr., quae sequitur (Mommsen n. 5358): SER · CORNELIVS · SER · F · DOLABELLA METI[LIANVS] BALINEVM · SOLO · S · P · AEDIFICAVIT.

BALINIENSES, cognominati sunt Trebulani, Campaniae populi. Vide TREBVLA § 3.

ΒΛΛΟΕΣ (βαλοες), in figlino messap. n. 2946. Cf. Minervinium in *Bull. arch. nap.* V, 15.

BALTEVS et balteum, cingulum militare. Varro apud Charis. pg. 59 P. tradit esse tuscum vocabulum: « Varro in Scauro *baltea* dixit, et thuscum vocabulum ait esse *Rerum humanarum* 18 »; at *De l. l.* V, 116 pg. 46 docet ex eo dici, quod bullatum est. Cf. Maffeium *Osserv. lett.* VI 29, 177, et Forcellinium.

BAMBA, ἔμβαμμα (iusculum), apud Syracosios. Hesych. *Lex.* I, 687: Βάμβα· τὸ χρῶμα. καὶ μύρου τι μέρος. καὶ τὸ ἔμβαμμα· Συρακούσιοι. Cf. Thes. gr. ling. s. h. v.

BANDIVS. Vide BANTIVS.

BANDVSIA, fons in agro sabino, ubi villa Horatii sita erat. Horat. *Od.* III, XXXI, 1: « O fons Bandusiae. »

BANNA, βασιλεὺς (rex; cf. Fάναξ = ἄναξ), apud Graecos in Italia. Hesych. *Lex.* 1, 688: Βάννας· βασιλεὺς, παρὰ Ἰταλιώταις· οἱ δὲ, μέγιστος ἄρχων. Pro Ἰταλιώταις nonnulli legunt Σικελιώταις.

BANNATAI, *viae obliquae*, apud Tarentinos. Hesych. *Lex.* I, 689: Βαννάται, αἱ λοξοὶ καὶ μὴ ἰθυτενεῖς ὁδοι, παρὰ Ταραντίνοις. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Βάνναтροι.

BANSAE, Bansae (Bantiae), genit. sg. (loc. sg. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 252), in tab. bantina n. 2897 lin. 19 (SANSAE), 23, 27, 30 (vide CENSTVR et FVST). Cf. Guarinium *Lex. osco-lat.* pg. 23; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 18; Klenze *Philolog. Abhandlungen* s. 44; Quaranta *Di una iscr. osca* pg. 12; Aufr. et Kirch. II, 187; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 6, 26, 33; Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 9; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 107. Vide voc. sq.


BANTIA, Βαντία (Plut. in *Marc.* XXIX, 1), urbs Apuliae Dauniae prope Venusiam (Livius XXVII, 25), nunc *S. Maria di Banzi.* Steph. Byz.: Βάντεια, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Βαντιανοί καὶ Βαντιᾶται. Osci scripserunt Bansa, quae forma occurrit in tabula bantina (vide voc. praec.). Incolae dicti sunt Bantini (Plin. III, XV, 3). Inscr. apud Mommsen n. 250 (Henzen n. 5185): M · TRAESIO · M · F | POM · FAVSTO · SEN | IIII · VIR · QQ · POTENT | CVR · RP · BANTINOR | CVR RP ATINATIVM | OB MERITA EIVS | DEC · AVG ET PLEBS | CVR · L · PORC · RVFO | EX A C. Horat. *od.* III, IV, 5: « Bantini saltus », ubi Acron.: « Bantina civitas Apuliae contermina Venusiae ». Vide voc. sq., et cf. Guarinium *Comm.* V, 136, atque Peter *Spr. und schr.* s. 48 et 72. — De Bantia in Illyricis loquitur Polyb. V, CVIII, 8 (τῆς δὲ Καλικοίνων χώρας, Βαντίαν).

BANTINS, *Bantinus*, adiect. nominat. sg. 2 decl. ad Bantiam pertinens. Tab. bant. n. 2897 lin. 19: CEVS · BANTINS h. e. *civis Bantinus.* Cf. Klenze *Philolog. Abhandl.* s. 49, et Peter *Spr. und schr.* s. 41.

BANTIVS, civis nolanus, (cf. BANTIA). Liv. XXIII, 15: « Lucius Bantius » = Λεύκιος Βάνδιος (Plut. in *Marc.* X, 2 sq., XI, 1).

ΒΑΟΧΤΑϟ, in lapide messap. n. 3001.

BARIVM, Βάριον (Ptol. III, 1; Strab. VI, III, 8), urbs Apuliae, nunc *Bari* (Mela II, 4; Plin. III, XVI, 3; Liv. XL, 18; Anton. *itin.* pg. 117, 119, 315); incolae dicti sunt Barini, ut in nummis graece scriptis num. 2935 ΒΑΡΙΝΩΝ (cf. Riccio *Repertorio* etc. pg. 45). — In fragm. inscriptionis apud Marinium *Arvali* pg. 330 legitur: ..... IDIVS · L · F · CL · BARINVS · BARIS.



ΒΑΡΚΑ, αἰδοῖον (pudendum), apud Tarentinos. Hesych. *Lex.* I, 697: Βάρκα· αἰδοῖον, παρὰ Ταραντίνοις· καὶ προνη Nonnulli legunt βαρυκά, quod fortasse idem ac μαρύκα.

ΒΑΣΙΛΙΝΔΑ, βασίλιννα (regina), apud Tarentinos. Hesych. *Lex.* I, 701: Βασιλίνδα· παιδιᾶς εἶδος, ἢ βασιλέας καὶ

στρατιώτας ἀπομιμούμενοι ἐχρῶντο. παρὰ Ταραντίνοις δὲ καὶ ἡ Ἀφροδίτη, Βασιλίς.

BASILISCVS, cogn. virile apud Mamertinos, de quo Cic. *in Verr.* V, 11 (« Cn. Pompeius Basiliscus »).

BASSIS, *βάσις* (basis). Inscr. aquinas apud Smet. 24, 13 (Grut. 129, 2, Mommsen n. 4317, Zell n. 339): AEDICVLAM | ET · BASSIM · MAGISTREI | DANT | M' · AIMILIVS · M' · F | M' · OFELLIVS · M' · F | P · MAMMIVS · P · F.

BASSVS, cognomen virile apud Nolanos (« Herennius Bassus, » Liv. XXIV, 43) et apud Romanos (gentium Anniae, Betilienae, Luciniae, Pomponiae, Ventidiae), in lapidibus frequens. Hinc gentilitium Bassius derivatur cum diminutivis Bassinus et Bassina (unde Bassinius, Bassinia), Bassillus, Bassulus cet. Fortasse Bassus factum est e Badius, sicuti *μέσσος* e *μεσjος* pro *μεδjος* = lat. *medius* et scr. madhja. Gloss. ant. apud Maium *Clas. auct.* VI, 511: « Bassum, *non altum* »; quod nos Itali dicimus *basso* (basc. bassu hispan. baxo, franco-gall. bas), unde *bassare* et *abassare*. In antiqua charta mutinensi an. 1192 apud Murat. *Antiq. ital. diss.* V, 87 legitur: « Et molendina, ... quae sunt superius tornaturâ unâ inferius fiant, et brachium unum de illo statu, quod nunc manet, ad brachium rationis adbassentur. Et molendina, quae sunt infra fossam civitatis, abassentur medietate unius brachii rationis. »

BASTA, Calabriae oppidum, nunc *Vaste* (Plin. III, xvi, 2).

BASTERNINI, sunt incolae Bastae (Βαῦστα, Ptol. III, 1) urbis Salentinorum (vide BASTA). Plin. III, xvi, 7: « Salentinorum: Aletini, Basterbini, Neretini » etc. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 52.

BATA, cogn. muliebre in titulo apud Gorium *Inscr. etr.* III 246: AVRELIA BATA. Vide BATTA.

BATANIA, *τὰ λοπάδια* (patellae), apud Siculos. Hesych. *Lex.* I, 704: *Βατάνια· τὰ λοπάδια· ἡ δὲ λέξις Σικελική.* Cf. Thes. gr. ling. s. h. v.

BATAΣ, *ὀκαταφερής* (proclivis), apud Tarentinos, teste Hesych. *Lex.* I, 704. Cf. BAΘEIA et BATHYS.

BATAVS, *batavus* (scribitur et BADAVS), adiect. ad Bataviam pertinens. Inscr. apud Reines. IX, 73 sq.: NAT · BATAVS et NATIONE BATAVS.

BATHYS, Siciliae flumen, in mare Tyrrhenum influens, teste Ptol. III, 4 (*Βαθέος ποταμοῦ ἐκβολαί*). Gr. *βαθύς* = *profundus*. Cf. BAΘEIA et BATAΣ.

BATINVM, flumen in Piceno, quod memorat Plin. III, xviii, 1.

BATTA, n. pr. virile, quod legitur in urna perusina apud Vermigl. *Inscr. per.* pg. 26 n. 18. Cf. BATA, et gentilitium Battius (Mommsen n. 729).

BATTOS, in messap. inscr. n. 2984.

BATVALIA vel Battualia. Cassiod. *De orthogr.* pg. 2300 P.: « *Bat* in uno tantum reperitur nomine generis neutri, pluraliter enuntiato, id est battualia, quae vulgo battalia [italice *battaglia*] dicuntur, quae *b* mutam habere cognovimus, exercitationes autem militum vel gladiatorum significant; inde etiam battuatores *τοὺς βασανιστὰς* dici puto. » Cf. Maffeium *Verona ill.* lib. XI (II 536 ed. 1825).

BATVLVM, oppidum Campaniae a Samnitibus conditum. Cf. Virg. *Aen.* VII, 739 (« Rufras Batulumque tenent »), et Sil. Ital. VIII, 566.

BATVM flumen, vel Batus fluvius in Italia inferiore, forte in Lucania. Plin. III, x, 2: « oppidum Blanda, flumen Batum. »

BAVLI, nominat. pl., oppidum iuxta Baias in Campania. Cf. Forcell. *Lex.* s. v. baulanus, baulensis et bauli.

BAΦION, *ὀξύβαφον* (acetabulum), Tarentinorum dialecto. Hesych. *Lex.* I, 710: *Βάφον, ὀξύβαφον· Ταραντῖνοι.*

BEBIANA villa in Etruria, non procul a Fregenis Lorioque. Tab. peuting. ed. Scheyb Segm. V*d*.

BEBIANI. Vide BAEBIANI.

BEBRIACVM. Vide BEDRIACVM.

BEDESIS, Italiae fluvius, Ravennam alluens (Plin. III, xx, 1): hodie appellatur *Bedese* (alii *Montone*).

BEDRIACVM, *Βητριακόν* (Plut. in *Oth.* VIII, 1; XI, 1; XIII, 4 sq.), oppidum inter Veronam et Cremonam, ubi Otho a Vitellio victus est (Suet. in *Oth.* cap. 9). Alii scribunt Bebriacum, sed minus recte. Plin. X, lxix, 1: « Bebriacensibus bellis civilibus »; Suet. in *Vitell.* cap. 10: « bebriacensis (al. betriacensis) victoria »; Tac. *Hist.* II, 66: « bebriacensis acies. »

BEDVA vel bidua, *vidua* (ital. *vedova*, scr. vidhavâ). Inscr. apud Fabr. cap. VIII, n. 1, pg. 545: BALERIA LATOBIA · Θ · F · QVE VIX ANN|VS · XLII · M · III · D · XV · FVIT · BEDVA | ANNVS · XII · DEPOSITA · IIII · IDVS SEPTERIS IN PACE — EROS HILARE BIDVE FECIT.

BEIAPMOΣTAΣ, *βειλάρχας*, apud Tarentinos, teste Hesych. *Lex.* I, 715. Nonnulli legunt *βειλαρμόστας*. Cf. Thes. gr. ling. s. v. *βειλαρμόστας*.

BEIAIIHI, in lapide messap. n. 2995 lin. 4. Cf. Bergk in *Zeit. f. die alterth.* IX = 1850 s. 10.

BECVNI, populi Italiae superioris (Cf. Maffei *Ver. ill.* lib. I, pg. 45). Ptol. III, 1: Βεχουνῶν, *οἵ εἰσιν ἀπὸ δύσεως Οὐενετίας.*

BEL, *vel*, partic. disiunct. (umbr. IꓷƎ⊗ heri et HERIEI). Inscr. puteolana ap. Mommsen n. 3030:

|CATTIA ....
|ET LIBERTIS [LIBERTA
B]|VSQVE SVIS PO[STE]RIS[QVE]
|EORVM HOC MONIMEN
[S]|IVE SEPVLCRVM ORTVM
[MACE]|RIA CINTV[M ET] AEDIFICIVM IS
[TVD Q]|VI BOLVERIT BEL BENDERE [B]EL
[PERMV]|TARE · BEL FIDVCIARE DA[RE]
|II PVBLICI · PVTEOLIS · I

BELA, *oves*, antiquo nomine. Varr. *De r. r.* II, 1: « Ea enim sua voce Graeci appellarunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed alia litera, bela vocarunt. Non enim *me*, sed *bee* sonare videntur oves vocem efferentes, a quo belare dicunt, extrita litera, ut in multis. »

BELABRVM, βήλαβρον (velabrum). Epitaph. chr. apud Murat. 1834, 3 = 2001, 8 (*Catac. de Rome* pl. XXIII n. 40 pg. 154): LOCVS AVCVSTI LECTORIS DE BELABRV.

BELENA, aeol. Ϝελένα (Ἑλένη, etr. ΑИΙΛƎ elina), *Helena*, et sine aspiratione ELENA, n. pr. f. Quint. *Inst. or.* I, IV, 15 (cf. Prisc. pg. 18 = 547 P.): « Sed *B* quoque in locum aliorum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena. »

BELLA. Vide ABELLA.

BELLITVDO, *pulchritudo*, ital. *bellezza*. Paul. pg. 35: « Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit. » Cf. bellus (καλὸς) adiect. et belle (bene) adv., unde bellulus (pulchellus) et bellule (Festus pg. 36).

BELLONA. Vide DVELLONA.

BELLVS, *pulcher* (ital. *bello*), adiect. Cic. *ad Att.* IV, 6 = n. 109: « [epistola] valde bella ». Est etiam cognomen in titulis apud Grut. 12, 10, et 1125, 10. — Hinc bellinus et bellina, bellilla et bellulus (cf. Forcell. *Lexicon*, Maffeium *Ver. ill.* II, 534 ed. 1825; et vide thesaur. epigraph. Grut. et Murat.). Inscr. apud Lupium *Epitaph. Sev. mart.* pg. 53: CANDIDVS | COIVGI SVI | BELLINE. Bellinus fuit praetor romanus, captus a piratis, gr. Βελλῖνος (Plut. in *Pomp.* XXIV, 4). Inscr. apud Grut. 918, 13: T · MESSIVS · BELLINVS.

ΒΕΛΟ[Ν]ΑΙ?, *Bellonae?* Patera n. 2653: Garruccius legit ΒΕΡΟΡΑΙ · ΠΟCΟΡΟΜ. Cf. Ritschel *De fictil. litter.* pg. 18, qui habet:

BEΛOΔAI ΓOGOLOM

BELVA, *bellua*, sic constanter in antiquis mss. et in Cic. Fragm. vidit Maius *Class. auct.* II ind.

BELVES, *egestas*, quia solet contingere per vastitatem. Ita Isid. *Gloss.* et *Excerpta Pythoeana* ex vet. glossis. Cf. Müllerum in Festo pg. XXXIV nt. 3, qui belues scriptum putat pro velues i. e. ve-lues.

BELVM, *velum*, n. Inscr. florent. apud Gorium *Inscr. ant.* I, 112 (Grut. 35, 4; Orell. n. 1918): SOLI INBICTO MITRE | M · VLP · MAXIMVS PRAE|POSITVS TABELLARI|ORVM · ARAM CVM | SVIS ORNAMENTIS | ET BELA DOMINI INSIGNIA HABENTES | N · IIII | VT VOVERAT · D · D ·

BELVNVS et Bellunum, Βελοῦνον (Ptol. III, 1), hodie *Belluno*, urbs Venetiae ad Plavim fluvium. Plin. III, XXIII, 3.

-ИƎB (BEN-), radix umbrica et osca (vid. art. sq.) = rom. *ven-io* (BENIO), quam cum Pott *Etym. forsch.* I 260 ad rad. scr. gam (*ire*) trahit Boppius *Gloss. scr.* pg. 101, « ita ut *venio* ortum sit e *guemio*, abiectâ gutturali, sicuti e. c. in *vivo* e *guivo* = scr. gîvâmi, *vermis* e *quermis* = scr. crmi. » Cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 234, Crecelium in *Zeit. f. die wissensch. der sprache* IV, 14 sq., et Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 190, 282. — Patet ex umbricis verbis ƧƎИƎ[B] (benes) = *ven-ies*, ƧVИƎB (benus) = *ven-eris* vel *ven-erit*, BENVST = *ven-erit*, ꓘИƎꓤVИƎB (BENVRENT) = *venerint* et BENVSO = *ven-erunt*.

-ИƎB (ben-), radix osca, = umbr. -ИƎB (BEN-) et lat. *ven-io* (vid. art. praec.), quae patet ex oscis verbis ꓤƎИƎBꟽVꓘ (kúm-ben-ed) = *con-venit* et ƧꟷƎIИИƎBꟽVꓘ (kúm-ben-nieís) = *con-ventus* (?). Cf. CEBNVST = *venerit*.

BENAE, *bene*, adv. (vide BNE). In tit. apud Grut. 944, 5: LARCIAE · SECVNDAE · SVAE · BENAE · MERENTI · ANIMO · LIBENTES FECERVNT etc. Murat. 1837, 11 (*Catac. de Rome* pl. XXIX n. 71 pg. 157): MATER FILIO CARISSIMO · BENAEMERENTI · FECIT.

BENACVS, Βήνακος (Strab. IV, VI, 12) vel Βαίνακος (Ptol. III, 1), lacus Venetiae, nunc *Lago di Garda*, inter Brixiam et Veronam (Plin. II, CVI, 2; III, XXIII, 4; IX, XXXVIII, 2. Cf. Isid. *Orig.* XIII, 19). Virg. *Georg.* II, 160: « teque Fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino ». Benacenses sunt accolae Benaci (Grut. 260, 2; 262, 4; 263, 8; 275, 8). In lapide veron. Benaco dicato (Maff. *Mus. ver.* 89, 5; Orell. n. 1652) legitur ...LO ... A · BENACO | SVCCESSVS Q · | SAMICI · MIRINI | V · S · L · M · Q · SAMICIVS | SV....S · ITER ... Cf. Maffeium *Ver. ill.* I, 240.

BENANTIA, *Venantia*, n. pr. f. Grut. 771, 5.

BENDO, *vendo*, mutato *v* in *b*. (Cf. Schneider *Gramm. der. lat. spr.* I, 226). Inscr. apud Fabr. cap. III n. 593 pg. 223: AVT BENDANT · AVT DONENT. Pro *vendidit* exhibet BENDIDIT alia inscr. apud eundem cap. VIII n. 33 pg. 552.

BENEBOLA, *benevola*. Inscr. clus. (*Bull. arch. nap.* nv. sr. II 162; *Bull. dell'Inst. arch.* 1854 pg. XX): CAESIA · BENEBOLA.

ꓤƎИƎB (bened) = *venit*, apud Oscos. Vide ꓤƎИƎBꟽVꓘ (cúm-bened) = *convenit* et rad. osc. -ИƎB ben-.

BENEFICIVM, *veneficium*. Inscr. apud Grut. 687, 5: D · M | L · HOSTILI · TER · SILVANI | ANN · XXIIII · M · II · D | XV · MATER · FILIO | P.IISS | MISERA · ET · IN · LVCTV | AETERNALI · BENEFICIO | NOVERCAE.

BIINIIMIIRIINS, *benemerens*, adiect. antiqua orthographiâ; in titulo apud Grut. 818, 3 (vide MIICVM h. e. *mecum*), graecis literis BENEMCPCNS (apud Fabr. cap. VIII n. XLII; vide DIAEC h. e. *dies*), et per com-

pendium BM (1), BNM (2), B · N · M (3), BNMRT (4), nec non B · N · (5), et BAENEMERENS vel BENAEMERENS. In titulo apud Fabr. cap. III n. xxx pg. 163: B · N · M · R · BVS = *benemerentibus*.

BENEMERENTESSEME, *benemerentissimae*, adiect. superlat. Epitaph. chr. apud Boldettum *Osserv. sopra i cimit.* pg. 430: SVPERSTES ET VICTORINA RVFIAE FILIAE | DVLCISSEME ET BENEMERENTESSEME | QVAE VIXEI ANNIS N VIII etc.

BENEMERES, *benemerens*, adiect. Inscr. puteol. apud Mommsen n. 2985: D · M · | AVRELIA · PV|TEOLANA · AEMI|LIAE · AFRODITE | MATRI · BENE|MERETI · FE|CIT; et epitaph. chr. apud Lupium pg. 112 (cf. pg. 110): IVLIO CRES|TO BAENEMERETI COIVGI.


BENEMERETVS, *benemeritus*, adiect. in tit. chr. apud Grut. 1056, 1.

BENERABILIS, *venerabilis*, adiect. in titulo chr. apud Marinium *Arval.* pg. 266 (*Catac. de Rome* pl. xxxii n. 82 *ter* pg. 160).

ƧƎИƎ[B] (benes), *venies*, fut. 2 pers. sg., e rad. -ИƎB (BEN-) = lat. *ven-io*. Tab. eugub. Ib 15 sq. (ubi menes pro benes): MƎMAIИVPƎƆA | : ƧƎИƎM : ƎИVꟼ (pune [b]enes akeruniamem) = *quum Aquiloniam venies*, cui respondet tab. VIb 52 sq. APE · ACESONIAME | HEBETAFE · BENVST = *postquam Aquiloniam ad -as venerit*. Cf. Aufr. et Kirch. I 82, 114, II 70, 148, 275; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 271. — Grotefend *Rud. l. u.* V, 7 (cf. V 13, 24, 27, VIII 14) explicat *operatus erit*, a *beno* h. e. gr. πένω vel πένομαι, et addit op. cit. II 19: « *B* in *m* mutatam habes in μενες pro benust, etsi αντπενές compositum pro simplici μενες scriptum est. » Umbr. ƧƎИƎM menes cum etr. AИƎM (mena) comparat Lepsius *Ueber die Tyrrh. Pelasger in Etr.* s. 35.

BEN[E]VENTOD = Benevento, in numo n. 2894. Vide BENEVENTVM, quod sequitur.

BENEVENTVM, Βενεουέντον (Ptol. III, 1; Strab. V, iv, 10 et 12; VI, iii, 7), oppidum et colonia Hirpinorum ad Calorem et Sabatum fluvios confluentes; conditum a Diomede, ut narrat Servius ad *Aen.* VIII 9, XI 246. Prius Maleventum dictum est, dum incolebatur a Graecis, postea, cum eo colonia Romanorum deduceretur, auspicatius mutato nomine, Beneventum. Plin. III, xvi, 6: « Caetero intus in secunda regione, Hirpinorum colonia una Beneventum, auspicatius mutato nomine, quae quondam appellata Maleventum. » Liv. IX, 28: « Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est. » Paul. ex Festo pg. 34 (cf. Fest. *Qu.* XV, 16 pg. 340): « Beneventum, colonia quum deduceretur, appellari coeptum est melioris ominis causa. Namque eam urbem antea Graeci incolentes Μαλόεντον appellarunt. » Hodie dicitur *Benevento*, in tab. peuting. segm. VI*d* « Benebento », et in *Itiner. Hierosol.* ed. Wesselingii pg. 610 «civitas Benevento». Antiquus numus n. 2894: BENVENTOD pro Beneventod = *Benevento*



(cf. Combe *Mus. Brit.* pg. 20, Carellium pg. 16, Avellinium *Opusc.* II 162, Mommsen apud Fiorell. *Ann. di numism.* I 36 sq. et 40 sq.). In lapidibus apud Orell. et Henzen (cf. n. 590, 2372, 3455, 3994, 5168 sq.): BENEVENTVM FELIX (n. 127), CIVITATIS BENEVENTI (n. 4424), COLONIA IVLIA CONCORDIA AVG · FELIX BENEVENTVM (n. 128 et n. 3698). Incolae dicti sunt Beneventani (Liv. XXVII, 10) in lapid. apud Orell. n. 1178 (cf. n. 130) = Momms. n. 1420: SPLENDIDISS · ORDO BENEVENTANORVM; et n. 4126: COLONIAE BENEVENTANORVM. Adiectivum Beneventanus: R · P · BN (*Reipublicae Beneventanae*, Orell. n. 3236 = Momms. n. 1428); GENIO COLONIAE BENEVENTANAE (Orell. n. 1693; cf. n. 3284); COLONIAI BENEVENTANAI (Orell. n. 2509); ORDO SPLENDIDISSIMVS BENEVENTANE CIVITATIS (Mommsen 1423; cf. Orell. n. 3165, 4125, 4127); ORDO BENEVENTANVS (Orell. n. 3164), IN BENEVENTANO PAGO (Henzen n. 6664), PERTICA BENEVENTANA (Henzen n. 6664). Polyb. III, xc, 8: Κατέδραμον δὲ καὶ τὴν Οὐενοαντάνη, Ῥομαιῶν ἀποικίαν ὑπάρχουσαν.

BENIBOLENTIA, *benivolentia*, in titulo abellino apud Mommsen n. 1882.

BENIFICIVM, *beneficium*, in tabula apud Marinium *Inscr. alb.* pg. 137. Nos dicimus *beneficio*; veteres tamen *benificio* (cf. Malispini *Stor. fior.*, et Sardo *Cron. pis.* in *Arch. stor. ital.* pg. 270).

BENIO, *venio*, e rad. ben- pro ven- (vide umbr. -ИƎB = osc. -ИƎB ben-). Inscr. chr. in *Catac. de Rome* pl. lxxi n. 6 pg. 182 (Murat. 1922, 5): PECORIDVLCISANIMABENITINCIMITEROVIIIDVSIVL · D · P · POSTERA · DIE · | MARTVRORV h. e. *Pecori(us), dulcis anima, venit in cimitero VII idus iul(ias) d(e)p(ositus est) postera die Marturoru(m)*.

BENNARRIHINO, in lapide messap. n. 2952.

ƧꟻƎIИИƎB (bennieís). Vide ƧꟻƎIИИƎBMVK (kúm-bennieís) et rad. osc. -ИƎB ben-.

(1) Inscr. apud Fabr. cap. i n. 296 pg. 52 (*Monum. Matt.* sect. xiii n. 21): D M | ONESI|MO F SA|TVR BM.

(2) Fabr. cap. iii n. 298 pg. 164 (vide DEPOSTVS); et *Catac. de Rome* pl. xxxvii n. 122 pg. 163, pl. liii n. 5 pg. 171.

(3) Fabr. cap. iii n. 303 pg. 166 (cf. iii n. 295): D . M . S | VIVIA HILA|RA . C . VIVIO | THYRANNO | PATRONO | B . N . M . F.

(4) Passionei *Append.* pg. 154 n. 2: D M | VLPIA CHA|RITOSA TI | CLAVDIO | PHAEDIMO | COIVGI BN|MRTFC.

(5) Fabr. cap. iii n. 299 pg. 165: B . N . F = *benemerenti fecit*

BENTVRVS, *venturus*, a BENIO = *venio*. In chr. epitaphio (*Catac. de Rome* pl. IX n. 18 pg. 147): IIIIX CALENDAS BENTVRAS SEPTEMBRES.

BENVENTVD = *Benevento*. Vide BEN[E]VENTOD.

ꟻИƎЯVИƎB (BENVRENT), *venerint*, futur. exact. 3 pers. pl. (cf. BENVST = *venerit*), e rad. -ИƎB (BEN-) = lat. *ven-io* (Müller *Die Etr.* I 55; Aufr. et Kirch. I 146, II 103, 258, 264, 330; Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* II 15, 19, 23; Huschke *Die osk. und. sab. spr.* s. 71, 91). Tabula eugubina Va 25, 28, et Vb 4 sq.: ꟻИƎЯVИƎB : VꟻV : ƎЯVꟼ (pure ulu benurent) = *qui — venerint* (Aufr. et Kirck. II, 335); et tab. VIb 57, TERMNOME · BENVRENT = *ad terminum venerint* (Aufr. et Kirch. II, 275). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* V 28, VI 24, VII 6, 10, qui reddit *operati* vel *auspicati fuerint* (vide ƧƎИƎB benes); et Knötel *Zeit. f. die alterth.* X 123, qui vertit *venerunt*. Lanzius II 369 = 288, 813 = 723: « *benurent, bene urente*, epiteto di focolaio. »

ƧVИƎB (benus), *veneris* vel *venerit* (cf. BENVST = *venerit*), futur. exact. 2 vel 3 pers. sg., e rad. -ИƎB (BEN-) = lat. *ven-io* (Aufr. et Kirch. I 82, 146, II 278, 345, 349). Tab. eugub. IIb 16: ƧVИƎB : ƎꟻAИƧƎꟻ : ƎИVꟼ (pune fesnafe benus) = *quum ad -as veneris* (vel *venerit*), quod Grotefend *Rud. l. u.* VII 13 (cf. II 30, V 13, 27 sq.) reddit *postquam fiscinis operatus eris* (vide ƧƎИƎB benes), et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 42 *quum in fines veneris*. Lanzius II 733 = 641: « *benus da* ἔνος annus, *cangiata l'aspirazione nel* b *all'usanza eolica non ignota ai prischi latini*. »

BENVS, *Venus*, dea Romanorum (etr. ИAЯVT turan). In Grumentina inscr. apud Mommsen n. 328: [COL]L BENERIS h. e. *collegium Veneris*. Epitaph. *Severae martyris* apud Lupium tab. I pg. 5: ΔЄΙ · ЄΒЄ · ΝЄΡЄϹ (δειε Βενερες) h. e. *Die Veneris*. Item in titulis chr. BENERIS DIES saepe legitur (*Catac. de Rome* pl. XXVI n. 55 pg. 156, pl. XLVI n. 12 bis pg. 168, pl. LXIII n. 27 pg. 178). Nummus Saloninae apud Bandurium *Num. imp. rom.* pg. 240 et Angelonium *Historia augusta* pg. 266 habet BENERI GENITRICI. — A Benus pro Venus Benustus = *Venustus* (BENOVCTOC apud Osann pg. 431 n. LXVI) et BENVSTINVS apud Lupium op. cit. pg. 123.

BENVSO, *venere* (venerunt), praet. ind. 3 pers. pl., e rad. BEN- (-ИƎB) = lat. *ven-io* (Aufr. et Kirch. I 54, 83, 103, 145; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 375). Tab. eugub. VIb 64: APE · TERMNOME · BENVSO = *postquam ad terminum venerunt*; et tab. VIb 65, VIIa 1 sq.; PORA · BENVSO = *quas* (vias) *venerunt* (Aufr. et Kirch. II, 70, 273, 276). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* V 13, 28, VI 25 sq., qui benuso exponit *perfeceritis*.

BENVST, *venerit*, futur. exact. 3 pers. sg. (cf. ƧƎИƎB benes, ƧVИƎB benus, ꟻИƎЯVИƎB benurent, et osc. CEBNVST = *venerit*), e rad. BEN- (-ИƎB) = lat. *ven-io* (Müller *Die Etr.* I 55; Aufr. et Kirch. I 82, 146, II 103, 148, 251; Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* II 15, 20, 23; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 20). Tab. eugub. VIb 52 sq. APE · ACESONIAME | HEBETAFE · BENVST = *postquam Aquiloniam ad -as venerit* (Aufr. et Kirch. II 70, 275), quod Grotefend *Rud. l. u.* VI 23 (cf. II 19, V 13, 24, 28, VIII 14) vertit *postquam fumigatione leni auspicatus eris*, et Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X, 123 *ubi in Aquiloniam in occidentales* (partes) *venit*.

BERBECES, *verbeces*, a berbex pro vervex, quod legitur in optimis codd. (cf. Forcell. *Lexicon* s. v. berbex). Inscr. apud Marin. *Arv.* tav. XXXII: IOVI BERBECES II ALTILANEOS.

BERBER, vox obscura, quam alii reddunt *fervere*, alii *verbere*, *avertere*, *vervex*. Carm. fratrum Arval. n. 2692: SATVR · [F]VRERE MARS LIMEN | ... ESTABERBER SATVR · FVFEREMARS [LI]MEN SAL[E]STABERBER · S[AT]VR · FVFERE MARS LIMENSAL[EST]ABERBER, quod vertit Grotefend *Satur furere, Mavors, lumen solis sta fervere*; Klausen: *satur furere, Mars, pede pulsa limen, sta verbere*; Hermann: *satur fueris, Mars: limen* i. e. *postremum, sali, sta, vervex*. *Crederei volesse dir tutto questo*, inquit Marinius *Arval.* pg. 604, « *Sazio d'infuriare, o Marte, salta il limitare* [*del tuo tempio*], *e statti fermo* » *ovvero* « *ci sii propizio* », *che ciò significa talvolta il verbo stare*. Galvanius Delle genti etc. pg. 443, qui legit aberber pro averver h. e. *avertere* (pg. 430 sgg.), exponit: *Sazio di furia, o Marte, - la sozza peste averti*. Lanzius I 144 = 110: « berber », *forse epiteto di Marte*. Cf. Corssen *Orig. poes. rom.* pg. 97, cui berber est *fervere*.

BERGOMVM, Βέργομον (Ptol. III, 1), oppidum Italiae superioris (Plin. III, XXI, 3; Iustin. XX, 5; Tab. peuting.), hodie *Bergamo*. Antonin. *itin.* pg. 127: « Bergomo civitas ». Inscr. apud Grut. 396, 8 (Orell. n. 65): C · CORNELIO | C · F · VOT · MINICIANO | PRAEF · COH · PRIM | DAMASC · TRIB · MIL · | LEGIONIS III · AVGVST | PRAEF · FABR · CVRATORI | REIP · ATESINORVM | IIII · VIR · I · D · PONTIFICI | FLAMINI DIVI CLAVDII | BERGOMI · PATRONO FLAMINI · DIVI TRAIANI | MEDIOLANI | PLEBS VRBANA. — Incolae appellantur Bergomates. Plin. III, XXI, 3: « In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodente se altius quam fortunatius situm (vide COMVM). » In titulo apud Grut. 392, 7 (Orell. n. 3898): CVRAT · REIP · BERGOM

BERECVNDVS et BERECVNDA, *verecundus* et *verecunda*. Inscr. apud Donium cl. XVII, n. 13: C · IVLIVS · SEX · COR · POSTVMVS FVRIVS · BERECVNDVS; et apud

Grut. 1110, 1 (Orell. n. 4232, Zell. n. 624): VALERIAE · BERECVNDAE.

BERTVLA, insula prope Sardiniam (Tab. peuting. ed. Sch. Segm. III *d*), fortasse quae nunc dicitur *Mal di ventre* (Spano in *Bull. arch. sard.* II, 79).

ꓤ∀Ɔ∃8 (berva), quod forte τῷ rom. *veru* respondet, acc. pl. n. 4 decl. est in tab. eugub. IIa 26 et 33 (cf. Aufr. et Kirch. I 125 sq., II 384 sq., 387). Grotefendio *Rud. l. u.* VII, 23 (cf. pg. 22 et 25 sq.) est nominativus vel potius accusativus, et *verua* designare videtur (cf. Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 126); et Lanzio II 813 = 723 *olera*, ab *herba*, seu potius ab *ervum* cum adspiratione. Vide ƧVꓷ∃8 (berus).

BERVM, *verum*, adv. BERVM ETIAM h. e. *verum etiam* legitur in inscr. apud Murat. 377, 2 (cf. *Opusc.* del Calogerà VII, 417 sgg.). Cf. Schneider *Gramm. der lat. spr.* I, 227.

ƧVꓷ∃8 (berus), *verubus?*, dat. vel abl. pl. 4 decl. (vide ꓤ∀Ɔ∃8 berva) in tabula eugub. IIa 23 et 35 (cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 20 sq., 23, 26; Aufr. et Kirch. I 40, 54, 125 sq., II 384). Lanzius II 745 = 653: « ervis (berus) *può forse rendersi* herbis, straminibus; *e poco appresso* erva (berva), *ch' è oblazione*, olera. *Più letteralmente traduco* ervum, *ch' è una specie di legume, con cui si pasce il bestiame, lodato da Columella e da Plinio.*

BESIDIAE, oppidum Italiae inferioris, in Bruttiis, ad Crathim flumen (hodie *Bisignano*). Liv. XXX, 19. — Polyb. XIII, x, 1 apud Steph. Byz.: Βάδιζα, πόλις τῆς Βρεττίας· τὸ ἐθνικὸν Βαδιζαῖος.

BESTER, *vester*, pron. quod antiquiori ortographia scribitur VOSTER, in neapolit. inscr. apud Mommsen n. 3137 (Gori I 266, Murat. 1171, 1): CVM BESTRA MATREM.

BESTITOR, *vestitor*. Legitur in titulo chr., quem edidit P. H. Visconti in *Atti dell' Acad. rom. d' Arch.* VI, 43 (*Catac. de Rome* pg. 170 n. 41): QVI DEPVTABATVR INTER BESTITORES.

BETO, *veto*. Inscr. neapol. apud Mommsen n. 6458: BETO NE QVI EXTRANEVS PONATV[R]. Adde inscr. apud Fabr. cap. I n. 355 pg. 61: BETO · HVNC · MONVMENTVM · NEQVE · VENDERE · NEQVE · DONARE.

BETO = BITO h. e. *eo*, quod vide.

BIBENS, *vivens*, partic. praes. e BIBO pro *vivo*. Inscr. apud Fabr. cap. VIII n. IV pg. 546: AGATHEMER | COIVGI BENE | BIBENTI QVE VI|XIT ANN XXXII D XXVIIII.

BIBESIA, *cupiditas bibendi*. Plaut. *Curc.* III, 74. Cf. Fest. pg. 214; et vide PEREDIA.

BIBO, *vivo* (scr. g'îvâmi), factum e guivo, abiectâ gutturali et servato *v* euphonico, cui respondet β τοῦ βιός, βιόω (Bopp *Gloss. scr.* pg. 140); partic. praes. BIBENS = *vivens*, adiect. BIBVS seu BIVVS et VIBVS = *vivus* (cf. BITA = *vita*, unde BITALIS = *vitalis*). In marmore neapol. (Momms. n. 3137, Gori I, 266; Murat. 1171, 1): NON SVFECERAT VNO DOLORE MISEROS BIBERE PARENTES; et in titulo apud Fabr. cap. II n. 295 pg. 115 (vide IQVA = *iniqua*) NON POTERO BIBERE. Item BIBATES pro *vivatis* est in acclamatione chr., inscripta lapidi coemeteriali apud Bosium *Rom. sotterr.* lib. III cap. 4 (Lupi pg. 143); et BIBAS pro vivas in *Catac. de Rome* pl. LX n. 18 pg. 175, pl. LXIII n. 25 pg. 178, ubi etiam reperies BISBES (cf. VIBES) pro *vives* (pl. XXXV n. 105 pg. 161). — Pro *vixit*, quod et barbara manu scribitur VICXIT, VICXSIT, VIXET, VIXIX, VIXXIT, VIXSI et VISSXIT invenies B ·, BIX ·, BIXIT, BIXSIT, BISSIT, BICSIT, BICXSIT, BISE et BX, quae sequuntur:

B · Vide B = *vixit*.

BIX · in titulis apud Grut. 307, 8 (vide SOVEVS = *suus*), Orell. n. 3668, Mommsen n. 2687.

BIXIT, in titulis apud Grut. 543, 3; 569, 12; 572, 8; 840, 1; 1056, 7; 1058, 2; 1142, 8; — Fabr. cap. IV n. 155 pg. 274 (Zell n. 712), cap. IV n. 445 pg. 323; — Murat. 2081, 1 (Momms. n. 3110); 2070, 1 (Momms. n. 2992); 1177, 8 (Gori I 252, Momms. n. 3199); — Marini *Inscr. alb.* n. 193 (Momms. n. 7179). Adde inscr. regni neapolit. apud Mommsen n. 101, 404, 1213, 2661, 2727, 2768, 3089, 3246, 4154, 6588, 6639. — Pro bixit legitur bIXIX in marmore chr., olim Romae, nunc Placentiae, quod edidit Cavedonius in *Mem. di relig. mor. e letterat.* VIII = 1849 pg. 59: SOTERIS QVAE bIXIX | ANV ET MESES QVATOR ET dIES XV IN PACE PRIDIE KAL SEPTEMbRES.

BIXSIT, cf. Marini *Arval.* pg. 537.

BISSIT, in titulo chr. apud Mommsen n. 6697. Scribitur etiam BISST; ex. gr. B · M | L · ARRO SAVINO | QVI BISST AN · XXX | II · M.VIIII D · XI (Passionei pg. 177 n. 2).

BICSIT, in titulo apud Mommsen n. 6716 (BICSIT ANIS).

BICXSIT; inscr. apud Marini *Arval.* pg. 149: BALBERAN | VS QVI BICX | SIT ANOS | XXII ET D VI.

BISE in titulo apud Maffeium *Mus. ver.* 256, 8 (vid. DEPOSTVS). Nos Itali dicimus *visse*, quod in chr. epitaphio vidit Celsus Cittadini *Tratt. dell'orig. della lingua ital.* cap. XX pg. 85.

BISSIT, in titulo chr. apud Mommsen n. 6697 (BISSIT ANNVS). Vide *Catac. de Rome* pl. LIX n. 7.

BX pro BIXIT. Inscr. apud Marini *Arval.* pg. 576: BASILEVS COIVGE EVTYCIE B · M | Q · BX MC ANN XVIII.

BIBVS et **BIBA**, *vivus* et *viva* (scr. g'îva = *vivus*, gr. βίϝος, adiect. e BIBO = *vivo*; cf. BIVVS et VIBVS). Inscr. apud Gorium I, 103: D · M | LVCIVS · BOLVMNIVS · SEBERVS | SE BIBO COMPARABIT · QVI | BIXIT etc., ubi semper B pro V. Fabr. cap. II n. 155 pg. 85:

AVRVL · FILOCVRIVS · FECIT · SEBIBO; et cap. II n. 152 pg. 85 (cf. Gud. 196, 6): DEMETRIVS · AVG · DIB · BIBVS · FECIT · SIBI. Passion. pg. 147: LEVPARDVS | SE BIBV FECIT. Grut. 313, 2 et 840, 1: SE · BIBA · COMPARAVIT. In Mus. vatic. LOCVS PRIMI | EMET SE BIBVM. *Catac. de Rome* pl. LXXV n. 2 pg. 186 SE BIBV; pl. XXIX n. 67 pg. 158, pl. XXXV n. 100 pg. 161, et pl. XXXVI n. 113 pg. 162: SE BIBVM.

BIGINTI, *viginti* (ital. *venti*), adiect. num., gr. εἴκοσι (dor. εἴκατι). *Catac. de Rome* pl. III B (pg. 141): FELICISSIMA IN PACE VXOR QVE VICXIT ANNIS BIGINTINOBEN etc.

BIGNAE, *bigenae*, vox contracta. Paul. pg. 33: « Bignae geminae dicuntur, quia bis una die natae sunt ».

ΙΑΔΙΒ (βιδαι), quod legitur in nummis n. 2914 sq. ad Teatem appulum spectantem, fortasse « *nome di magistrato* in *dialetto messapico* (Minervinius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I, 108).

BIDVA, *vidua*, quod et scribitur BEDVA. *Catac. de Rome* pl. XXII n. 39 pg. 154 (Murat. 1927, 5): PRI · MAE · BIDVAEDECES|SITANNCENTVDECESSIT | VII · IDVSDEC · INPACE (Primae viduae: decessit annorum centum, decessit VII idus decembres in pace); pl. XLII n. 4 pg. 167: MATRI BIDVE; pl. LXII n. 19 pg. 177: FAELICIA · BIDV|A TE CVM PACE.

BIE, quod legitur in lapide sabellico n. 2848 lin. 3, Huschkio (*Die osk. und sab. spr.* s. 238) est imperat. *vie* (cogito), a *viere*.

BIENIVM, *biennium*. Inscr. benevent. apud Mommsen n. 1601: VIXIT BIENIO MESE V.

BIFIANSI. Vide COMBIFIANSI.

BIFIANSIVST. Vide COMBIFIANSIVST.

BIFIANSVST. Vide COMBIFIANSVST.

BIFIATV = VTAIBIU (pifiatu). Vide COMBIFIATV.

BIZATAS (βιζατας), in lapide messapico n. 2951.

BICAPS, *biceps*. Inscr. in mus. vatic. (Henzen n. 5801): ΜΕΓΑΛΗ ΝΕΜΕϹΙϹ · Η | ΒΑϹΙΛΕΥϹΑ ΤΟΥ ΚΟϹΜου | MAGNA · VLTRIX · REGINA · VRBIS | EX VISV | HERMES · AVG · LIB · VILICVS | EIVSDEM · LOCI · ARAM · ET | CRATERAM CVM BASI BICAPITE | D · D. Gloss. Philox. apud Labb.: « bicapites, δικέφαλοι. »

BICIPES, *biceps*. Prisc. pg. 280 = 725 P.: « A *capite* solum composita ablata *s* et mutata *e* in *i* et addita *itis* faciunt genetivum ut *anceps ancipitis*, *praeceps praecipitis*, *biceps bicipitis*. antiqui tamen *ancipes* et *praecipes* et *bicipes* proferebant in nominativo. » Vide PRAECEPES, et cf. *bicepsos* in Forcell. *Lexic.*

BICTORIA, *Victoria* n. pr. f. (BICTΩPIA apud Osann pg. 487 n. XIII, et pg. 451 n. 158), unde BICTORINA = *Victorina*. Fabr. cap. VIII n. VIII pg. 547: AVRELIAE BICTORIAE; Donius cl. XII, 3: DVRONIAE · BICTORIAE · CONIVGI · DVLCISSIMAE; et Lupius pg. 123, Murat. 1646, 4 (ex coemeterio s. Urbani): BICTORIA | ET CRESCENTINES.

BICTORINVS et BICTORINA, *Victorinus* et *Victorina*, n. pr. m. et f. (vide BICTORIA = *Victoria*), unde BITORINIANVS pro *Victorinianus*. Inscr. apud Passion. *Inscr. ant.* pg. 168: D M | MATER FECIT | P · BICTORINE | ET · P · ASCLEPIO|DOTE FILIAES | VIXET AN III DIE | XX. In titulo neapolit. (Momms. n. 3262) legitur: METEIAE · BICTORINAE. Murat. 1421, 1: BICTΩPINH.

BILBIT, factum est, scribit Paulus ex Festo pg. 34, a similitudine sonitus, qui fit in vase. Naevius [vs. 124 ed. Ribbeck]: *Bilbit amphora* inquit. Gloss. apud Labb.: « bilbit, βομβύζει »; et « bilbit, ἐπιεκιασμὸς φωνῆς. »

BIΛIAS, in lapide messap. n. 2982.

BIΛIOFASNO (βιλιοϝασνο), in messap. inscr. n. 3001 (BIΛIO FASNO).

BILIVS, *Duilius*, n. pr. m. (cf. Bellona = *Duellona*, bellum = *duellum*, bis = *duis*, bivium = *dubium*). In lapidibus BILIVS (Momms. n. 6769) et BILLIVS (Grut. 375, 6), DVILIA (Momms. n. 4398) et DVILLIVS (Grut. 731, 12). Ciacconius *Opusc.* pg. 7 sq. scripsit: « In tabulis quidem Capitolinis: A · P · R · C · CLXCIII legitur: C · DVILIVS · M · F · M · N ·, sed longe aliam scribendi rationem fuisse Romanis Duilii aetate, quam ea qua marmora Capitolina incisa sunt, ex Cicerone, Varrone, Festo, Quinctiliano, et ex hac ipsa inscriptione [*columm. rostr.* n. 2715] manifestum est. Quare in ea C. BILIOS scriptum olim fuisse propemodum mihi persuadeo Ciceronis auctoritate, qui in *Oratore* de latinis veteribus ita scribit: *Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam ut* duellum *bellum*, et duis *bis*, *sic* Duellium *eum qui Poenos classe devicit*, *Bellium nominaverunt, cum superiores appellati essent semper Duellii*. Et Quinctiliani etiam, qui lib. primo, cap. quarto: *Sed* b, inquit, *in locum aliarum* [litterarum] *dedimus aliquando; unde Burrus et Bruges et Belena: necnon eadem fecit ex* duello *bellum, unde* Duellios *quidam dicere Bellios ausi*. Sed Ciceronis Quinctilianique libros iis in locis corruptos esse, legendumque *Duilios* et *Bilios*, illi ipsi libris pluribus aliis locis argumento sunt. Nam apud Ciceronem lib. *de Senect.* etiam in vulgatis codicibus ita loquitur Cato: *C. Duilium M. f. qui Poenos classe primus devicerat, redeuntem a coena senem saepe videbam puer; delectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat: tantum licentiae dabat gloria*. Sed et marmora Capitolina constanter Duilium habent non Duellium, ut auctores graecos omittam, in quibus semper Δουΐλιος legitur. Apud Quinctilianum certe eo loco in duobus mmss. exemplaribus *Duilius* est, aut *Vilius*, *v* pro *b*, ut etiam apud Servium loco supra citato. Ergo quemadmodum ex duis veteres fecerunt *bis*, et dui dentem hostiam dixerunt

bidentem, et duigas *bigas*, et duonum *bonum*; sic in hac basi pro Duilio *Biliom* scripserunt. Alioqui quo nam modo ita Cicero scribere ausus esset, quum in medio Foro, in luce atque in oculis omnium, tanquam testis positus esset lapis, qui illum aut mendacii aut negligentiae argueret? aut unde, nisi ex hac inscriptione scire ille potuit, ex omnibus Duiliis hunc potissimum ante ducentos (tot enim fuerunt a Duilio cos. ad Ciceronem) et eo amplius annos, Bilium fuisse appellatum? Accedit ad haec, quod in Graecis Polybii codicibus, qui non multo post illa tempora vixit, Γάϊος Λίβιος legitur, litteris, ut fere fit, permutatis, pro Γάϊος Βίλιος (C. LIBIOS pro C. BILIOS). Plutarchus in *Gracchis*: Γάϊον δέ τινα Βίλλιον εἰς ἀγγεῖων etc.. Sed de hoc quisque ut sibi libitum fuerit opinabitur: mihi maior videtur Ciceronis auctoritas, quam ut ab ea tuto discedi possit: praesertim cum d. Hieronymus lib. primo adversus Iovinianum sic scribat: *Duilius, qui primus Romae navali certamine triumphavit* Biliam *virginem duxit uxorem, tantae pudicitiae, ut illo quoque saeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium.* Duilius ergo, sive potius Bilius, Biliam virginem, gentilem nempe suam, uxorem duxit. BILIOS autem scripsi, ut infra MAXIMOS · MACISTRATOS pro *maximus magistratus*, et CONSOL · PRIMOS, et reliqua, ex Victorino. »

BIM, *bovem?*, acc. sg. (umbr. ꟽVB bum), in tabula veliterna n. 2736 lin. 2 (Momms. *Die unterit. dial.* s. 325; cf. Guarinium *Comm.* I 19, 24, et Secchium in *Bull. dell'Inst. arch.* 1846 pg. 12). Duas voces bim asif in unam coniungit Lanzius II 617 = 532 sq., quasi βυάσι (βουσί vel βοέσσι) abl. pl. — Grotefend legit sebim, quod comparat cum umbr. ꟽVƎƎS sevum seu SEVOM et vertit *veneratione.* — Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 263 est *vim* vel *vitam* (vis, βίος).

BIOIA, portus Sardiniae. Ptol. III, 3: Βίοια λιμήν.

BIOLARE, *violare*, in titulo chr. apud Grut. 1062, 1.

BIRGINVS et BIRGINIA, *Virginius* et *Virginia* (etr. ꟽAИϽꟼƎꟻ vercnaś), a BIRGO seu FIRGO = *virgo.* Inscr. apud Fabr. cl. IV n. 445 pg. 323 (vide IM = *in*): LARONI COPARI BIRGINIO etc. *Catac. de Rome* pl. XXXII n. 80 *ter* pg. 159: BIXIT CVM B[I]RG[I]NIA ANNIS · XV.

BIRGO, *virgo*, antiquiori orthographia FIRGO (vide BIRGINIVS = *Virginius;* et cf. Schweizer in *Zeit. f. die wissensch. der sprache* II 522 sq.). In titulo chr. (*Catac. de Rome* pl. XLVII n. 15 pg. 168): VICTORA · BIRGO DEI QVI VI|XIT · ANNIS · XXVIII · IN PACE | III · IDVS · FEBR. Adde titulos chr. in *Catac. de Rome* pl. XXIX n. 70 et pl. XXXIV n. 93 (vide BOTVM et DEFVCTA). Cf. Marini *Arval.* pg. 537.

BISACCIVM, duplex saccus seu mantica, nostrum *bisaccia.* Petr. *Sat.* cap. 31. Gloss. apud Maium *Class. auct.* VI, 511: « bisaccia: *mantica* »

BISETA, porca dicitur (teste Paul. ex Festo pg. 33) cuius a cervice setae bifariam dividuntur, quum iam esse incipit maior sex mensium. Cf. Gloss. Philox. apud Labb. pg. 22, ubi legitur: « bisaenus, χοῖρος ἑξαμηνιαῖος. »

BISIVS, *cinereus* (nostrum *bigio*), adiect. Est cognomen in titulis apud Grut.: FL · BISIVS (332, 7) et MINICIAE · L · F · BISIAE · F (438, 7). Cf. Ducangii *Gloss.* s. v. bissus.

BISVS, *visus*, partic. a *video.* Inscr. capuana apud Mommsen n. 3577: LVCCEIVS · PECVLIARIS REDEMPTOR PROSCEN | EX BISO FECIT. Cf. Mazochium *Amphit. camp.* pg. 158 et 163.

BITA, *vita*, quod e *vivita* = scr. gîvita (vide BIBO = *vivo*), unde adiect. BITALIS = *vitalis.* Passion. cl. VIII, n. 19 (*Catac. de Rome*, pl. XXXV n. 104): FEMINE CASTE BONE BITE ET PIETOSE. Momms. n. 6395: INIE : BITAE · SVAE (in die vitae suae).

BITALIS, *vitalis*, adiect. e BITA = *vita.* Est cognomen in titulo campano (Mur. 803, 6; Momms. n. 2772): CASIVS BITALI[S]. In lapidibus graeco-lat. AYPHΛIC BITAΛHC (*Corp. inscr. graec.* n. 5700) et TIB · KA · OYITAΛIOC (*Corp. inscr. gr.* n. 6681).

BITIENSES dicuntur, teste Paul. ex Festo pg. 35, « qui peregrinantur assidue », a bitendo vel betendo h. e. *eundo.* Cf. voc. sq.

BITO vel beto, idem quod *eo* (gr. βάω, βῆμι), unde BITIENSES et rom. ar-biter (cf. umbr. IꟽAꓷVꟼꟼA ar-putrati = *ar-bitratu*). Vide Forcell. *Lex.* s. v. beto.

BITORINIANVS, *Victorinianus* n. pr. m. Inscr. ex coemeterio Callisti apud Boldettum *Osserv. sui cimit.* lib. II cap. IV pg. 360 (unde Lupius pg. 123): FLAVIA · SAECVN|DA · QVAE VIXIT · AN · | XXXIII · BITORINIA|NVS · BENEMERENTI | CONIVGI SVE · FECIT.

BIꓭEꟼꟼIꓤ (bivellis), *Bivellius*, n. pr. m. in lamella plumbea capuana n. 2749 lin. 3 (Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. V, 101). Gentem *Bivelliam* protulit Fabr. cap. IX, n. 77. pg. 609 (cf. Momms. n. 1890, 1896 ex titulis abellinis).

BIVVS, *vivus*, adiect. quod et scribitur BIBVS. Inscr. apud Fabr. cap. II n. 137 pg. 84: DIS · MANIBVS | C · FVLVIVS · VILTERVS | SIBI · BIVVS · POSVIT. Item SIBI BIVVS FECIT (Fabr. cap. II n. 132 pg. 83) et SE BIVO (P. H. Visconti in *Atti dell'acad. rom. d'arch.* VI, 43; Fabr. cap. VIII n. 26 pg. 551).

BLANDAE, oppidum Lucaniae (Liv. XXIV, 20), quod Blanda appellatur a Mela II, 4, a Plinio III, X, 2 et a Ptol. III, 1 (Βλάνδα).

BLANDENO sive Blandenon, oppidum Italiae, haud longe a Placentia. Cic. ad *Q. Fr.* II, 15 = n. 140: « Litteras datas Placentiae, deinde postridie Blandenonis. »

BLANDICELLA, ait Paul. ex Festo pg. 35, verba blanda per diminutionem sunt dicta.

BLANDINVS, adiect., ad blandum pertinens. Est cognomen romanum in Grut. inscr. 395, 7: CORNELIAE · BLANDINAE · SINGILIENSI etc.

ΒΛΑΟΙΗΙ, in lapide messap. n. 3011.

ΒΛΑΣΤΑ (βλάστη?), βλαστήματα, πλαταγώνια, apud Siculos, teste Hesych. *Lex.* I, 731.

ΒΛΑΤΘΕΙΑRRES, in lapide messap. n. 2955 lin. 18 sq.

ΒΛΑΤΘΙΗΙ, quod legitur in caduceo tarentino n. 2986, comparatur cum messap. ΒΛΛΟΕΣ (βαλοες). Cf. Minervinium in *Bull. arch. nap.* V, 21; et vide ΒΑΛΕΤΘΙΗΙ.

BLERA, Βλῆρα (Ptol. III, 1; Strab. V, II, 8), oppidum Tusciae (hodie *Bieda* in Patrimonio S. Petri), cuius incolae Blerani (Plin. III, VIII, 3). Inscr. apud Henzen n. 5135: . . . S]ALVIO · SATRIAN[O] | MINICIO | X · VIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS · C . . . . | . . . . ERI · CVRATORI · OCRICVLANI [. . . . CV]RATORI · BLERANOR. . . . Cf. Oriolium in *Ann. dell'Inst. arch.* V = 1833 pg. 19 nt. 52.

ΒΛΟΧΤΑS (βλοξτας), in lapide messap. n. 3001.

BLOSSIVS, gentilitium capuanum. Liv. XXIII, 7: « ad Marium Blosium praetorem campanum »; et XXVII, 3: « Haec noctis una hora ut omnia incenderent, centum septuaginta Campani, principibus fratribus Blosiis, coniuraverant ». De quodam C. Blossio cumano (Βλόσσιος ὁ Κυμαῖος, Plutarch. in *Grac.* VIII, 3, XVII, 3, XX, 4) vide Cic. *De amicit.* cap. 13 (cf. *De leg. ag.* II, 34). Blossius, non Blosius, habent lapides campani apud Mommsen n. 2383 f., 2458, 3559 (capuan.), 3566 (capuan.), 4366, 6793. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 252.

BNE, *bene*, adv. Scaurus pg. 2253: « Quoties id verbum scribendum erat, in quo retinere hae literae nomen suum possent, singulae pro syllaba scribebantur, tanquam satis eam ipso nomine explerent, ut puta Decimus, *d* per se inde *cimus*; item cera, *c* simplex et *ra*; et bene, *b* et *ne* ». Vide BAENE et BENAE.

BOARIS, insula prope Sardiniam (Tab. peuting. ed. Sch. Segm. III*d*). Hodie dicitur *Toro* (cf. BOVENNA).

BOBERIVS, *bubulcus*, h. e. pastor boum (ital. *boaro*, quod nonnulli dicunt *bovaro*). Est cognomen romanum in marmore apud Grut. 250, col. 1 (L DOMITIVS LL BOBERIVS).

BOBIS, *vobis*, in praenest. inscr. apud Fabr. cap. II, n. 238 pg. 102, ubi legitur: ET · HOC · PETO AECO · SYNCRATIVS · A BOBIS · VNIBERSIS SODALIS · VT · SENE · BILE · REFRIGERETIS SYNCRATIORVM.

BOBLICOLA, *Poplicola* (Publicola), cogn. rom. Cf. Scaur. *De orth.* pg. 2252 (vide BVRRVS).

BODINCOMAGVM, Liguriae oppidum, alias Industria appellatum (Plin. III, XX, 8), quod fortasse fuit ubi nunc *Casale*. A fluvio Bodinco, quod sequitur, nomen cepit. Adiect. Bodincomagensis occurrit in lapide apud Orell. n. 4737, ubi legitur: T · LOLLIVS T · L | MASCVLVS IIIIII VIR · BODINCOMAGENSIS | POSITVS PROPTER VIAM | VT DICANT PRAETERIENTES | LOLLI AVE. Cf. Grut. 555, 7.

BODINCVM, Βόδεγκος, est nomen Padi fluminis Ligurum linguâ. Plin. III, XX, 8: « Ligurum linguâ amnem ipsum [Padum] Bodincum vocari, quod significat *fundo carens*. Cui argumento adest oppidum iuxta Industria, vetusto nomine Bodincomagum, ubi praecipua altitudo incipit. » — Polyb. II, XVI, 12: Παρά γε μὴν τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγκος. Cf. Galvani *Delle Genti* etc. pg. 40 nt. 1.

BOCIVS, Sabinorum deus, ex lapide quem edidit Mommsen (*Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 104; cf. *Inscr. neapol.* n. 6793): TEIDIA · TIT · F | BOCIO | D · D · D · L | M. Cf. Bergk in *Zeit. f. die alterth.* IX = 1851 s. 24.

BOLA seu Vola, Βῶλα (Steph. Byz.), vel Bolae, Βῶλαι (Diod. Sic. XIII, XLII, 6; XIV, CXVII, 3; XX, XC, 4), vetus oppidum Latii in Aequis (Virg. *Aen.* VI, 776), a Latino Silvio conditum (Diod. VII, III*a*, 7). Liv. VI, 49: « Bolis insequente anno receptis, Aequi, coloniaque eo deducta, novis viribus oppidum firmarunt, tribunis militum Romae consulari potestate Cn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito etc. » — Incolae appellantur Bolani (Βωλανοί, Dionys. Halic. VIII, 18; Plut. in *Coriol.* XXVIII, 3; Steph. Byz.) seu Volani. Cf. Liv. loc. cit. et Plin. III, IX, 16. — Bolanus fuit cognomen romanum; M. Vettius Bolanus (Tac. *Ann.* XV, 3); M. Bolanus (Cic. *Fam.* XIII, 77 = n. 619). Gentilitium Bolanius occurrit in Grut. 170, 1 = Fea *Fast. cons.* pg. 55 n. 36, et Furlan. *Inscr. patav.* pg. 114 n. 105.

BOLLIHI, in messap. inscr. n. 2947.

BOLO, *volo* = gr. βούλομαι (cf. osc. HEREST = *volet* et rad. umbr. -ΘƎᗡ = HER-), quod trahitur ad rad. scr. var (eligere) seu vṛ (desiderare). In titulo praenestino (Visconti *Mus. Pio-Clem.* I, 32 nt 2 = Orell. n. 4360): OMNIBVS · DARI · BOLO, et ALIENARI BOLVERINT. Fabr. cap. II n. 179 pg. 91 (Zell n. 529): QVOD · SI · QVI · VLTIMVS · EX · NOMINE · NOSTRORVM POSTERORVMQVE · EORVM · ALIENARE · BOLVERIT DAMNAS · ESTO · COLLEGIO · IVMENTARIORVM etc. Orell. n. 4331 (Zell n. 1787): IN HIS PRAEDIIS | INSVLA SERTORIANA BOLO ESSE AVR · CYRIACETIS | FILIE MEAE · CINACVLA N · VI · TABERNAS | N · XI · ET REPOSSONE SVBISCALIRE (1) | FELICITER. Item in titulo chr. (*Catac. de Rome* pl. XXXIX n. 131 ter pg. 165): QVANDO DEVS BOLVERIT. Vide BOLVNTAS = *voluntas*.

(1) *Repositiones subscalares?*

BOLTINIA, *Voltinia* tribus (cf. etr. ꟼИIOꟻƎƆ velthina et IƎИI+ꟻƎƆ veltinei). Vide Grut. 546, 2, et Marin. *Arv.* pg. 537.

BOLVMNIVS, *Volumnius* (Οὐολούμνιος), n. pr. m. (etr. MꟼИMIИƎꟻ velimnaś). Gori *Inscr. ant.* I 13: L · BOLVMNIVS SEBERVS.

BOLVNTAS, *voluntas*, a BOLO = *volo*, in tabula aenea apud Murat. 377, 2 (vide BOX = *vox*).

BOMBEIANA, *Pompeiana*, adiect. ad Pompeias pertinens (cf. ƧИꟼIIꟼПMИVП púmpaiians = *pompeianus*). Inscr. pomp. apud Orell. n. 2541: ABIAT VENERE BOMBEIANA IRADAM QVI HOC LAESERIT. Garruccius tamen in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 82 legit POMPEIANA.

BONA dea, Ἀγαθὴ θεά, a Romanis culta, qui etiam Faunam, Fatuam et Opem appellarunt. Macr. *Sat.* I, 12: « Auctor est Cornelius Labeo huic Maiae aedem kalendis Maiis dedicatam sub nomine Bonae deae: et eamdem esse Bonam deam et terram ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse confirmat: hanc eamdem Bonam deam Faunamque et Opem et Fatuam pontificum libri indigitari. Bonam; quod omnium nobis ad victum bonorum causa est. Faunam; quod omni usui animantium favet. Opem; quod ipsius auxilio vita constet. Fatuam a fando; quod, ut supra diximus, infantes partu editi non prius vocem edunt, quam attigerint terram. Sunt qui dicant hanc deam potentiam habere Iunonis, ideoque sceptrum regale in sinistra manu ei additum. eamdem alii Proserpinam credunt, porcaque ei rem divinam fieri: quia segetem quam Ceres mortalibus tribuit porca depasta est. alii χθονίαν ἑκάτην: Boeoti Semelam credunt, nec non eamdem Fauni filiam dicunt; obstitisseque voluntati patris in amorem suum lapsi, ut et virga myrtea ab eo verberaretur, cum desiderio patris nec vino ab eodem pressa cessisset: transfigurasse se tamen in serpentem pater creditur, et coisse cum filia. horum omnium haec proferuntur indicia quod virgam myrteam in templo haberi nefas sit, quod super caput eius extendatur vitis, qua maxime eam pater decipere tentavit, quod vinum in templum eius non suo nomine soleat inferri, sed vas in quo vinum inditum est mellarium nominetur, et vinum lac nuncupetur; serpentesque in templo eius nec terrentes nec timentes appareant. Quidam Medeam putant; quod in aedem eius omne genus herbarum sit, ex quibus antistites dant plerumque medicinas: et quod templum eius virum introire non liceat, propter iniuriam quam ab ingrato viro Iasone perpessa est. Haec apud Graecos ὁ θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam esse tradit adeo pudicam, ut extra γυναικωνῖτιν numquam sit egressa, nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum umquam viderit, nec a viro visa sit: propter quod nec vir templum eius ingreditur. Unde et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse; quia Herculi, cum boves Geryonis per agros Italiae duceret sitienti respondit mulier, aquam se non posse praestare, quod feminarum deae celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris gustare fas esset. propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est praesentiam feminarum, et Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit ne mulierem interesse permitterent. ecce occasio nominis, quo Maiam eamdem esse et Terram et Bonam deam diximus, coëgit nos de Bona dea quaecumque comperimus protulisse ». — Ad etymon quod pertinet, audiatur Ennius Quir. Visconti *Monum. degli Scip.* pg. 38 nt. 1 (Milano 1827): « *Credo che senza l'etimologia ebraica da* thob, *Cerere siasi detta dai Greci* Δηώ *dal verbo* δαίω *p. m.* δέδηα, *che vale fra gli altri significati anche* praebere epulum, *e ciò alludendo alle invenzioni a quella dea attribuite: che poi dal greco* δηώ *siasi fatto il latino* deona *e anche* duona, *come da* Λητώ Latona; *e così da* duona mater *o* Δημήτηρ *si derivi il comune Bona mater, o la dea Bona, sembra assai analogo al genio di quella antica latinità.* » — BONA DEA nonnullis in lapidibus memoratur (Orell. n. 1512, 1514, 1515, 1517, 1522, 3270, 4941, 5725), Bona dea pia (n. 1527), AVRIBVS · B · D (n. 1524), Bona dea agrestis felix (n. 1518), Bona dea Anneanensis (n. 1516), Augusta Bona dea Cereria (n. 1521), Bona dea sancta (n. 1513), Bona dea sanctissima celestis (n. 1523), Bona dea Sevina (n. 1520), et simpliciter domina (n. 1518, 1525 sq.).

BONONIA, Βονωνία (Ptol. III, 1; Strab. V, I, 11), nunc *Bologna*, urbs Aemiliae, ad Rhenum fluvium (1). Antea dicta est FELSINA, quum Etruriae alterius caput fuerit; inde Bononia a Boiis Galliae populis. Livius XXXVII, 57: « Eodem anno [U. C. 563] ante diem tertium kalendas ianuarias Bononiam latinam coloniam ex senatusconsulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triumviri deduxerunt. Tria millia hominum sunt deducta: equitibus septuagena iugera, ceteris colonis quinquagena sunt data. Ager captus de Gallis Boiis fuerat: Galli Tuscos expulerant ». Cf. Plin. III, III, 20 (vide FELSINA). Est etiam hoc nomine urbs Pannoniae, et oppidum in Gallia Belgica (*Boulogne*). — Inscr. apud Orell. n. 3074 (cf. n. 446, 621): CLAVDIAE VENERIAE | A · GELLIVS A · F · DVM | SECVNDVS BONONIA | FECIT ET SIBI | IN FR · P · VI · IN AGR · P · IX. Adde *itiner.* antiquum apud Henzen n. 5210. — Adiect. Bononiensis occurrit in parm. inscr. apud Orellium n. 3806, quae est: L · DECIMIVS · C · F · PRIS | II VIR · BONONIENS | AGNIAE I · L · L · GRATAE · V · L. Cf. Henzen n. 6061.

(1) Sil. Ital. VIII, 601: « Ocni prisca domus parvique Bononia Rheni. »

Cic. *Brut.* cap. 46: « C. Rusticellus Bononiensis »; et Plin. XVI, LXV, 2: « Rhenus Bononiensis amnis ».

BOX, *vox* (vide VOCS et VOGS), Florentinorum dialecto *boce*, = scr. vâc', quod e rad. vac' (*dicere, loqui*). In tab. aenea apud Murat. 377, 2: SECVNDVM BOCIS EIVSDEM POPVLI ET BOLVNTATEM etc.

BOPLO, mons Liguriae, de quo fit mentio in tab. genuate (App. n. I) lin. 18: IN · MONTEM · APENINVM · QVEI · VOCATVR · BOPLO. Hodie dicitur *Monte Bastia* (Banchero *La tav. di bronzo* etc. tav. II ad pg. 52).

BORCANI, populi Apuliae. Plin. III, XVI, 6.

BORRAHETIS, in lapide messap. n. 2955 lin. 8.

BOSA, Βόσα (Ptol. III, 3), nunc *Bosa*, oppidum in Sardinia insula, cuius meminit Antonin. *itin.* pg. 83. Incolae dicti sunt Bosenses, quos memorat Plinius III, XIII, 2.

BOSTAR, locus ubi stant boves (Gloss. Isid.).

BOTRYS, siculus, scriptor obscoenus, qui librum edidit τὰ καλούμενα παίγνια inscriptum, teste Alcimo apud Athen. VII pg. 322. Cf. Polyb. XII, XIII, 1.

BOTVM, *votum*, n. Inscr. puteol. apud Mommsen n. 3412: CONTRA · BOTVM · FECERVNT. Hunc titulum chr. edidit Boldettus *Osserv. sopra i cimit.* pg. 431 (De Rossi in *Rev. archéol.* XIII, 159): PETRVS ET PANCARA BOTV PO|SVENT MARTVRE FELICITATI. *Catac. de Rome* pl. XXXIV n. 93 pg. 160: IENVARIE BIRGINI | BENEMERENTI IN | PACE BOTIS DEPOSITA.

BOVENNA, insula prope Sardiniam, in tab. Peuting. seg. III *d*. Hodie dicitur *Vacca* (cf. BOARIS).

BOVIANVM vetus, Βουίανον (Ptol. III, 1) vel Βοΐανον (Strab. V, IV, 11; Βούανον App. *De bell. civ.* I, 51), oppidum Samnii, quod fortasse fuit ubi nunc *Pietrabbondante* prope *Agnone* (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 171, et *Inscr. neap.* pg. 269). Liv. IX, 31³: « Inde victor exercitus Bovianum ductus. caput hoc erat Pentrorum Samnitium, longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque ». Plin. III, XVI, 1: « Colonia, Bovianum vetus, et alterum cognomine Undecumanorum ». Vide ꓭVꓥIИIANVD (búvaianúd) = *Boviano*.

§ 2. Bovianum Undecumanorum (nunc *Boviano*), oppidum alterum fuit in Samnio, quod eo milites legionis undecimae coloni deducti sunt. Incolae appellantur Bovianenses; ex. gr. in lapide apud Momms. n. 4988 (Henzen n. 6916): ORDO · BOVIANENSIVM.

BOVILLAE seu Bovilla, vetus oppidum Latii (Cf. Forcell. *Lex.* ad h. v.). Inscr. apud Orell. n. 2625: DECVR · BOVILL et DECVRIONI · BOVILLIS. Incolae appellantur Bovillenses in lapidibus; ex. gr. L · MANLIO L · F · PAL | SEVERO REGI SAC|RORVM FICTORI PONTIFICVM VR · III VIRO BOVILLENSI|VM etc. (Orell. 2281); LOCVS ADSIGNATVS AB C · DISSINIO C · F · QVI[*rina*] | CVRATORE REIPVBLICAE BOVILLENSIVM DED*icatus* etc. (Orell. n. 3701); ALBANI LONGANI BOVILLENSES (Orell. n. 119, 2252, 6919).

BOVINARI, *conviciari*. Paulus p. 30: « Bovinatur, conviciatur. » Cf. Aul. Gell. XI, 7, et Müller in Festo loc. cit.

BRABEVM seu brabium aut bravium, gr. βραβεῖον, *victoria, victoriae praemium*; hinc. ital. *bravo*. Cf. Forcell. s. v. brabeum.

BRADANVS, Italiae fluvius, inter Lucaniam et Apuliam, in Antonini *itinerario* pg. 104. Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 1279.

BRACIVM, *brachium* (ital. *braccio*), = gr. βραχίον, scr. bâhu seu vâhu (forte e rad. vah = *veh-o*). Lex Serv. *de Repet.* (App. n. LX) cap. 13: BRACIOQVE · APERTO · LITERAM · DIGITEIS · OPERTAM. E bracio derivatur gentilitium Braccius (C · BRACCIVS C · F), quod legitur in titulo campano apud Momms. n. 4146 = Grut. 167, 11.

BRACCIVS. Vide voc. praec.

BRAMOSVS, *cupidus*, adiect. Cf. Maffeium *Ver. ill.* lib. XI pg. 534.

BRATEIS. Vide VMBRATEIS.

ΒΡΑΤΩΜ, vox osca, quam cum verbis ꓷVTNꓭꓤꟽƎ (embratur) = *imperator* et VMBRATEIS comparavit Mommsen *Die unterit. dial.* s. 252.

BRENDA. Vide BRVNDISIVM.

ΒΡΕΝΔΟΝ, = ἔλαφον (ἔλαφος, *cervus*), messapia dialecto. Vide ΒΡΕΝΤΙΟΝ.

BRENTESIA, idem ac Medoanis maior, flumen Palavium urbem praetervehens (Messala *Aug. perg.* c. 10). Hodie dicitur *Brenta*.

ΒΡΕΝΤΕΣΙΟΝ. Vide voc. sq.

ΒΡΕΝΤΙΟΙ, *Brundisii*. Vide BRVNDISIVM.

ΒΡΕΝΤΙΟΝ, *cervi caput*, apud Messapios. Steph. Byz.: βρέντιον παρὰ Μεσσαπίοις ἡ τῆς ἐλάφου κεφαλή, ὡς Σέλευκος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν. Hesych. I, 762: βρένδον, ἔλαφον. Adde Etym. Gud. v. βρενδήσιον: βρένδον δὲ τὸν ἔλαφον δε λέγουσι οἱ Μεσσάπιοι. Et Etym. Magnum v. Βρεντήσιον: Βρένδον δὲ καλοῦσι τὴν ἔλαφον Μεσσάπιοι καὶ Βρέντιον Μεσσαπίοις ἡ κεφαλὴ τῆς ἐλάφου. Strab. VI, III, 6: τῇ δὲ Μεσσαπίᾳ γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται. *Bei den älteren lateinischen dichtern*, ait Mommsen *Die unterit. dial.* s. 46 nt. 5, *hiess sie stadt Brenda* (Fest. ep. v. Brundisium *pg.* 33). *Ob* Βρένδος *oder* Βρέντιον *in messapischen hirsch oder hirschkopf bedeutete, muss dahingestellt bleiben*. Cf. Maffeium *Osserv. lett.* IV, 190, et Mommsen in *Ann. dell' Inst. arch.* XX = 1848 pg. 64, 135.

BRENTONICVM, oppidum Tridentinorum, secundum Paul. Diac. *Langob.* III, 31.

BRETANNIA, *Britannia* (gr. Βρεταννία), insula maxima in Oceano septentrionali. Inscr. apud Grut. 402, 4. Pro britannicus legitur BRITTANNICVS in romana inscr (Grut. 265, 2), per compendium BRT (Valer. Prob pg. 1499 sq.).

BRETTII. Vide BRVTTII.

BRINIATES. Vide FRINIA.

BRIXELLVM vel Brixillum, Βρίξελλον (Ptol. III, 1), nunc *Bersello*, oppidum Galliae Cisalpinae ad Padum flumen (Plin. III, xx, 1; VII, L, 3; Suet. *Oth.* cap. 9). Incolae appellantur Brixellani vel Brixillani. Inscr. apud Orell. n. 3734 (Grut. 284, 9; Mur. 263, 8): AETERNO PRINCIPI | D · N · FLAVIO · CLA|VDIO · IVLIANO · VBI|QVE VENERANDO · SEMPER · AVGVSTO · ORDO | POSSESSORESQVE · BRI|XILLANORVM · OPTATA | DEVOTIONE · DEDICARVNT | BONO · REIPVBLICAE | NATO | 1. Item inscr. apud Grut. 1067, 1: L · CALLIDIVS · PRIMVS · BRIXELLANVS. Vide voces sq.

BRIXENTES, Βριξάνται (Ptol. III, 1), Rhaetiae populi, ubi nunc *Brixen*. Plin. III, xxiv, 4.

BRIXIA, Κενομάνων Βριξία (Ptol. II, 11; Βρηξία Strab. codd. V, I, 6), nunc *Brescia*, urbs Transpadanae regionis ad Melam fluvium. Caput Cenomanorum gentis fuit (Liv. XXXII, 30), inde Romanorum colonia (Plin. III, xxii, 3). Hanc urbem nonnulla memorant marmora apud Orell. n. 67, 454 (BRIXA), 1971, 2183, 3744, 3750, 3905, 4094, 4823 sq. Item REIP · BRIX (Orell. n. 3909); GENIO | COLONIAE · CIVICAE · AVG | BRIXIAE etc. (Orell n. 66). — Incolae appellantur Brixiani in lapidibus apud Orell. n. 3764 et 4051 (ORDO BRIXIANOR). Adde inscr. apud Henzen n. 5857 (Grut. 631, 6): NOCTVRNO | VICTOR BRIXIANORVM V... Cf. BRIXELLVM, BRIXENTES, nec non Brixias flumen Asiae, Brixino oppidum Norici, et Brixana Persidis flumen.

BRITTII. Vide BRVTTII.


ΒΡΟΥΚΑ, promontorium Siciliae. Ptol. III, 4: Βροῦκα ἄκρα.


BRVGES, Φρύγιοι (Phryges), Phrygiae populi in Asia minori. Cic. *Orat.* c. 48: « Vi patefecerunt Bruges non *Phryges.* » Adde Quintil. *Inst. or.* I, iv, 15 (vide BELENA = *Helena*).

BRVITIA, *Brutia*, n. pr. f. (masc. BRVTIS = *Brutius*). Inscr. perus. in ossuarii operculo n. 1539: BRVITIA · A · F. Vide BRVTTII.

BRVNDA. Vide BRVNDISIVM, quod sequitur.

BRVNDISIVM vel Brundusium, Βρεντέσιον (Strabo V, iv, 10 et alibi) seu Βρενδέσιον (Ptol. III, 1), oppidum Salentinorum (hodie *Brindisi*), conditum ab Aetolis vel a Cretensibus. Cf. Polybium X, I, 9, Plinium III, xv, 3, et inscriptiones apud Mommsen n. 445, 6289 sq. (BRVNDISIVM). Nummi aenei n. 2958 habent: BRVN.





In celebri editione Torrentini Dig. XIV, I, 1 et XIX, I, 3 legitur Brundesium, et XLV, I, 22 Brentesium. Poëtice Brenda, teste Paulo ex Festo pg. 33 (1), ubi quidam legunt Brunda (cf. Forcell. s. v. *Brunda*). — Incolae appellantur Brundisini, ut in lapid. apud Mommsen n. 454, 460, 487. Hesych. *Lex.* I 764: Βρέντιοι ἔθνος ἐν Ἰταλίας.

BRVNDVLVS, portus Galliae Transpadanae, inter Athesim amnem et Venetiam: hodie appellatur *Brondolo*. Plin. III, xx, 7.

BRVTATES vel Bruttates = BRVTTII, quod vide.

BRVTII. Vide BRVTTII.

BRVTILLVS, diminut. *bruti* (cf. BRVTVLVS), quod est cogn. romanum. Inscr. apud Mur. 1615, 32: C · SERVILI · C · ET | APRONIAE · L | BRVTILLI.

BRVTIS, *Brutius*, n. pr. m. (fem. BRVITIA = *Brutia*). Inscr. perus. n. 1538 in ossuarii operculo: A · BRVTIS · VEL · F = *Aulus Brutius Velii* filius. Vide voc. sq.

BRVTTII, Βρέττιοι (Strab. V, I, 3) vel Βρύττιοι (App. *De bello Ann.* cap. 44, 49, 54, 57, 61; semel Βρέττιοι, *De bell. civ.* IV 43; et Βρούττιοι, op. cit. V 19), populi extremae Italiae, inter Lucaniam et fretum siculum, et inter mare tyrrhenum et sinum tarentinum (cf. Strab. VI, I, 4). Huic genti, inquit Strabo (2), Lucani nomen dedere, qui *desertores* seu *defectores* Brutiorum lingua vocabulo notant (3); nam Bruti quum (ut aiunt) pastores prius essent Lucanorum, ab ipsis desciverunt, prae indulgentiam ipsorum libertatis cupidi facti, quo tempore Dio bellum in Dionysium movens, quosvis contra quosvis concitavit. — Antiochus, apud Strab. VI, I, 4, hanc Bruttiorum regionem (4) ait Italiam appellatam fuisse: prius autem dictam


(1) « Brundisium quidam poëtae brevitatis causa Brendam dixerunt. »


(2) Ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν· Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας· ἀπέστησαν δ', ὥς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοῖς πρότερον, εἶθ' ὑπὸ ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, ἡνίκα ἐπεστράτευσε Δίων Διονυσίῳ, καὶ ἐξετάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας. Strabo VI, I, 4.


(3) Ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν ἠθροίσθη περὶ τὴν Λευκανίαν πλῆθος ἀνθρώπων πανταχόθεν μιγάδων, πλείστων δὲ δούλων δραπετῶν. Οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον λῃστρικὸν ἐνεστήσαντο βίον, καὶ διὰ τὴν ἐν ταῖς ἀγραυλίαις καὶ καταδρομαῖς συνήθειαν ἔσχον τριβὴν καὶ μελέτην τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων· διὸ καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι προτεροῦντες τῶν ἐγχωρίων εἰς αὔξησιν ἀξιολογωτέραν κατέστησαν. Καὶ πρῶτον μὲν Τερῖναν πόλιν ἐκπολιορκήσαντες διήρπασαν, ἔπειτα Ἱππώνιον καὶ Θουρίους καὶ πολλὰς ἄλλας χειρωσάμενοι, κοινὴν πολιτείαν συνέθεντο, καὶ προσηγορεύθησαν Βρέττιοι διὰ τὸ πλείστους εἶναι δούλους· κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον οἱ δραπέται βρέττιοι προσηγορεύοντο. Τὸ μὲν οὖν τῶν Βρεττίων πλῆθος οὕτω συνέστη κατὰ τὴν Ἰταλίαν. Diod. Sic. XVI, 15.


(4) Βρουττία, μοῖρα Σικελίας (?). Τὸ ἐθνικὸν Βρούττιοι. Steph. Byz.


fuisse **Oenotriam**. Non Graecorum more Βρέττιοι (1), uti legitur quoque in perantiquis numis n. 3020 (ΒΡΕΤΤΙΩΝ), sed **Brutii** (cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 1283) vel











Bruttii (cf. Pighium *Annal.* ad ann. CDLXXI pg. 418, et Dausq. *Orth.* s. h. v.) Romani dicere maluerunt, et « **bilingues Bruttates** Ennius dixit [Ann. vs. 485], quod Bruttii et Osce et Graece loqui soliti sint (Paulus ex Festo pg. 35) »; lapides tamen exhibent modo **Bruttii** (Henzen *Suppl. coll. Orell.* n. 6524, 6932), modo et vere saepius **Brittii**. Inscr. apud Mommsen n. 646: M · ANTONIO | VITELLIANO | V · E · PATR · COL · | CANVS · P · P · TRAC|TVS · APVLIAE | CALABRIAE · LV|CANIAE · BRVTTIOR · | OB · INSIGNEM · EIVS · | ERGA · PATRIAM · AC · CIVES · ADFECTIONEM | ET SINGVLAREM IN|DVSTRIAM AD QVIETEM | REGIONIS · SERVANDAM | POSTVLATV POPVLI | D · D · P. Aliae inscriptiones: ALPINIVS MAGNVS · V · C · CORR · LVCANIAE · ET IBRITTIORVM (Momms. n. 106, Orell. n. 1074); EVSEBII Q · AVR · SYMMACHO · VC · QVAEST · PRAET · PONTIFICI MAIORI · CORRECTORI LVCANIAE · ET · BRITTIORVM (Orell. n. 1187); Q · HERENNIO · SILVIO MAXIMO · C · V · LEGAT · LEG · II ITALICAE ET ALAE ANTONINIANAE IVRID PER CALABR · LVCANIAM BRITTIOS etc. (Momms. n. 4851, Henzen n. 6745). De VILLA BRVTTIANA in Sabinis mentio fit in lapide rom. apud Henzen n. 5140. Ad etymon quod pertinet, cf. *Thes. gr. ling.* s. v. Βρέττιοι, Th. Bergk in *Zeit. f. die alterth.* IX = 1851 s. 18 sq., et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 393. — Steph. Byz. meminit urbem **Brettum**, quae Tyrrhenorum fuisse dicitur: Βρέττος, πόλις Τυῤῥηνῶν, ἀπὸ Βρέττου τοῦ Ἡρακλέους, καὶ Βαλητίας τῆς Βαλήτου. Οἱ οἰκοῦντες, Βρέττιοι. Καὶ ἡ χώρα Βρεττία, καὶ ἡ γλῶσσα. De *Bruttia pice* vide Strab VI, I, 2, Dionys. Halic. XX, 6, et Plin. XIV, XXV, 6, XVI, XXII, 1, XXIV, XXIII, 1 et 2.

(1) Eustathius in Dionysium Perieg. vs. 362 docet, omnino Βρεττίους διὰ τῶν δύο ττ esse scribendum.

BRVTVLVS, cognomen samniticum (diminut. Bruti; cf. BRVTILLVS), forte idem quod **Rutulus**. Liv. VIII, 39: « **Brutulus Papius** ». Apud Zonaram *Ann.* VII 26 ed. Wolfii (vol. II pg. 39) et Du Cangii legitur Ῥουτούλῳ ἀνδρί.

BVA, vox est, qua infantes utuntur, quum potum petunt. Varro apud Non. II 97 = pg. 81: « Cum cibum ac potionem **buas** ac **pappas** vocent, et *matrem* **mammam**, *patrem* **tatam** ». Hinc **vinibuae** dicuntur mulieres *vinolentae*, Lucil. ib.

BVBETANI, Βουβεντανοί (Dionys. Halic. V, 61), incolae cuiusdam oppidi in Latio (Plin III, IX, 16).

BVBINARE est menstruo mulierum sanguine inquinari (*inquinare*). Ita Paul. pg. 32; ubi Müller: « Isidori Glossae: ***Buvinare** sanguine inquinare mulieris menstruae.* Placidus pg. 436: ***Bibinare** sanguine inquinari: **bibinarium** autem est sanguis, qui mulieribus menstruis venit.* Haec de bubinario sanguine e pleniori Festo ducta fuisse existimo ».

BVBLEVM est genus quoddam vini [βύβλινος οἶνος]. Ita Paul. pg. 32.

BVBONA, dea apud Romanos, quae boum curam gerere credebatur. August. *De civ. Dei* IV, 34 (vide SEGETIA).

BYGOIS, nympha, quae de arte fulgurali librum edidit apud Tuscos, uti Servius refert ad Virg. *Aen.* VI, 72. Cf. Maffeium *Osserv. lett.* IV, 58, 64, et Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* nt. 118.

BVE, *bove* (gr. βοΐ), abl. sg. 3 decl. (gr. βοϜ, lat. bôv, ital. *bove*; scr. gô, cuius nominativus gau, instrum. gavâ), acc. sg. ꟽVꓭ bum, acc. pl. 8V8 (BVF), genit. pl. BVO (Passeri *Lett. Ronc.* n. XIV pg. 376, n. XV pg. 233; Lanzi II 750 sgg. = 658 sgg.; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 23, 33, 50; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 10, 28; Aufr. et Kirch. I 55 sq., 128, II 142). Tab. eugub. VIa 25, 28, 33, 35, 38, 43, 45, 48, 53: ESV · BVE = *hocce bove* (vide PIHACLV = *piaculo*).

8V8 (BVF), *boves* (gr. βόας, βοῦς), acc. pl. 3 decl. (Passeri *Lett. Ronc.* n. XIV pg. 369 sg., n. XV pg. 218, n. XVI pg. 288, et *Paralip. in Dempst.* pg. 324; Müller *Die Etr.* I 53; Lanzi I 318 = 247, II 713 sg. = 621 sg., 717 = 625, 719 = 627, 749 = 657, 814 = 723; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 16 sqq.; Aufr. et Kirch. I 128, II 128 sq.). Tabula eugub. Ia 3: V+Ǝ8 : 8VƎƎD+ : IƆV1ADK : ƎƆVI (iuve krapuvi tre buf fetu) = tab. VIa 22, IVVE · GRABOVEI · BVF · TREIF · FETV h. e. *Iovi Grabovio tres boves facito.* Tab. Ia 11

V+ƎB | IƆVꟼAꓷK : Ǝ+ꓷAꟽ : V+ƎB : BVBƎꓷ+ (tre buf fetu marte krapuvi fetu) h. e. *tres boves facito, Marti Grabovio facito* = tab. VIb 1 BVF · TRIF · FETVMARTEGRABOVEI h. e. *boves tres facito Marti Grabovio.* Tab. Ia 20: +ꓷƎB : BVB : KAᒣEꟼVB : V+ƎB : ƎꟼVIBVƎ : | KꓷAꟼVƎI (tref buf kaleruf fetu vufiune krapuvi) = tab. VIb 19: BVFTRIF · CALERSV FETV VOFIONE · GRABOVIE h. e. *tres boves callidos facito Vofiono Grabovio.* — Grotefendius *Rud. l. u.* IV 28, V 5 sq. VI 16 et 20 pro *bubus* abl. pl. buf usurpat. Cf. Maffeium, *Osserv. lett.* VI, 64, et Peter *Spr. und schr. etc.* s. 37. Vide BVE = *bove.*

BVCA, Βοῦκα (Ptol. III, 1; Strab. V, IV, 2 et VI, III, 11), Frentanorum oppidum (Plin. III, XVII, 1; Mela II, IV, 6), quod fuit in eo loco ubi nunc *Penna* (Romanelli *Topogr.* I, 37-45). In marmore frentano (*Corp. inscr. gr.* n. 5878 lin. 5) legitur BYKIAΣ = βουκίας).

BVCINNA, Βουκίννα (Steph. Byz.), insula prope Siciliam, Africam versus. Plin. III, XIV, 6.

BVCCO, -onis, m., quod pro *stulto, stolido, fatuo* sumitur a Plauto (*Bacch.* V, I, 2) et Appuleio (*Apol.* pg. 325). — Docet Lipsius *Epist. quaest. ep.* II, 22 Maccum et Bucconem esse personas stolidas, fatuas, stultas poëtis Atellanorum. Cf. Forcell. s. v. bucco, et Munk *De L. Pomp. Bonon. Atellanar. poeta* pg. 65.

BVLBA, *vulva*, f. Naevius apud Macr. *Sat.* II, 14.

ꟽVB (bum), *bovem* (gr. βοῦν, volsc. BIM?), acc. sg. 3 decl., abl. sg. BVE = *bove*, quod vide (Passeri *Paralip.* pg. 324; Lanzi II 739 = 647; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 56; Grotefend *Rud. l. u.* IV 28, VII 17, VIII 34; Aufr. et Kirch. I 128, II 381). Tab. eugub. IIa 5: ƎИKAꓷƎꟼꟽVB (bum perakne) = *bovem —em.*

BVXENTVM, Βούξεντον (Ptol. III, 1), urbs Lucaniae, nunc *Policastro*, quae graece dicebatur Πυξοῦς (πυξεών = *buxetum* h. e. locus buxo consitus). Plin. III, X, 1: « oppidum Buxentum, graece Pyxus ». Incolae dicti sunt Buxentini in marmore paestano apud Henzen n. 5184. Cf. Mommsen n. 190. Nummi n. 2905 habent ΠV+OEM et XVΠ (Pyxus).



BVO, *boum* (gr. βοῶν), pro buom, genit. pl. 3 decl., abl. sg. BVE = *bove*, quod vide (Grotefend *Rud. l. u.* IV 10, 28; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 11; Aufr. et Kirch. I 94, 128, II 164; Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 120. Cf. Passerium *Lett. Ronc.* n. XIV pg. 387, et Lanzium II 814 = 723). Tab. eugub. VIa 54: BVO · PERACNIO = *boum —ium.*

BVONVS, *bonus* (ital. *buono*), adiect. Front. ad *M. Anton. De or.* l. 2, frag. 1: « Feres profecto buona venia veterem potestatem etc. ». Cf. DVONVS.

BVRGILLVS, diminut. burgi. Est cognomen romanum in lapide veron. apud Grut. 868, 2 (L · VALERIO · L · F · BVRGILLO).

BVRRANICVM, genus vasis, teste Paulo ex Festo pg. 36; ubi Müller: « Burranicum, a Burranica potione dictum, ut videtur, de qua Paulus pg. 30. »

BΥΡΡΟΣ, κάνθαρος (*cantharus*, poculi genus), apud Tyrrhenos, teste Hesych. *Lex.* I, 780. Βύῤῥος (poculum), ait Lanzius I 42 = 33, *facilmente può derivarsi da* Βύσσος, profunditas.

BVRRVS, πυῤῥός (rufus, ruber) = dor. πυρσός, adiect. e πῦρ, *ignis* (cf. scr. pâvaca, e rad. pû = *purificare* et suff. aca). Paul. pg. 31: « Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus *rufum*; unde rustici burram appellant *buculam*, quae rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur ». Gloss. apud Maium *Cl. Auct.* VI, 511: « Birrus, rufus. » — Hinc Itali fecerunt *birro* seu *sbirro*, qui manum in reos iniiciebat, ab initio veste rubro colore indutus. Cf. Forcell. s. v. birrus, quod fuit genus vestis; et vide voc. sq.

BVRRVS, Πύῤῥος (ΠVΡΡΟϟ in lapide athen. apud Osann pg. 303), *Pyrrus*, n. pr. m. ita dictum a colore crinium (vide supra BVRRVS = πυῤῥὸς h. e. *rufus*). Scaurus *De orthogr.* pg. 2252 P.: « *B* cum *p* etiam consentit, quoniam origo eorum non sine labore coniunctione revelli a quoquam potest, quem Graeci πυῤῥίαν, nostri byrriam, et quem *Purrum* antiqui Burrum, palatium: item *Publicolam*, Boblicolam, alii *scapillum*, alii scabillum. » Cf. Quintil. *Inst. Orat.* I, IV, 15 (vide BELENA = *Helena*). Cf. Ducangii *Gloss.* s. v. birrus.

BVSTAR, -aris, idem quod *bustum*. Charis. pg. 25 P.: « Bustar locus ubi concremantur mortuorum corpora. »

BVSTVM, ital. *busto*, est effigies dimidiata illius, qui in busto cremandus erat (cf. Visconti *Mus. Pio-Clem.* praef. ad vol. VI). Huc trahunt Lexicographi inscr. romanam apud Mur. 1514, 3, in qua legitur: EIA AGE CONDANTVR VSTAQ · BVSTAQ · HVMO ·

BΥΤΑΙΑΣ, Sicanorum dux ab Hercule interfectus. Diod. Sic. IV, XXIII, 5 (vide BΥΦΟΝΑΣ).

BΥΤΗΣ, Siciliae ad Erycem regulus. Diod. Sic. IV, XXIII, 2 (cf. IV, LXXXIII, 1): Τοῦ δ' Ἡρακλέους πλησιάσαντος τοῖς κατὰ τὸν Ἔρυκα τόποις, προεκαλέσατο αὐτὸν Ἔρυξ εἰς

πάλην, υἱὸς μὲν ὢν Ἀφροδίτης καὶ Βούτα τοῦ τότε βασιλεύοντος τῶν τόπων.

BYTINH, *matella, lagena, urceolum* (cf. ital. *botte, botticella*), apud Tarentinos. Hesych. *Lex.* I, 783: Βυτίνη. λάγυνος, ἢ ἀμίς· Ταραντῖνοι. ἤγουν σταμνίον.

BVTRIVM, Βούτριον (Ptol. III, 1; Strab. V, I, 7: Βούτριον τῆς Ῥαουέννης πόλισμα), urbs Umbriae antiquae, haud procul a Ravenna; hodie appellatur *Budrio* (cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 291, et Tab. Peuting. seg. IV*b*). Plin. III, XX, 1: « Nec procul a mari, Umbrorum Butrium ». Steph. Byz.: Βούτριον, τῆς Ἰταλίας πόλις· τὸ ἐθνικὸν Βουτρῖνος.


BVTROTVS, flumen Magnae Graeciae in agro Bruttiorum, hodie *Novitto*. Liv. XXIX, 7: « a Butroto amni (haud procul is ab urbe Locris abest) »; ubi Gronovius legere mavult *ab Alece amni* (vide HALEX). Βουθρωτόν est etiam Epiri urbs (Strab. VII, VII, 5).

BVTTO, -onis, m. idem ac magnus buttus, quod vide. Est cognomen romanum. Inscr. apud Grut. 746, 2: VEITRONI · BVTTONI | S · F · ET | TETTIAE · ADNOMATI | F · V | VXORI | BVTTO · PARENTIBVS | SVIS · F ·

BVTTVS, idem ac *butta*, sive *cupa*, gr. βοῦττις (cf. ital. *botte*). Est cognomen romanum (vide BVTTO). In lapide apud Grut. 563, 8: L · BAEBIVS · BVTTVS ·

BVTVBATTA vel buttubata vel butubata Naevius, teste Paul. ex Festo pg. 36, pro nugatoriis posuit, hoc est, nullius dignationis. Cf. Voss. in *Etym.*, Scalig. et Müller in Festo loc. cit. Charis. pg. 216 P.: « Butubatta: haec Plautus pro *nihilo* et pro *nugis* posuit, ut in glossis veterum, bat tat ti, fluctus quidam et sonus vocis effoeminatior, ut esse in sacris anagmenorum, vocum veterum interpres scribit. »

BVTVNTVM sive Butuntus, urbs Calabriae, nunc *Bitonto*, cuius incolae appellantur Butuntinenses (Plin. III, XVI, 7). Nummi n. 2939 habent BVTONTINΩN,



genit. pl. — Frontin. *De colon.* pg. 111: « Butontinus ager. »

ЯVИNIꟼƎVB (búvaianúd), *Boviano*, abl. sg. 2 decl. (vide BOVIANVM), in lapide Samnitico n. 2874 (vide ЯƎ8ЯƎꓘIꟻ aìkdafed). Cf. Lepsium *Inscr. umbr. et osc.* pg. 84, Avellinium in *Bull. arch. nap.* VI 52, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 253, Kirchhoff in *Zeit. f. vergl. spr.* I 41, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 27, 146.

ΒΥΦΟΝΑΣ, Sicanorum dux ab Hercule occisus. Diod. Sic. IV, XXIII, 5: Αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν βοῶν διὰ τῆς μεσογείου διεξιὼν (Hercules), καὶ τῶν εγχωρίων Σικανῶν μεγάλαις δυνάμεσιν ἀντιταξαμένων, ἐνίκησεν ἐπιφανεῖ παρατάξει καὶ πολλοὺς ἀπέκτεινεν, ἐν οἷς μυθολογοῦσι τίνες, καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς γεγενῆσθαι τοὺς μέχρι τοῦ νῦν ἡρωικῆς τιμῆς τυγχάνοντας, Λευκασπιν καὶ Πεδιακράτην καὶ Βουφόναν καὶ Γλυχάταν, ἔτι δὲ Βυταίαν καὶ Κρυτιδᾶν.

Γ

> (Γ), litera solitaria in antiquis numis: Γ in campanis, bruttiis etc. (Carelli *Num. Italiae vet.* tab. XLIII, 1; LXVIII, 16, 23; CLXV, 37); > in numo belli marsici apud Carelli op. cit. tab. CCI, 5.

> (g), *Gaius* (Caius), praen. m. per compendium scriptum (etr. Ͻ, rom. C, gr. Γ), pro osco ꓘIIƎNИ> gaaviis, etr. ƎAϽ cae (rom. ant. GAIIVS et CAIIVS), graeca orthographia ΓΑΙΟϹ. In nummis Samniticis ꓲꓱTVM · > (g. mutil, n. 2850) = *Gaius Mutilus*, HIΠNNΠ · > (g. paapii) et IΠNNΠ · < (g. paapi), = *Gaius Papius*; et in titulo cumano IꓲꓲIꓘ · > (g. silli) = *Gaius Sillius*. Adde n. 2807. Cf. Lanzi II 601 = 514; Eckhel *Doctr. num. vet.* I, 104; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 253; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 152 sq., 196; Cavedoni in Verm. *Sep. dei Volunni* ed. 2.ª pg. 101 nt. **.

§ 2. *Gaii*, (Caii), praen. m. genit. sing. Nummi Samnitici: > IIΠNNΠ · > (g. paapii g., n. 2851 *a*), > · HΠNNΠ · > (g. paapií g., num. 2851 *b*) et > · IΠNNΠ < · (g. paapi g., n. 2851 *c*) = *Gaius Papius Gaii filius*. Item inscr. cumana n. 2760: > · IꓲꓲIꓘ · > (g. silli g.) = *Gaius Sillius Gaii filius*.

.. ƎИИ> (gaav...), *Gavii*, praen. m. genit. sg., cuius rectus casus ƧIIƎИИ> (gaaviis) = *Gavius* vel *Gaius* (Caius). In aere frentano n. 2843 ... ƎИИ> · ƧIIЯIƧVB · ИИИK (kaal húsidiis gaav..) = *Calavius Hosidius Gavii* filius. Cf. Garrucci in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I, 41 sg.

ƧIIƎИИ> (gaaviis), *Gavius* pro *Gaius* (Caius), n. pr. et praen. m. (vide supra ..ƎИИ> gaav...), quod scribitur quoque <ИΓIIƧ gaviis et per compendium > (g), sicuti Romani et Etrusci (Ↄ = C[aius] et ƎAↃ cae = CAIVS). In marmore nolano n. 2769 legitur: ƧIIƎИИ> · ƧИƎKDƎΠ (perkens gaaviis) = *Percennus Gavius*. Cf. Guarinium *Lex. osco-lat.* pg. 25; Peter *Spr. und schr.* etc. s. 41; Aufr. et Kirch. I 73, 168, II 311; Quaranta *Di una inscr. osca* pg. 4; Garruccium in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I, 41 sg.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 164. Forma primitiva huius praenominis est Gavius (cf. GNAIVVS = *Gnaeus*) unde Gaius (GAIIVS), a *gaudeo* (Auct. *Epit. de nomin. rat.*: « Gaii dicti a *gaudio* parentum ». Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 253). Gentilitium Gavius seu Cavius occurrit saepe in lapidibus (Cic. *Verr. Act.* II, v, 61: *P. Gavius Consanus*): hinc Gavianus, Gavidius et Cavidius, Gavilius et Cavilius, Gavillius et Cavillius, Gavinius, Gavivius et Cavivius. Praenomen sive cognomen praefixum Gavia exhibet inscriptio amiternina, apud Mommsen n. 5820 (GAVIA · CAESIDIA). De hoc praenomine osco ita loquitur Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 232: *Die unabhängigkeit der quantität von folgendem* j *zeigt bei diesem namen sich aufs deutlichste. Wie im altlateinischen für* Gnaeus *die vollere von* Gnaivus *gilt, ist* Gaius *aus* Gavius *hervorgegangen. Das* a *war von natur lang, wie die oskische form* Gaaviis *beweist und auch daraus erhellt, dass die aufgelöste form* Gaius *von dichtern als daktylus gemessen wird. Nicht ohne wahrscheinlichkeit vermuthet Mommsen, dass das wort von* gaudere, *d. h. von der form der wurzel, wie sie* in gâv-isus *hervortritt, abzuleiten sei* (« laetificans »). *Wenn Paulus exc. pg.* 96 *bereichtet* « id nomen [Gaia] ominis boni causa frequentare nubentes » *dürfte demnach der grund liefer zu suchen sein als in dem römischen namen der Tanaquil* « Gaia Caecilia ».

GABELLVS, fluvius Italiae, circa Mutinam, in Padum influens (Plin. III, xx, 4). Hodie est *Secchia*.

GABII, Γάβιοι (Strab. V, iii, 10) plur., urbs Latii in via Praenestina (ubi nunc *Campo Gabio*), condita « a Galacto et Bio siculis fratribus (Solin. II, 10) ». Cf. Diod. Sic. VIII, iii a, 6, et Liv. I, 53 sq. — Incolae sunt Gabini (Plin. III, ix, 11), quos lapides memorant (Orell. n. 2193 GABINI, Henzen n. 7066 GABINI). Inscr. apud Orell. n. 1368: REI · PVBL · GABINOR. — De Gabino saxo loquitur Tac. *Ann.* XV, 42.

GAIIVS, *Gaius* (Caius) = osc. ƧIIƎИИ> (gaaviis), etr. ƎAↃ cae, praen. m. (gr. ΓΑΙΟϹ apud Osann pg. 230, 232, 369, 371, 383). Cf. Mar. Victor. pg. 2469.

GAIVS. Vide > (C), ƧIIƎИИ> gaaviis, GAIIVS et CAIVS.

GALAESVS vel Galesus, Γαλαῖσος (Polyb. VIII, 35), nunc *Galeso*, fluvius Magnae Graeciae, qui iuxta civitatem labitur Tarentinam (Serv. ad *Georg.* IV, 126). Cf. Liv. XXV, 11, Mart. XII, 64, Prop. II, 25.

§ 2 Galaesus fuit etiam latini viri nomen apud Virg. *Aen.* VII, 535, 575.

GALACTVS vel Galatus, vir siculus, qui Gabios condidit, teste Solino II, 10. Vide GABII.

GALARIA, oppidum Siciliae (Diod. Sic. XVI, 67, et XIX, 104). Sestini *Class. gen.* in numo argenteo vidit CΑΛΑ. Cf. Steph. Byz. s. v. Γαλάρινα.

GALATIA, castellum Italiae, inter Capuam et Caudium (Liv. XXVI, 5). Vide CALATIA.

ΓΑΛΕΟΙ Hesychio sunt γένος τι, et μάντεις, Siciliae olim incolae (cf. *Thes. gr. ling.* s. v. γαλεός). Hesych. *Lex.* I, 795: Γαλεοί· μάντεις· οὗτοι κατὰ τὴν Σικελίαν ᾤκησαν. καὶ γένος τι, ὥς φησὶ Φανόδημος, καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνοι.

GALERIA, tribus romana, una ex rusticis; forte Galesia, a Galeso fluvio vocata. Vide Orellium et Henzen *Inscr. lat. select.* in indice vii.

GALLINARIA, insula est in mari Tusco, contra montes Ligusticos prope Albingaunum; hodie dicitur *Gallinara* seu *Isola d'Albenga*. Varro *De r. r.* III, ix, 7: « Ab his gallinis [*rusticis*] dicitur insula Gallinaria appellata, quae est in mari Thusco secundum Italiam contra montes Ligusticos, Intemelium, Albium Ingaunum; alii ab his villatis invectis a nautis ibi feris factis procreatis ». Cf. Colum. VIII, ii, 3.

§ 2. Gallinaria silva fuit prope Cumas. Cic. *Fam.* IX, 23 = n. 457, et Iuven. III, 307. Strab. V, iv, 4: Ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ καὶ ὕλη τίς ἐστι θαμνώδης, ἐπὶ πολλοὺς ἐκτεινομένη σταδίους, ἄνυδρος καὶ ἀμμώδης, ἣν Γαλλιναρίαν ὕλην καλοῦσιν.

ΓΑΜΑΤΕϟ, legitur in sepulcro messap., inscr. n. 2966 lin. 2. Vide voc. sq.

ΓΑΜΑΤΙϟ, legitur in sepulcro messap., inscr. n. 2966 lin. 4. Vide voc. praec.

GAMELVS = *camelus*. Cf. Scaurum *De orth.* pg. 2252 P.

ΓΑΠΟΣ, ὄχημα (currus, vehiculum), apud Tyrrhenos. Hesych. *Lex.* I 801.

GARGANVS, mons Apuliae Dauniae, inter Sipontum et Illyrium, nunc dictus *Monte Gargano* seu *Monte di S. Angelo*. Plin. III, xvi, 4: « promontorium montis Gargani. »

GAR[CILIVS], idem quod CARCILIVS, gentilitium rom. in nummis gentis Garciliae seu Carciliae.

GARNA, oppidum Apuliae Dauniae. Plin. III, xvi, 4: « portus Garnae. » Cf. adnot. Plin. edit. Taurin. 1831.

ΓΑϟΤΙΜΑ (γαστιμα), in lapide messap. n. 2995 lin. 6.

GAV, *gaudium*, per apocopen. Ennius *Ann.* v. 451: « replet te laetificum gau. » Cf. Forcell. s. v. cael = *caelum*.


GAVDETIVS, *Gaudentius*, n. pr. m. In lapide chr. apud

Lupium pg. 110: PATER PAECVLIARIS | FILIO GAVDETIO etc.

ⲔAⲈIIⲸ (gaviis), *Gavius* (Caius), n. pr. m., antiquiori orthographiâ ⲸIIⲆNN) (gaaviis), quod vide. In lamella plumbea capuana n. 2749 lin. 6: ϟTⲆTIIϟ · ⲔⲆⲈIIⲸ (statiis gaviis) = *Statius Gavius*. Cf. Minervinium in *Bull. arch. nap.* nv. sr. V, 101.

GAVISI, *gavisus sum*. Priscian. pg. 482 = 868 P.: « Vetustissimi, et ausi pro *ausus sum*, et gavisi pro *gavisus sum*, protulerunt. Cato Censorius in oratione pro Lucio Autronio: *beneficii postridie iussisti adesse: in diem ex die non ausi recusare.* Livius in Odyssia: *Quoniam audivi, paucis gavisi*. L. Cassius Emina in II annalium: *idque admiratum esse gavisi* ».

GAVLOS, insula prope Melitam, Africam versus (Mela II, VII, 18): hodie dicitur *Gozzo*. Steph. Byz.: Γαῦλος, νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι· Ἑκαταῖος περιηγήσει. Ὁ νησιώτης, Γαυλίτης. Nummus n. 3100 ΝΩΤΙΛΥΑΓ vel ΓΑΥΛΙΤΩΝ. — Scylax *Peripl.*: Γαῦλος πόλις.



GAVNACVM vel gaunace, *stragulum* seu *sagum*. Varro *De l. l.* V, 167 pg. 65: « In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica, et gaunacum et amphimallum Graeca ». Cf. Furlan. in Forcell. v. gaunace.

GAVRVS, mons Campaniae, inter Puteolos et Lucrinum lacum (Cic. *Agr.* II, 14). Cf. Plin. XIV, VIII, 4, et Stat. *Theb.* VIII, 546.

ΓΕΛΑ, πάχνη (pruina, ros glaciatus; cf. lat. *gelu*, ital. *gelo*), apud Siculos. Steph. Byz.: Γέλα πάχνη λέγεται τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν. Cf. D'Orville *Sicula* pg. 132; Müller *Die Etr.* I, 13; Thes. gr. ling. s. v. γέλα; Galvani *Delle genti* etc. pg. 155 nt. 1. Vide voc. sq.


GELA vel Gelas, fluvius Siciliae, de quo Virg. *Aen.* III 702, Ovid. *Fast.* IV 470 (Gela) et Plin. III, XIV, 4 (Gelas). Hodie dicitur *Fiume di Terranova* (Domin. duca di Serradifalco *Le antichità della Sicilia*, I 80).

§ 2. Gela, Γέλα (Ptol. III, 4; Strab. VI, II, 16), vel Γέλης (Herodotus), urbs Siciliae, in parte meridionali, a Rhodiis condita, teste Herodoto VII, 153, qui scribit: Ὅς [τοῦ δὲ Γέλωνος τούτου πρόγονος] κτιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου καὶ Ἀντιφήμου οὐκ ἐλείφθη. Ita Diod. Sic. VIII, 25: Ὅτι Ἀντίφημος καὶ Ἔντιμος οἱ Γέλαν κτίσαντες ἠρώτησαν τὴν Πυθίαν, καὶ ἔχρησε ταῦτα.

Ἔντιμ' ἠδὲ Κράτωνος ἀγακλέος υἱὲ δαΐφρον,
ἐλθόντες Σικελὴν χθόνα ναίετον ἄμφω,
δειμάμενοι πτολίεθρον ὁμοῦ Κρητῶν Ῥοδίων τε
πὰρ προχοὰς ποταμοῖο Γέλα συνομώνυμον ἁγνόν.


Nomen habuit a flumine, ut cecinit Virg. *Aen.* III, 702: « Immanisque Gela fluvii cognomine dicta ». Nummi n. 3071*a* habent ΓΕ, ΓΕΛΑ, ΓΕΛΑΣ et CΕΛΑΣ vel ΣΑΛΕΓ, ΣΑΛΕϽ, ϟΑΛΕϽ (cf. Sestini *Class. gen.* tab. II n. 88-93).





Incolae dicti sunt Gelenses apud Cic. *Verr. act.* II, III, 43, VI, 33, in nummis n. 3071*b* ΓΕΛΟΙΟΝ, ΝΟΙΟΛΕΓ, ΓΕΛΟΙΩΝ et ΓΕΛΩΙΩΝ, genit. plur.





— Steph. Byz. haec scripsit: Γέλα, πόλις Σικελίας· ἡ γενικὴ, Γέλας. τὸ δὲ Γέλης, Ἰωνικόν. Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα. Ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ· ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν, Γέλαν λέγεσθαι. Πρόξενος δ' ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων Σικελικῶν, καὶ Ἑλλάνικος, ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑμάρου. Ἀρισταίνετος δ' ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Φασήλιδα, ὅτι Λάκιος καὶ Ἀντίφημος ἀδελφοὶ, ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς μαντεύσασθαι. Τὴν δὲ Πυθίαν οὐ δ' ἂν περὶ ἐκείνων λέγουσαν, προστάσσει τὸν Λάκιον πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου πλεῖν. Τοῦ δ' Ἀντιφήμου γελάσαντος, τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν. Ἀφ' ἡλίου δυσμῶν, καὶ ἣν ἂν πόλιν οἰκήσῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Γελαῖος, οὐ Γελῷος, ὡς Ἄβρων, καὶ ἡ συνήθεια. Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ Γέλωνος, τὸ Γελῷς. Eiusdem urbis conditores celebrat Thucydides VI, IV, 3 his verbis: Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἐποίκους ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν, ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ Συρακουσῶν οἴκισιν. Καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶ καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη Λίνδιοι καλεῖται· νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐτέθη αὐτοῖς.

GELLIVS, praen. samnit. (gr. Γέλλιος). Liv. X, 19 (cf. X, 18, 21). « Samnitium dux Gellius Egnatius »; et X, 29: « Gellius Egnatius imperator Samnitium. »

§ 2. Gellius, nomen samniticum (est quoque gentilitium romanum). Liv. IX, 44: « Imperator Samnitium Statius Gellius », qui Γέλλιος Γάϊος appellatur a Diod. Sic. XX, xc, 4. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 253, et Drakenb. ad Liv. loc. cit.

GELO vel Gelon, Γέλων, Syracusarum rex, de quo Livius XXIII 30, XXIV, 5 et alii.

GELORIA, *gloria*, f. (breviatim GL, GLA, GLI; cf. Diac. pg. 1603 ed. Putschii). Inscr. chr. apud Reines. cl. XX n. 446 = Grut. 1056, 2: ω XP · A | ET · LVNA · PERINIA | VERTVTEM · ET · GELORIAM | FELICE · MARTINIANO · EREDES | FACOLETATEM · VIVOS | SIBI · FECET · HOC ·

GEMONIAE, locus fuit praeceps Romae in Aventino, vel potius in crepidine Capitolii. Cf. Forcell. s. v. gemonius.

GENARAS, *ianuarias* (ianuarii), genit. sg. In chr. titulo, quem Romae vidit Lupius pg. 187: MARCELVS | VIIIKGENAR|ASANOROX.

ꟷNTƎИƎↃ (genetaí), *Genitae* (genitrici, scr. g'anitrî, gr. γενέτειρα), dea ab Italis culta, eadem quae Γενείτη μάνη appellatur a Plutarcho *Quaest. rom.* 52, secundum Mommsen *Die unterit. dial.* s. 137 et 253 (*Ann. dell' Inst. arch.* XX = 1848 pg. 424 sg.). Cf. Bugge in *Zeit. f. vergl. spr.* V, 10. In tabula Agnon. n. 2875 A 15 et B 18: ꟷNTƎИƎↃ · ꟷNƎꟷƎЯ (deivaí genetaí) = *Divae Genitae*.

GENETIVOS, cogn. virile. Inscr. apud Maff. *Osserv. lett.* IV, 347: L · ANNIVS GENETIVOS DECVR · VERON.

GENTEILIS, *gentilis*, adiect. Inscr. antiqua (App. n. xxxix): VEDIOVEI · PATREI GENTEILES · IVLIEI.

GENVA, Γένουα (Strab. IV, vi, 1; Ptol. III, 1), primaria Liguriae urbs, et Ligurum emporium (Strab. IV, vi, 2: ταῦτά τε δὴ κατάγουσιν εἰς τὸ ἐμπόριον τὴν Γένουαν; et V, i, 3: τοῦ τῶν Λιγύων ἐμπορίου), in ora maris, nunc *Genova*, et Genuatium dialecto *Zêna*, unde *zeneise* (*genovese*) = genuensis. Cf. Livium XXI 32, XXVIII 46, XXX 1, quibus in locis codd. proferunt Ienua, Ieneva, Ianua; Plinium III, vii, 2, et XIV, viii, 7; Melam II, 4; Val. Max. I, vi, 7; Antonini *itiner.* pg. 298 et 502; Tab. peuting. segm. III *d*; Steph. Byz. s. v. Γενόα; Eustath. in Dionys. Perieg. v. 289. Inscr. edita in *Giorn. arcad.* (Henzen n. 5350): S · POSTVMIVS · S · F · S · N | ALBINVS · COS | GENVA | .... XXVII. — Incolae dicuntur Genuates (Γενοάτης apud Steph. Byz. l. c. ed. Lugd. Batav. 1694, Γενεάτης ed. Amstelaed. 1725), archaice Genuateis in tabula aenea (App. n. i) DE · CONTROVERSIEIS · INTER GENVATEIS · ET · VEITVRIOS. — Genua Urbanorum appellatur Urso in Hispania Baetica (Plin. III, iii, 8).

GENVSIVM, oppidum Peucetiae, nunc *Ginosa*, cuius meminit tabula aerea apud Mommsen *Inscr. neap.* n. 591. Incolae dicuntur Genusini (Plin. III, xvi, 6). Cf. Frontin. *De colon.* pg. 111.

GERMALVS vel Cermalus, Κερμαλός (Plutarch. in *Rom.* III, 5), locus in Urbe sic nominatus (Paul. pg. 55 v. *Cermalus*; cf. Niebuhr *Hist. rom.* II 115 suiv.), fortasse a cellere (Döderlein *Synon. et Etym.* I 34, II 107). Varro *De l. l.* V, 54 pg. 21 sq.: « Huic [Palatio] Germalum et Velias coniunxerunt, quod in hac regione scriptum est: *Germalense quinticeps apud aedem Romuli*;.... Germalum a *germanis* Romulo et Remo, quod ad ficum ruminalem ibi inventi, quo aqua iberna Tiberis eos detulerat in alveolo exposito ». *L'ortographe par un C au lieu de G*, scripsit Niebuhrius op. cit. II rem. 146, *est garantie par Festus, par le manuscrit de Varron de Florence et par Plutarque* ». De vico Germalo Arimini (Orell. n. 3116, Tonini *Rimini* etc. pg. 346) cf. Nardi in *Giorn. arcad.* XXIII, 351, 357, 360.

GERONIVM vel Gerunium (Tab. peuting. segm. V *c* Geronum), Γερούνιον (Polyb. III, 100 sqq. et 107), Apuliae oppidum, quod memorat Livius XX 18, 24 et 39 (cf. Drakenb. ad h. l.). Steph. Byz.: Γερούνιον πόλις Ἰταλίας, Κουάδρατος δὲ Γερηνίαν ταύτην καλεῖ· τὸ ἐθνικὸν Γερουνῖνος.

GERRE, *gerere*, infinit. (cf. rad. scr. hṛ, *prehendere, capere*), quod protulit Marinius *Arval.* pg. 169 ex inscr. edita in *Novelle Fiorent.* an. 1766 pg. 362, in qua legitur: VITAM · BONAM · GERRE. Vide voc. sq.

GESISTEI, *gessisti*, praet. perf. 2 pers. sg. (vide GERRE = *gerere*). In titulo ex Scipionum sepulcro n. 2711: QVEI · APICE INSIGNE · DIALIS · FLAMINIS · GESISTEI etc.

ΓΙΡΥΛΟΙ, oppidum in Frentanorum agro, de quo mentio fit in marmore anxanensi (*Corp. inscr. gr.* n. 5878: ΓΙΡΥΛΩΝ, Γιρύλων genit. pl.). Guarinius *Comm.* XX, 31 scripsit: « Et locus is prisci nominis tenax, qui *Girolo* audit ab amne cognomine. Supersunt adhuc eius vestigia m. p. V ab Anxano, ubi nunc *La Serra*. Nec temere Γιρυλος hic Frentanorum confundendus cum Brettiorum *Cerili*, qui passim in itinerariis *Cerilla* et *Carilla* ».

GLANIS. Vide CLANIS et CLANIVS.

GLEMONA, oppidum Italiae, in Venetis. Paul. Diac. *Langob.* IV, 38.

GLOCIDO et glocito, idem quod *glocio* (cf. crocio et crocito in Forcell. *lexico*). Paul. ex Festo pg. 98: « Gluttire et glocidare gallinarum proprium est, quum ovis incubiturae sint ». Gloss. apud Labb.: « Glocido, as, παππάζω ».

GNA- et antiquiori formâ kna-, radix umbrica, = etr. -ꓤИↃ cna-, scr. g'an (gignere, generare), gr. γεν-, lat. *gen-*, goth. *kin-*, in umbricis verbis XRVXIKNOS (truti-knos) = *Druti-gnus* h. e. DRVTI · F (*Druti filius*),

EKNAXI e-knati = *Egnatio*, ƎИI+AИ nat-ine = *natione*. Cf. NITVRA = *gen-itura*, GNAEVIVS = *Gnaeus*, GNATVRA = *natura*, GNATVS = *natus*.

GNAEVIVS?, *Gnaeus* (Cnaeus), praen. oscum, (rom. ant. GNAIVVS), unde Naevius (cf. GNATVS = *natus*), e rad. lat. gen-, scr. g'an = *gignere*. Liv. XXIV, 19: « Cn. Magius Atellanus ». Cf. Schneider *Gramm. der lat. spr.* I 232 sqq., 488 sq., Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254, et Huschke *Die osk. und. sab. spr.* s. 400.

ΓΝΑΘΙΝΟΙ. Vide EGNATIA.

GNAIVVS, *Gnaeus* (Cnaeus, Γναῖος), praen. rom. (osc. Gnaevius?). In titulo n. 2707 ex Scipionum sepulcro: CORNEꟼIVS · ꟼVCIVS · SCIPIO · BARBATVS · GNAIVOD · PATRE PROGNATVS etc. Inscr. apud Osann pg. 339 n. 40: ΓΝΑΙΟΣ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΣ ΓΝΑΙΟΥ ΥΙΟΣ; et pg. 388: [ΓΝ]ΑΙΟΥΜΑΛΛΙΟΥΓΝΑΙΟΥΥΙΟΥ (Γναίου Μαλλίου Γναίου υἱοῦ). Auct. *Epit. de nomin. rat.*: « Gnaeus ob insigne naevi appellatus est, quod unum praenomen varia scriptura notatur, alii enim Naeum, alii Gnaeum, alii Cnaeum scribunt; qui G litera in praenomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quae multum ea litera usa est; olim enim dicebant frugmentum, nunc *frumentum* profertur; et gnatura, modo *natura*: igitur etiam qui in corporibus naevus gigni solet, gnaevus appellabatur; qui C ponunt, corruptione syllabae delectari videntur; qui Naeus, lenitatem velle iudicantur ».

GNARIGAVIT, *narravit*. Paul. pg. 95: « Gnarigavit significat apud Livium [Andronicum aut Laevium] *narrare* ». Gnaruravit coniecit Vossius *Etymol.* v. *gnari*. Cf. Müller in Festo loc. cit., et vide GNARIVISSE.

GNARITAS, *cognitio*, a gnarus. Vide Forcell. ad h. v.

GNARIVISSE, *narrasse*. Paul. pg. 95. Alii legunt gnaruisse.

GNARVRIS, *gnarus*. Vide Forcell. ad h. v.

GNARVRO, *nosco*. Gloss. Philox.: « Gnarurat, γνωρίζει ».

GNATIA. Vide EGNATIA.

GNATVLA, *parva filia* (Vide GNATVS § 2).

GNATVRA, *natura*, subst. f. Auct. *Epit. de nomin. rat.* (vide GNAIVVS).

GNATVS, *natus*, quod et raro scribitur CNATVS = etr. ИAꓘↃ clan, particip. a gnascor (nascor), e rad. gen-. Gnatus, ait Cassiod. pg. 2319 P., per *g* et *n* scribendum est, sicut gnarus, quia in compositione ipsa retinent *g*, ut agnatus et ignarus. Cf. Priscianum pg. 48 = 569 P. (vide GNOTVS), et Schneider *Gramm. der latein. sprache* I 486. Inscr. ex Scipionum sepulcro: ANNOS · GNATVS · XX (n. 2710), et ANNOS GNATVS XXXIII (n. 2712). Alia inscr. apud Lanzium (I, 157 = 120): CORNELIVS L · F · L · N · | SCIPIO · ASIAGENVS | COMATVS · ANNORVM | GNATVS · XX. In marmor. perusinis: C · GRANIA · C · F · LVDNIAE · GNATA (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 32); LANDIVS · VELE · VESSIA · GNAT (n. 2020); HOSTILIAE · GNATVS (Verm. op. cit. pg. 30 n. 25); C · SALVIVS · CASSIAE · GN (Verm. op. cit. pg. 30 n. 30); C · VOLCACIVS | C · F · VARVS | ANTIGONAE | GNATVS (App. n. XXXIII); L · POMPONIVS · L · F · ARSINIAE · GNATVS · PLAVTVS (n. 1280); L · SVLPICIS L · F · VELSVRIAE | GNATVS (n. 1313); ARIIA · PIIDROCA · S · PRIMA · RIPINAIIA · GNATA (n. 2019); L · F · TIITIA · GNATA | MIISIA · ARVN (n. 1888) h. e. *Aruntia Mesia Lartis filia Titia nata*. Adde leg. Thor. agr. cap. 4. (App. n. LIX): QVAEQVE EX EIS MINVS ANNVM GNATAE ERVNT; et leg. Serv. *de Repet.* cap. 6 (App. n. LX): QVEIVE · MINOR · ANNEIS · XXX · MAIORVE · ANNOS · LX · GNATVS · SIET. — GNATEIS pro gnati (nati), nominat. plur., legitur in eadem lege Servilia (App. n. LX) cap. 23 (NEPOTESQVE · [IA]M · EIEI · FILIO · GNATEIS · CEIVEIS · ROMANEI · IVSTEI · SVNTO). Cf. *Tragic. latin. reliquiae* ed. Ribbeck (in indice), et Grut. 758, 11, ubi legitur ATEGNATAE · AMVRONIS · F.

§ 2. Gnatus et gnata h. e. *filius* et *filia*, quae frequentissime usurpant Plautus et Terentius, aliquando Horatius in *Sat.* I, III, 43, II, III, 215, et alibi, Ovid. *Met.* XIV, 595. Cf. Cic. *Planc.* c. 24. In titulo rom. apud Grut. pg. 769, 9 (Orell. n. 4848): GNATOS · DVOS CREAVIT. Diminutivum gnatula h. e. *parva filia* usurpat Accius apud Non. IV, 218 = pg. 314, ubi quidam legunt *gnato*.

GNEIVS, Gneus, praen. m. (vide GNAIVVS et GNAEVIVS). Marius Victor. *De orth.* pg. 2456 P.: « Cum longa syllaba scribenda esset duas vocales ponebant (*antiqui*), praeter quam quae in *i* litteram inciderant, hanc enim per *e* et *i* scribebant: Gneius Pompeius Magnus et scribebant et dicebant ».

ΓΝΙΣ (γίνς vel γινίς), γέρανος (grus, avis), apud Tyrrhenos, teste Hesych. *Lex.* I, 831.

GNITVS et gnixus a genibus prisci dixerunt. Ita Paulus ex Festo pg. 96; ubi Müller: « apparet plenius ita dictum esse pro *nisus* et *nixus* ». Cf. Schneider *Gramm. der latein. spr.* I, 488.

GNO- sive gna-, *nosse*, radix umbrica, = scr. gnâ (nosse, co-gnoscere), gr. γνω-, lat. *gna-* vel *gno-* (gnosco, gna-rus), german. vet. *chna-*, in umbrico verbo [ꟽ]ƎꟽVИ numem = NOME h. e. *nomen* (NOMNE = *nomine*, NOMNER = *nominis*), in quo abiecta est radicis littera initialis (Bopp *Gloss. sanscr.* pg. 193, et Lavelsberg in *Zeit. f. die wissensch. der spr.* III 91). Cf. umbr. V+AAAИ (NARATV) = *narrato* et ꟽVꓘↃꓘAAAИ nara-klum, nec non lat. ant. GNOBILIS, et GNOSCO GNOSTVS et GNOTVS, quae sequuntur.

GNOBILIS, *nobilis*, adiect. Festus *Qu.* IX, 24: « *Nobilem* antiqui pro *noto* ponebant, et quidem per *g* litteram

ut Plautus in *Pseudolo*: *Peregrina facies videtur hominis, atque gnobilis.* Attius in *Diomede*: *Ergo me Argos referam. Nam hic sum gnobilis.* Livius in *Virgo*: *Ornamenta incedunt gnobili ignobiles* ». Cf. Fest. pg. 174 ed. Müll.

GNOSCO, *nosco* (gr. γνόω). S. C. *de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 27: VBEI · FACILVMED · GNOSCIER · POTISIT h. e. *ubi facillime nosci possit.* Cf. Forcell. s. v. gnosco. Gloss. Labb.: « gnot (gnovit), οἶδεν, ἐπιγινώσκει ».

GNOSTVS, *cognitus* (gr. γνωστός). Est cogn. rom. Inscr. apud Fabr. cap. VI n. 39 pg. 438: DIS · MANIBVS L · SERVILI · GNOSTI etc.

GNOTVS, *notus*, partic. a gnosco h. e. *nosco*. Paul. pg. 96: « Gnotu, *cognitu* », — Graeci tamen solent, ait Priscianus pg. 48 = 569 P., loco *n* ante γ vel κ vel χ positae hanc ponere, ut ἄγγελος, Λογγῖνος, ἄγκιστρον, Ἀγχίσης; apud Latinos tamen servatur *n*, ut Longinus, Anchises. Est quando *n* principalis syllabae ante se assumit *g*, ut *natus* gnatus, *notus* gnotus antique, unde ignotus, *nosco* gnosco, *novi* gnovi ».

ΓΟΛΤΡΙΟΝ, κέλυφος οἰκεῖον, apud Tarentinos, teste Hesych. *Lex.* I, 847. Nonnulli legunt: Γολείριον, κέλυφος σικυῶν (cortex cucurbitarum).

GOMIA, *—as*, adiect. acc. pl. 1 decl., pro gomiaf, antiquioribus literis 8AIMVK kumiaf, quod vide (Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 45; Aufr. et Kirch. II 53, 73, 75, 113, II 180). Tab. eugub. VIa 58: SI · GOMIA · TRIF · FETV = *sues —as* (κυμάδας?) *tres facito* (Grotefend *Rud. l. u.* VI, 6: *suibus scrofis tribus facito*). Passerius *Paralip.* pg. 326: « Gomia, epitheton victimae *opimae* seu *bene nutritae* ».

ΓOR, in numis messapiis (n. 2977), fortasse nomen virile. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 62.

GORDITANVM promontorium, Γορδιτανὸν ἄκρον (Ptol. III, 3), in Sicilia, ad latus occidentale (Plin. III, XIII, 2). Hodie est *Capo di Monte Falcone*.

ΓΟΥΟΛΑ, fluvius in Corsica. Ptol. III, 2: Γουόλα ποταμοῦ ἐκβολαί.

ΓPA, in quibusdam numis italicis (n. 2941 *b*) = ΓPAΞA, quod vide.

GRABIS, *gravis*, adiect. in lapide apud Maffeium *Mus. ver.* 295, 1.

GRABOVE, *Grabovium*, acc. sg. 2 decl. (pro grabovem), epitheton Iovis, Martis et Vofioni (Aufr. et Kirch. I 116 sq.). Tab. eugub. VIa 24 et 25: DEI · GRABOVE = *Dium Grabovium*, vel *Iovem Grabovium* (Lanzi II 751 = 659; *Iovem Grabovem*, Grotefend *Rud. l. u.* IV, 8). Vide IƎVIЯAK krapuvi et vocc. sqq.

GRABOVEI, *Grabovio*, dat. sg. 2. decl. (cf. Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 16; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Aufr. et Kirch. I 117), antiquioribus literis IƎVIЯAK krapuvi, quod vide. Tab. eugub. VIa 22: IVVE · GRABOVE = *Iovi Grabovio* (Lanzi II 749 = 657; Grotefend *Rud. l. u.* VI, 16); et tab. eugub. VI 61: MARTEGRABOVEI = *Marti Grabovio* (Lanzi II 759 = 667; Grotefend op. cit. VI, 16; Aufr. et Kirch. II 186). Cf. GRABOVE = *Grabovium* et vocc. sqq.

GRABOVI, *Grabovie*, voc. sg. (pro grabovie) vel acc. sg. 2 decl. (cf. Lanzi II 749 = 657, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 35, Aufr. et Kirch. I 26, 38, 73, 116, II 134, 136, Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X, 125). Tab. eugub. VIa 23: DEI · GRABOVI = *Dium Grabovium* (Aufr. et Kirch. II, 142) vel *Iovem Grabovium* (Lanzi loc. cit.; *Grabovem*, Grotefend *Rud. l. u.* IV, 8). Vide IƎVIЯAK krapuvi et voc. sq.

GRABOVIE, *Grabovie*, voc. sg. 2 decl. (cf. GRABOVI), quod raro scribitur CRABOVIE (vide IƎVIЯAK krapuvi), servata G litera, qua caret antiquum Umbrorum alphabetum (Lanzi I 313 nt. 1 = 212 nt. 2; Grotefend *Rud. l. u.* IV 6, VII 17; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 35; Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X, 125; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 50; Aufr. et Kirch. I 116, II 134 sqq. Cf. Peter *Spr. und schr.* etc. s. 508). Tab. eugub. VIa 25, 28, 29, 29, 31, 31 sq., 32, 33, 34, 35, 35 sq., 38, 38, 39, 40 sq., 41, 43, 44, 45, 45 sq., 47, 48, 48, 49, 50 sq., 51, 53, 54, 55: DI · GRABOVIE (tab. VIa 37 DI · CRABOVIE) = tab VIa 26 DEI · GRABOVIE (tab. VIa 27 DEI · CRABOVIE) h. e. *Die Grabovie* (Aufr. et Kirch. II 143, 155 sq., 162 sq.) vel *Iupiter Grabovi* (Lanzi II 751 sqq. = 659 sqq.).

§ 2. *Grabovio*, dat. sg. 2 decl., idem quod GRABOVEI = IƎVIЯAK krapuvi, quod vide (Aufr. et Kirch. I 117, II 122, 128, sqq.). Tab. eugub. VIb 19: VOFIONE · GRABOVIE = *Vofiono Grabovio* (Aufr. et Kirch. II, 211) vel *Vofioni Grabovio* (Grotefend *Rud. l. u.* VI, 20) seu *Baccho Grabovio* (Lanzi II 763 = 671).

GRADIVICOLA, m. qui colit Gradivum h. e. *Martem*. Sil. Ital. IV, 222: « Et Gradivicolam celso de colle Tudertem ». Vide voc. sq.

GRADIVVS, cogn. Martis (cf. umbr. GRABOVEI). Paul. ex Festo pg. 97: « Gradivus Mars appellatus est a *gradiendo* in bella ultro citroque; sive a vibratione hastae, quod Graeci dicunt κραδαίνειν; vel, ut alii dicunt, quia *gramine* sit ortus, quod interpretantur, quia corona *graminea* in re militari maximae est honorationis ». Servius ad *Aen.* I, 292: « Mars enim cum *saevit*, Gradivus dicitur; cum *tranquillus* est Quirinus. Denique in Urbe duo eius templa sunt: unum Quirini intra urbem, quasi custodis, sed tranquilli; aliud in Appia via extra urbem prope portam, quasi *bellatoris*, id est Gradivi ». Et ad *Aen.* III, 35 (« Gradivumque patrem »): « Gradivum, θούριον Ἄρεα, id est exsilientem in praelia: quod in bellantibus sit necesse est . . . .

Alii gradivum, quod *gradum* inferant qui pugnant; aut quod impigre *gradiantur:* aut ab hastae concussione, quod graece dicitur κραδαίνω. Alii gradivum, quia nunquam equester fuit, a *gradu* dictum, quod *huc et illuc gradiatur;* unde Martem communem dici. Nonnulli eundem Solem et Vulcanum dicunt; sed Vulcanum generis esse omnis principem; Martem vero romanae tantum stirpis auctorem ». Unde hoc nomen, ait Kopp in Mart. Capell. pg. 17, Gorallus ad Albinovanum (*Eleg.* 1, 23 pg. 7 nt.) explicare studet hisce verbis: *Existimarim* gradi *in cascorum Latinorum sermone significasse interdum idem ac frequentativum* grassari, *hoc est, latrocinium exercere.* Quae quidem observatio satis placet: quemadmodum enim Minerva *praedatrix* cognominatur, ita et Mars *praedator.* — Livius I, 20: « Salios item duodecim Marti Gradivo legit (*Numa Pompilius*) »; et II, 45: « Si fallat, Iovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat deos ». Virgilius *Aen.* X, 542: « tibi, rex Gradive, tropaeum ». Ovidius *Metam.* VI, 427: « Et genus a magno ducentem forte Gradivo ». Cf. Mart. Capell. I § 4, II § 210, V § 425; et Grotefend *Rud. l. u.* III, 23.

GRADVS, insula maris Hadriatici, iuxta Aquileiam: hodie *Grado.* Paul. Diac. *De Langob.* II, 10.

ΓRAHIΣ, in messap. inscr. n. 2980.

ΓΡΑΙΒΙΑ, πανήγυρις, Tarentinorum dialecto. Hesych. *Lex.* I, 854: Γραιβία, ἡ Γραιτία. πανήγυρις, Ταραντῖνοι.

ΓΡΑΙΓΑΙΗΙ (γραιϝαιhι), in messap. inscr. n. 2945.

GRACILLA, diminut. *gracilis;* quod est cognom. rom. Inscr. apud Grut. 445, 2: OCTAVIA · Q · F | SECVNDA · V · F · SIBI · ET | OCTAVIAE · T · F · GRACILLAE etc.

GRACCHVS, cogn. virile apud Aequos. Vide CLOELIVS, et cf. GRACCVS.

GRACCVS, *Gracchus*, cognomen virile (cf. umbro-etr. ƎϽΑЯϽ crace). Quint. *Inst. orat.* I, v, 20: « Diu deinde servatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Graccis et triumpis ». In numis rom. gentis Semproniae (Cohen *Descr. génér. des méd. consul.* pg. 289 sq., pl. XXXVI, 3, XXXVII, 7 sq., LXVI, 9): TI · SEMPRONIVS GRACCVS. — Scribitur etiam GRACVS in titulis apud Grut. 721, 9, et Murat. 486, 4. Cf. Schneider *Gramm. der latien. spr.* I, 208; Mommsen *Inscr. neap.* n. 1094. De huius vocis etymo cf. Forcell. s. v. graculus, et Borghesium *Osserv. numism.* dec. VIII observ. 4 (in *Giorn. arcad.* XVI, 214 sg.).

GRACVS, *Graccus* (Gracchus). Vide art. praec.

GRALLAE, ligneae perticae furculas habentes, quibus innituntur, qui hiis incedunt (ital. *gruccie*) a *gradiendo.* Placidi glossae apud Maium *Class. auct.* III, 468: « conloqui parcitis (lege *grallae*, *perticae*), ad quas cruribus colligatis ambulantes, gravatores (lege *grallatores*) dicuntur ». Nonius II, 361 = pg. 115: « Grallatores sunt calobathatrarii: Grallae enim sunt fustes, quis innituntur. Varro: mutuum muli scabunt, περὶ ἀγορασμοῦ [ἀγρισμοῦ]: Grallatores, qui gradiuntur grallis, quae sunt perticae ligneae ab homine isto, qui in ista tangitantur, sicilianimi nostri sunt, galeae crura, ac pedes nostri essiare κιντοὶ [κινητοὶ], sed ab animo moventur ». Paul. ex Festo pg. 97: « Grallatores appellabantur pantomimi, qui, ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes, ob similitudinem crurum eius generis, gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus: *vinceretis cursu cervas et grallatorem gradu* ». Gloss. apud Labb.: « Grallatores, πανικὰ φοροῦντες », et « grullatores, πανικὰ φοροῦντες ». Cf. Forcell. s. v. grallae et grallator.


GRALLATOR. Vide voc. praec.


GRAMIAE oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant. Ita Paul. ex Festo pg. 96. Nonius vero II, 389 = pg. 119: « Gramia, pituitae oculorum. Caecil. *Gramiosis oculis ipsa atratis dentibus* ». Gloss. apud Labb.: « Grama, λήμη »; et Placidi Gloss. apud Maium *Class. auct.* III, 467: « Gramis, gremis, quae sunt pituitae oculorum ». Cf. Plin. XXV, 96, Forcell. s. v. gramiae, et Müller in Festo loc. cit.

ΓΡΑΝΙΑΝΟΝ ἄκρον, Granianum promontorium, in Corsica. Ptol. III, 2.

GRANNVS, Γράννος, epitethon Apollinis in nonnullis inscr. apud Orell. n. 1997, 1998, 1999, 2000, 2001, 2047. Cf. *Giorn. arcad.* XXI, 59 sgg., et Forcell. s. h. v.

ΓΡΑΞΑ, urbs Apuliae aut Calabriae, Geographis ignota (Minervinius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 123; cf. Avellinium in *Bull. arch. nap.* I, 130). Occurrit in aeneo numo n. 2941 *a;* in quibusdam aliis n. 2941 *b* legitur ΓΡΑ, quos nonnulli *Graviscae*, Etruriae oppido, tribuerunt, alii *Graiae* urbi (Sestini *Class. gen.*, Millingen *Considér.* pg. 146, Riccio *Repert.* etc. pg. 48 sg.), quae legebatur apud Melam (1). Cavedonius (*Bull.* cit. nv. sr. III, 163) hanc formam ΓΡΑΞΑ aptissime comparat cum *Crexa* (Plin. III, XXV, 2), insula Liburnorum seu Iapidum.





GRATILLA, species libi, apud Arnob. 7 (vide CVBVLA); sed illud quale sit, ignotum est: esse tamen videtur, quod Graecis ἀρεστὴρ dicitur, εἶδος πλακοῦντος, παρὰ τὸ ἀρέσκω ὁ τοῖς θεοῖς ἀρέσκων, ut legitur in Etymol. M. Ita Forcellinius et Furlanettus. — Est cognomen muliebre in Ligoriano titulo apud Grut. 1017, 4 (SVLPICIA · GRATILLA).

GRATIOLA, diminut. gratiae. Diomed. pg. 313 P.

(1) *De situ orbis* II, IV, 7: « urbs graia Callipolis », h. e. *urbs graeca* etc. Cf. Avellinium in *Bull. arch. nap.* I, 130.

GRAVISCA vel Graviscae, Γραυΐσκαι (Ptol. III, 1; cf. Strab. V, II, 8), oppidum maritimum Etruriae in tarquiniensi agro, prope Centumcellas, colonia Romanorum. Liv. XL, 29: « Colonia Graviscae eo anno [U. C. 571] deducta est in agrum etruscum, de Tarquiniensibus quondam captum ». Cato apud Servium in Virg. *Aen.* X, 184 (« intempestaeque Graviscae »): « ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aërem sustinent ». Cf. Plin. III, VIII, 2, et XIV, VIII, 7; Melam II, 4; Vell. Paterc. I, 15; Sil. Ital. VIII, 474. *Giacciono le rovine di Gravisca*, ait S. Campanarius (*Ann. dell'Inst. arch.* I = 1829 pg. 198), *fra il Mignone e la Marta sulla via Aurelia; e sembra che la Marta fosse il confine fra li Graviscani, ed una volta sin gli antichi padroni, cioè i Tarquiniesi ed i Vulcienti.* Cf. *Ann.* cit. II = 1830 pg. 28, 30, 32, et IV = 1832 pg. 166. Antonini *itin.* pg. 498 sq.: « Ab Algis Rapinio positio. m. p. III; a Rapinio Graviscas positio. m. p. VI; a Graviscis Maltano positio. m. p. III ». Cf. Tab. Peuting. segm. IV *e*. — Incolae appellantur Graviscani in lapid. apud Henzen n. 6048.

GREGS, *grex*, vetusto scribendi more. Cf. Apuleium apud Maium *Script. vet.* nv. coll. I, 78.


GROSSVS, *crassus* (ital. *grasso*, unde *grosso*) adiect. Sulpic. Sever. *Dial.* I, 21: « vestem respuit grossiorem ». Gloss. apud Labb.: « grossus, πάχος ». — Maffeius *Ver. ill.* lib. XI pg. 535: *Per* crassus *comunemente si dicea* grossus, *onde Cassiodoro* grossissima (ad Psal. 29).


ΓΡΟΣΕΟΕ (γροϜεοε), in numo n. 2937*b* (vide RVBI). Cf. Carelli pg. 37, et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 94. Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 205 groveoe est gr. ΡΥ[βοι].

ΓΡΥ. Vide GRVMENTVM.

GRVMBESTINI, incolae cuiusdam oppidi Italiae inferioris, in Calabrorum agro. Plin. III, XVI, 7; ubi nonnulli legebant Brumbestini.

GRVMENTVM, Γρούμεντον (Ptol. III, 1; Strabonis codd. VI, I, 3 πουμεντὸν), Lucaniae urbs, inter fluvios Acirin et Soram (Liv. XXIII, 37; Frontin. *De colon.* pg. 109; Plin. XIV, VIII, 9): hodie dicitur *Saponara*. Nummi n. 2906 habent ΓΡΥ. Incolae appellantur Grumentini (Plin. III, XV, 3).





GRVNDILES seu Grundules Lares Romae constitutos fuisse in honorem porcae, quae triginta foetus pepererat, tradunt Non. II, 357 = pg. 114, et Diomed. I, 379. Vide Forcell. s. h. v.

GYAS, vir latinus. Virg. *Aen.* X, 317.

GVLLIOCAE nucum iuglandium summa et viridia putamina. Ita Paul. ex Festo pg. 98: ubi Müller: « Ac certe et Glossar. Labb. magis huic formae favent, et Placidus pg. 467, ex quo iam Urs. haec apposuit: *Guilliciola* (*gallicicìola* Maius) cortice nucis iuglandis viridi, per quem corpus humanum intelligi vult ».

GVTTA, dux capuanus tempore belli marsici. Appian. *De bellis civ.* I, 90 (τὸν Καπυαῖον Γοῦτταν). Cf. ΚΟΤΤΕΙΗΙΣ (κοττειηις).

GVTTVRNIVM, vas, ex quo aqua in manus datur, ab eo, quod propter oris angustias guttatim fluat. Haec Paul. ex Festo pg. 98. Placidi Glossae apud Maium *Class. auct.* III 467: « gutturneo, *gutto.* » Cf. Isid gloss., ubi legitur: « gutturnia, *gutturis inflatio* ».

GVVERNATVS, *gubernatus*, particip. in lapide, quem edidit Minervinius (*Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 73).

Δ

Δ (D), litera solitaria in antiquis numis; Δ in campanis, lucanis, bruttiis (cf. Carelli *Num. Ital. vet.* tab. LXVII, 20, 25, 31; LXXIV, 50; LXXIX, 124, 134; CXXXVIII, 35; CLIII, 95; CLXXIX, 35, 45; CLXXXIV, 35; CLXXXVIII, 16); D in numo belli marsici apud Carellium op. cit. tav. CCI, 15

Я (d), *Decius*, praen. samniticum (vide ƎЯ de, ꓘƎЯ dek et DECIVS), quod fortasse legitur in lapide 2872*a* et *b*, secundum Avellinium in *Bull. arch. nap.* III 12, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 173, 255 (*Bullettino* cit. IV, 115) et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 146.

Diversa est Garruccii lectio in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II 165.

§ 2. Occurrit haec nota in pila pompeiana n. 2797. Cf. Fiorell. *Monum. epigr. pomp.* I, 11 = xxxii, et Huschke op. cit. s. 193, 396.

DA-, radix umbrica (vide ƎЯƎꟼ rere = *dedit*, DIIDRO vel DEDRON et DEDERONT = *dederunt*, VИVꟼ runu = *donum*) = scr. dà et rom. *da-re*. Ex simplici DA- Umbri fecerunt DERS- (-ꟼƎ+ ter), quod vide.

DA-, radix osca (vide art. praec.), = rom. *da-re*, in verbis DED, ЯƎЯƎЯ deded = DEDET h. e. *dedit*, ꟼONO pro DONOM h. e. *donum*, ꟼИИVИVꟼ dúnúmna = *donamina*. Adde ƧVꟽИꟼ damus et DATAS = *datae*.

DA-, radix etrusca (vide art. praec.), = rom. *da-re*. Cf. ‡Ǝ+ tez et ƎƆꓷV+ turce.

DAEDALIVM oppidum, in Sicilia, cuius meminit Anton. *itiner.* pg. 95.

DAETOM, —*tum*, partic. perf. pass. nominat. sg. n. (cf. Zeyss *De subst. Umbr. decl.* § 31; Aufr. et Kirch. I 116, 145, 147, II 149, 151). Tab. eugub. VIa 28, 37, 47, VIb 30: DAETOM · EST = *datum est*, secundum Gorium *Lex. etr. et pelasg.* mss., Passerium *Paralip.* pg. 324, et Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 46 sq.; vel *δαι-ητον est* (dictum est), secundum Lanzium II 752 sq. = 660 sq., a δαίω (scio). Grotefend *Rud. l. u.* IV 11, 15 reddit δαητόν, *doctum est.*

DAEVS, *deus*, m. Inscr. helvetica apud Mommsen n. 137: DAEO | MERCVRIO | IVL · IVLIANA | V · S · L · M ·

ΔAZEH . . AƧ, in messap. inscr. n. 2944.

ΔAIETIƧ, in lapide messap. n. 2955 lin. 14 sq.

ΔAIIHONAƧ, in messap. inscr. n. 2947.

ΔAIIMAHI et ΔAIIMAIHI, in messap. inscriptionibus n. 2995 sq. lin. 4 et n. 2996.

ΔAIIMAS, quod legitur in messap. inscr. n. 2971, idem est ac DASMVS, DASVMIVS et ΔAIIMOΣ (*Tab. Heracl.* lin. 1, 5, 8) et parum differt a ΔAIOMAƧ quod sequitur. Cf. Mommsen *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 p. 143.

ΔAIIMOΣ. Vide voc. praec.

ΔAIOHONNIHI, in lapide messap. n. 2995 lin. 6.

DAIOMAƧ, in messap. inscr. n. 2970. Vide ΔAIIMAS.

ΔAΘEA, apud Tarentinos. Hesych. *Lex.* I, 873: Δάθεα· ἅρπη. φρεάτια. Ταραντῖνοι.

MΨMIƎIVꓘ (daicimum?), quod legitur in lapide piceno n. 2682 (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 333), Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 234 est drueimúm = δρύϊνον, *roboreum.*

ΔAIMA, στήμονα (στήμων, *stamen*), a δαίω h. e. *divido*, Tarentinorum dialecto. Hesych. *Lex.* I, 875: Δαῖμα, σπιθαμήν. καὶ τὸ ἔγκωλον τοῦ σχοινίου. στήμονα δέ, Ταραντῖνοι. Cf. Io. Iuvenis *Lex. Tarent.*

DACRIMA, *lacrima* (cf. lachryma et lacruma), f. Paul. pg. 68: « Dacrimas pro lacrimas Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα ». Placidus in Gloss. apud Maium *Cl. auct.* III, 452: « Dracumis, *lacrimis* »; ubi *dacrumis* legendum loco τοῦ dracumis, quod Florentinam dictionem *gralime* pro ital. *lagrime* in memoriam revocat. Cf. Mar. Victor. pg. 2470.

DACRVMA. Vide voc. praec.

DALIVVM, *insanum*, Oscorum dialecto. Paul. pg. 68: « Dalivum supinum ait esse Aurelius, Aelius *stultum.* Oscorum quoque lingua significat *insanum.* Santra vero dici putat ipsum quem Graeci δείλαιον, id est propter cuius fatuitatem quis misereri debeat ». Alii legunt dalivium. Gloss. Labb.: « daunum (dalivum?), ἄφρονα »; et Hesych. *Lex.* I, 881: Δαλίς, μωρός. Cf. Müller in Festo loc. cit.

DALMATINVS, *dalmaticus*, adiect. ad *Dalmatiam* pertinens. Est cognomen rom. Inscr. apud Oliv. *Marm. pisaur.* pg. 177: D · M | L · IVLIVS SEVER|INVS ARMIGER|VS III MARIN | N · DALMATINVS | MIL · AN · XVIII | IVLIA VXOR.

ΔAMATRIA, quod comparari potest cum gr. Δημήτηρ, legitur in messap. inscr. n. 2976. Cf. Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 120, et Minervini *Monum. di R. Barone* pg. 58. In alia inscr. messap. n. 2950 *b* ΔAMATPAS, inquit Minervinus loc. cit., *è un genitivo femminile e riferibile certamente a Cerere.* Cf. ΔAMEIA.

DAMDVS, *dandus*, gerund. Tab. Heracl. cap. 2 lin. 49 (apud Mazochium pg. 325): HEREDEIVE · EIVS · DAMDAM · AD·TRIBVENDAM · CVRATO.

ΔAMEIA, festum, apud Tarentinos. Hesych. *Lex.* I, 883: Δάμεια· ἑορτὴ παρὰ Ταραντίνοις. Cf. Ioan. Iuvenis *Lexic. Tarent.*, ubi fortasse *Cereris* festum fuisse coniicitur; Δαμάτηρ enim dorice Δημήτηρ, *Ceres.*

DAMIA. Vide DAMIVM.

DAMIATRIX. Vide voc. sq.

DAMIVM, sacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonae Deae, dictum a contrarietate, quod minime esset δαμόσιον, id est *publicum.* Dea quoque ipsa Damia et sacerdos damiatrix appellabatur. Haec Paulus ex Festo pg. 68. Gloss. Labb.: « damium, θυσίαι ὑπαίθριον γινόμενεν (ὑπαίθριοι γινόμεναι) ». Adde Placidi Gloss. apud Maium *Cl. auct.* III, 451: « Damium, sacrificium quod in operto fit, quod bonae deae mulieres faciunt ». Vide tarent. ΔAMEIA, et cf. Müllerum in Festo loc. cit.

DAMNAS, *damnatus*, particip. saepe usurpatum in formulis damnas esto et damnas sunto. Cf. Forcellini *Lexic.* s. h. v., Aufr. et Kirch. I 108, 116 nt. 1, 120, II 168.

DAMNAVSTRA, vox sine sensu, pars cantionis antiquissimae. Cato *De r. r.* cap. 160 (vide DARDARIES): « Ad luxum aut ad fracturam alliga, sanum fiet. et tamen quotidie cantato in alio, s. F. vel luxato. Vel hoc mo-

do, HVAT HANAT HVAT ISTA PISTA SISTA, DOMIABO DAMNAVSTRA, et luxato. Vel hoc modo, HVAT HAVT HAVT ISTA SIS TAR SIS ARDANNABON DVNNAVSTRA ». Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 85, Grotefend *Rud. l. u.* IV, 13, et alios.

ΔΑΜΝΟΣ, ἵππος (equus), apud Tyrrhenos. Hesych. *Lexic.* I, 884: Δάμνος· ἵππος, Τυῤῥηνοί.

..VMNЯ (damu....). Vide voc. seq.

ƧVMNЯ (damus), quod bis legitur in fragmento capuanae inscr. n. 2752, cum gr. δημοσιόω vel δημοσιεύω (= δωρεὰν ἐργάζομαι; Suidas) contulit Garruccius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I, 182. Vide rad. osc. DA-.

ΔΑΝΑΙΕΔΑΙ, αἱ δοῦλαι (δούλη, *ancilla*), apud Tarentinos, teste Hesychio *Lex.* I, 885. Alii legunt δανεαίδαι, alii δανδιέδαι. Adnot.: « Infra δειννάδες sunt *calceamentorum* genus. An hinc ad *servas* translata vox δαναιέδαι, parum inflexa? Certe ad ὑποδημάτων ministerium servi olim adhibebantur: quo pertinent loca *Ps.* CVIII, 10, et Matth. III, 11. »

DANAM, *dabo*. Vide DANO = *do*.

DANKLE = Zancles (in numo n. 3061 *a*), quod vide.

DANO, *do* (vide DVO), quod aliquoties usurpat Plautus (cf. Forcell. s. h. v.). Paul pg. 68: « danunt, *dant* »; et Gloss. apud Labb.: « dianunt δίδωσιν (lege: danunt, διδόασιν = διδοῦσι) ». Sicque danam = *dabo* apud Plaut. *Cas.* II, VI, 22 (vide DASI = *dari*). Inscr. ad Soram effossa (App. n. XLI) lin. 7: DONV · DANVNT = *donum dant*.

DANVNT = *dant*. Vide DANO.

DANVVIVS, Δανούιος (Strab. VII, III, 13) vel Δανούβιος (Ptol. III, 8), *Danubius*, fluvius Germaniae, pro deo cultus. Inscr. apud Orell. n. 1651 (*Giorn. arcad.* XXI, 60): IN · H · D · D | I · O · M · ET DANV|VIO EX VOT|O PRIMANVS | SECVNDVS V · S · L · L | MVCIANO ET FABI....

ΔΑΧΤΑ (δαξτα), in lapide messap. n. 2961. Cf. voc. sq.

ΔΑΧΤΑΣ, ΔΑ+ΤΑϟ et ΔΑΧΤΑϞ (δαξτας), in messap. inscriptionibus n. 2959 lin. 5, 2973, 2995 lin. 3 et 7. Cf. ΔΑΣΤΑϟ, et vide Minervini *Monum. ant. di R. Barone* pg. 58.

DAPATICE. Vide DAPS.

DAPATICVM. Vide voc. sq.

DAPS, ait Paulus pg. 68, apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hiberna sementi, aut verna. Quod vocabulum ex graeco deducitur, apud quos id genus epularum δαίς dicitur. Itaque dapatice se acceptos dicebant antiqui, significantes magnifice, et dapaticum negotium amplum ac magnificum.

ΔΑΡΑΝΘΟΑ, (δαρανθοα) in lapide messap. n. 2995 lin. 2.

DARDARIES, vox sine sensu, pars cantionis antiquissimae. Cato *De r. r.* cap. 160: « Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. harundinem prende tibi viridem P. IIII aut V longam. Mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare, IN ALIO . S . F . MOTAS VAETA, DARIES DARDARIES ASTATARIES DISSVNAPITER, usque dum coëant ». In quibusdam codd. legitur asiadarides, astararies. Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 83, Grotefend *Rud. l. u.* IV, 13, cet. Vide DAMNAVSTRA.

DARDI, populi Apuliae antiquissimi. Plin. III, XVI, 5: « Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque ».

DARIES, vox sine sensu, pars cantionis antiquissimae apud Cat. *De r. r.* cap. 160 (vide DARDARIES).

DASI, *dari*, infin. pres. pas. (Paulus ex Festo pg. 68), a *do*, quod antiquiori orthographia scribebatur DANO et DVO (cf. rad. DA- apud Umbros et Oscos). In antiquis monumentis legitur DEDE et DEDET pro *dedit*, DIIDRO, DEDRON et DEDERONT pro *dederunt*, DEDISE pro *dedisse*, DAVIT pro *dabit*. Datast pro *data est* vidit Marinius *Inscr. alb.* pg. 141.

DASMVS, *Dasimus*, cognom. virile in lapide canusino n. 2928. Vide ΔΑΞΙΜΑϟ et DASVMIVS.

ΔΑΣΤΑϟ, in messap. inscr. n. 2989 (cf. ΔΑΧΤΑϟ). In vasculo messap. n. 3019 legitur ΔΑΣΤΑΣΗΜΙ, δαστας ημι, = Δάστας ἦμι pro Δῃστής εἰμὶ, *je suis un pirate*, secundum Panofka *Hyperbor.* etc. pg. 323 apud De Witte *Antiquités Durand* pg. 333. *Non saprei se la epigrafe*, ait Minervinius (*Monum. ant. ined. di R. Barone* pg. 57), *vada distinta in tal guisa* ΔΑΣΤΑΣ ΗΜΙ, *per indicare il nome della padrona* ΔΑΣΤΑΣ ΕΙΜΙ, « *appartengo a Dasta* ». *È ben conosciuto che talvolta trovasi così al genitivo rammentato ne' vasi il nome del possessore.*

DASVMIVS, gentilitium etr. (cf. DASMVS et ΔΑΞΙΜΑϟ). Inscr. edita in *Bull. dell' Inst. arch.* 1830 pg. 199 (*Annali* IV = 1832, pg. 152): L · DASVMIO · P · F | STEL · TVLLIO · TVSCO · COS · | AVGVRI · SODALI · COMITI · AVG · HADRIA|NALI · SODALI · ANTONI|NIANO etc.

DAT, *de*, praep., uti videtur pro dad. Tab. bant. n. 2897 lin. 6: DAT SENATE[IS] TANGINVD = *de senatus sententia*; lin. 8: DAT CASTRID LOVFRVD = *de agro libero*; lin 9: DAT · EIZAISC = *de illis*; et lin. 10: DAT EIZAC EGMAD = *de illa re*. Cf. Kirch. *Das stadtr. von Bantia* s. 46 sq., Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 87. Scripsit Schweizer in *Zeit. f. vergl. spr.* III, 218: dat *hat die form eines ablativus und es kann sich hier recht wohl das alte* a *erhalten haben im gegensatze des gewöhnlichen* u, *wir nehmen darum keinen anstand, es als ein skr.* adhât = adhas *zu erklären*. Cf. Bugge in *Zeitshr.* cit. III, 419 sq. — Mommsenio *Die unterit. dial.* s. 236 et 254 dat est lat. *dat* vel *det* (vide rad. osc. DA-), indic. vel coniunct. praes. 3 pers. sg.; = lat. *dat* secundum alios interpretes (Klenze *Philolog. abhandl.* s. 54 nt. 118; Guarinius *Tab. opp. Lex.* pg. 141, et *Lex. osco-lat.* pg. 28; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 28). Pro gr.

δεῖ, lat. *oportet*, id accepit Huschkius *Die osk. und sab. spr.* s. 85.

DΛTΛS, *datae*, nominat. pl. vel genit. sg. 1 decl., in lapide volsco (?) n. 2694. Cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 259.

DATIBVS, *dativus*, adiect. Est nomen virile in lapide, quem edidit Lupius pg. 121 (DATIBO FILIO QVI BIXIT etc.).

ΔATIHI, in lapide messap. n. 2955 lin. 13.

ΔATTETOΣ, in messap. inscr. n. 2967.

DATV, *datum*, supin. Frontin. *Ep. ad amic.* I, 5: « Nihil postulabit pro sua verecundia, nisi quod probum honestumque sit et sibi datu et sibi postulatu ». Cf. Forcell. s. v. *do*.

DAVIT, *dabit*. Vide DASI = *dari*.

DAVNIA, Δαυνία (Strab. VI, III, 9), pars *Apuliae*, quae nunc dicitur *Capitanata* (vide APVLIA), cuius incolae Daunii (Plin. III, XVI, 5) vel Dauni (Mela II, 4). Strab. V, IV, 2: οὒς ['Αποίλους] οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι. Vid. voc. sq.

DAVNVS, n. pr. m. Paulus pg. 69: « Daunia Appulia appellatur a Dauno, Illyricae gentis claro viro, qui eam, propter domesticam seditionem excedens patria, occupavit ». Plin. III, XVI, 4: « Hinc Apulia Dauniorum cognomine a duce Diomedis socero ». — Virg. *Aen.* X, 76 (cf. X, 615, 687; XII, 22, 90, 934) Turnum facit Pilumni nepotem et Dauni filium. Cf. Niebuhrium *Hist. rom.* I, 216.

DAVOS = *Davus*, nomen servi comici apud Plaut., Terent. et alios. Vide Forcell. s. h. v.

DAVTIA, *lautia*, h. e. quae dantur legatis hospitii gratia. Ita Paulus pg. 68. Cf. Aufr. et Kirch. I, 86 nt. 1.

ƎЯ (de), *Decius*, gentilitium samniticum, per compendium scriptum (vide ꓘƎЯ dek et DECIVS). In lapide osco n. 2877: ƎЯ · ⅃П (pg de) = *Pacius Decius* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 171 et 255; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 144).

ΔEA, 'Ρέα (Rhea), apud Tyrrhenos. Hesych. *Lex.* I, 896: Δέα, 'Ρέα, ὑπὸ Τυῤῥηνῶν. Cf. *Thes. gr. ling.* s. v. δέα.

DEANA, *Diana*, Iovis et Latonae filia, quam Tusci ᗡИᗡO thana et Graeci Ἄρτεμιδην dixerunt. Inscr. apud Orell. et Henzen n. 1462, 1546, 4457, 5704, 6598 (vide ARRETIVM). Romae, in thermis Titi, inscriptio in pariete picta (Henzen n. 7302): DVODECIM DEOS IIT DEANAM ET IOVEM | OPTVMVM MAXIMVM HABEAT IRATOS | QVISQVIS HIC MI[N]XERIT AVT CACARIT. Adde kalendar. rusticum apud Orell. II, 381. Cf. Voss. *Etymol.* s. v. ianua, et Gerhard *Ueber die gotth. der Etr.* nt. 29, 94 sq.

DEBELVS, m. locus pascendo non aptus, non pecoralis, a *de* praeposit., seu particula privativa, et *bela* (oves), ut dixere veteres Latini, teste Varrone (Cf. Furlan. in Forcell. *Lexic.* s. v. debelus, et De Lama *Tav. alim. veleiate* pg. 36). Tab. *aliment. Velleias*, col. III lin. 72 sq.: FVNDOS · AVEGAM · VECCIVM | [cum] DEBELIS; col. IV lin. 38 sq.: FVND · METILIANVM | LVCILIANVM · ANNEIANVM · CVM · CASIS · ET · SILVIS · ET · MERIDIE · ET · DEBELIS; col. VII lin. 37: SALTVS AVEGAM VECCIVM DEBELOS CVM FIGLINIS.

DEBILO, *debilis*, adiect. Ennius *Ann.* vs. 329 (apud Nonium II, 208 = pg. 95): « Debilo homo ».

DEBINTVS, *devinctus*, particip. perf. pass., in nolana inscr. apud Mommsen n. 1986.

DEGERE antiqui posuerunt pro *exspectare*. Ita Paulus ex Festo pg. 73. Cf. Müller in Festo l. c.


ƧIƧИTƎ>ƎЯ (degetasis), *dictarius* (dictator), adiect. m. nominat. sg. 2 decl. (dat. sg. ꟻVIƧИTƎꓘƎЯ deketasiúí; et nominat. pl. ƧVIƧИTƎ>ƎЯ degetasiús), a deget et suff. -asis (-arius), quod convenit cum rom. dic-it-are vel dic-t-are (vide rad. osc. DEIC- = *dic-ere*; et cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 34 et 49, Peter *Sprach und schr.* etc. s. 41; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254 et 278, Aufr. et Kirch. I 164, II 130, 303, 312, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 37, Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 127, Ebel in *Zeit. f. vergl. spr.* V, 189). Inscr. nolana n. 2768:

ƧꟻЯЯƎꟽ · IИ<Иꟽ · ƧIIꓘV⅃Vꟽ · ⅃YꓘИИП
ƧИT⅃Vꟽ ЯVTƎ>И<И ƧIƧИTƎ>ƎЯ

Lege: paakul . mulukiis . marai . meddís | degetasis aragetud multas, h. e. *Paculus Mulucius* (vel *Mulcius*) *Marae* filius *meddix dictator argento multae* (Mommsen op. cit. s. 178 « *magister dictarius* »; Aufr. et Kirch. I 168 « *meddix degetasius* »). — Hoc verbum Guarinio (*In cipp. osco-abell. divinatio* pg. 23; *Lexicon osco-lat.* pg. 29) est *a decimis;* hinc meddix degetasius = *meddix a decimis*. Mommsen op. cit. s. 254 ita scribit: *Es findet sich als bezeichnung eines nolanischen magistrats, der* ex argento multaticio *weihgeschenke setzt und der dem Quästor von Abella gegenüber steht; es scheint dies also nicht der* summus magistratus *gewesen zu sein, sondern eher etwa ein Aedil,* qui multam dictat. *Dictator ist der ableitung nach dasselbe, aber verschieden bezogen.* Audiatur tamen Quaranta *Di una inscr. osca* pg. 44. sg.: *degetasiús per me discende da* degere, *intendendo io di riconoscervi con tale etimologia la cura sostanziale dei* Meddici Degetasii, *che a quel che penso avrebbero dovuto corrispondere agli edili, non perchè* dicitabant *o* dictabant multas; *ma perchè il loro precipuo ufizio esercitavasi intorno alle case, dove* cives degebant. *E nel vero gli edili furono detti grecamente* αστυνομικοι *da* αστυ, *o* Fαστυ *col digamma, dal sanscrito* vastu (*il luogo*) *che ha la radice in* vas, *abitare.*

ƧVIƧИTƎ>ƎЯ (degetasiús), *dictarii* (dictatores), adiect. m. nominat. pl. 2. decl., nominat. sg. ƧIƧИTƎ>ƎЯ (degetasis) = *dictarius* seu *dictator*, quod vide (Mommsen

Die unterit. dial. s. 254, Quaranta *Di una inscr. osca* pg. 32 et 44 sg., Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* II 21, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 163 sq.; cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 34, Guarinium *Comment.* XI pg. 31, Aufr. et Kirch. I 168). Lapis nolanus n. 2769:



Lege: [ni]umsis heírennis niumsieís ka....| perkens gaaviis perkedne...| meddíss degetasiús araget.... h. e. *Numisius Herennius Numisii* filius *Ca...* ....| *Percennius Gavius Percenni* filius | *meddices dictatores argento* [multae]. Cf. Mommsen op. cit. s. 178, Aufr. et Kirch. I 168.

ꟽVꟽIƆ>ƎЯ (degvinum), —*orum*, fortasse adiect. masc. plur. 2 decl. (Friedlander *Osk. münzen* s. 22 sq.; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254 et apud Fiorellium *Ann. di numism.* I 38), quod referri potest ad Nucerinos Alfaternos (ꟽVИᗡƎTЯ8ЯᖷЯ ꟽVИIᗡꓘƎVИ nuvkrinum alafaternum = *Nucerinorum Alfaternorum*; vide NV-CERIA § 2), in quorum nummis n. 2828 *d* et *e* legitur. Si degvinum a degvium pro diguvium derivatur, hoc nomen, ut fecit Mommsen loc. cit., comparari potest cum Iguvium, quod forte valet Διὸς πόλις. — Alii legunt egvinum, siculi Cavedonius, cuius verba in *Bull. dell' Inst. arch.* 1839 pg. 139 huc referenda censeo: *Nel riverso di una moneta di Nuceria* (Millingen *Anc. coins* pl. I n. 7) *veggonsi i Dioscuri a cavallo, e sotto essi nell'esergo leggesi* ꟽVꟽIƆ>Ǝ : *ed il ch. editore rimansi incerto se sia nome di magistrato, ovvero si riferisca al subbietto. In ragione del riscontro della precedente moneta* [n. 2828 *d*] *io amerei di riferire la voce osca EQVINVM ai Dioscuri, o a due celeri vincitori ne' ludi apollinari, di che ne dà qualche argomento la testa di Apollo diademata posta nel diritto della moneta* (cf. Eckhel V, 247). *La voce osca EQVINVM pare senza dubbio derivata da altra corrispondente alla latina* equus *od* eques; *e i dioscuri poterono appellarsi κατ' ἐξοχὴν*, equites. — Huschke *Die osk. und sab. spr.* legit « d. egvinum », in quibus praen. *Decius* et voc. *equinus* vidit.


DEGVNERE, *degustare*, teste Paulo ex Festo pg. 71. Alii legunt degumare, alii degumiare (cf. Forcell. *lexic.* s. h. v., et Müller in Festo loc. cit.). Gloss. Labb.: « Degunere, ἀπογεύσασθαι καὶ συγγνῶσαι [συγγεῦσαι] ».

DED, *dedit*, idem quod osco ЯƎЯƎЯ (deded), e rad. DA-. Inscr. marsica n. 2740: DVNOM · DED = *donum dedit*.

DEDA, *Didia*, n. pr. f. (Lanzi I 164 = 125), in pisaurensi inscr. n. 77 (vide DIIDRO = *dederunt*). Oriolio in *Album* XX, 323 deda est nomen rom. *Titia*, etr. ꟷƎ+ teti vel ꟷI+ titi.

DEDE, *dedit* (ital. *diede*, rum. *déde*), = umbr. ƎᑫƎᑫ ṛeṛe et osc. ЯƎЯƎЯ deded h. e. dedet (dedit), e rad. DA-. Inscr. piasaur. n. 75: FERONIA | STATETIO | DEDE h. e. *Feroniae Statetius dedit* (Lanzi I 164 = 125).

ЯƎЯƎЯ (deded), *dedit*, praet. indic. 3 pers. sg. (sanscr. dadat), apud Oscos vel Samnites, qui Etruscorum more etiam TƎTƎT tetet scripserunt (vide ⊀Ǝ+ tez), idem quod umbricum ƎᑫƎᑫ (ṛeṛe) h. e. DED, DEDE vel DEDET, e rad. DA- (scr. dâ) = *da-re* (Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 29 et in *Mem. dell' Acad. Ercol.* V, 297; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 28; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254; Peter *Spr. und schr.* etc. s. 62, 77 sq; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, II 65, 392; Quaranta *Di una iscr. osca* pg. 48; Corssen et Ebel in *Zeit. f. vergl. spr.* II, 21, 58; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 173, 175, 257; Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I 6 = xviij, 8 = xxiij et xxv). In pompeianis inscriptionibus legitur: ЯƎЯƎЯ ꟽЯИИЯꙅՈV (úpsannam deded, n. 2791 lin. 6 sq.; cf. lin. 3) et ЯƎЯƎЯ ИЯꙅՈV (úpsan deded, n. 2786) = *operandam dedit*. Item ex abrupto marmore pompeiano haec edita est inscriptio n. 2789:



Lege.... k]vaistur | [......t]anginud | [......] u deded | [......] ekhad | [...prúfa]tted, h. e.... *quaestor..... iussu faciendum dedit: idem hic probavit* (Mommsen op. cit. s. 184), vel... *quaestor..... iussu .... dedit ... hac probavit* (Fiorelli op. cit. I 8 = xxiij).

DEDERI, *dedere*, praet. indic. 3 pers. pl., in lamella plumbea n. 2691. Cf. Lanzium II 275 = 218, et voc. sq.

DEDERONT, *dederunt*, praet. indic. 3 pers. pl. (Cf. Quint. *Inst. or.* I, IV, 16), quod etiam scribitur DII-DRO (dedro), e rad. DA-, *da-re*. Inscr. firmana (App. n. XXXIV): QVAISTORES AIRE · MOLTATICOD DEDERONT.

DEDET, *dedit* (= osc. ЯƎЯƎЯ deded, et umbr. ƎᑫƎᑫ ṛeṛe vel DEDE, etr. ⊀Ǝ+ tez), e rad. DA-. In titulo n. 2708 ex Scipionum sepulcro: DEDET · TEMPESTA-

TEBVS · AIDE · MERETO; in lamella tiburtina n. 2727: DONV · DEDET (donum dedit); et in cippo tusculano haec legitur inscriptio n. 2719:

M · FOVRI · C · F · TRIBVNOS
MILITARE · DE · ΓRAIDA · MAVRTE DEDET

h. e. *Marcus Furius Caii filius tribunus militaris de praeda Marti dedit.* — In titulo apud Fabr. cap. V, n. 281 pg. 397 legitur DIIDIT.

ΔΕΔΗΓΜΕΝΟΣ, *βεβλημένος*, apud Tarentinos (Hesychius *Lex.* I, 898); fortasse pro *δεδιγμένος* a *δίκω*, *-βάλλω* (iacio).

DEDISE, *dedisse*, infin. SC. *De Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 14: NEVE · QVISQVAM · FIDEM · INTER · SED · DEDISE · VEΓET.

DIIDRO, *dederunt* (ital. *diedero*, *dierono*, *diero*; rum. *déderu*), quod etiam scribitur DEDRON et DEDERONT. Ara pisaur. n. 77: MATRE | MATVTA | DONO DIIDRO | MATRONA MAMVRIA | ΠΟΓΑ ΓΙVΙΑ | DEDA h. e. *Matri Matutae donum dederunt matronae Mamuria, Paula Livia, Didia* (Lanzi I 164 = 125). Cf. Aufr. et Kirch. I, 83.

DEDRON, *dederunt*, idem quod DIIDRO et DEDERONT. In ara pisaur. n. 76. DONO DEDRON = *donum dederunt* (Lanzi I 164 = 125).

DEDVXSIT, *deduxit*. Lex Thoria (App. n. LIX) cap. 9: COLONIAM DEDVXSIT.

DEECIMA, *decima*, adiect. f. Legitur in glande missili, (ᒣƎƎᒣ DEEC = *legio decima*), quam edidit cl. Caiet. De-Minicis in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* XI, 234.

DEFENSA, *defensio* (ital. *difesa*). Tert. *Adv. Marc.* 18: « A Deo expectare defensam ».

DEFERVNDA, deae nomen apud Romanos (cf. Furlan. in Forcell. *lexic.* s. h. v.). Vide ADOLENDA.

DEFIXSVS, *defixus*, participium a *defigo*. In decr. col. Pisanae primo apud Norisium *Cenotaf. pis.*: CIPPOQVE · GRANDI · SECVNDVM ARAM DEFIXSO.

DEFOMITATVM a fomitibus succisum, quibus confoveri erat solitum lignum. Ita Paulus ex Festo pg. 75. Gloss. apud Labb.: « deforuo [defomo], *ἀποπελεκῶ* ». Cf. Müller in Festo loc. cit.

DEFORMA, appellantur exta, quae dantur, teste Paulo ex Festo pg. 83.

DEFRENS, *ἄρουρα*, *θερισμὸς* (ager, messis). Gloss. apud Labb.: « defrens, *ἄρουρα, θερισμός* »; et « *ἄρουρα θερισθεῖσα, ἄρουρα τεθερισμένη* ». Paulus pg. 74: « Defrensam *detritam* atque *detunsam* »; et Placidi Gloss. apud Maium *Class. auct.* III 452: « defresum, *detritum*, unde adhuc fresa faba, quae obtrita frangitur ».

DEFVAM, defuas, defuat pro *desim*, *desis*, *desit* usurparunt veteres. Plaut. *Bacch.* I, I, 3: « Pol, magis metuo, mihi in monendo ne defuat oratio »; ubi quidam legunt *defuerit*.

DEFVCTA, *defuncta*, particip. Inscr. chr. in *Catac. de Rome* pl. XXIX n. 71: BICTORIA FIDELIS BIRGO | [Q]VE VIXIT ANNIS XVII | MENSIS VIIII DIES V IN PACE | DEFVCTA V IDVS SEPTEMB.

DEFVNTVS, *defunctus*, partic. a *defungor*. In titulo praenest. apud Orell. n. 4360: DEFVNTVS XVI · KAL · DEC D · N · ARCADIO AVG · ET BAVTONI V · C · CONSS DD · DIE IV NONAS MAR · COSS · SS (1).

DEI-, antiquiori orthographia -IƎ+ tei-, radix umbrica pro DEIC- vel DIC-, quod vide. Cf. DEITV (V+IƎ+ teitu) = *deic-ito*, DERSICVST = *deic-serit*, DERSICVRENT = *deic-serint*.

DEI, *dive* (deus) h. e. *Δί*, *Iuppiter*, voc. sg. 2 decl., quod saepius scribitur DI, e rad. deiv- (DIV-), scr. div-, *splendere* (Passeri *Lett. Ronc.* n. XIV pg. 372, et *Paralip.* pg. 324; Gori *Lex. etr. et pelasg.* mss.; Lanzi II 751 = 659, 816 = 725; Müller *Die Etr.* I 50 sq.; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 32; Grotefend *Rud. l. u.* III 23, IV 8 sq., VIII 17; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 35; Aufr. et Kirch. I 83, 117, 120, II 134, 136). Tab. eugub. VIa 26, 27: DEI · GRABOVIE = DI · GRABOVIE h. e. *Die* sive *Iuppiter Grabovie*.

§ 2. *divum* (deum) h. e. *Δία*, *Iovem*, acc. sg. 2 decl. (Lanzi II 749 = 657, 751 = 659, 816 = 725; Aufr. et Kirch. I, 116). Tab. eugub. VIa 23: DEI · GRABOVI = VIa 24, 25: DEI · GRABOVE h. e. *Dium* vel *Iovem Grabovium*.

DEIA, *dia* vel *dea* (cf. rad. DEIV-), subst. f. Inscr. aesernina apud Mommsen n. 5006: VIVA · FECIT · SVELLIA · C · F | CONSANICA | SACERDOS · CERIALIS · | DEIA · LIBERA | H · M · H · N · S.

ꟼƎꟷK- (DEIC-), *deic-ere* (dicere), = DIC-, radix osca et latina (vide DEICANS = *dic-ant*, DEICO = *dic-o*, ꟼƎꟷKVM = DEICVM h. e. *dic-ere*) = umbr. DEI- vel -IƎ+ tei-, quae convenit cum scr. diś (ostendere) et gr. *δεικ-*. Cf. ƧIꓘИTƎ>ƎЯ degetasis = *dictarius* (dictator), ƧVIꓘИTƎ>ƎЯ degetasiús = *dictarii* (dictatores), ꟷVIꓘИTƎKƎЯ deketasiúí = *dictario* (dictatori).

DEICANS, *deicant* (dicant), praes. coniunct. 3 pers. pl., e rad. osco-lat. DEIC-, unde infinit. DEICVM *dicere* (Cf. Peter *Spr. und schr.* etc. s. 67; Aufr. et Kirch. II, 271; Ebel, Schweizer et Bugge in *Zeit. f. vergl. spr.* II 58, III 423, V 5 et 7; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 7, 49, 52 sq.). Tab. Bant. n. 2897 lin. 9: TANGINOM · DEICANS = *sententiam dicant* (Kirch. op. cit. s. 79, et Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 87). Alii aliter sentiunt. Mommsenio *Die unterit. dial.* s. 255 est *dixerunt*, Grotefendio *Rud. l. o.* pg. 12 et Huschkio *Die osch. und sab. spr.* s. 93 participium *dicens*. Guarinius *Tab. oppid. lexic.* pg. 141 (cf. *In comm. V exc.* pg. 30, et *Lex. osco-lat.* pg. 29) scripsit: « deicans participium crediderim prisci *τοῦ δεικειν*, unde

(1) *Consulibus suprascriptis* (p. Chr. 386).

δειχανω, *ostendo*; nostrum interim deicao videtur pro *immolo* ».

DEICIO, *deiicio*. Varro *De l. l.* VII, 44 pg. 137: « ea (*simulacra*) quotannis de ponte sublicio a sacerdotibus publice deici solent in Tiberim ». Cf. Festum pg. 334 ed. Mülleri, et Forcell. *lexic.* s. v. deiicio.

DEICO, *dico*, e rad. osca, umbra et rom. DEIC- = *dicere*, unde ex-deico et prae-deico, pro-deixerit. Haec antiquior forma crebro invenitur in rom. inscr., ex gr.

deico (dico). Grut. pg. 769, 9 (Orell. n. 4848): HOSPES · QVOD · DEICO · PAVLLVM · EST etc.

deixsistis (dixistis). Grut. 499, 12: VT · VOS · DEIXSISTIS · VOBEIS · NONTIATA · ESSE.

deixerunt (dixerunt). Lex *Thoria agr.* (App. n. LIX) cap. 42: LEGEM DEIXERVNT.

deicet (dicet). Lex *Servil. Repet.* (App. n. LX) cap. 6: QVEI INTER PEREGRINOS IOVS DEICET; et cap. 12: CAVSAM DEICET. Lex *Iulia Municip.* (apud Mazochium *Tab. Heracl.* pg. 304) cap. 1: QVEI · INTER · PEREGRINOS · IVS · DEICET. Lex *de Gallia Cisalp.* cap. 20: QVEI ROMAE INTER PEREGRINOS IVS DEICET, et IVS ITA DEICET.

deicito (dicito). Lex *Thoria agr.* (App. n. LIX) cap. 1: SENTENTIAM DEICITO.

deicunto (dicunto), Plebisc. *de Thermens.* (App. n. LXI): ITA · DE EA RE IOVS DEICVNTO.

deicerent (dicerent). S. C. *de Bacch.* (App. n. LVIII lin. 4: QVEI · SIBEI · DEICERENT.

deixserint (dixerint). Plebisc. *de Thermens.* (App. n. LXI): QVAM LEGEM PORTORIEIS TERRESTRIBVS MARITIMEISQVE TERMENSES MAIORES PHISIDAE CAPIVNDEIS INTRA SVOS FINEIS DEIXSERVNT etc.

deicere (dicere). Lex *Thoria agr.* (App. n. LIX) cap. 6: IVS DEICERE OPORTEBIT. Lex *Iulia Municip.* cap. 8: SENTENTEMTIAM (sententiam) · DEICERE · FERRE · LICETO.

deicundo (dicundo). Lex *Servil. Repet.* (App. n. LX) cap. 12: IVRE DEICVNDO; et inscr. casin. apud Mommsen n. 4239: IOVR · DEIC.

ꓤEꟻKVꟽ (DEICVM), *deicere* (dicere), infinit. praes. ex rad. osco-rom. DEIC- = dic-ere, quam vide (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12; Peter *Spr. und schr.* etc. s. 66; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 255; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, II 240 et 330 nt. 1; Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 188; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 49 sqq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 93; Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. V, 102 sq.). In lamella plumbea capuana n. 2749 lin. 6 legitur: ИΕΠ 8ИTꟻVꟽ · ИΕΠ · ꓤEꟻKVꟽ · ΠVTꟻИ[ꟽ]Ƨ (nep fatíum nep deíkum putians) = *neque fari neque dicere possint*; et lin. 8: ИΕΠ · ꓤEꟻKVꟽ ИΕΠ · 8ИTꟻVꟽ ΠVTꟻИꓤ (nep deíkum nep fatíum pútíad) = *neque dicere neque fari possit.* Quae verba luculentissime declarat alia inscriptio in lamella plumbea prope Romam inventa (*Bull. arch. nap.* nv. sr. I tav. XIII n. 1), cui initium: QVOMODO MORTVOS QVI · ISTIC | SIIΓVꓘTVS IIST · NIIC · ꓘOQVI | NIIC SIIRMONARII ΓOTIIST · SIIIC · | RHODINII AΓVD · M · ꓘICINIVM | IIAVSTVM · MORTVA SIT · NIIC | ꓘOQVI NIIC SIIRMONARII ΓOSIT etc. — Tabula bantina n. 2897, lin. 9 sq.: SIOM · DAT · EIZAISC · IDIC · TANGINEIS | DEICVM = *se de illis id sententiae dicere* (Kirchhoff op. cit. s. 79; Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 87). — De Guarinii interpretatione, qui deicum arcessit a δείκνυμι vel δεικνυω, sive a δίκη, vide *Tab. oppid. lexicon* pg. 141, *In Comm. V exc.* pg. 30 sq., et *Lex osco-lat.* pg. 29.

DEILIGO, *diligo*. Inscr. apud Grut. 769, 9 (Orell. n. 4848): SVOM · MAREITVM · CORDE · DEILEXIT · SOVO.

DEINDEM, *deinde*. Marini *Arval.* tav. XXV.

DEINCIPEM antiqui dicebant proxime quemque captum, principem primum captum. Haec Paulus ex Festo pg. 75.

DEITV, *deicito* (dicito), imperat. 3 pers. sg., antiquioribus literis V+IƎ+ (teitu), e rad. DEIC-, dic-ere (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 19; Grotefend *Rud. l. u.* II 34, IV 19 sq., VI 25 sqq.; Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 48; Aufr. et Kirch. I 54, 73, 83 sq., 142, II 126 sq., 261, 271 sq., 294; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 364). Pluries haec imperandi forma occurrit in eugubinis tabulis (VIb 56, 64, 65, VIIa 1, 20, 51); ex. c. tab. VIIa 20: ENNOM · PERSCLV · EESO · DEITV = *tum in sacrificio* (?) *haec dicito* (Aufr. et Kirch. II, 286), vel *inde in lustratione hoc dicito* (Grotefend op. cit. VI, 27); et tab. VIIa 51: ESTE · TRIOPER · DEITV = *ita ter dicito* (Aufr. et Kirch. II, 299), quod Grotefend vertit *ista ter dicito* (op. cit. VI, 29).

-ꟻꟻƎꓤ (DEIV-), radix osca et lat. ant. pro DIV- = scr. div (splendere). Vide osc. ꟻИꟻꟻƎꓤ deív-aí = *deiv-ae* (div-ae), DEIVAID, DEIVAST, DEIVATVD, DEIVATVNS, et rom. DEIVINVS, DEIVVS.

DEIVA, *diva* (DEIA = *dia*), unde DEIVINVS, e rad. DEIV- (div-), *splendere*. Inscr. romana apud Grut. 88, 14: DEIVAS | CORNISCAS | SACRVM.

ꟻИꟻꟻƎꓤ (deivaí), *deivae* (divae), pro *deiae* (diae), f. dat. sg. 1 decl., e rad. -ꟻꟻƎꓤ (DEIV-) = *splendere*. Tab. Agnonis n. 2875A 15 et B 18: ꟻИTƎИƎ> · ꟻИꟻꟻƎꓤ (deivaí genetaí) = *Divae Genetae* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 128; Aufrecht in *Zeit f. vergl. spr.* I, 88; Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 129; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 3 sq.). Cf. Mommsen op. cit. s. 254 (*Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 424 sg.), et Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 47 et 50.

DEIVAID, —*et* (iuret), 3 pers. sg. praes. coniunct.,

cuius thema deiva (cf. gr. θειάζω, *deos precor*), e rad. DEIV-, unde DEIVATVD et DEIVATVNS, Oscorum linguâ (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 44 sqq.; Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 188; Bugge in *Zeitschrift* cit. V 6, 9. Cf. Peter *Spr. und schr.* etc. s. 63 sq.; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254 sq.; Aufr. et Kirch. II 377). Tab. Bant. n. 2897 lin. 10 sq.: POD · PIS · DAT · EIZAC · EGMAD · MIN.... | DEIVAID · DOLVD · MALVD = *quo quis de illa re minus iuret dolo malo* (Kirchhoff op. cit s. 79; Lange *Die osk. inscr. der tab. Bant.* s. 87), quae vertit Mommsen op. cit. s. 146 *quod quis dat ea re minus attribuat dolo malo.* — Deivaid praet. ind. modi, = *caecedit, mactavit*, a themate θηίοω, *occido*, *perdo*, exposuit Guarinius (*In comm. V exc.* pg. 25, et *Lex. osco-lat.* pg. 30; cf. *Tab. oppid. lex.* pg. 141 et *Comm. V* pg. 124, 126), *diviserat* Franchinius in *Giorn. arcad.* LXXXIII, 308, *moretur* Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 65 et 94. Cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 10.

DEIVAST, *iurabit?*, fut. 3 pers. sg., cuius thema est deiva (vide voc. praec.), e rad. DEIV- (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 7, 46, 63; Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 188. Cf. Peter *Spr. und schr.* etc. s. 65; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254, Ebel in *Zeitschrift* cit. II 58, Aufr. et Kirch. II 377). Hanc vocem, quae legitur in tab. Bantina n. 2897 lin. 3, Guarinius explicavit *caeciderit*, *mactaverit*, a gr. θηίοω = *occido* derivatam (*In comm. V exc.* pg. 25, et *Lex. osco-lat.* pg. 30; cf. *Comm. V*, et *Tab. oppid. lex.* pg. 142), *dividat* Franchinius in *Giorn. arcad.* LXXXIII, 307. Cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 10. — Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 64 exponit *moratur*, et pg. 70 scribit: « *Eine nüchterne etymologie führt uns nun aber auch auf einen zusammenhang mit* dubius, dubare (*Paul. ex Festo* v. dubat) dubitare, δοιάζειν, δίζειν, *unserm zweifeln und dem plattdeutscher deif = wert!* (*über osk.* deiú = duo) *und es ist also* = moram facere, morari ».

DEIVATVD, —*to* (iurato), imperat. 3 pers. sg., cuius thema deiva est (vide DEIVAID), e rad. DEIV- (Peter *Spr. und schr.* etc. s. 62; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 7, 46, 53, 63 sqq.; Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 87; Aufrecht, Ebel et Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* I 188, II 58, V 83. Cf. Aufrecht et Kirchhoff II 377). Hoc verbum deivatud, quod legitur in tab. Bantina n. 2897 lin. 5, pro participio perf. pass. masc. abl. sg. (=*attributione*) retinuit Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254, et pro *morâ, morando* Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 396.

DEIVATVNS, quod legitur in tabula Bantina n. 2897 lin. 9, *iurati* exponunt Kirchhoff (*Das stadtr. von Bantia* s. 48, 50 sq., 79) et Lange (*Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 18 sq., 87). Mommsenio *Die unterit. dial.* s. 254 est indic. perf. 3 pers. pl. (= *attribuerunt*), Grotefendio *Rud. l. o.* pg. 10 participium, Husckio *Die osk. und sab. spr.* s. 93, 397 = *morati sunt.* Guarinius *Tab. oppid. lex.* pg. 42 participium pro *purificatore* accipi commode posse arbitratur (cf. *In comm. V exc.* pg. 31, et *Lex. osco-lat.* pg. 30). Circa hanc vocem, cuius thema deiva e rad. DEIV- (vide DEIVAID), conferendi sunt Peter *Spr. und schr.* etc. s. 67, Aufrecht, Ebel, Kirchhoff et Schweizer in *Zeit. f. vergl. spr.* I 188, II 58, III 132, 216.


DEIVINVS, *divinus*, adiect. a deivus = aeol. δῖος (θεός), quod e rad. DEIV- = scr. div (splendere). Cf. DEIA = *dia* et osc. ꟾΝƎꟾƎЯ (deívaí) = *divae.* Inscr. vestina (App. n. LXII) lin. 16 sq.: SEI · QVEI · AD · HVC · TEMPLVM · REM · DEIVINAM · FECERIT · IOVI · LIBERO · AV · IOVIS · GENIO · PELLEIS | CORIA · FANEI · SVNTO·

DEIVVS, *divus*, adiect. Inscr. aesernina apud Orell. n. 585 (Momms. n. 5014): GENIO · DEIVI · IVLI etc.

ꓘƎЯ (dek), *Decius*, praen. m. apud Oscos (cf. Я § 1, ƎЯ de et DECIVS). Inscr. pompeiana n. 2815: ƎЯT · ꓘƎЯ (dek tre) = *Decius Trebius* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 185 et 255, Fiorelli *Mon. epigr. pomp.* I 12 = XXXVJ, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 188).

DECE, *decem*, n. numer. = scr. dас́an, gr. δέκα (cf. umbr. DESENDVF = *duodecim*). In titulo samnit. apud Grut. 669, 8 (Mommsen n. 4892) legitur: DECE · ET · OCTO (vide DECEDOCTO); et in alio titulo mortuario apud Lupium pg. 28: ANNIS DECE ET SEPTE. Cf. voc. sq.

DIICIIBRIS (decebris) = *decembris*, quod et scribitur DECEMBRES (Maffei *Mus. ver.* 357, 6; 358, 6). In vasculo chr. (Lupi pg. 96 n. 37 = Garrucci in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I tav. XII n. 35) haec legitur inscriptio:



h. e. *Papiri a[n] d. eidus dece[m]bris.* Adde DIICBR apud Lupium pg. 92 n. 14 (*Bull. arch. nap.* nv. sr. I tav. XII n. 9). Cf. DICEMBER et DECE — De suffixo *-ber*, quod fortasse convenit cum scr. var (tempus), vide Boppii *Gloss. scr.* pg. 316.

DECEDOCTO, decemocto (*octodecim*, ital. *diecidotto*, *diciotto*), scr. astadas'an, a DECE = *decem* et *octo.* In titulo chr. apud Marin. *Inscr. alb.* pg. 193 n. 169: IRENE DEFVNCTA | EST ANNORVM DE|CEDOCTO ET MENSES | SEPTEM DECIMV | KAL MART.

DECESIT, *decessit.* In titulo christiano apud Murator. (*Catac. de Rome* pl. v, litt. I): DECESIT DIE MANVMES (decessit die manumessionis). Adde titulum chr. apud eundem 376, 3 (*Catac. de Rome* pl. LXXI n. 10).

DECESVS, *decessus* (mors). Decr. col. pisanae sec. apud Norisium *Cenotaph. pis.*: EIVS DECESVS NVNTIATVS ESSET.

ꟾVIꓘꓠTƎꓘƎЯ (deketasiúí), *dictario* (dictatori), dat. sg. 2 decl., cuius nominat. sg. ꓢIꓘꓠTƎꓘƎЯ (degetasis) =

dictarius h. e. *dictator* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 254; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 37; Bugge in *Zeit. f. vergl. spr.* V, 1). In cippo abell. n. 2783 lin. 5: ꟼVIꓘNTƎꓘƎꓤ · ꟼƎꓘꟼꓤƎꟽ (medikeí deketasiúí) = *magistratui dictario* (Mommsen op. cit. s. 119) h. e. *magistratui dictatori* (Huschke op. cit. s. 33). Cf. *Peter spr. und schr.* etc. s. 44, 69.

DECIANI, populi, incolae cuiusdam oppidi (Deciae vel Decium), in Apulia vel Calabria, quorum meminit Plinius III, XVI, 7.

DECIENS, *decies* (gr. δεκάκις), adv. Mar. Victor. pg. 2469 P. (vide QVOTIENS).

DECIMATRVS, dies festi Faliscorum, quod fierent post decimum diem iduum, teste Festo pg. 257 ed. Müller.

DECIMILLA, diminut. decimae, quod est cogn. rom. Pompeiana inscr. apud Mommsen n. 2350: ALLEIA · M · F · DECIMILLA · SACERDOS · PVBLICA · CERERIS · FACIVNDVM · CVRAVIT · VIRO · ET · FILIO.

DECIMINVS, ad *decimum* pertinens, quod est cognom. rom. Inscr. apud Marin. *Arval.* pg. 328: M VENVSENVS DECIMINVS. Item inscr. apud Baias reperta (Mommsen n. 3082: D · M | DECIMINE · ALVM|NE · QVE VIXIT AN|NIS XVI DIE II ELIA | FELICITAS DVLCISSIMAE | B · M · F ·

DECIMIVS, gentilitium samniticum (in lapidibus rom. Decimius et Decumius), a Decimus cogn. virile. — Numerium Decimium samnitem, « principem genere ac divitiis non Boviani, unde erat, sed toto Samnio », memorat Livius XXII, 24. Cf. DECMVS et DECVMVS.

DECIVS, praen. samnit. et rom., antiquissimis literis ꓘƎꓤ dek (cf. DECCIVS). Decium Magium campanum memorant Livius XXIII 7 et Paterculus II 16, Decium Iubellium capuanum Livius epit. XII, et XXVIII 28.

§ 2. Fuit etiam gentilitium samnit. et rom. De oratione Caesaris pro Decio Samnite loquitur Tacitus *Dial. de orat.* c. 21.

ꓘꓘƎꓤ (dekk). Vide ꟽꟼꓷꓤIƆꓘꓘƎꓤ (dekkviarím).

DECCIVS, cognomen virile (ΔΕΚΚΙΟϹ legitur in graecorom. lapide apud Osann pg. 339). Inscr. apud Gorium *Inscr. ant.* I, 12: Q · TRAIANVS · DECCIVS.

ꟽꟼꓷꓤIƆꓘꓘƎꓤ (dekkviarím), *—um*, seu *—em*, adiect. acc. sg. quod patet ex pompeiano lapide n. 2785 lin. 8 sq. De significatione huius vocis dissentiunt interpretes. Minervinius in *Atti dell' Acad. Ercol.* VII append. pg. 14, quem sequitur Fiorellius *Mon. epigr. pomp.* I 6 = xvij (vide ꓤVꓥꓤꟼꟽꓤ amvíanud), suspicatus est derivari posse a *devio*, et pro via a recto tramite aberrante, aliasque vias connectente, de quibus loquitur inscriptio, usurpatum fuisse. Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* II 17 exponit *decialem* adiect., a dekkvia pro dekvia, quod comparat cum umbr. ƧꓤIƆꓘƎꓕ tekvias, et suff. ari-s. Cf. Henzen in *Bull. dell' Inst. arch.* 1852 pg. 91, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 184. De Garruccii hariolatione vide *Atti dell' Acad. Ercol.* VII append. pg. 35, et *Bull. arch. nap.* nv. sr. I, 82. Quaranta *Di un' osca inscr.* pg. 40 sgg. legit dekk pro dekk[manam], quod explicat *decumanam* (vide ꓢꟼVIꟽꟽꓤꟽꓘƎꓤ dekmanniúís).

DEꓘꟼVNE, *—nae*, dat. sg. 1 decl., nomen cuiusdam deae apud Volscos. Tab. veliterna n. 2736 lin. 1: DEVE : DEꓘꟼVNE : ꓢTATOM : = *divae —lonae sacrum* vel *deae Monetae sacrum*, secundum Mommsen *Die unterit. dial.* s. 320 et 324. — Alii aliter interpretantur. Lanzio II 616 = 530 deve declune fortasse est *decima luna* seu *mensis decimus* (1); Guarinio *Comm.* I, 17 *deo Luno* vel *deae Lunae;* Grotefendio *Rud. l. u.* III 12 et V 18 *divae Declunae*, fortasse pro *Dictynnae Dianae*, quam esse Lunam putabant veteres, teste Paulo Diacono. Deve declune statom *Divo Decluno statum* exponit Huschkius *Die osk. und sab. spr.* s. 260, cui videtur declune derivari posse a *de* et *cluo* (gr. κλύζω) h. e. *purgo* (vide DELVENTINVS). Cf. Oriolium in *Album* XXIII, 151.

ꓢꟼVIꟽꟽꓤꟽꓘƎꓤ (dekmanniúís), *decimanis*, abl. plur. 2 decl. (decimanus vel decumanus, de quo vide Forcell. *Lexic.* s. v. decimanus), a dekm- pro decim-, unde DECMVS = *decimus* (Henzen in *Ann. dell' Inst. archeol.* XX = 1848 pg. 410; Mommsen in *Ann.* cit. pg. 426, et *Die unterit. dial.* s. 255; Aufr. et Kirch. II 160 nt. 1; Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* II 19 et III 296; Quaranta *Di un' iscr. osca* pg. 41; Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 129. Cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 25 sq.). In tabula Agnonis n. 2875 *A* lin. 23 legitur: TIꓤTꓢ · ꓢꟼVIꟽꟽꓤꟽꓘƎꓤ · ꟷꓳVꓭ (húrz dekmanniúís stait) = *Hortus in decumanis stat* (Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I 91, et Mommsen op. cit. s. 129).

DECMVS, *decumus* (*decimus*, scr. daśama), adiect. num. Inscr. apud Grut. 197, 1: CIPPVS · DECMVS · A · CIPPO | DECMO · AD · PRIMVM · PED | LXXXXVII. — Δεκμος = *Decimus* praen. est in lapidibus graecoromanis: ΔΕΚΜΟΣ ΑΥΦΙΔΙΟΣ ΣΠΟΡΙΟΥ (*Corp. inscr. gr.* n. 2416), ΔΕΚΜΟΣ | ΚΟΣΣΟΥΤΙΟΣ | ΠΟΛΛΙΟΥ | ΡΩΜΑΙΟΣ (*Corp. inscr. gr.* n. 363), ΔΕΚΜΟϹ ϹΕΡΟΥΙΛΙΟϹ (*Corp. inscr. gr.* n. 5821), ΠΟΠΛΙΕ ΣΗΙΕ ΔΕΚΜΟΥ (*Corp. inscr. gr.* n. 2322 *b* 90), ΔΕΚΜΟΣ | ΛΕΥΚΙΟΥ | ΜΕΛΙΤΕΥΣ | ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ (Osann pg. 339 n. CXXX). Cf. Grut. 847, 11, et Cavedonium in *Bull. dell' Inst. arch.* 1848 pg. 173 sg.

DECVMEDIVS, praen. sabinum, fortasse idem quod samniticum Decius et romanum Decimus. Inscr. peltuin. apud Mommsen n. 6077: C · TATTIO · DECVMEDI · FIL · VESTINO. *Io sono persuasissimo*, ait Mommsen in *Ann. dell' Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 107, *che il*

(1) Ipse Lanzius in indice (II 802 = 712) scripsit: Deve declune *par che sia il giorno del sacrificio. La seconda voce è forse da* δίχα bifariam e Luna (Μήνη), Luna dimidia *cioè* mensis dimidius; *in altri termini* plenilunium, *che anche da' Greci dicesi* διχομήνια.

pren. Decius degli Osci; Decimus dei Latini, e Decumedius dei Sabini sia lo stesso che abbia servito prima dappertutto per notare quel figliuolo che compiva il felice numero di dieci, siccome Quinto si disse dapprima quello che compiva il numero quinario. Vide ꓘƎЯ dek, DECMVS et DECIMVS.

DECVMVS et decuma, *decimus* et *decima*, adiect. ordin. (antiquiori orthographia DECMVS), in Cic. fragm. apud Maium *Class. auct.* II, 118. In tabella aenea apud Maffeium *Mus. ver.* 471: DECVMAM PARTEM; et in marmore apud Mommsen n. 3578: DECVMAM FECIT. — Adde inscr. pompeianam in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II tav. VIII n. 22, ubi legitur CЄΠΤΟΥΜΟΥ ΔΕΚΟΥΜΟΥ.

DECVLANI (?), populi in secunda regione Italiae, quorum meminit Plin III, XVI, 6. Alii legunt Aeculani.

DECVLTARVNT, *valde occultarunt.* Paul. pg. 75.

DECVRES, *Decuriones.* Paul. pg. 71 et 75.

DELICARE, *dedicare.* Paul. pg. 73: « Delicare ponebant pro *dedicare.* » Et pg. 70: « Delicata dicebant diis consecrata, quae nunc *dedicata.* Unde adhuc manet delicatus, quasi lusui dicatus ». Cf. Forcell. s. v. delico.

DELITISCO, *delitesco.* Cic. fragm. apud Maium *Class. auct.* II, 133 et 347.

DELMATIA, *Dalmatia,* regio Europae. Velius Longus *De orth.* pg. 2233 P.: « Placet, ut Delmatiam non *Dalmatiam* pronunciemus, quoniam a Delminio maxima civitate tractum nomen existimatur ». Inscr. apud Grut. 387, 4: P · CELSENIO · CONSTANTI · DEC · COL · DELMATIAE; et 574, 5: IN · DELMATIA. Adiect. Delmaticus pro *Dalmaticus* (Δαλματικὸς) legitur in numis Traiani (Eckhel *Doctr. num. vet.* VI, 445): METAL · DELM., et METALLI · VLPIANI · DELM. Inscr. apud Grut. 529, 8: M · AVREL · MACEDO · VET · NAT · DELM.; et 298, 3: L · CAECILIVS · L · F · Q · N · METELLVS · ANN · DCX.... DELMATIC · PRO · COS · DE · DELMATEIS. Adde Mur. 860, 7 = Mommsen n. 2794. Cf. Marini *Arvali* pg. 281, qui vidit DELMATIVS.

DELONGE, idem fere quod *longe* (ital. *da lunge*). Vulg. *Exod.* XX, 21, et *Deut.* XXIX, 22.

DELPHINVS. Vide PORTVS DELPHINI.

DELVENTINVS, deus Casiniensium, quem servavit, ut videtur, Tertull. *Apol.* 24: « Unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est — municipali consecratione censentur Casiniensium Deluentinus. » Cf. DEKVNE.

DELVS. Vide PVTEOLI.

DEMAGIS, *valde magis.* Lucil. apud Non. II, 229 = pg. 98: « Rex Cotus ille duos hos ventos, Austrum, atque Aquilonem, Novisse aiebat solos demagis istos Ex nimbo austellos nec nosse nec esse putare ». Gloss. apud Labb.: « Demagis, σφοδρῶς ». Adde Paul. pg. 71: « Demagis pro *minus* (?) antiqui dicebant ».

DEMARETIVM, nummi genus, apud Siculos. Hesychius *Lex.* I, 927: Δημαρέτιον· νόμισμα ἐν Σικελίᾳ, ὑπὸ Γέλωνος κοπὲν, ἐπιδούσης αὐτῷ Δημαρέτης τῆς γυναικὸς εἰς αὐτὸ τὸν κόσμον. Diodorus Sic. XI, XXVI, 3 enarrat Damareten, Gelonis uxorem, coronatam centum talentis a Carthaginiensibus legatis, qui pacem petebant, numisma petiisse Δαμαρέτιον (νόμισμα ἐξέκοψε τὸ κληθὲν ἀπ' ἐκείνης Δαμαρέτειον), quod Siciliotae vocarunt πεντεκοντάλιτρον, valore decem drachmarum atticarum. Cf. adnot. in Hesych. loc. cit.

DEMVS, *demum,* adv. Paul. pg. 70: « Demum, quod significat *post,* apud Livium demus legitur. »

DEN-, antiquioribus literis -ИƎꓕ (ten-), radix umbrica, = lat. *tend-ere.* Vide ENDENDV = *in-tend-ito* et rad. -ИƎꓕ (ten-).

DEXTRVS, *dexter.* Est cog. rom. Inscr. apud Donat. 293, 7: Sextus Veturius s. f. Pal. Dextrus.

DEOSVM, *deorsum,* adv., quod quidam legunt in Lucr. III 1029, VI 334 et alibi.

DEPOSETVS, *depositus,* particip., quod scribitur etiam DEPOSTVS. In titulo chr. apud Boldettum *Osservaz.* etc. pg. 404: DEPOSETVS S · V · XKL · IANVARIAS.

DEPOSSIO. Vide DEPOSSO, quod sequitur.

DEPOSSO et depossio, *depositio* (scribitur et barbariori orthographia DPOSIO). Epitaph. chr. apud Lupium pg. 173: DEPOSSO · EIVS · VI · KAL · | IANVAR · FLORENTINVS · | QVI · ODVIT · DOLENS · ANIMO · | FECIT · PAX · TECV. In alio epitaphio apud Fea *Framm. di fasti cons.* pg. 90 n. 13 (*Catac. de Rome* pl. XXXII n. 80 ter): DEPOSSIO IVNIANI PRI · IDVS APRILES MARCELLINO ET PROBINO CONSS.

DEPOSTVS, *depositus* (ital. *deposto*), partic. perf., idem quod rudi orthographia DEPOSETVS. Inscr. rom. apud Maffeium *Mus. ver.* 261, 8: DEPOSTVS ERACL|VS QVI BISE PLVS MIN|VS ANNVS LV. Legitur DP pro *deposita* in titulo apud Murat. 1287, 8, et 1304, 7: CRESTE QVE VIXIT | ANNIS III VI ET DP | X KAL IAN IN PC BNM.

DEQVRIER, *decuriis,* abl. pl. 1 decl., vetustioribus literis et orthographia ꙅƎIЯVꓘƎꓕ tekuries, in tab. eugub. IIIb 11 et 16 (Aufr. et Kirch. I 42, 55, 81, 83, 104, 106, 114, 163; Zeyss. *De subst. Umbr. decl.* § 27 et nt. 26): thema est dequria = *dec-uria* pro *dec-viria* h. e. *decem-viria* (cf. Aufr. et Kirch. I 58, II 336; Benary *Die röm. lautl.* s. 96; Pott *Etym. forsch.* II 493, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 259). — Umbr. dequrier Maffeius *Osserv. lett.* VI, 61 exponit *decurio,* Lanzius II 661 = 573, 709 = 617 *decurialibus* adiectivum (cf. DECVRES = *decuriones*), et Grotefend *decuriae* genit. sg. (*Rud. l. u.* III 10, IV 26, VII 10).

DERECTVS, *directus,* particip. a *dirigo,* in lapide apud Donium cl. II n. 36 (Orell. n. 3452).

DERIGO, *dirigo.* In lapide benevent. apud Mommsen n. 1623: ET NOSTRI VOLTVS DERIGIS INFERIEIS.

— Circa derego, quod valet *deorsum rego*, vide Forcell. *Lexic.* s. h. v.

DERCENNVS, Laurentum rex, cuius meminit Virg. *Aen.* XI, 850:

« Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum. »

Ubi Servius: « Quidam de Sterce, rege Aborigenum, hoc nomen factum putant ». — Dercina est nomen muliebre. Inscr. in vase mortuario denuo edita a Garruccio in *Bull. arch. nap.* nv. sr. an. I tav. XII n. 12 (Lupi pg. 94 n. 26; Murat. 1789, 26): DERCINA · IVANALARIA | IDIBVS NOVEMBR.

DERS- vel DIRS-, antiquiori orthographia -ꟼƎ+ ter̦, forma reduplicativa radicis umbr. DA- = rom. *da-re*, in verbis DERSA vel DIRSA (ᗅꟼƎ+ ter̦a) = *det*, DIRSANS = *dent*, DIRSTV vel DITV (V+ꟼƎ+ ter̦tu, V+Ǝ+ tetu, V+I+ titu) = *dato*, DIRSVST (+ƧVꟼƎ+ ter̦ust) vel DIRSAS = *dederit*, et in compositis ANDERSAFVST vel ANDIRSAFVST. Cf. rad. umbr. DIC-.

DERSA, *det*, praes. coniunct. 3 pers. sg., quod etiam scribitur DIRSA et antiquissimâ orthographiâ ᗅꟼƎ+ ter̦a, e rad. redupl. DERS- seu DIRS- = -ꟼƎ+ ter̦ pro ded-, cum scr. dadâmi, gr. δίδωμι et lat. *dido* comparata (Aufr. et Kirch. I 43, 82 sq., 141, II 198, 288). Tab. eugub. VIIa 43: PVSE · ERVS · DERSA = *ut* — *det*; et tab. VII a 43 sq. et 44: ERVS · DERSA = — *det* (Aufr. et Kirch. II 289). — Alii aliter interpretati sunt. Passerio *Lett. Ronc.* n. XVI pg. 275 est « *nome d'officio* », Lanzio II 817 = 726 nomen proprium m., et Grotefend *Rud. l. u.* II 31, V 26, VI 28 participium, quod praesentis *dicas* vel *dicat* vicem obtinet. Cf. ANDERSAFVST = *circum-dederit*.

DERSAFVST, *dederit*. Vide ANDERSAFVST = *circum-dederit*.

DERSECOR, —*i*, nominat. pl. 2 decl. in tab. eugub. VIa 26, 36, 46, et tab. VIb 29; super quod variae sunt interpretum opiniones. Lanzius I 313 = 242, et II 817 = 726 explicat *desecti* a *deseco desecum* pro *desectum*, Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 41 sqq. et Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 123 *dissecti*, Grotefend *Rud. l. u.* IV 15, VI 25 *deditícii* e rad. DERS-, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 122 *siccati*, quod comparat cum τέρσομαι h. e. *sicco*. Audiantur Aufr. et Kirch. II 147 (cf. I 119, II 51, 146): *Dersecor dagegen scheint vielmehr der form nach zu schliessen ein mit suffix* co *gebildetes adjektivum zu sein, welches dann als attribut zu dem anerkannten substantivo* arsmor *zu ziehen wäre. Wer aber die* arsmor *seien, ergiebt weder der zusammenhang, noch lässt sich dies auf etymologischem wege ausmachen, da die geltung des* rs *nicht ermittelt werden kann, und auch von* dersecor *dürfte nur so viel feststehen, dass es mit den verbalformen* dersicust, -urent *VI b* 62, 63 *gar nichts zu thun hat.* — Cf. Peter *Spr. und schr.* etc. s. 509.

DERSICVRENT, *dixerint*, futur. exact. 3 pers. pl., pro dedicurent, e forma redupl. DERS-, cuius radix est DIK- = scr. diś (Aufr. et Kirch. I 33, 44, 73, 84, 107 nt. 3, 145 sq.; cf. Müller *Die Etr.* I 55, et Peter *Spr. und schr.* s. 509). Tab. eugub. VI b 62: APE · ESTE · DERSICVRENT = *postquam ita dixerint*. Haec reddit Grotefend (*Rud. l. u.* VI, 27) *quum ista supplicarint*; qui verbum *dersico* non a *seco* compositum (ut Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 42), sed ab adiectivo illo, cuius pluralis *dersecor* in precibus legitur, derivatum esse atque *submissa voce precari* s. *supplicare* vertendum intelligit (op. cit. VI, 25). Vide DERSICVST = *dixerit*, quod sequitur.

DERSICVST, *dixerit*, fut. exact. 3 pers. sg., pro dedicust, e syllaba reduplicata DERS-, sicuti DERSICVRENT = *dixerint* (Aufr. et Kirch. I 33, 73, 82, 84, 145 sq., II 261; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 37, 96. Cf. Müller *Die Etr.* I, 55, et Peter *Spr. und schr.* s. 509). Tab. eugub. VIb 63: APE ESTE · DERSICVST = *postquam ita dixerit* (Aufr. et Kirch. II, 276), quae Grotefend *Rud. l. u.* VI 27 reddit *quum ista supplicaveris*. Lassenio *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 42 est *disecaverit*.

DERSVA, —*am* (dextram?), adiect. acc. sg. 1 decl., pro dersvam, et antiquioribus literis ᴍᗅƆƧƎ+ tesvam = DESVA (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21; Aufr. et Kirch. I 83, 98, 110, II 26 sq.). Tab. eugub. VI a 2: ASERIAIA · PARFA · DERSVA · CVRNACO · DERSVA = *observem parram —am, cornicem —am*; et in tabula VIa 4, 15, 17 denuo legitur: PARFA · DERSVA · CVRNACO · DERSVA *parram —am, cornicem —am* (Aufr. et Kirch. II 51), quod germanice *parrä vom morgen* et *krähen vom morgen* reddit Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 343. Opinio Grotefendii est (*Rud. l. u.* V, 21 sq.), quod parfa dersva et curnaco dersva, quibus opponuntur peico mersto et peica mersta (*picum —um, picam —am*), vertenda sint *parrâ dextra* et *cornice dextra*, allatis Plauti illis versibus *Asin.* II, I, 11 sq. (cf. Prudent. in Symmach. II, 570 sqq.): « Impetritum, inauguratum 'st: quovis admittunt aves. picus, cornix est ab laeva; corvus porro (parra?) ab dextera ». Supra quidem, scribit Grotefend loc. cit., dextram manum apud Umbros *destram* (vide DESTRAME et DESTRE), non *dersvam* s. *desvam* (*taishwo* apud Ulfilam), sinistram *nertram*, non *merstam*, appellatam vidimus; sed Umbri inter *dersvom* et *destrom*, interque *merstom* et *nertrom* sic distinxisse videntur, ut Graeci antiqui inter δεξιὸν atque δεξιτερὸν, interque λαιὸν s. σκαιὸν atque ἀριστερὸν, quum apud Homerum *Od.* XXIV 311 sq. οἱ ἐσθλοὶ ὄρνιθες non δεξιτεροὶ, sed δεξιοὶ vocentur, cf. *Il.* XXIV 294, 312, 320, *Od.* XV 160, 164, 525, 531. — Cf. Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 280.

DERTIER, *dicatis?*, partic. perf. pass. abl. pl. 2 decl., pro derties exaratum (in tabula apud Falerios inventa n. 2440), si Grotefendii interpretationem sequimur (*Rud. l. u.* IV, 13), conferendum cum rad. umbr. DERS-, unde DERSA = *det* (cf. Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 s. 324, cui der-tier = *dederunt*). Contra Bourguetium, qui explicavit *dedit*, scripsit Lanzius II 542 nt. 3 = 463 nt. 4: *Da* δεύτερος *dedusse anche il Maffei* [*Osserv. lett.* VI 53] *questa voce popolarmente accorciata in* δέτρος (*e per metatesi volta in* δέρτος) *e spiegò* secernendus. *Se è verbo, può dedursi da* δευτερόω itero.

DERTONA, Δέρθων (Strab. codd. V, I, 11 Δέθων; Δερτῶνα Ptol. III, 1), clarum oppidum Liguriae (πόλις ἀξιόλογος, Strab. l. c.) et Romanorum colonia (Plin. III, VII, 3; Vell. Paterc. I, 15): progressu aetatis *Terdona*, nunc *Tortona* appellatum (cf. Antonini *itin.* pg. 289). Cf. D. Brut. apud Cic. *Epist. fam.* XI, 10 = n. 813. Inscr. apud Grut. 487, 7 (Orell. n. 74): EX ITAL · IVL · DERTONA. Incolae dicti sunt Dertonenses apud Cassiod. *Var.* X, 27, et XII, 27. Steph. Byz.: Δερτὼν, πόλις Λιγυρῶν. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομαῖ τῶν ιά· τὴν καλουμένην Δερτῶνα πόλιν· τὸ ἐθνικὸν Δερτώνιος.

DERVNCIVNT, *depurgant.* Paul. ex Festo pg. 69. Alii aliter legunt. Cf. Forcell. s. v. *dirunciunt.*

DERVNT, *deerunt.* Inscr. apud Marini *Inscr. alb.* pg. 139: FRVCTV'S · VITAE · TVAE NON DE'RVN[T MI]HI.

DES, *bes*, octo unc., h. e. as, dempto triente. Varro *De l. l.* V, 172 pg. 67: « bes, ut olim des, dempto triente ». Cf. Forcell. s. v. *des* et *bes*.

DESEN, *decem* (ital. *dieci*, ant. *diece*, cf. DECE), nom. numer. Umbrorum linguâ, = scr. daśan, gr. δέκα, slav. *desja-ti*, german. *zehn*. Occurrit in composito DESENDVF = *duodecim*, quod sequitur. Cf. etr. ƎИƧƎ+ tesne, et Stickel *Das Etruskische* s. 30.

DESENDVF, *decem-duo, duodecim* (vide DVODECEM), nom. numer. acc. pl. m. (scr. dvâdaśan, gr. δώδεκα), compositum ex DESEN pro desem = *decem* et DVF = *duo* (cf. umbr. ƧƎꓘAИƎƧƎ+ tesenakes = TESENOCIR et etr. ƎИƧƎ+ tesne). Tab. eugub. VII b 1 sq.: FRATROM | ATIERSIO · DESENDVF = *fratrum Attidiorum duodecim* (Lanzi II 765 = 673, Grotefend *Rud. l. u.* VI 29 sq., Aufr. et Kirch. II 308). Cf. V. Campanari in *Giorn. arcad.* XXX, 326; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 22 et 53; Aufr. et Kirch. I, 40 sq., 44, 58, 72, 83, 96, 131, II 304; Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* II, 20; Orioli in *Album* XXIII, 151.

DESCRIBTVS, *descriptus*, particip. Cic. frag. apud Maium *Cl. auct.* II, 185.

DESPEXE, *despexisse.* Plaut. *Mil.* II, VI, 72 sq.: « Et me despexe ad te per impluvium tuum Fateor. »

DESTRA. Vide voc. sq.

DESTRAME, *in dextram*, locat. sg. 1 decl. (vide DESTRV = *dextero*), ab adiect. *dexter* (Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 11; Aufr. et Kirch. I, 112 sq., II 108, 190, 243; Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 120; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 90. Cf. Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 39). Tab. eugub. VIb 49: DESTRA · MESCAPLA (lege destrame scapla) = *in dextram scapulam* (Aufr. et Kirch. II 275), quod *dextro latere* s. *dextra parte* reddit Grotefend *Rud. l. u.* VI 23 sq. — Lanzio I 305 = 235 destrame = *dexterâ*. Cf. Passeri *Lett. Ronc.* n. XV, pg. 243 sg.

DESTRE, *dexterâ*, adiect. abl. (?) sg. 1 decl. (vide DESTRV = *dextro*), antiquioribus literis ƎЯ+ƧƎ+ testre (Lanzi I 269 = 208, II 759 = 667; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 35; Grotefend *Rud. l. u.* VI 16 sq., VIII 32). Tab. eugub. VIb 4: DIFVE · DESTRE = *—a dextra;* et tab. VI b 50: DESTRE · ONSE = *dextra ansa* (Aufr. et Kirch. I 189 sq., II 209, 275).

DESTRICTIVS, *districtius*, adv. in Cic. frag. apud Maium *Class. auct.* II, 144.

DESTRV, *dextro* (dextero), adiect. masc. vel neutr. abl. sg. 2 decl. (cf. DESTRAME = *in dextram* et DESTRE = *dexterâ*), antiquioribus literis VЯ+ƧƎ+ tes-tru = gr. δεξι-τερός et scr. dacs-ina vel dacsa e rad. decs (Aufr. et Kirch. I 40, 42, 67, 74, 81, 83, 95, 118, 154, II 190, 215 sq., 218 sq., 224, 226; Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* III 252). In eugub. tab. legitur DESTRVCO = VꓘVЯ+ƧƎ+ testru-ku pro destru-com vel testru-kum h. e. *dextro cum* (cum dextro) vel *ad dextram*, quod pro simplici destru scil. mani = *manu* adverbialiter sumit Grotefend *Rud. l. u.* II 12, V 16, VI 21, VIII 32. Tab. eugub. VI b 24 et 38: DESTRVCO · PERSI = *cum* (?) *dextro —e* (Aufr. et Kirch. II 230), sive *dextero pede* (Lanzi II 817 = 726) vel *dextro cum pede* (Knötel in *Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 120).

DESVA, *—am* (dexteram?), adiect. acc. sg. 1 decl., meliori orthographia DERSVA pro dersvam, quod vide (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21; Aufr. et Kirch. I 98, II 248 sq.). Tab. eugub. VIb 51: PARFA · DESVA = *parram —am* (Aufr. et Kirch. II 275), quod Grotefend *Rud. l. u.* VI 23 reddit *parra dextra*. Tab. eugub. VIb 52: PREPA · DESVA · COMBIFIANSI = *priusquam —am conspiciat*; et APE · DESVA · COMBIFIANSIVST = *postquam —am conspexerit* (Aufr. et Kirch. loc. cit.). Cf. Grotefend op. cit. VI 24, VIII 21.

DETERIAE porcae, id est *macilentae*. Paul. pg. 73.

DETERRVMVM, *deterrimum*, adiect. superlat. apud Cic. *De republ.* II, 26 (edente Maio).

DETOLERIT = *detulerit*. Lex Serv. *de Repet.* (App. n. LX) cap. 8 e 23.

DETVDES = *detunsos*, *denudatos*, ab obsoleto tudo pro *tundo*. Paul. ex Festo pg. 73: « Detudes esse *detunsos*, *denudatos* »; ubi Müller: « Glossar. Labb.: *detudes*, μιανθέντες, quod μειωθέντες fuisse coni. Vulcanius ».

DEV-, rad. volsca (vide DEVE), umbrica (vide DEVEIA) et lat. (vide DEANA), pro DEIV- vel DIV-.

DEVE, *divae* (deae) = osc. ꟷꟷꟷ deivaí, dat. sg. 1 decl., e rad. DEV- pro DIV- vel DEIV- (cf. DEANA = *Diana*, et umbr. DEVEIA), in tab. veliterna n. 2736 lin. 1, ubi legitur DEVE : DECLVNE : STATOM, quod Mommsen *Die unterit. dial.* s. 323 sq. (cf. *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 415) reddit *Deae —lonae* (Monetae) *sacrum*, et Grotefend *Rud. l. u.* III 12, IV 18 *divae Declunae sacrum*. Cf. Corssen in *Zeit. f. vergl. spr.* III, 260. Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 261 deve = *divo*. Lanzius II 803 = 712: « deve *può esser dee o die con la interposizione di una lettera* (vide DECLVNE). »

DEVEIA, *ad —am*, adiect. locat. sg. 1 decl. (Aufr. et Kirch. I 83, 94, 111, II 73 sq, 91 sq.). Tab. eugub. VIa 9: ASAME · DEVEIA = *ad aram —am* (Aufr. et Kirch. II, 84); quod Grotefendio *Rud. l. u.* VI 6 et 10 est ἀρᾷ *divia*, h. e. *dia*, *divina* s. ominis acceptione *divia* seu *divina*, nominat. sg.

§ 2. Est etiam abl. sg. in tab. eugub. VIa 10, ubi legitur: ASA · DEVEIA = *ab ara —a* (Aufr. et Kirch. I 113, II 83), quod Grotefendio *Rud. l. u.* IV 24 et VI 6, quem sequitur Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 18, est *ara divia* seu *divina*, nominat. sg.

DEVERRA, deus apud antiquos, teste Varrone apud August. *De civ. Dei* VI, 9, cuius verba sunt: « tamen mulieri fetae post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Silvanus deus per noctem ingrediatur et vexet; eorumque custodum significandorum caussâ tres homines noctu circumire limina domus, et primo limen securi ferire, postea *pilo*, tertio *deverrere* scopis, ut his datis culturae signis, deus Silvanus prohibeatur intrare; quod neque arbores caeduntur ac potantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine scopis; ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos; Intercidonam a securis *intercisione*, Pilumnum a *pilo*, Deverram a scopis, etc. »

DEVERSVS, *deorsus versum*, apud veteres, teste Paulo pg. 71.

DEVITVM, *debitum*. Inscr. apud Grut. 439, 6.

DEVOLSVS, *devulsus*, a devello. Fronto *ad Verum imp.* ep. I (ed. Maio): « a sedilibus equitum pluma, quasi anseribus, devolsa ».

DEVORSORIVM, *deversorium*, subst. n. Cic. fragm. apud Maium *Class. auct.* II, 107.

DEVORSORIVS, deversorius (divorsorius), adiect. Plaut. *Truc.* III, II, 29: « In tabernam ducor devorsoriam. »

DEVORTO, *deverto*, antiquo scribendi more. Plaut. *Pseud.* II, II, 63: « Ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam; » *Stic.* III, I, 29: « Deos salutatum atque uxorem modo intro devortor domum; » *Most.* IV, II, 49: « Vide, sis, ne forte ad merendam quopiam devorteris »; *Mil.* II, I, 56: « Nam et veniet, et is in proxumo heic devortitur Apud suum paternum hospitem, lepidum senem »; *Poen.* III, III, 60: « Ut devortatur ad me in hospitium optumum; » *Mil.* II, IV, 32: (cf. III, I, 144): « Hi ambo hospitio huc in proxumum mihi devorti sunt visi »; *Pseud.* IV, II, 6: « In id angiportum me devorti iusserat; » *Mil.* II, II, 86: « Apud te eos heic devortier etc. » Vide VORTO = *verto*, et cf. Forcell. *Lexic.* s. v. deverto.

DI, *die* vel *dive* (deus) h. e. Δι, *Iuppiter*, voc. sg. 2 decl., quod aliquando scribitur DEI, e rad. DEIV- (DIV-) = scr. div-, *splendere* (Gori *Lex. etr. et pelasg.* mss.; Passeri *Lett. Ronc.* n. XIV pg. 379; Lanzi II 751 sqq. = 659 sgg.; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 50 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* III 23, VIII 17; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 35; Aufr. et Kirch. I 26, 83, 116, 120, II 136). Tab. eugub. VIa 25, 28, 29 bis, 31, 31 sq., 33, 34, 35 sq., 38 bis, 39, 40 sq., 41, 43, 44, 45, 45 sq., 47, 48, 49, 50 sq., 51, 53, 54, 55: DI · GRABOVIE, et tab. VIa 37, 48: DI · CRABOVIE = *Die Grabovie* (Aufr. et Kirch. II, 143, 155 etc.), quod modo Δι *Grabovie*, modo Δια *Graboviom* h. e. *Iovem Grabovium* vertit Lanzius II 749 sgg. = 657 sgg., 816 = 725, qui adnotat: *Di non da* deus *nè da* dive, *essendo denominazione solo di Giove; ma da* Δὶς, *οὗ γενικὴ* Διός, Eustath. pg. 1387.

DI, *dii*, nominat. pl., in lapidibus romanis; unde DIS vel DIS = *diis* (DIS PENAT SACRVM, apud Mommsen n. 4225), quod et scribitur DIIBVS (Grut. 2, 9) et DIBVS (Grut. 24, 6; 46, 9; 98, 5; 618, 3).

DIA, vox umbrica obscurae significationis, quae legitur in tab. eugub. VIa 20 (cf. Aufr. et Kirch. II 112 sq.). Lanzio II 747 = 655 est διὰ vel κατὰ, Grotefendio *Rud. l. u.* VI 15 = lat. *sacra*. Ebel in *Zeit. f. vergl. spr.* V, 403: « dia fortasse = *dicat*. »

DIA, *dea* (gr. θεῖα, θέα). Inscr. rom. apud Guascum *Mus. capit.* I, 71 n. 38 (Grut. 86, 4; Orell. n. 1948): P · ACILIVS · FELIX | DODIASVR[I]AE · CVM SVIS. In lapidibus saepe DEA · DIA, h. e. *Ceres*, memoratur (Orell. n. 961, 1499, 1798, 2265, 2270, 5054). Cf. Marini *Arval.* pg. 10.

ΔΙΑΒΑΤΗ, insula prope Sardiniam. Ptol. III, 3: *Διαβατὴ νῆσος*.

DIABATHRA, gr. διάβατρον (ital. ciabatta), a διαβαίνω *gradior*. Paul. pg. 74: « Diabathra, genus solearum graecanicarum ». Naevius apud Varr. *De l. l.* VII, 53 pg. 141: « Diabathra in pedibus habebat, amictus epicroco ». Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

DIAES, *dies*, acc. pl. 5 decl. In titulo apud Grut. 772, 7: VIXIT · ANN · XXVIIII · MEN · XI · DIAES · VII. Item inscr. apud Fabr. cap. VIII n. XLII pg. 566:

BENEMCPCNTI IN PACE
VIT XX MCSIS VI DIAEC XVIII
FELIX FCCIT HORIAE QVAE ANNOS

h. e. *Felix fecit Horiae quae annos vixit XX menses VI dies XVIII benemerenti in pace.* — Ita DIAEBVS pro *diebus.* Inscr. apud Grut. 686, 1: HAELIA RODIAS · Q · V · ANN · DVOBVS · M · VIIII· DIAEBVS · XIIII. *Catac. de Rome* pl. VII n. 11: DIAE SABATV; et pl. XV n. 14 bis: SATVRNINA BENEMER | BIXIT ANNV MESES · VI · | DECESSIT DIAE XV KA[lendas]. Occurrit etiam DIB pro *diebus*; ex gr. in titulo apud Grut. 348, 7: QVI · VIXIT · ANNIS · XLII · M · VI · DIB · XXI. Vide DIER.

DIALIS, gr. δῖος, adiect. ad Iovem pertinens. Varro *De l. l.* V, 84 pg. 33: « quom Dialis a Iove sit, Diovis enim ». Hinc flamen dialis h. e. sacerdos Iovis (Varro op. cit. VI, 16 pg. 79, Paul. pg. 10 et 74). Vide Forcell. s. h. v.

DIANA. Vide DEANA.

DIANENSIS, adiect. ad Dianam pertinens; et ita est appellatus unus ex septem vicis urbis Arimini in titulo apud Grut. 1094, 2 (Orell. n. 80), ubi legitur VICANI VICI DIANENSIS. Cf. Aloys. Nardi in *Giorn. arcad.* XXIII, 351 sgg. Item Dianenes sunt incolae oppidi Dianae in Numidia, et urbis, quae Dianium appellatur in Hispania Tarraconensi.

§ 2. Dianensis via Capuae memoratur in inscr. apud Mommsen n. 3633, quae haec est: G · LART · .....| GABINIO · P · F | PAL · FORTVITO | DICTATORI · LAN | II · VIR · CAPVAE | QVOD · VIAM · DIAN | A · PORTA · VOLTVRN | AD · VICVM · VSQVE · SVA | PEC · SILICE · STRAVER | OB · MVNIFIC · EIVS | D · D ·

§ 3. De quodam collegio dianensi (in urbe Nepete) fit mentio in hoc titulo apud Grut. 262, 2 (Orell. n. 879): L · AVRELIO COMMODO VICTORI | IVVENES NEPESINI DIANENSES | AERE CONLATO | L · D · D · D ·

DIANIVM, gr. Ἄρτεμις, parva insula maris Tyrrheni contra Cosanum litus (Plin. III, XII, 2). Hodie dicitur *Giannutri* (Repetti *Diz. geogr. della Tosc.* II, 592 sg.).

ΔΙΑΣΥΚΑΣΑΙ, διασκεδάσαι (dispergere, dissipare), apud Tarentinos (Hesych. *Lex.* I, 969); fortasse διασηκάσαι, a σηκὸς (stabulum).

DIBATVO, *hinc inde batuo* (cf. ital. *dibattere*), in *Not. Tiron.* pg. 113 (« dibatuit »).

DIBIONENSIS, *Divionensis*, adiect. ad Divionem pertinens, Galliae Lugudunensis urbem, nunc *Dijon.* Inscr. apud Orell. n. 4083: PATRONO OPTIMO ARAM POSVERVNT FABRI FERRARI DIBIONENSES CLIENTES.

DIBITO = *debeto*, imperat. 3 pers. sg. Tab. Heracl. cap. 2. lin. 43 (apud Mazochium pg. 325): DA[RE] DIBITO = *dare debeto.*

DIBVS = *diis.* Vide DI h. e. *dii.*

DIGENTIA, fluvius vel potius rivus, in Sabinis, Horatii villam praeterfluens (Horat. *Epist.* I, XVIII, 104). Hodie est *Rivo del Sole Leandro.*

DIGNILLA, diminut. *dignae.* Est cognomen muliebre. Inscr. apud Grut. 1179, 14: CANDIDA · SIVE · MARTINIA · DIGNILLA.

DIGNORANT, *signa imponunt*, ut fieri solet in pecoribus. Ita Paulus ex Festo pg. 72; ubi Müller: dignorant, a *gnorus* i. q. γνώριμος. Adde Gloss. apud Labb.: « dignorat, ἀπαπτύσσω »; et « dicorat [*dicnorat*, *dignorat*], διαγινώσκει ».

DIDEST, *dedet* (dabit), fut. 3 pers. sg., e reduplicata forma deda-, quam genuit rad. DA-, *da-re* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 255; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 144, II 198; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 47; Bugge in *Zeit. f. vergl. spr.* V, 8). Tab. Bant. n. 2897 lin. 16: PRVTER · PAM · MEDICAT · INOM · DIDEST = *praeter quam magistratus ..... dabit* (Mommsen op. cit. s. 146; Kirchhoff op. cit. s. 71 sq. et 79; Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 87). Muellero *Die Etr.* I 37, cui subscribunt Grotefend *Rud. l. u.* pg. 17 et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 102, didest = *dederit.* Guarinius *Lex. osco-lat.* pg. 30 (cf. *Comm.* V, 125; *In comm. V exc.* pg. 35; et *Tab. oppid. Lex.* pg. 142): « didest, abs imperativo *dido*, unde *divido*, digammate aeolico interposito cum *i* ». Cf. Ebel in *Zeit. f. vergl. spr.* II, 58.

ΔΙΔΥΜΗ, insula prope Siciliam. Ptol. III, 4: Διδύμαι νῆσος.

ΔΙΕΔΟΡΚΑ, πόπανον (placentula rotunda, lata et tenuis), apud Syracusanos. Hesych. *Lex.* I, 979: Δεδόρκα (sic), πόπανον, παρὰ Συρακουσίοις, τετριμμένον δι' οὗ ἐστὶ διαβαβλέψαι.

DIENS, *dies*, *n* inserto, in titulo helvetico apud Mommsen *Inscr. confoed. Helv.* n. 279.

DIER, dieris (et dies, dii), *dies*, *diei*, antiquiori orthographia apud veteres, ut coniecit Lanzius I 319 = 247 nt. 5, II 542 = 463 nt. 5. DIERO pro *dierum* saepe vidit Lupius (*Dissertatio* etc. pg. 125 et 188) in saxis, e coemeteriorum monumentis (Boldetti *Osservaz. sopra i cimiterii* pg. 428 n. 13). In epitaphio Severae martyris legitur ΔЄ[ΟΥ]ΡѠΝ = *dierum*, quod barbari manu scribebatur etiam DIORVM (Boldetti op. cit. pg. 429 n. 3; *Catac. de Rome* pl. XLI n. 10 pg. 166). Cf. DIAES (graeco-rom. orthographiâ ΔΙΗC, διης), DIIS et DIENS.

DIERIR, quod legitur in tab. faleriensi n. 2440, vox est umbro-etrusca obscurissima. Lanzio II 542 = 463 tamen est *dies* acc. pl., siculi apud Latinos veteres dier = *dies* nominat. sg. Alii aliter sentiunt. Maffeius *Osserv. lett.* VI, 55 vertit *diis*, Grotefend *Rud. l. u.* IV, 13 *Diris*, et Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 pg. 374 *ratis* (gr. διερός, *ratus*, *validus*).

DIESPITER, *diei pater* (Iuppiter), = scr. divaspitâ, quem Osci Lucetium dixere (vide LVCETIVS). Varro *De l. l.* V, 66 pg. 26 (cf. VII 75 et 77 pg. 222): « Hoc idem magis ostendit antiquius Iovis no-

men; nam olim Diovis et Diespiter dictus, id est *Dies pater* ». Macrob. *Sat.* I, 15: « Romani Diespitrem appellant ut *Diei patrem* ». Cf. A. Gellium V, 12, ubi legitur Diespater. — Apud Lactan. I, 14 Diespiter sive Dispiter h. e. *Dis pater* idem est ac Pluto. — In genetivo apud vetustissimos, teste Prisc. pg. 229 = 695 P., invenitur Diespiteris pro *Diespitris*. Cf. Schneider *Gram. der latein. spr.* I, 125.

ΔIFANOFAϟ (διϜανοϜας), inscr. messap. n. 3003.

DIFFICVL, *difficilis*, adiect. Varro apud Non. II, 331 = pg. 111: « Quod utrum sit magnum an parvum, facul an difficul ».

DIFIDENS, *diffidens*, partic. Inscr. apud Marinium *Inscr. alb.* pg. 136: ..... DIFIDE'NS · FE'CVNDITATI · TVAE.

DIFVE, vox obscura, quae legitur in tab. eugub. VIa 4, forte abl. sg. (cf. Aufr. et Kirch. II, 190). Lanzio II 733 = 641, quem sequitur Grotefend *Rud. l. u.* VI, 16 sq., est διφυὴς s. *duplicis naturae*, quod de *mandragora* dicunt Graeci (cf. Colum. X, vs. 20).

ΔIΘEHAIHI, in lapide messap. n. 2983.

DIIES, *dies.* Inscr. pompeiana (Garrucci in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II 82, tav. VIII n. 1): « Ivenilla | nata | diie satu | ora secu | VIII non au ». Pro dies legitur et DIIS in titulis chr. (*Catac. de Rome* pl. LI n. 33 pg. 170; *Revue archéol.* XIII, 155, 161), DII pro *die* (*Catac. de Rome* pl. XXVI n. 55 pg. 156), DIEBS pro *diebus* apud Lupium pg. 162.

DIIOVIS, lat. ant. Diovis (ital. *Giove*; vide DIOVE = osc. ꟻƎƆVIꓤ diúveí h. e. *Iovi*), idem quod Iuppiter vel Diespiter. Diiovis dictus est, quasi *Deus Iovis*, vel a *dies* et *iuvo*. Gellius V, 12: « Iccircoque simili nomine Diiovis dictus est, et Lucetius; quod nos die et luce quasi vita ipsa afficeret et iuvaret ». Varro *De l. l.* V, 66 pg. 26: « Aelius Dium Fidium dicebat Diovis filium etc. ».

DIIS. Vide DIIES = *dies.*

DIC-, radix osca, = REꟻK- (DEIC-). Vide ꟻƎꓘꟻꓤ díkeí = *dictioni*, et DICVST = *dic-serit.*

DIC-, radix umbrica (vide DEI-) in verbis DEITV (V+IƎ+ tei-tu) = *dic-ito*, DERSICVST = *dixerit*, DERSICVRENT = *dixerint.*

DICAEARCHIA. Vide PVTEOLI.

DIKARE, *dicare.* In lapide abellano apud Mommsen n. 1943 (A. Gervasius in *Atti dell' Acad. Ercol.* IV, II, 218): L · POPPAEVS · VRBANVS · APOLLINI · SIGNVM · SACR · SEDEMQ · DIKAVIT.

DICASSIT = *dixerit*, teste Paulo ex Festo pg. 75.

ꓷΓꓷƆIꓷ (dicata), *dicata*, particip. in lamella plumbea (App. n. XXXV). Cf. Lanzium II 656 = 569.

DICE, *dic*, imperat., quod legitur apud Plaut. *Capt.* II, II, 109, *Curc.* I, II, 43, *Bacch.* IV, IV, 65, *Merc.* I, II, 47; *Poen.* V, IV, 63, *Rud.* I, II, 36 et IV, IV, 112.

DICE, *dicam.* Paul. pg. 72, « Dice pro *dicam* antiqui posuere ». Adde Placidi Gloss. apud Maium *Class. auct.* III, 452. Cf. Muellerum in Festo loc. cit., et vide DICEM = *dicam.*

ꟻƎꓘꟻꓤ (díkeí) = *dictioni*, Oscorum linguâ, secundum Mommsen *Die unterit. dial.* s. 271. Vide ꟻƎꓘꟻꓤꓘИꓤꓷƆꟻꓘ (líg-an-ak-díkeí?), quod legitur in Tab. Agnonis n. 2875 A 8 et B 10.

DICEM = *dicam.* Cato, teste Quintil. *Inst. orat.* I, VII, 23, « *dicam* et *faciam*, dicem et faciem scripsit ». Vide DICE = *dicam.*

DICEMBER, *december.* Inscr. apud Cardinalium (*Dipl. imper.* tab. I): III · IDVS · DICEMBR, et III · IDVS · DECEMBR.

DICNISSIMVS, *dignissimus*, adiect. Inscr. apud Marinium *Arval.* pg. 582: PATRONO DICNISSIMO.

DICVST, *dixerit*, futur. exact. 3 pers. sg., e rad. DIC-, *dic-ere* (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12 et 16; Peter *Spr. und schr.* etc. s. 65; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 255; Aufr. et Kirch. I 146 et II 261; Kirchhoff *Das stadtr. vòn Bantia* s. 56; Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 39 et 41; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 100). Tab. Bant. n. 2897 lin. 13 sq.: SVAE · PIS · PRVMEDDIXVD ALTREI · CASTROVS · AVTI · EITVAS | ZICOLOM · DICVST = *si quis pro magistratu alteri agri aut pecuniae diem dixerit* (Kirchhoff op. cit. s. 79). Langio quoque op. cit. s. 87 zicolom dicust = *diem dixerit.* Cf. Mommsen op. cit. s. 146, et Huschke op. cit. s. 65 sq. Interpretatio Guarinii (*Tab. oppid. lexicon* pg. 142; cf. *Lex. osco-lat.* pg. 30) haec est: « Qua αναλογια το fust pro *fuerit* a verbo *fuo* obsoleto, eadem et ἀπὸ τοῦ dicuo dicust pro *dicuerit.* Originem si spectes fortasse a dica repetendum, ut dicuo idem sonet ac *iudicio repeto* vel *taxo* ».

DIMITERE, *dimittere.* Lex Servil. *Repetund.* (App. n. LX) cap. 21: NEIVE · IVDICIVM · DIMITERE · IVBETO.

DINEA, mulier Larinas, de qua Cic. pro *Cluent.* cap. 7.

DINGVA, *lingua* (scr. g'ihvâ), antiquiori orthographia apud veteres, teste Mar. Victor. pg. 2470 P., mutata semivocali in dentalem literam, quam servavit goth. *tuggo*, german. *zunge* et hib. *teanga.*

DIXE, *dixisse*, per syncopen. Varro apud Non. VI, 17 = pg. 451, et alii. Cf. Forcell. s. v. *dico.*

DIXIS, *dixeris*, per syncopen. Plaut. *Asin.* V, I, 12 (cf. *Aul.* IV, X, 14, *Capt.* I, II, 46): « Ne dixis istuc »; *Mil.* III, II, 29: « Si falso dixis ». Cf. Forcell. s. v. *dico.*

DIXSERVNT, *dixerunt*, in tab. genuensi (App. n. I) lin. 3.

DIXTI, *dixisti*, contracta forma, quam usurpavit Terent. *Andr.* III, I, 1 (« ut dixti ») et *Eun.* II, III, 85 (« dixti pulchre »). Adde Plaut. *Asin.* IV, II, 14, *Capt.* II, II, 52, *Merc.* I, II, 52, III, IV, 73 et IV, IV, 14, *Mil.* II, IV, 12, *Rud.* IV, IV, 60, *Truc.* IV, II, 44. In aenea

lamella apud Gorium *Inscr. ant.* I, 264 (Orell. n. 2485 *f*): NON · SVM · MENDACIS · QVAS | DIXTI · CONSVLIS · STVLTE.

ΔΙΟΝΥΣΙΦΟΡΟΙ, ἀρχή τις ἐν Συρακούσαις (Hesych. *Lex.* I, 1001). Is. Vossius legit διονυσοφόροι.

DIOVE, *Diiovi* (Iovi) = osc. ⊦ƎƆVIЯ diúveí et messap. ΔΙΟΥΣΕΙ, dat. sg. (vide DIIOVIS), in fragmento parvae tab. aen. edito in *Bull. dell' Inst. arch.* 1846 pg. 90 nt. 1, ubi legitur: . . . ILIO · M · F · C · AI. . . . | . . . . TORIS · PRO · PO. . . | . . . . . TI · DIOVE · DED. . . . . — In patera etr. n. 301 *bis* DIOVEM (cf. *Bull. dell' Inst. arch.* an. 1858 pg. 104).

ΔΙΟΥΣΕΙ (διουϜει), Diiovi (Iovi), dat. sg. = osc. ⊦ƎƆVIЯ diúveí et lat. ant. DIOVE (vide DIIOVIS h. e. *Iuppiter*), ex lamella aenea vibonensi n. 3034, in qua legitur:

ΔΙΟΥΣΕΙ ϜΕΡΣΟΔΕΙ ΤΑΥΡΟΜ

h. e. διουϜει Ϝερσορει ταυρομ, quod *Iovi versori taurum* reddunt Mommsen *Die unterit. dial.* s. 191 et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 213. Cf. Sil. Ital. VI, 64 (« ingentem taurum dona Iovi »).

DIRA, *mala*, adiectivum, Sabinorum et Umbrorum linguâ, teste Servio ad *Aen.* III, 235, qui ait: « Sabini et Umbri quae nos *mala*, dira appellant ».

DIRINI, incolae oppidi cuiusdam Italiae inferioris (Dira vel Dirium?). Plin. III, XVI, 6.

DIRS-, radix umbrica, = DERS-.

DIRSA, *det*, praes. coniunct. 3 pers. sg., pro dirs-at, idem quod DERSA et antiquioribus literis ΑꟼƎ+ tera, e redupl. forma DIRS- pro DERS- = -ꟼƎ+ ter, quae e rad. DA-, *da-re-* (Aufr. et Kirch. I, 25, 82, 141; II, 105, 292, 353. Cf. Huschke in *Rhein. Mus.* XI = 1856 s. 374). Tab. eugub. Va 13: CASILOS · DIRSA · HERTI · FRATRVS | ATIERSIR etc. = *Casilus det* — *fratribus Attidiis* cet. (Aufr. et Kirch. II, 363). Adde tab. VIIa 46, in qua legitur ANDIRSAFVST (an-dirsa-fust) = *circum-dederit.* — Grotefendio *Rud. l. u.* II 31, III 7 (cf. VII 10, VIII 15) dirsa idem est quod DIRSAS et DIRSANS, participium pro praesente indicativi usurpatum, *dat*, *dicat.* Lanzio II 707 = 615, 817 = 726 (et Maffeio *Osserv. lett.* VI, 61) dirsa, dirsas, dirsans sunt virilia nomina. Vide vocc. sqq.

DIRSAFVST, *dederit.* Vide ANDIRSAFVST = *circum-dederit.*

DIRSANS, *dent*, praes. coniunct. 3 pers. pl., quod minus recte DIRSAS scribitur, cuius radix est DA-, unde reduplicata forma DIRS- pro DERS- = -ꟼƎ+ ter- (Aufr. et Kirch. I 97, 107, 141, II 198, 353; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 96). Tab. eugub. Vb 10 sq.: CLAVERNI | DIRSANS · HERTI · FRATER · ATIERSIVR etc. = *Clavernio dent* — *fratres Attidii* cet.; et tab. Vb 16: CASILATE · DIRSANS · HERTI · FRATEER · ATIERSIVR etc. = *Casilati dent* — *fratres Attidii* cet. (Aufr. et Kirch. II, 363). Grotefendio *Rud. l. u.* II 29, 31, III 7, IV 13, V 26, dirsans idem est ac DIRSA et DIRSAS, participium pro *dat* vel *dicat* (1). — Passerius *Paralip.* pg. 324 (cf. *Lett. Ronc.* n. XV pg. 236): « Dirsans: curio sive caput curiae? » De Lanzii divinatione vide DIRSA = *det.*

DIRSAS, *dent*, praes. coniunct. 3 pers. pl., pro DIRSANS, e rad. DA- (da-re), unde reduplicata forma DIRS- pro DERS- = -ꟼƎ+ ter- (Aufr. et Kirch. I, 97, 107, 141; II, 353). Tab. eugub. Vb 8: CLAVERNIVR · DIRSAS · HERTI · FRATRVS · ATIERSIR etc. = *Clavernii dent* — *fratribus Attidiis* cet. (Aufr. et Kirch. II 363). De Grotefendii Lanziique interpretatione vide DIRSA et DIRSANS.

DIRSTV, *dato*, imperat. 3 pers. sg. (in tab. eugub. VIb 17, 38 bis, 39, VIIa 5), quod etiam DITV scribitur, et antiquissimis literis V+ꟼƎ+ ter-tu, V+I+ titu et V+Ǝ+ tetu. Radix est DA- (da-re), unde reduplicata forma DIRS- pro DERS- = -ꟼƎ+ ter- (Aufr. et Kirch. I 142, II 105, 198, 204, 292, 319, 376). Grotefendio *Rud. l. u.* II 34, VI 19, 22, 27, VIII 15, 25, 30, cui assensus est Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 60, dirstu est rom. *dicito* vel *dicato.* — Lanzius II 709 = 617 (cf. 725 = 633, et vide DIRSA): Dirsans, *e altrove* dirstu, *quasi Dirsante, che rozzamente dicesi in retto, è fratello di Dirsa;* et Passerius *Paralip.* pg. 324 (cf. *Lett. Ronc.* n. XV pg. 236): « Dirstu; *Curio* sive antistes curiae ». Vide voc. sq.

DIRSVST, *dederit*, futur. exact. 3 pers. sg., vetustioribus literis +ƧVꟼƎ+ ter-ust, cuius radix est DA- (da-re), unde forma redupl. DIRS- pro DERS- = -ꟼƎ+ ter- (Aufr. et Kirch. I 146, II 105, 198, 288). Tab. eugub. VIIa 43: APE · ERVS · DIRSVST = *postquam* — *dederit* (Aufr. et Kirch. II 289), quod Grotefendius *Rud. l. u.* VI 28 (cf. II, 31) vertit *quum incantationes dixeris.* De Lanzii interpretatione vide DIRSTV.

DIRVITVS, *dirutus*, particip. a *diruo.* In lapide apud Grut. 1071, 6: AEDICVLAM · DIRVITAM · A · NOVO · REFECERVNT.

DIS vel *Ditis*, h. e. Pluto, deus inferorum. Cic. *De nat. deor.* II, 26: « Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dives, ut apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris ».

DISCIS, *discens*, participium a *disco*, in lap. ex coemeterio Pontiani apud Fabr. cap. VIII n. XLVII pg. 569.

DISCRIPTIO, *descriptio*, in lapide rom. apud Orell. n. 4860.

DISCRIPTVS, *descriptus*, particip. a discribo pro *describo* (vide Forcell. ad v. discribo).

(1) « Pluralis numerus intelligi nequit, nisi *dirsa* et *dirsas* pro singulari, *dirsans* pro plurali praesentis, quam pro participio, accipere malis ». Grotefend op. cit. VII, 10.

DISLE vel DISLER, quod legitur in tab. eugub. VIa 7, comparatur cum umbr. VИdI+ tislu (Aufr. et Kirch. I 83, II 62). Grotefendio *Rud. l. u.* VI, 9: « *disler* dativus pluralis est nominis τιζλουμ h. e. *dictio*. Cf. Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 279, cui disle pro dislem = *diem*. Vide ALINSVST et osc. ZICOLOM = *diem*.

DISLERALINSVST. Vide DISLE, ALINSVST et RALINSVST.

DISMITTO, *dimitto*. Inscr. apud Maffeium *Osserv. lett.* IV, 351: MONIMVS | ANTONINVS | HIC POSITVS | EST DISMISIT FILI|VM NOMINE ANTO|NIVM POSVIT | DAMAS AVVNCVLVS | NATIONE SVRVS. Adde titulum chr. apud Passionei pg. 118 n. 47 (*Catac. de Rome* pl. XXVIII n. 65 pg. 157), in quo legitur: DISMIS[IT] FILIOS TRES INFANTES.

DISMOTVS, *dimotus*, particip. a *dimoveo*. S. C. *de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 30: VTEI DISMOTA · SIENT.

DISPENNO, *dispendo* (dispando). Plaut. *Mil.* V, 14: « Distennite hominem divorsum et dispennite ». Alii legunt dispendite. Nonius I, 30 = pg. 9: « dispennere, est *expandere*, tractum a pennis et volatu avium ». Cf. Forcell. s. v. dispenno, ac Aufr. et Kirch. I 87, II 343.

DISPESATOR, *dispensator*. Inscr. apud Fabr. cap. IV n. 239 pg. 293: ASTVS · DISPESATOR CASTRORVM; et cap. IV n. 248 pg. 295: DONATO · AVG · DISPESATORI. Item inscr. rom. apud Mur. 1937, 2: ANTAEVS | DISPESATOR. Scribitur etiam dispinsator, quod sequitur.

DISPINSATOR, *dispensator** (vide voc. praec.). Inscr. perus. apud Orell. n. 733 ab Henzenio correcta (Garrucci *Segni delle lapidi latine* pg. 36): POLYTIMVS | POPPAEAE · AVG | DISPINSATOR FORTVNAE · V · S.

DISPITER. Vide DIESPITER.

DISSICNATIO, *dissignatio*. Tab. Heracl. cap. VI (apud Mazochium pg. 410): NEVE · QVISQVE · PRAECONIVM · DISSICNATIONEM · LIBITINAMVE · FACIET. Adde tab. eiusdem cap. VII lin. 30.

DISSVLCVS, porcus dicitur, quum in cervice setas dividit. Ita Paul. ex Festo pg. 72; ubi Müller: « Quod est in Gloss. Labb.: *Disulcis*, χυρος, διαίτης, διαύλαξ, Scal. e Paulo optime corr.: χοῖρος διχαίτης ».

DISSVNAPITER. Vide DARDARIES.

DISSVPATVS, *dissipatus*, participium a DISSVPO = *dissipo*. Inscr. apud Mommsen n. 5713 (Grut. 1020, 4; Doni II, 17; Mur. 478, 1): CANALES VETVSTATE · CORRVPTOS ET · DISSVPATOS · RESTITVERVNT.

DISSVPO, *dissipo*, in Cic. fragm. apud Maium *Class. auct.* II, 16 et 184. Cf. Festum pg. 310, et Forcell. s. v. dissipo.

DISTENNO, *distendo* (cf. gr. τέννω pro τείνω). Plaut. *Mil.* V, 14: « Distennite hominem divorsum, et dispennite ». Cf. Aufr. et Kirch. I, 87, Vossium Etymol. in antenna, ac Forcell. s. v. distendo et distenno. *Distennere* pro ital. *distendere* scribebat auctor libri cui titulus *Vita di Cola di Rienzo*, et etiam nunc dicunt Romani atque Neapolitani.

DISTISVM = *distaesum*, Paul. pg. 72: « Distisum et pertisum dicebant, quod nunc *distaesum* et *pertaesum* ». Cf. Forcell. s. h. v.

DISTITVTVS, *destitutus*, adiect. (cf. *Not.* Tiron. pg. 40) in lapide salernit. apud Mommsen n. 109 = Murat. 1117, 1 (vide RIVOCO = *revoco*).

DISTRVCTVS, *destructus* (ital. *distrutto*). Inscr. apud Grut. 161, 1: PONTEM · VIAE · SALARIAE · VSQVE · AD · AQVAM · A · NEFANDISSIMO · TOTILA · TYRANNO · DISTRVCTVM.

DISVNIO, *unita separo* (ital. *disunire*). Arnob., III pg. 116: « Disuniuntur tenacium matrimoniorum nexus ». Alii legunt *dissuuntur*.

DITV, *dato*, imperat. 3 pers. sg., pro DIRSTV, sicuti antiquiori orthographia V+I+ titu et V+Ǝ+ tetu pro V+ꟼƎ+ tertu, e forma reduplicata DIRS- pro DERS- = -ꟼƎ+ ter-, cuius radix est DA-, *da-re* (Passeri *Paralip.* pg. 324; Aufr. et Kirch. I 142, II 126, 198 sq., 204 sq., 347). Tab. eugub. VIb 16: PROSESETO · ERVS · DITV = *prosectorum* — *dato*; tab. VIb 25: ISEC · PERSTICO ERVS DITV = *item* — — *dato*; tab. VIIa 38: VESTISIAR · ERVS · DITV = —*ae* — *dato* (Aufr. et Kirch. II 209, 230, 286). Adde tab. VIb 10: DITV · OCRE · FISI. Aliis interpretibus (Lassen *Beiträge* etc. s. 19, et Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 60) est imperat. *dicito*. Grotefend *Rud. l. u.* II, 34 (cf. VI, 19; VIII, 25): « dirstu s. *dicato* a deitu s. *dicito* nihil differt »; et Lanzius II 760 = 668: « ditu *da* tio pono *con la permutazione delle due affini* d e t, *frequentissima in queste tavole.* »

DIV-, radix italica, quae scribitur et DEIV- vel DEV-, lat. *deiv-*, *div-*. Cf. umbr. DI et DIA, marsicum DIVΛ, lat. DIVIANA et DIVS, osc. ꟼƎIVIЯ diúveí et ИIƎVIЯ diuvia.

DIVΛ?, *divae* (deae), quod forte legitur in lapide marsico n. 2742. Cf. Lanzium II 619 = 533; Grotefend *Rud. l. u.* VIII, 17; Mommsen in *Ann. dell' Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 100, et *Die unterit. dial.* s. 345; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 257. Vide ΛTIII (alie).

DIVIANA, eadem quae Diana seu Luna. Varro *De l. l.* V, 68 pg. 27: « Hanc (*Lunam*), ut Solem Apollinem, quidam Dianam vocant; vocabulum graecum alterum, alterum latinum, et hinc quod Luna in altitudinem et latitudinem simul eat, Diviana appellata ». Ubi codd. deviana, devina (cf. ed. Spengelii).

DIVIDETVR, *dividitur*, in Cic. fragm. apud Maium *Class. auct.* II, 113.

DIVIDICVLA, scribit Paulus pg. 70, antiqui dicebant, quae nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

DIVISSIO, *divisio*, f. geminata sibilante, in titulo hispanico *pro salute ac diuturnitate M. Aurelii Antonini* (POST DIVISSION[EM]) in *Rev. archéol.* VII, 62.

ꟻƎИПΜΙVIЯ (diumpaís), *lumphis* (lymphis), fem. dat. pl. 1 decl. (Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 399; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 256; Aufrecht in *Zeit. f. vergl. spr.* I, 87, 89; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 9). Radix *diump-* comparari potest cum scr. dîp (fulgere, splendere), unde lat. *limp-idus* (cf. gr. λάμπ-ω). In Agnonis tab. n. 2875 *B* 9 legitur ꟻƎИПΜΙVIЯ diumpaís, et *A* 7: ꟻƎИΙƎDDƎK · ꟻƎИПΜΙVIЯ (diumpaís kerríiaís) = *Lumphis genialibus* (Mommsen op. cit. s. 128), quod Knötel *Nymphis Cerealibus* vertit (*Zeit. f. die alterth.* X = 1852 s. 129).

DIVNGO, *diiungo* (disiungo). In lap. rom. apud Marinium *Arval.* pg. 712: NEQVE · VLLVS · VNQVAM NOS · DI'VNXISSET · NISI · HIC · TVVS FATALIS · DIES ·


(1) Οἱ Τυρρηνοὶ τοίνυν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις Ἐτροῦσκοι καὶ Τοῦσκοι προσαγορεύονται (Strabo V, II, 2). — Τούσκων, κατὰ δὲ Ἕλληνας Τυῤῥηνῶν (Ptol. III, 1).

(2) Legitur et Ῥασέννα in codd. Cf. Schwegher *Röm. gesch.* I 255 nt. 8.

(3) Φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κατεστεώσας ἑωυτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι. Ἅμα δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι παρὰ σφίσι λέγουσι, καὶ Τυρσηνίην ἀποικίσαι, ὧδε περὶ αὐτῶν λέγοντες· ἐπὶ Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλέος σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι· καὶ τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν λιπαρέοντας· μετὰ δὲ, ὡς οὐ παύεσθαι, ἄκεα διζῆσθαι· ἄλλον δὲ ἄλλο ἐπιμηχανᾶσθαι αὐτῶν. Ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν κύβων, καὶ τῶν ἀστραγάλων, καὶ τῆς σφαίρης, καὶ τῶν ἄλλων πασέων παιγνιέων τα εἴδεα, πλὴν πεσσῶν· τούτων γὰρ ὦν τὴν ἐξεύρεσιν

plores veteres fere omnes (si excipias Dionys. I, 28 sqq.), Lycophron vs. 1351 sqq., Timaeus fragm. n. 19 (*Graeci hist. min.* I 197) apud Tertul. *De spect.* cap. 5, Strabo V, II, 2, Plutarchus *Quaest. rom.* cap. 53, et in *Rom.* II 3, Appianus *De bello pun.* cap. 66 (cf. *De bell. civ.* V, 49), Cicero *De Div.* I, 12, Virgilius *Aen.* II 781, VIII 479 sq., IX 11, X 155 (1), Horatius *Sat.* I, VI, 1, Catullus XXXI 13, Ovidius *Met.* III 583, Pedo Albin. *In obitum Maec.*, Velleius Paterc. I, I, 4, Plinius III, VIII, 1, Tacitus *Ann.* IV, 55, Seneca *Ad Helv.* cap. 6, Statius *Sylv.* I, II 190, IV, IV 6, Silius Ital. IV 721, V 9, VIII 483, X 40, 485, XIII 828, Solinus II, 7, Valerius Maximus II, IV, 4, Festus *Qu.* XIV, 28 pg. 323 (2), et XV 29 pg. 355 (3), Servius in *Aen.* locc. citt. et I 67 (« Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor »), Iustinus XX, 1, Rutilius I, 596 (cf. Fea *Storia dei vasi fittili dip. colla relaz. della colonia Lidia*, Dennis *The cities and cemet. of Etruria* I, XXXII nt. 2, et A. Vannucci *Storia d'Italia* I, 82 sgg.). Sic etiam Sardiani opinabantur; hi enim, Tiberio imperante, « decretum Etruriae recitavere, ut consanguinei (Tacit. *Ann.* IV, 55) ». Etrusci, quos Tiberius Graccus (apud Cic. *De nat. deor.* II, 4) *barbaros* vocitabat, et ipse Cicero *De rep.* II, 4 (4), dicti sunt quasi *ἕτεροι Ὄσκοι* (Secchi in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 15; cf. *Arch. stor. ital.* nv. sr. I, II, 176 sg.), scil. *alii Osci* vel *hostes* vel *barbari* (vide etr. Aq∃+∃ = *ἑτέρα*, umbr. ETRV = *ἑτέρῳ*, OBSCVS, TVRSCE, MVꓘƧDV+ turskum, TVSCER, AↃƧV+ tusca, TVSCOM, TVSCIA, TVSCVS, TVSCANIA, TVSCVLVM). Apud veteres tamen opinio erat, Tuscos Graecorum linguâ appellatos fuisse *Θυόσκους* h. e. *divinos*, *ἀπὸ τοῦ θύειν* (Serv. ad *Aen.* II 781, Isid. *Orig.* XIV, 4), « a sacrifico ritu (Plin. III, VIII, 1) », scil. ob excellentem sacrorum ac divini cultus peritiam (Dionys. I, 30). Male Servius ad *Aen.* X, 164: « Etruria dicenda est ab Etrusco principe »; ipse tamen scripsit in *Aen.* XI, 598: « Hetruria dicta est, quod eius fines tenebantur usque ad primam ripam Tyberis; et per syncopen Ἑτρούρια, quasi Ἑτερούρια (1) ». Ad Tyrrhenorum nominis formam quod pertinet cf. ΤΥΡΣΕΙ, TYRSENVS, TYRRHENVS, AIƧIqqV+ turrisia, TVRSA cet. — Quum Italiam invaserint (2), trecenta Umbrorum oppida debellarunt (Plin. III, XIX, 1), et populos constituere duodecim (Liv. V, 33; Dionys. VI 75, IX 8; Strabo V, II, 2; Serv. ad *Aen.* II 278, VIII 475, X 172, XI 9), totidemque civitates condiderunt, quae fortasse sunt: Caere, Tarquinia, Rusellae, Vetulonium, Volaterrae, Populonia, Arretium, Cortona, Perusia, Clusium, Veii, Volsinium (3); quarum concilium ad fanum Voltumnae indicebatur (Liv. IV 23, V 17, X 16). In his Lucumones praestabant duodecim (4); unde ad Virg. *Aen.* X 202 (« Gens illi triplex, populi sub gente quaterni »), scripsit Servius: « Quia Mantua tres habuit populi tribus, quae in quaternas curias dividebantur: et singulis singuli Lucumones imperabant, quos in tota Tuscia duodecim fuisse manifestum est: ex quibus unus omnibus praeerat. Hi autem totius Tusciae divisas habebant quasi praefecturas ». Etruriam sic descripsit Plinius III, 8: « Primum Etruriae oppidum Luna portu nobile. Colonia Luca a mari recedens, propiorque Pisae inter amnes Ausarem et Arnum, ortae a Pelope Pisisque, sive a Teutanis, graeca gente. Vada Volaterrana: fluvius Cecinna, Populonium Etruscorum quondam hoc tantum in littore.

οὐκ οἰκηΐευνται Λυδοί. Ποιέειν δὲ ὧδε πρὸς τὸν λιμὸν ἐξευρόντας· τὴν μὲν ἑτέρην τῶν ἡμερέων παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέοιεν σιτία· τὴν δὲ ἑτέρην σιτέεσθαι, παυομένους τῶν παιγνιέων. Τοιούτῳ τρόπῳ διάγειν ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι. Ἐπείτε δὲ οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζεσθαι, οὕτω δὴ τὸν βασιλέα αὐτῶν, δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι, τὴν μὲν ἐπὶ μονῇ, τὴν δὲ ἐπ' ἐξόδῳ ἐκ τῆς χώρης. καὶ ἐπὶ μὲν τῇ μένειν αὐτοῦ λαγχανούσῃ τῶν μοιρέων ἑωυτὸν τὸν βασιλέα προστάσσειν, ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομένῃ τὸν ἑωυτοῦ παῖδα, τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν. Λαχόντας δὲ αὐτῶν τοὺς ἑτέρους ἐξιέναι ἐκ τῆς χώρης, καὶ καταβῆναι ἐς Σμύρνην, καὶ μηχανήσασθαι πλοῖα, ἐς τὰ ἐσθεμένους τὰ πάντα ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ἐπίπλοα, ἀποπλέειν κατὰ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν· ἐς ὃ ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς, ἔνθα σφέας ἐνιδρύσασθαι πόλιας καὶ οἰκέειν τὸ μέχρι τοῦδε. Ἀντὶ δὲ Λυδῶν μετουνομασθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ βασιλέως τοῦ παιδὸς, ὅς σφεας ἀνήγαγε· ἐπὶ τούτου τὴν ἐπωνυμίην ποιευμένους οὐνομασθῆναι Τυρσηνούς. Herod. I, 94. — De Etruscorum origine contendunt Niebuhr *Hist. rom.* I 153-161, Müller *Die Etr.* I 70 sqq., Wachsmuth *Die ältere geschichte des Römisch. staates* s. 81 sq., A. G. Schlegel *Heidelb. Iahrb.* 1816 n. 54 et *Opusc. lat.* ed. Boecking s. 146 sq., Micali *Storia* etc. cap. 7., Lepsius *Ueb. di Tyrrh. Pelasg. in Etruria*, Grotefend *Zur Geogr. und gesch. von Alt-Ital.* III 24 sq., Abeken *Mittelitalien von den zeiten römischer herrschaft*. Cf. Creuzer *Religions de l'antiquité* ed. Guigniaut, II 1167-1183.

(1) Cf. *Aen.* II 779 sq. (« Lydius - Thybris »), VII 242 (« Tyrrhenum ad Thybrim »), et VII 663 (« Tyrrheno in flumine »).

(2) « E[trus]corum, qui Sardi appellantur, quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum, occupavit eam partem Italiae, quae nunc vocatur Etruria ».

(3) « Turannos, Etruscos appellari solitos ait Verrius, a Turrheno duce Lydorum, a cuius gentis praecipua crudelitate etiam tyrannos dictos ».

(4) Cic. *De orat.* II, 19 *barbarum* dicit *Tuscum mare*.

(1) Cf. Isidor. *Orig.* XIV, 4; Niebuhr *Hist. rom.* I, 158; Pott *Etym. forsch.* I 137, II 289; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprach.* III, 272 sqq.; *Archiv. stor. ital.* nv. sv. 1, II, 176 sgg.; Mommsen *Röm. geschichte*, I 82.

(2) Fortasse saec. quinto ante Romam conditam, duodecim ante Chr. nat.

(3) Dempsterus *Etr. reg.* II, 41: « Veii, Tarquinii, Falerii, Vetulonium, Populonia, Corythus, Volsinii, Caere, Clusium, Faesulae, Luca, Luna ». — Cluverius *Ital. ant.* pg. 453: « Caere, Tarquinii, Rusellae, Vetulonii, Volaterrae, Aretium, Cortona, Perusia, Clusium Volsinii, Falerii, Veii ». — Cf. Micali *Storia* etc. cap. 7.

(4) « Nam et Lucumones reges habebat (*Tuscia*), et maximam Italiae superaverat partem ». Serv. ad *Aen.* VIII, 65 (cf. II 278, VIII 475, XI 9).

Hinc amnes Prille, mox Umbro navigiorum capax, et ab eo tractus Umbriae, portusque Telamon: Cossa Volcientium a populo Romano deducta: Graviscae, Castrum novum, Pyrgi. Caeretanus amnis, et ipsum Caere intus M pass. quatuor, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum: Alsium, Fregenae. Tiberis amnis a Macra CCLXXXIV M pass. Intus coloniae: Falisca Argis orta (ut auctor est Cato), quae cognominatur Etruscorum, Lucus Feroniae, Rusellana, Senensis, Sutrina. De caetero Aretini veteres, Aretini Fidentes, Aretini Iulienses, Amitinenses, Aquenses cognomine Taurini, Blerani, Cortonenses, Capenates, Clusini novi, Clusini veteres, Fluentini praefluenti Arno adpositi, Fesulae, Ferentinum, Fescennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novem Pagi, Praefectura Claudia Foroclodii, Pistorium, Perusia, Suanenses, Saturnini, qui antea Aurinini vocabantur, Subertani, Statones, Tarquinienses, Tuscanienses, Vetulonienses, Veientani, Vesentini, Volaterrani, Volcentini cognomine Etrusci, Volsinienses. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Crustuminus, Caletranus ». — Potentes armis, Etrusci eiecerunt Ligures ultra Macram amnem, et Lunam occuparunt cum portu (Strabo V, II, 5); coloniis tenuere campos circa Padum (Polyb. II, XVII, 1), ubi duodecim oppida condiderunt, Hadriam, Mantuam, Mutinam, Felsinam etc. Regio dicta est Etruria nova (Serv. ad *Aen.* X, 202) h. e. *Etruria circumpadana*, *περὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ Πάδου*, e qua Tusci a Gallis eiecti sunt (Polybius II, XVII, 3; Diodorus Sic. XIV, CXIII, 1 sq.; Livius V, 33 sq.; Plinius III, XXIV, 1; Plutarch. in *Cam.* XVI, 1 sq.; Iustinus XX, 5). E Corsica Phocaeenses eiecerunt, ubi Niceam condiderunt, et adiacentes Tusciae insulas suae ditioni vindicarunt (Diod. V, XIII, 4). Sardiniam insulam quoque incoluerunt (Strabo V, II, 7), et classe pollentes nomen dedere mari Italiae subiecto (Diod. Sic. V, XL, 1). Etrusci, inquit Livius V, 33, in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras; prius cis Apenninum ad inferum mare, postea trans Apenninum, totidem, quot capita originis erant, coloniis missis: quae trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Umbria potiti (Serv. ad *Aen.* XII, 753; vide VMBRIA), prospera bella contra Latinos gesserunt (Plutarch. in *Rom.* II, 3; Serv. ad *Aen.* VII, 426); Volscis postea subiectis (Serv. ad *Aen.* XI, 567), et Cumanis pulsis (Strabo V, IV, 3), Campaniae campos invaserunt (Polyb. II, XVII, 1; Plin. III, IX, 17; Serv. ad *Aen.* X, 145), ibique duodecim civitates condiderunt, quarum caput Capuam (Vulturnum) nominarunt (Strabo V, IV, 3; vide CAPVA). Hinc Cato apud Serv. in *Aen.* XI, 517 dixit: « In Tuscorum iure pene omnis Italia fuerat ». Livius I, 2: « Tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum, fama nominis sui implesset ». Et V, 33: « Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere (1) mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento; quod alterum Tuscum communi vocabulo gentis, alterum Hadriaticum mare, ab Hadria Tuscorum colonia, vocavere Italicae gentes. Graeci eadem Tyrrhenum (2) atque Hadriaticum vocant ». Cf. Serv. ad *Georg.* II, 533 (« Sic fortis Etruria crevit »). — Romanis coniuncti, Tusci auxilium tulerunt Romulo contra Sabinos dimicanti (Dionys. II, 37; Varro apud Serv. in *Aen.* V, 560. Cf. Cic. *De rep.* II, 8); inde Clusini, Arretini, Volaterrani, Rusellani, Vetulonienses Latinis et Sabinis contra L. Tarquinium Priscum (Dionys. III, 51, 53 sq.), a quo victi sunt et fusi ad Eretum (Dionys. III, 57 sqq); tandem civitatum etruscarum principem Tarquinium agnoscunt (cf. Niebuhr *Hist. rom.* II, 100), sine Romanorum praesidiis, sine exactionibus, et retenta pristina reipublicae forma, afferentes principatus insignia, quibus suos reges ornare consueverant, coronam auream et sellam eburneam, sceptrumque in summitate habens aquilam et purpuream tunicam auro distinctam, purpureumque amiculum varium, qualia Lydorum atque Persarum reges gestarunt (Dionys. III, 59 sqq.) (3). Defuncto Tarquinio, quum pacta non observassent, denuo a Servio Tullio Romanorum rege vincuntur (Dionys. IV, 27). Sub Tarquinio Superbo, Etrusci multi Romam iverunt, habita sede in monte Coelio (Varro *De l. l.* V, 46 pg. 18; Tac. *Ann.*

(1) Hinc *Τυῤῥηνοὶ θαλαττοκρατοῦντες* (Diodor. V, XIII, 4). De Etruscorum pirateria cf. Cic. *De rep.* II, 4 et in *Hortens.* apud Serv. in *Aen.* VIII, 479; Strab. V, III, 5, VI, II, 2, X, IV, 9; Diodor. V, IX, 43; Dionys. I 25; Nonn. *Dionys.* XXXI, 89 sq.; Ephor. fragm. n. 52 (*Graeci hist. min.* I, 245); Philostr. *Imag.* I, 18; Iambl. *De Pictagor. vita* cap. XXVII, § 127. Cf. Niebuhr *Hist. rom.* V, 329.

(2) *Τυρσηνὸν πέλαγος* (Polyb. I, X, 5; II, XIV, 4, et XVI, 1; XXIV, VI, 6. — Paus. *Eliac. pr.* XXV, 3), *Τυῤῥηνικὸν πέλαγος* (Strab. II, IV, 19 et 29; V, I, 1 et 3; V, II, 1 et 9. — Plutarch. in *Cam.* XVI, 2, in *Aem. Paul.* VI, 2, in *Pomp.* XXVI, 4, in *Ant.* LXI, 3. — Philostr. *Vit. Apoll.* V 11, *Imag.* prooem. § 4), *Τυρσηνὸς ἅλς* (Opp. *De pisc.* III 543), *Τυρσηνὸς πόντος* (Opp. op. cit. III 628, V 216), *Τυῤῥηνὴ θάλασσα* (App. *praef.* cap. 3), *Τυῤῥηνικὴ θάλασσα* (App. *De bell. civ.* I, 109). Cf. *Τυρσηνικὸς κόλπος* (Soph. fragm. n. 339), *ἀκταὶ Τυρσηνίδες* (Apoll. Rhod. *Argon.* IV 660, 856), *Τυρσηνὸς ἤπειρος* (Apoll. Rhod. III 312, IV 850).

(3) Florus I, 5: « Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tusciae populos frequentibus armis subegit. Inde fasces, trabeae, curules, annuli, phalerae, paludamenta, praetextae; inde, quod aureo curru quatuor equis triumphatur; togae pictae, tunicaeque palmatae; omnia denique decora et insignia, quibus imperii dignitas eminet ». Cf. Sil. Ital. VIII, 484 sqq.

IV, 65; Propert. IV, 11; Serv. ad *Aen.* V, 560. Cf. Dionys. III 49, V 36, Liv. II 14, Nardini *Rom. ant.* II 172). Hac et aliis de causis, expulsis regibus ab urbe Roma, Veientani et Tarquinienses ad repetendum regnum belloque persequendos Romanos sequuti sunt Tarquinium; Veientes fusi fugatique; Tarquiniensis autem hostis non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit (Liv. II, 6; Dionys. V, 14 sq.; Plutarch. in *Popl.* IX 1 sqq.): « Ita quum pugnatum esset, inquit Livius II, 7, tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut, omissa irrita re, nocte ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque, suas quisque abirent domos ». Tum Porsena, Clusii lucumo, a Tarquiniis arcessitus, Romam infesto exercitu venit (Liv. II, 9; Dionys. V, 21 sq.); et paullo post, dedita urbe (Tac. *Hist.* III, 72), et composita pace (1), exercitum ab Ianiculo deduxit, et agro romano excessit (Dionys. V, 23 sqq.), anno U. C. CCXLVI, ante Chr. nat. 506. Fata tamen premebant Etruscos (2), qui ex Aetalia insula iam a Syracusanis eiecti, Cumanos bello prementes, magno praelio navali victi sunt sub Hierone, anno ante Chr. nat. 445 (Diod. XI, LI, 2, Pindar. *Pyth.* I 72). Posthac Capuam quoque amiserunt, a Samnitibus captam (Serv. ad *Aen.* X, 145; Strabo V, IV, 3). Insequentibus annis plura inter Etruscos et Romanos bella orta sunt, sub Furio Camillo (Liv. VI, 2 sqq.; Plutarch. in *Cam.* cap. 35 et 37), Marco Fabio Ambusto (Liv. VII, 17), Quinto Fabio (Liv. IX, 35 sqq.), C. Marcio Rutilo (Liv. IX, 37); et ad Vadimonem lacum, Q. Fabio et C. Marcio Rutilo consulibus, anno U. C. CDXLIV, ante Chr. nat. 308, fractae sunt Etruscorum vires (Liv. IX, 39). Anno autem CDXLV (ante Chr. nat. 307), praesidio Perusiae imposito ab eodem Fabio (Liv. IX, 40), Etruria evenit Decio consuli, qui Tarquinienses metu subegerat inducias in quadraginta annos petere; Volsiniensium castella vi cepit;

(1) Liv. II, 13: « Iactatum in conditionibus nequidquam de Tarquiniis in regnum restituendis, magis quia id negare ipse nequiverat Tarquiniis, quam quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. De agro Veientibus restituendo impetratum; expressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Ianiculo praesidium deduci vellent ». Plin. XXXIV, XXXIX, 2: « In foedere, quod expulsis regibus populo romano dedit Porsenna, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi in agricultura uterentur ». Cf. Niebuhr *Hist. rom.* II, 110 sqq., 341.

(2) Censorinus *De die nat.* cap. 17: « Quare in Tuscis historiis, quae octavo eorum saeculo scriptae sunt, ut Varro testatur, et quot numero saecula ei genti data sint, et transactorum singula quanta fuerint, quibusve ostentis eorum exitus designati sint, continetur. Itaque scriptum est, quatuor prima saecula, annorum fuisse centum et quinque: quintum, centum viginti trium: sextum, undeviginti et centum: septimum, totidem: octavum tum demum agi: nonum et decimum superesse. Quibus transactis finem fore nominis Etrusci ». Adde Plutarch. in *Syll.* cap. 7, et cf. Niebuhr *Hist. rom.* I 197.

quaedam ex his diruit; circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui fecit, ut nomen omne Etruscum foedus ab consule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum: induciae annuae datae; stipendium exercitui romano ab hoste in eum annum pensum, et binae tunicae in militem exactae: ea merces induciarum fuit (Liv. IX, 41). Sed anno CDL (ante Chr. nat. 302) nunciatur Etruriam sublevare, ab Arretinorum seditionibus motu orto; ergo in Etruscos versum bellum (Liv. X, 3 sq.), Q. Fabio dictatore, a quo fractae iterum Etruscorum vires (Liv. X, 5; Diod. XX, 35). Caetera narrat ipse Livius X 10, 12, 16 sq., 30 sq. Cf. Niebuhr *Hist. rom.* I 14 sq., 191 sq., V 333, 335, 338, VI 60, 85, 119, 145, 151, 153 sqq. — De Etruscorum potentia, industria et moribus ita scripsit Diodorus V, 40: « Hi quondam fortitudine praecellentes magnum terrae tractum occuparunt, multasque et celebres condiderunt urbes. Quin et classibus pollentes diu maris imperium tenuere, et mare Italiae subiectum Tyrrhenum de suo nomine appellarunt. Hi inter cetera, quibus pedestrem militiam excoluere, tubam repererunt ad bella utilissimam, quae Tyrrhena inde vocatur (1). Summis exercituum ducibus hoc ipso maiestatem conciliarunt, quod lictores cum fascibus et sellam curulem ex ebore togamque purpura praetextam illis addidere. Domorum quoque porticus ad avertendum turbae servorum et clientium strepitus et molestias percommodas invenerunt (2). Quorum pleraque imitati Romani in suam translata rempublicam ad summam elegantiam provexere. Literis (3) vero et in primis naturae ac rerum divinarum perscrutationi plurimum studii impenderunt (4), fulminum observationi prae cunctis mortalibus summopere intenti (5). Quapropter hac etiamnum aetate totius prope orbis moderatores hos viros admirantur, et prodigiorum per fulmina ostentorum interpretibus illis utuntur. Quum autem terram incolant uberrimam, eamque probe exerceant, largissimos inde fructus percipiunt, qui non modo ad nutricationem sufficientem, verum etiam ad voluptates et delicias multum conducant (6). Bis enim in die mensas adornant opiparas (7), celeraque ad lautitiem et fastum

(1) Τυρσηνικὴ σάλπιγξ (Aeschyl. *Eum.* vs. 567; Eurip. *Phoen.* vs. 1377, *Rhes.* vs. 988, *Heracl.* vs. 830) vel Τυρρηνὴ σάλπιγξ (Max. Tyr. *Diss.* III, 10). Virg. *Aen.* VIII, 526 « Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor »; et Sophocl. *Aiax* vs. 17: χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς. Cf. Schol. in Aristoph. *Ran.* 133.

(2) Varro *De l. l.* V, 161 pg 63; Paul. pg. 13. Vide HADRIA.

(3) Valer. Max. II, IV, 4; Tac. *Ann.* XI 14.

(4) Liv. I 56, V 1 et 15; Plin. II, LXXXV, 1, X, XVII, 1; Festus *Qu.* XV, 30 pg. 355; Cic. *Har. resp.* cap. 12; Tacit. *Ann.* XI, 15; Serv. ad *Ecl.* IV, 43, ad *Aen.* VIII, 345; Macr. *Sat.* V, 19; Strabo XVI, II, 1, XVII, I, 43. Cf. Niebuhr *Hist. rom.* I, 198 sq.

(5) Sil. Ital. VIII, 477.

(6) Cf. Varro apud Philarg. ad *Georg.* II 167, et *Rei agr. auct.* pg. 258 ed. Goes Vide TAGES.

(7) Dionys. II, 38; Posidonii Apam. fragm. n. 1.

pertinentia adhibent (1); stragula texunt ceu floribus inspersa; argenteorum eis poculorum ingens copia est et varietas; familiarium etiam ministrorum non exiguus in parato est numerus: quorum alii formae decore excellunt, alii sumtuosiore, quam pro servili conditione, vestitu exornati sunt. Secretae ab aliis et multiplices habitationes tum servis sunt tum ingenuorum plerisque. Ut paucis dicam, abiecta, quam olim exercuerunt, virtute, in compotationibus et ignavia degeneri vitam exigunt (2). Ideoque non mirum est, quod maiorum in bellis gloriam amiserunt. Nec minimum ad luxum eis sola virtus confert. Regionem enim tenent fertilissimam et optimis glebis praeditam, ex qua omnis generis fructus recondunt (3). Etruria enim foecunditate nulli cedens terrae, in late patentibus campis recumbit, et clivosis collibus, arationi tamen idoneis, distincta est. Humore etiam mediocri, non hiberno solum tempore, sed etiam aestivo rigatur ». De Etruscorum artificiis, sapientia etc. loquuntur scriptores veteres Plin. II, LIII, 1, et LV 2, XXXIII, IV, 4, XXXIV, XVI 2, XXXV, XLIII, 2 et XLV 3, XXVI, XIX, 9; Teophr. *Hist. plant.* V 9, IX 15; Dionys. III 71, Atheneus lib. XV, Strabo V, II, 2, VIII, VI, 20; Theopomp. fragm. n. 222; Diod. Sic. XXIII, 2; Aelian. fragm. n. 374; Porphyr. *De abst.* III, 4; Oppianus *De venat.* I 170, 196, 300, 396 (cf. Eurip. *Cicl.* vs. 12); Aeschyl. fragm. n. 452 (Τυρρηνὸν γενεὰν, φαρμακοπόιον ἔθνος); Cratini fragm. *Nom.* n. 10; Pherecr. fragm. *Crap.* n. 5. — Etruria memoratur in lapidibus: ETRVR · XV · POPVLOR (Grut. 385, 1 = Orell. n. 96) vel AETRVR · XV · POPVL (Gud. 134, 5 = Orell. n. 3149) vel AETRVRIAE XV · P · P (Henzen n. 6183; cf. n. 6497, ubi ETRVRIAE). Saepe TVSCIA in titulis apud Orell. et Henzen n. 1100, 1181, 2170, 2285, 2354, 3648 (THVSCIAE), 3866, 5130, 5580, 6183, 6904. In lapide apud Gorium *Inscr. etr.* I 96 (Orell. n. 96): ETRVSCIS AD SVTRIVM DEVICTIS. Cf. Henzen n. 5346, et *Kalend. Praen.* ad mens. apr. (Orell. II 388 sq.). In inscr. apud Gori II, 237 (Orell. n. 539): SABINORVM ET TVSCORVM EXERCITVM FVDIT (Appius Claudius C. f. Caecus). Adde inscr. apud Henzen n. 5121 (vide MACRA).

ETRVSCVS. Vide ETRVRIA.

ETTISARNIᛊᛊEᛊ? in inscr. messap. n. 2960.

V+Ǝ (ETV), *ito* = scr. e t u, imperat. 3 pers. sg. (cf. EETV = *ex-ito*?), e rad. -Ǝ (E-) pro i- = rom. *i-re*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 41, 44, 142, II 21, 70, 253 sq., 386; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 249; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 22). Tabula eugub. Ib 10: V+Ǝ : V+ꟼIOƆ⁎ИA : 8ƎƆA (avef anz[e]riatu etu) = tab. VI b 48 AVIF · ASERIATO · ETV h. e. *aves observatum ito;* tab. Ib 14: V+Ǝ : ƎWVИVƧƎ (esunume etu) = tab. III 20 VᛁƎ : ИƎWVИVƧƎ (esunumen etu) h. e. *ad sacrificium ito,* cui respondet tabula VIb 52 ESONOME ETVTO = *ad sacrificium eunto;* tab. IIa 33: V+Ǝ : ꟼAWAИIꟼƧ (spinamar etu) = *ad —am ito;* tab. IV 20 sq.: VᛁƎ | WIꟼƎᛁ⊗Ǝᛁ (tehterim etu) = ... *ito;* et tab. VIIa 29: TRAF · SAHATAM · ETV = *trans —am ito.* Grotefend explicat *agito* (*Rud. l. u.* II 11, V 13, 20, VII 19, 28, 35, VIII 21, 29, 34, 38). Cf. Lanzium I 379 = 296, 382 = 299, II 819 = 728. — Invenitur etiam in compositis, cum praep. -ᗡꟼWA ampr- vel -ᗡꟼA apr- = AMBR- h. e. *amb-*, *circum* (Vᛁ⊗ƎᗡꟼWA ampr-ehtu = VᛁƎᗡꟼA apr-etu h. e. *circum-ito*), cum praepositione ИƎ (EN) = lat. *in* (V+ƎИƎ = ENETV h. e. *in-ito*), et cum praep. ꟼV up = lat. *ob* (V+ƎꟼV up-etu = *ob-ito*, A+V+ƎꟼV up-etuta = *ob-eunto*).

AƆAᛁ+Ǝ (etvaca), vox etrusca originis et significationis ignotae, quae legitur in marmore perusino n. 1933 lin. 6. Cf. Ǝᛁ+Ǝ etve, quod sequitur.

Ǝᛁ+Ǝ (etve), fortasse *atque*, coniunctio apud Etruscos, in titulo perusino n. 1915 lin. 1. Alii aliter interpretati sunt: *annualis*, ab ἔτος (annus), sive *votivus*, a *voveo* (Vinc. Campanarius *Dell'urna di Arunte* etc. pg. 52); vel *bonus*, ab ἐτὸς = ἐτεὸς (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 122). Cf. Coltellini *Conghietture* etc. pg. XXXVI.

ƎᒧV+Ǝ (etule), Ἐπειὸς (Epeus), filius Panopei (al. Endymionis), equi troiani faber (Hom. *Odyss.* VIII 493 sqq. et XI 523; Eurip. *Troad.* v. 10 sqq.; Paus. *Att.* XXIII, 8, *Corinth.* XXIX, 4, *Phoc.* XXVI, 2), quem exhibet etr. speculum n. 2492 (Lanzi II 223 sg. = 171 sg., Millin *Gall. myth.* II 251 suiv., Gerhard *Etr. spieg.* ad taf. CCXXXV). Etule proprie est Αἰτωλὸς (Aetolus), ut mihi videtur, ita Epeus a patria appellatus, quia rex Epeorum sive Eleorum fuit, qui ab Aetolia originem duxerunt (Paus. V, I, 2). Pindarus autem Αἰτωλὸς ἀνὴρ dixit pro Ἠλεῖος (*Olymp.* III, 22) et Αἰτωλοὶ pro Ἠλεῖοι, propter Oxylum, qui priscos Epeos pristinas sedes obtinere passus est, et cum illis Aetolos coniunxit, agro aequaliter assignato (Paus. V, IV, 2).

ꟼV+Ǝ (etur) = ETVR. Vide VWA+ƧꟼV+Ǝ (eturstamu), = ETVRSTAHMV.

AᗡᛁᛁƎ (etvra), fortasse perperam scriptum pro AꟼƎᛁƎ etera = ἑτέρα (altera), in titulo perusino n. 1931. Cf. Orioli in *Album* XXII, 278, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 6.

MIᗡV+Ǝ (eturiś), *Veturii*, n. pr. m. genit. sg., ut mihi videtur, pro veturiś (cf. AIVᗡ+ƎᛁI vetruia), abiecto digamma aeolico. Ossuarium perusinum n. 1142 bis *b*: MIꟼV+Ǝ · MIAƆ AИAO (thana caiś eturiś) = *Tannia Caii Veturii* uxor.

(1) Dionys. IX, 16; Strabo V, IV, 3; Virg *Aen.* XI, 733 sqq.; Appian. *De reb. pun.* cap. 66.
(2) Alcimi Siculi fragm. n. 5; Heracl. *De reb. pl.* fragm. 16; Aristot. *Inst. barbar.* fragm. n. 246 sq.; Theopompi fragm. n. 222.
(3) Livius XXII, 3; Plin. XIV, VIII, 7.

ETVRSTAHMV, *ex—ator*, imperat. depon. 3 pers. sg., pleniori ortographia EHETVRSTAHMV et antiquissimis literis VMA+ƧᑫV+Ǝ (e-tursta-mu), compositum a praep. E pro -ⴲƎ eh- vel EHE = *ex* et verbo tursta (Aufr. et Kirch. I 55, 143, II 253, 256). Tab. eugub. VIb 53: POI · PERCAM · ARSMATIA · HABIEST · ETVRSTAHMV · ESO · ETVRSTAHMV = *qui virgam —iam habebit, ex—ator: haec ex—ator.*

VMA+ƧᑫV+Ǝ (eturstamu), *ex—ator*, imperat. depon. 3 pers. sg., recentioribus litteris ETVRSTAHMV pro EHETVRSTAHAMV, compositum ex praep. -Ǝ (E-) pro -ⴲƎ (EH-) vel EHE = *ex* et verbo tursta (Aufr. et Kirch. I 55, 85, II 253, 256), cuius significatio ignoratur (1). In tabula eugubina I b 16 haec leguntur: Ǝ+AИIᑫA+ A+V+ : VMA+ƧᑫV+Ǝ (eturstamu tuta tarinate) = *ex—ator civitatem Tadinatem.* — Grotefend autem, qui legit etur stamu, etur stahmu et ehetur stahamu, *εὐασμὸν* s. *παιᾶνα ἵστασο* (*paeanem instituito*) exponit (*Rud. l. u.* VI, 25): etur = *paeanem* sive potius *παιανισμὸν*; stamu, stahmu et stahamu imperat. verbi deponentis *ἵστασθαι* (op. cit. V, 24 sq.). Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 24 eturstamu = *exterminato.*

AИƎИƧV+Ǝ (etusnena), *Tusania?*, n. pr. f. in titulo perus. n. 1953. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 283 n. 275.

AꓘVꓘƎ (etuta), *eunto*, imperat. 3 pers. pl. = V+V+Ǝ etutu et recentioribus literis ETVTO, e rad. -Ǝ pro *i-*, rom. *i-re* (Aufr. et Kirch. I 44, 52, 142, II 70). Tab. eugub. III 11: AꓘVꓘƎ : ИƎMAƆᗡA (arvamen etuta) = *ad —um eunto.* Grotefend *Rud. l. u.* VII 28, 30 VIII 24 explicat *facitote*, siculi etu pro *agito* vel *facito.* Lanzius II 819 = 728: etuta, *et tota.* Recte Passerius *Paralip.* pg. 325: « etuta, imperativum ab *eundo*, sive *circumeundo* ». — Occurrit etiam in umbr. AꓘVꓘƎ1V (up-etuta) = *ob-eunto.*

ETVTO, *eunto*, imperat. 3 pers. pl. = V+V+Ǝ etutu vel AꓘVꓘƎ e-tuta, e rad. E- pro *i-*, rom. *i-re* (Aufr. et Kirch. I 60 sq., 142, II 70, 246, 263, 273; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 249; Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. spr.* I 188; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 378). Tab. eugub. VIb 50: ERVCOM · PRINVATVR DVR | ETVTO = *cum eo privati duo eunto;* tab. VIb 52: VIA · AVIECLA · ESONOME ETVTO · COM · PERACRIS · SACRIS = *via —a ad sacrificium* (?) *eunto cum —ibus hostiis*; tab. VIb 65 et VIIa 1: ENO · PRINVATVR · SIMO · ETVTO · ERAFONT · VIA = *tum privati — eunto easdem vias.* Vide AMBRETVTO (ambr-etuto) = *amb-eunto.* — Grotefend *Rud. l. u.* V 8, VI 23 exponit *agitote, capitote, datote* (vide V+Ǝ etu); et Lanzius I 392 = 306 etuto = *ἐκ τούτου, ex hoc, deinde.*

VꓘVꓘƎ (etutu), *eunto*, imperat. 3 pers. pl. = AꓘVꓘƎ e-tuta et recentiori orthographia ETVTO, e rad. -Ǝ pro *i-*, rom. *i-re* (Aufr. et Kirch. I 41, 142, II 246, 273, 364). Tab. eugub. Ib 15: V+V+Ǝ : V+AƆVИIᗡ1 (prinuvatu etutu) = *privati eunto*; tabula Ib 22 sq.: V+V+Ǝ : VMIꟼ : ƧV+AƆVИIᗡ1 | : ꓘƎMVИƎ (enumek prinuvatus simu etutu, = tab. VIb 65: ENO · PRINVATVR · SIMO · ETVTO) = *tum privati —, eunto;* et tab. Ib 23: ƧV+AƆVИIᗡ1 : V+V+Ǝ : VMIꟼ : AƎƎ : +ИVⴲAᗡƎ (erahunt vea simu etutu prinuvatus) = *eadem via — eunto privati.* — Grotefend *Rud. l. u.* V 13, 24, VI 26, VII 27 exponit *agitote*, sicuti etu pro *agito* vel *facito* (vide V+Ǝ etu et AꓘVꓘƎ etuta). Male Lanzius I 392 = 306, II 618 = 532, 819 = 728, et Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 57: etutu = *ἐκ τούτου, ex hoc, deinde.*

VƎ (eu), *ea*; fortasse acc. pl. n. (cf. EO = *eos?*) a pronom. demonstr. -ᗡƎ (ER-) = *is*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 133, II 44, 274). Tab. eugub. IIb 9: V+AᗡAИVƎ (eu naratu) = *ea narrato*, quod reddit Grotefend *Rud. l. u.* VII 13 (cf. IV 27, VI 30) *in eo dicito*, et Lanzius II 731 = 639 *εὖ* sc. *rite nuncupato.*

§ 2. VƎ pro *eo*, fortasse abl. sg., legitur in tab. eugub. IIa 2 (MVƧƎ : VƎ eu esu[nu] = in *eo sacrificio*; Aufr. et Kirch. II 380, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VIII 31 sq.). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 15, 18 et Lanzium II 737 = 645, 819 = 728.

?VƎ (eu). Vide etr. +AᒧVƎ (eulat).

ƧAƎƎ (evas), Ἠῷς (*matutinus*), ab Ἠώς vel Ἕως (*Aurora*), antiquitus ἐϜώς (cf. Graefenham, *Gramm. dial. epicae* I, I, 17, 47, 51), in vasis ƧOƎH vel HEOS et AOS (1); et ita tusce scribitur nomen *Memnonis*, cuius animam simul ac animam *Achillis* (ƎᒧᒧA achle) ponderat *Mercurius* (MᗡVꓘ turś) in conspectu *Apollinis* (VᒧᑎA aplu). Haec fabula antiqua, cui tragoediam aptavit Aeschylus, inscriptam *ψυχοστασίαν* (Plut. *De audiend. poëtis*, cap. 2), exhibetur in speculo etr. n. 2499. Contra Winkelmannum (*Monum. ined.* n. 133, parte II, cap. XIV, pg. 174 ed. 1767), qui etr. evas scriptum pro *Ector* existimavit, sequutus fabulam homericam, scil. Achillis Hectorisque *ψυχοστασίαν* (*Iliad.* XXII, 209 sq.), recte Lanzius II 224 sg. = 178 sg. agnovit *Memnonem*, Q. Calabri II 452 sqq. et Hygini fabulae CXII auxilio, ab Ἠώ *Aurora* « *quasi Eoas; Eoas, Eoantis può significare il figlio dell' Aurora o il guerriero dell' Aurora, cioè venuto d'Oriente* ». Lanzii explicationem, ab Heyne collaudatam (*Obs. ad Iliad.* l. c.) retinuerunt Millin *Peint. des vas. antiq.* I, 39 nt. 6, Gerhard *Etr. Spiegel* ad taf. CCXXXV, Sec. Campanarius in *Giorn. arcad.* LXXXV, 149, atque Cavedonius, qui scripsit (in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1837 pg. 176): *A conferma della quale felice interpretazione rimaneva a desiderare qualche riscontro od esempio; e parmi*

(1) Aufr. et Kirch. II, 253: *Folglich muss dem* eturstahmu *eine bedeutung zugewiesen werden, die es als synonymum von «* sprechen, sagen *» zu nehmen verstattete.*

(1) Inghirami *Vasi fittili* I tav. XVIII; Millin *Peint. de vas. ant.* II pl. XXXIV; Lenormant et de Witte *Monum. céram.* II pl. CVIII *a* et CIX *a* (pg. 368 suiv.), III pl. CLXXVII.

averlo trovato nell'Etimologico magno, che (*v.* Ἀῷος) *riferisce come Filea disse* πρῶτον βασιλέα (Κυπρίων) ΑΩΟΝ, ΗΟΥΣ ὄντα καὶ Κεφάλου, *e come in Cipro* ΑΩ ὁ Ἄδωνις ὠνομάζετο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ Κύπρου βασιλεύοντες; *e soggiunge* καθ' ὃ ἡ Κιλικία ΑΩΑ πάλας ὠνομάζετο. *E con esso confronta quella chiosa di Esichio* [*Lexic.* I, 668]: ΑΩΟΙ . . . . . καὶ Κίλικες, ἀπὸ ΑΩΟΥ τοῦ Κεφάλου, τοῦ περιρέοντος ποταμοῦ. *I Cipri poi, che ebbero attinenza di comune origine co' Cilici* (*Apollod.* III, xiv, 3), *vantavansi di provenire dagli Etiopi* (Herod. VII, 90), *in riguardo all'Aurora amante del primo e madre del secondo* (cf. Heyne ad Apollod. l. c.). *Il nome* ƧAƆƎ *pertanto sembra evidentemente derivato dal greco* ΗΩΟΣ, ΑΩΟΣ; *onde si avrà qui pure* (*per usare delle parole stesse del giudiziosissimo sig. cav. Bunsen, Ann. dell'Inst.* 1836 pg. 286) « *uno di que' casi in cui bisogna riconoscere, invece de' nomi propri, epiteti passati in nomi, non già presso i Greci, ma presso gli Etruschi e Pelasgi* ». Bunsenio tamen evas est *Hector* (*Ann.* cit. VIII = 1836 pg. 171 nt. 2). Cf. *Revue archéol.* I = 1844 pg. 297. In alio speculo etr. n. 2536 bis ƧAꟻƎ evas invenitur cum *Capaneo* (ƎИ1AƆ capne), *Cassantra* (AꟼꓘMAƆ castra) et *Castore* (ꟼVꓘƧAƆ castur). Cf. ƧAƆƎA aevas et ИA1Ǝ epan.

?ꟼ↓AƆƎ (evachr). Vide etr. MA (am).

EVBVRIATES, Ligurum populi, citra Alpes habitantes (Plin. III, vii, 1; Flor. II, 3).

EVGANEI, populi Italiae superioris, qui circa Patavium agrum incoluere, ubi Euganei colles (Lucan. VII, 192). Eorum oppida triginta quatuor Cato enumerabat (Plin. III, xxiv, 1). Cf. Liv. I, 1 (vide VENETI), Serv. ad *Aen.* I, 242, Sil. Ital. VIII 603, XII 216, Martial. *Epigr.* IV 25, X 93. Euganei, « praestantes genere (Plin. III, xxiv, 2) », fortasse dicti sunt a nobilitate (quasi εὐγενεῖς) et antiquitate generis (Forcell. *Lex.* s. v. *Euganei*).

EVGVANELIA, Εὐαγγέλια (evangelia), subst. n. pl. in titulo chr., quem post alios edidit Perret in *Catac. de Rome* pl. ix n. 16. — SCA · XPI | QVATVOR EVGVANGELIA legitur apud Cittadini *Tratt. della orig. della volgar lingua* cap. 20, qui scribit: « euguangelia *per* evangelia *è oggi in bocca dei contadini* . . . . . *e parmi che si trovi anco in iscrittura appo i buoni autori della nostra lingua.* Sane quidem. *Alle guagnele* adverbium est iurandi, ut *mehercle* (cf. Sacchetti *Nov.* 76, 107, 151, 160). Guagnele et guangnele invenitur in chartis florentinis, perusinis etc. (cf. *Statuti di Calimala* apud Giudici pg. 28, 76, 141).

EVDEM, *eundem*, pron. demonstr. acc. sg., in titulo apud Grut. 607, 1.

EVDRACINVM, oppidum Italiae superioris, secundum Tab. Peuting. segm. II*c*.

ΕΥΔΩΣΩ, ἡ Ἀφροδίτη (Aphrodite, Venus), apud Syracusanos (Hesych. *Lexic.* I, 1496).

V+ƎIƎꓶƎ (eveietu), *invieto*?, imperat. 3 pers. sg. Umbrorum linguâ (in tab. eugub. II b 8, 11), compositum ex praep. Ǝ pro ИƎ (EN) = lat. *in* et rad. -IƎꓶ (vei-) = rom. *vi-ere* (Aufr. et Kirch. I 31, 159, II 342). *Ovatum* exponit Grotefend *Rud. l. u.* V 24, VII 14 sq., VIII 20. Cf. Pontedera *De vet. scrib. rat.* epist. 2.ª

IIƎꟻƎ (eveii), in fragm. lapid. etr. n. 2646.



ꓶƎꟻƎ (evel), in titulo sepulcrali etr. n. 2032.

EVENAT, *eveniat*, apud veteres. Ennius [*Tragoed.* vs. 235 sq.] apud Non. X, 20 = pg. 507: « Senex sum: utinam mortem obpetam, priusquam evenat, Quod in pauperie mea senex graviter gemam ».

IƎИƎVƎ (evenei), fortasse *Evenia* vel *Evena*, n. pr. fem. Inscr. etr. n. 2416: IƎИƎVƎ · AOMAꟼ (ramtha evenei) = *Aruntia Evenia* (?). — Evenus est cognom. virile apud Grut. 468, 5, et alibi.

EVERRIATOR vocatur, qui iure accepta haereditate iusta facere defuncto debet; qui si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat. Id nomen ductum a *verrendo*. Nam exverrae sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum. Haec Paulus pg. 77. Cf. DEVERRA.

ƧƎꟻƎ (eves), fortasse legendum in lapide euganeo n. 30.

Ǝ✱VƎ (euze), *—â*, subst. fem. fortasse locat. sg. (Aufr. et Kirch. II 351 sq.). Tabula eugubina II b 27: V+ƎBA⊗ : Ǝ✱VƎ : Ǝꓷ+ƧƎ+ : Vꓷ+AƆIꓘƆ (krikatru testre euze habetu) = *—um in dextrâ —a habeto*; et tab. II b 28 sq.: Vꓷ+AƆIꓘƆ | V+ƎBA⊗ Ǝ✱VƎ : Ǝꓷ+ƧƎ+ (testre euze habetu krikatru) = *in dextra —a habeto —um.* — Grotefend *Rud. l. u.* VII 14 vertit *cum ovatione*, ab εὐασμὸς = *ovatio;* et Lanzius II 737 = 645 *eos*, pronom. demonstr. acc. pl.

IƎИIƧIVƎ (euisinei), perperam exaratum, uti videtur, pro IƎИIƧIVꟻ (vuisinei) = *Volsinia*, in titulo etr. n. 248. Vide IƎИIƧIVꟻ vuisinei.

ꟻVꓶꓘƆƎ (evklúi) et IVꓶꓘƆƎ (evklúi), *Heboni* h. e. *Libero* (Ἥβων, Hebon, *Liberus*), deus apud Samnites, dat. sg. 2 decl. (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 133, 256, et in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 419 sg.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 7. Cf. Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. spr.* I, 87); ab ev- et suff. deminut. -klo = rom. *-culus*, quasi *Ev-iculus.* Occurrit in tab. Agnonis 2875 *A* lin. 3, *B* lin. 4 (IVꓶꓘƆƎ evklúi) sine praedicato, et *A* lin. 25:

ꟷƎΠƎTꓤΠ · ꟷVꓘꓘƎ (evklúí paterei) = *Libero patri* (Mommsen op. cit. s. 128), vel *Evio patri* (Huschke op. cit. s. 3), quod *Iphiclo patri* exponit Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129 sq. — Audiatur denique Henzen in *Ann.* cit. XX = 1848 pg. 397 sg.: *Nè meno oscuro riesce per me il nome seguente di evklús (che così deve averne suonato il nominativo), il quale torna nel v. 31 e coll'epiteto pater nel v. 25. Il* v *interno nel latino può formare* u, *come gli Osci dissero* thesavrús, *dove* thesaurus *i Latini; avremmo allora* euklús, *che richiamerebbe l'*Εὔχλους *dei Greci, che Cerere così chiamavano* (Soph. *Oed. col.* vs. 1600); *il qual nome non male si accorderebbe colla natura dell'* evklús pater, *che in appresso vedremo essere stato un dio de' fiori o forse delle campagne o selve, forse una specie di* Silvano *o* Liber pater. *Tuttavia, oltrechè* Εὔχλους *non è un epiteto caratteristico o nome proprio di Demeter, parmi un troppo arrischiare il derivare dal greco nomi osci così direttamente ..... Dall'altra parte il* v *interno può mutarsi in* s, *e prova ne sia il latino* ast (at), *che nell'osco addomandavasi* avt *ed* αὐτὰρ *nel greco. Se ne avrebbe il nome di* Esclus, Esculus *o, sull'analogia di* hereclús *od* Hercules, Escules *per la lingua latina. Un dio pertanto di questo nome non ci è noto. Se non che, lasciando da banda le solite spiegazioni della denominazione del monte* Esquilino, *in questo forse ravviseremo il nome che cerchiamo, supponendo che, come il Palatino da Pales, il* Gianiculus *da* Giano, *il* Caelius *forse da* Caelus *anzichè da* Caeles Vibenna, *il* Quirinale *da* Quirino, *così l'*Esquilino *siasi di tal modo chiamato da una divinità di nome* Esquilo *o* Esculo.

ꞱAꓘVƎ (eulat), quod legitur in cippo perusino n. 1914 *A* lin. 1, exponitur *felix* vel *feliciter*, ab εὖ (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 86), seu eu lat h. e. *rite lato* (Vinc. Campanarius in *Giorn. arcad.* XXX 302, et Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 20), vel *evulgatus* (Maggi in *Lett. di etr. erudiz.* pg. 220). De hac re nihil apta argumentatione concludunt interpretes; nec feliciores sunt qui voces etruscas graviter repetunt a radicibus hebraicis. Nam si Camillo Tarquinio in *Revue archéol.* XV, 194 suiv. et 349 ꞱAꓘVƎ eulat est hebr. העלת aolat h. e. *rogus* s. *quod attinet ad rogum*, ital. *in quanto al rogo*, Stickelius *Das Etruskische* s. 5 legit eu lat (הו לאת), quod vertit dies zu einem male. — Cf. ΕΥΛΟ, quod exhibent numi Cataniae n. 3060 ter.

EVM, *eorum*, pronom. demonstr. genit. pl. apud veteres (cf. Osann *De pronom. tertiae pers.* pg. 12). Paul. pg. 77: « Eum antiqui dicebant pro eorum ».

EVMTE, *eundem*, pronom. m. acc. sg., in titulo ex coemet. Castuli apud Mabillonium *Itin. ital.* pg. 73, et Fabr. cap. VIII n. LXI pg. 574.

EVONYMOS, insula Siciliae, minima Aeoliarum (Plin. III, XIV, 7), quae nunc creditur *Lisca Bianca*.

EVPILIS, lacus Italiae superioris, in Gallia Transpadana, in quem progreditur Lambrus, in Padum defluens (Plin. III, XXIII, 4). Hodie dicitur *Lago di Pusiano* (Pusciano, Pussiano).

EVPLOEA, insula maris Tyrrheni, iuxta Neapolim. Stat. *Silv.* II, II, 79: « Inde vagis omen felix Euploea carinis »; et III, I, 149: « Numenque Euploea carinis ». Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 1167 sq.

ƧAIꟼVꟼVƎ (eupurias), *Euporiae*, n. pr. fem. (gr. εὐπορία, *facultas*, ab εὔπορος, *prosper*). Inscr. etrusca n. 923: ƧAIꟼVꟼVƎ · IƎꟼꞱ · ꓘƎƎ (vel trepi eupurias) = *Velius Trebius Euporiae* (Lanzi II 411 = 340 n. 268). In titulo florent. apud Gorium *Inscr. ant.* I 354: D · M · EVPORIAE · VIX · AN · XI · M · III etc.

EVR, *eis* (ii), pronom. demonstr. m. nominat. pl., ab ER = *is*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 51, 134, II 217, 274). Vide EVRONT et EVS.

?...ƧAꟼVƎ (euras...), in titulo tarquin. n. 2301.

ƎИIꟼVƎ (eurine), fortasse *Aurinia* (cf. EVREILIA = *Aurelia?* in titulo beneventano apud Mommsen n. 1712), nomen virile, in tegula etr. n. 875.

EVRONT, *eisdem* (iidem), pronom. demonstr. masc. nominat. pl. apud Umbros, ab EVR = *ii* (ER = is) et suff. pronominali ONT (Aufr. et Kirch. I 79, 104, 133, 136, II 216 sq., 272, 274). Tab. eugub. VI b 63: DVTI · AMBRETVTO · EVRONT = *iterum ambeunto iidem*. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* II 12, VI 26.

EVS, *eis* (ii), pronom. demonstr. masc. nominat. pl. (= umbr. EVR). In tab. genuate (App. n. I) lin. 29: EVS · QVEI · POSIDEBVNT · VECTIGAL · LANGENSIBVS · PRO · PORTIONE · DENT.

AꟼꓷVꞱVƎ (euturpa) et ƎꟼꓷVꞱVƎ (euturpe), Εὐτέρπη (Euterpe), in vasis italicis ΕΥΤΕΡΠΕ et ΕΥΤΕΡΠΗ, una ex musis, quae tibias invenit, ab εὖ (bene) et τέρπω (delecto); hinc Ausonius *Idyll.* XX, 4: « Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget ». Pluries in etruscis speculis reperitur: n. 481 AꟼꓷVꓘVƎ (vide AIꓷꓘA altria); n. 2482 AꟼꓷVꞱVƎ cum ƎЖAꓭꓷA archaze h. e. *Arcade;* n. 2511 ƎꟼꓷVꞱVƎ cum IAИIꓘƎ elinai h. e. *Helena*; n. 2513 ƎꟼꓷVꞱVƎ cum *Helena* etc. Cf. Bunsen in *Ann. dell' Inst. arch.* VIII = 1836 pg. 285, Layard in *Ann.* cit. XIII = 1841 pg. 230 nt. 6, De Witte in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1842 pg. 150 sg., Gennarelli in *Giorn. arcad.* LXXXV 176, Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* anm. 90.

ƎꟼꓷVꞱVƎ (euturpe). Vide art. praeced.

VIƧƎΦƎ (ephesiu), *Ephesius*, gentilitium etr. (Grut. 250: C · IVLIVS · C · L · EPHESIVS · QVI · ET · MASVTIVS), comparandum cum metronymico ꓘAIƧƎꟼƎ epesial = *Ephesiâ*, in titulo perus. n. 1895.

?ꓘΦƎ (ephl), fortasse *Epilia*, n. pr. f. in ossuario perus. n. 1691. Cf. Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* 1854 pg. 53 et 1855 pg. 55 nt. 2.

ꓭƎ (ech), in lapide etr. n. 259.

I‡A↓Ǝ (echazi). Vide Ǝ↓V↓I‡A↓ƎƆAƆ (cacechazichuche).

IƧƎ+ꓷA↓Ǝ (echartesi), quod legitur in fibula etr. n. 2184, fortasse a χαίρω (gaudeo), unde Χάριτες h. e. *Gratiae*. Cf. etiam *χαρίτης, eques, pirata.*

ΟΨƎ (echo), in lapide euganeo n. 27 et in lapide atestino n. 36, comparandum cum etr. AƆƎ eca et VƆƎ ecu, umbr. EKO = *hoc*. Vide vocc. sqq.

1ᴹΟΧ˩ΟƎΟΨƎ (echoeoltomp), in lapide atestino n. 35. Vide ΟΨƎ echo.

. . ΟᴹΟΨƎ (echomo. .), in lapide euganeo n. 29. Vide ΟΨƎ echo.

ƎΧIꓷꓷΟΨƎ (echorrite), in lapide euganeo n. 58. Vide ΟΨƎ echo.

ƎƧ↓Ǝ (echse), fortasse perperam scriptum pro ƎꓷTИƧ↓˩Ǝ (elchsntre) = Ἀλέξανδρος (Alexander) h. e. *Paris*, in etr. speculo n. 110 (Gerhard *Etr. spieg.* ad taf. CCVII, 2); ubi Raoul Rochette *Monum. inéd.* I 82 nt. 3 (*Achilléide* pg. 82 nt. 2, et in *Journ. des Sav.* an. 1834 pg. 290 nt. 1) legit umaile echse, pro umaile pecse (vide ƎƧƆƎ1 pecse), quod vertit Εὔμηλος ἔπηξε (Eumelus fecit). Cf. Passeri *Lett. Ronc.* n. IX pg. 302 sg. et *Paralip.* pg. 73, Lanzi II 233 sg. = 185 sg. — Pro Alexander (Macedoniae rex) Persae scribebant *Iskander* vel *Askander* (اسكندر). Cf. Spiegel *Die Alexandersage bei den Orientalen.*

F

F·, *filius*, subst. m., per compendium scriptum, Romanorum more, in lapide umbr. n. 86, ubi legitur [C]OISIS DRVΓI F· et [COIS]IS DRVΓEI F· = ... *Druti filius*. — F pro *filia* legitur etiam in titulo falisco n. 2442. — Pro *filia* reperitur ꟻ in nonnullis titulis gallo-rom., quos edidit E. Barry in *Rev. archéol.* XII = 1855 pg. 221 sq.

8 (f), in lapide samnitico n. 2756 (vide VƧH8 fiísú).

§ 2. ∞ pro ⅭⅠↃ, est nota numeralis apud Oscos, = = rom. M (mille), in epigr. pompeiana n. 2880 (vide Яꓶ pd).

8 (f), *Faustus?*, praen. m. etr. pro faste, in lucerna fictili perus. n. 1923.

§ 2. *Fausta?*, praen. fem. pro I+ƧA8 fasti in duobus vasis volaterranis n. 353-354 (Inghirami in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1830 pg. 69). Cf. tamen Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 37, et Orioli in *Album* XXII, 171).

FA-, radix umbrica, = osc. 8Ꙅ fa-, scr. bhâ, lat. *fa-ri*, gr. *φη-μί* (Aufr. et Kirch. I, 90). Vide FATO = *fatum*.

8Ꙅ- (fa-), = umbr. FA-, *fá-ri* (loqui), rad. osca in verbo 8ꙄT˧VM fatíum = *fá-ri* (cf. TꙄMꙄꙄ8 faamat). Trahitur ad rad. sanscr. bhâ (fulgere), unde gr. *φάω*, *φαίνω*, *φημί* (cf. Pott *Etym. forsch.* II 271, Benary *Die röm. lautl.* s. 154, Bopp *Gl. scr.* pg. 244).

A8 (fa), *Faustus*, praenom. masc. (pro faste) apud Etruscos, in titulo n. 2802 (Ǝ+I+ · A8 fa tite = *Faustus Titius*). Cf. inscr. clusin. n. 561, et Lanzi II 282 = 225.

§ 2. *Fausta*, praenom. muliebre (= I+ƧA8 fasti vel AI+ƧA8 fastia), quod fortasse scribitur etiam AΦ pha, AΘ ha et Aꟻ va. Saepe legitur in titulis etruscis (cf. num. 3212 bis et 2371), videlicet:

AIИVMꟼA · A8 (fa armunia) = *Fausta Armonia.*
A↓ꟼAƆA8 (fa carcha) = *Fausta . . . . .*
AIИƧAƆ A8 (fa casnia) = *Fausta Casinia.*
IƎИ+ƧVO · A8 (fa thustnei) = *Fausta Hostinia* (?).
IƎИIAƆ : A8 (fa cainei) = *Fausta Cainnia.*
IƎИ+ƧƎƆ A8 (fa cestnei) = *Fausta Cestia.*
IƎИVƎ˩ · A8 (fa leunei) = *Fausta Livineia.*
IƎИ+V+ · A8 (fa tutnei) = *Fausta Tutinia.*
IꟼV1Ƨ A8 (fa spuri) = *Fausta Spuria.*
IИIꟼƎ+ A8 (fa terini) = *Fausta Terinia.*
I+I+ · A8 (fa titi) = *Fausta Titia.*
I˩+I˧ · A8 (fa vitli) = *Fausta Vitelia.*

§ 3. Fortasse pro *Fausti* genit. sg. invenitur in titulis etr. n. 1038 bis et n. 2378.

8AAꓘKI (faalci), *Falcius?*, n. pr. m. in ossuario volaterrano n. 344 (Lanzi II 353 = 282 n. 40). Cf. gentilitium rom. Falcidius a *falx*, et Falconius a *falco* (Falco cogn. apud Grut.; Falcula cogn. apud Cic. pro *Caec.* cap. 10.

TꙄMꙄꙄ8 (faamat), *habitat?*, praes. indicat. 3 pers. sg. (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 190; cf. Ebel, Bugge et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 58, V 8, VI 60 sq.), quod verbum cum sanscr. dhâman = *domus* comparant Aufrecht et Kirchhoff I, 76. Legitur in duobus inscr. pompeianis n. 2795-2796. — Guarinii interpretationem (*Lex. osco-lat.* pg. 35), cui

faamat est a φαμι = φημι, *dico*, sequitur Fiorellius (*Monum. epigr. pomp.* I 10 = XXXI), et haec addit: « verbum faamat cum *famino* (Festus pg. 87) et *praefamino* (Cato *De r. r.* cap. 141; cf. cap. 134) vetustissimis romani sermonis vocibus et φαμω Doricorum comparatum, latine *dicit* explicavi ». Vide rad. 8ΛΙ- (fa-). — Grotefend *Rud. l. o.* pg. 30 vertit *fungitur officio*, faamat cum osco famel vel famulus conlato.

FAATVM, *fatum*, subst. n. in titulo sepulcrali apud Fabr. cap. V n. 388 pg. 421 (= Grut. 1056, 6, ubi FATO).

FABARIS. Vide FARFARVS.

FABATVS, *fabaceus*, adiect. (cf. Fest. *Qu.* XIII, 13 pg. 276). Est cogn. rom., ex gr. L · ROSCI FABATI in argent. num. apud Cohen *Méd. consul.* pl. XXXVI (cf. Patin *Fam. rom.* pg. 240; Cic. *ad Att.* VIII, 12 = n. 336, et *Fam.* X, 33 = n. 833); C · CALPVRNIVS · L · F · OVF · FABATVS (Grut. 382, 6); C · CLODIO · FABATO (Grut. 772, 8). — Gentilitium Fabatius extat in tab. marmorea (suspecta) apud Orell. n. 1300.

FABIANVS pagus in agro Sulmonensi in Pelignis, nunc urbs *Popoli*. Plin XVII, XLI, 1: « Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonensi Italiae agro, pago Fabiano, ubi et arva rigant ». — Fabianus est cogn. rom. apud Grut., Murat. cet.

FABIDIVS, Φαβίδιος, gentilitium sabinum (vide MODIVS).

FABIENSES incolae urbis cuiusdam Latii, ad Albanum montem, cuius nomen Fabia vel Fabii fuisse videtur. Plin. III, IX, 11: « Fabienses, in monte Albano », qui fortasse ad gentem *Fabiam* pertinebant.

FABIVS, civis Pelignus, memoratur a Caes. *De bell. civ.* II, 35.

FABOR, *favor*, subst. m., mutato *v* in *b*, in titulo apud Fabr. cap. II n. 226 pg. 100 = Zell n. 1165 (INGENTI · FABORE).

FABRATERIA, Φαβρατερία (Strab. V, III, 9), colonia et oppidum Volscorum in Latio, inter Aquinum et Fregellas (Cic. *Fam.* IX, 24 = n. 795; Juven. III, 224; Sil. Ital. VIII, 396; Anton. *itin.* pg. 303; Tab. Peuting. segm. V e Febraterie): hodie dicitur *Falvaterra*. Fuit Romanorum colonia, Cassio Longino et Sextio Calvino Coss. deducta, an. u. c. 638 (Vell. Paterc. I, 15). Inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 190, 8 (Orell. n. 3255): ..... VIATORI TRIBVNIC.. | ACCENSO A PATRON.. | IDEM ALLECTO | IIIIII VIR AVG | VETER .. FABRATERIA | ET | BAIBIAI | PROCVLAE | CONTVBERNALI. Alia apud Henzen in Orell. n. 7064: .. SEPTIMIO · L · F · TRO · HEREN[NIANO] | [I]IIII · VIR · QQ · PRA[E]F · MVN · FABRA[TERIAE] | VET · CVRAT · etc. Hinc colligitur, duplicem fuisse Fabrateriam, *veterem* scilicet et *novam* in eodem Volscorum agro. Alii tamen statuunt, ait Furlanettus in Forcell. *lexico* s. v. *Fabraternus*, unam fuisse Fabrateriam, quae bifariam divisa veteres Fabraternos municipes, et novos Fabraternos colonos complecteretur, qui, licet in unam urbem coaluissent, et communes haberent magistratus, diversas tamen urbis regiones incolerent, et veteres quidem suos Deos et templa et leges et patria instituta servassent, novi autem sua sacra colerent, ac romanas leges et consuetudines sequerentur. Cf. De-Mattheis in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* VII, 305-324. Sic Fabraterni veteres et Fabraterni novi memorantur a Plinio III, IX, 11. Inscr. edita in *Giorn. arcad.* XXVIII, 349 (Orell. n. 102): CVLTORES · HERCVLIS | FABRATERNI · VETERES | CVR · C · VETTIO CLEMENTE · P | LOC · D · AB · C · TITIO · DECIMO · P. Alia inscr. apud Orell. n. 101: IVLIAE Q · F · | CALVINAE | L · ALFIDI · HERENNIANI | CONSVLIS | FABRATERNI | NOVANI | D · D. Livius VIII, 19: « Creati consules L. Papirius Crassus iterum, L. Plautius Venno [an. u. c. 425], cuius principio anni legati ex Volscis Fabraterni, et Lucani, Romam venerunt, orantes, ut in fidem reciperentur: si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros ».

FABRICIVS, gentilitium apud Hernicos. Cic. *Cluent.* cap. 16: « C. et L. Fabricii, fratres, gemini fuerunt ex municipio Aletrinate ».

FABVLINVS, *deus*, ita dictus a *fari* (unde *fabula*), qui pueris primo *fari* incipientibus praeesse putabatur, cui etiam Romani sacrificabant, cum primum liberi eorum *fari* incipiebant (Non. XII, 56 = pg. 532). Cf. nomina et cogn. Fabulcius, Fabullus, Faburius (Fabr. cap. IX n. 179 pg. 621).

FAGIFVLANI, populi Italiae, fortasse in Samnio, quorum meminit Plinius III, XVII, 2; ubi codd. Fagiulani.

FAGVTAL et fagutalis, locus Romae in Exquiliis, ita dictus (Varro *De l. l.* V, 152 pg. 59) a fago, unde etiam Iovis fagutalis, quod ibi sacellum. Lucus Fagutalis memoratur in sacris Argeorum apud Varr. op. cit. V, 50 pg. 20 (vide EXQVILIAE). Plin. XVI, 15: « Fagutali Iovi etiam nunc, ubi lucus fageus fuit ».

FADVS, vir rutulus apud Virg. *Aen.* IX, 342. Est etiam cogn. rom. in titulo apud Fabr. cap. IX n. 293 pg. 634 (A · NVMISIENVS FADVS), a gr. φάω, *splendeo*. Gens Fadia saepe in lapidibus memoratur; hinc Fadenius, Fadenus et Fadena, Fadianus, Fadienus et Fadiena, Fadilla, Fadonius.

FAEDVS, *haedus* (fetus caprae), subst. m. (vide FEDVS et HEDVS). Scaurus pg. 2249 sq. P.: « Per detractionem, cum *aedus* sine adspiratione scribitur, cum alioqui cum ea debeat; quoniam apud antiquos faedus sit dictus, et ubi illi *f* literam posuerunt, nos autem *h* substituimus, ut quod illi fordeum dicebant, nos *hordeum*, fariolum quem nos *hariolum*: similiter faedum quem nos *haedum* dicimus ». Alii docent, antiquos scri-

psisse foedus (Vel. Long. pg. 2230; vide FASENA), alii oedus (Quintil. *Inst. or.* I, v, 20).

FAENARIVS, *foenarius* (= FENARIVS) subst. masc., est foeni venditor. FAENARIOR[VM] collegium memoratur in lapide apud Grut. 175, 9. Inscr. apud Mommsen n. 2905: L · SATTI · L · L · ONESIMI | FAENARI | DOMITIA · SP · F · MAXIMA.


FAENISICIA, *foenisicia*, adiect. Tab. genuensis (App. n. I) lin. 37: PRATA · QVAE · FVERVNT · PROXVMA · FAENISICEI.

FAENTINVS. Vide FAVENTIA § 1.

FAESVLAE, Φαισοῦλαι (Ptol. III, 1; Appian. *De bell. civ.* II, 2; Dio XXXVII, 30, 33), vel Fesulae vel Faesula (Φαισόλα Polyb. II, xxv, 6, III, lxxxi, 1; Φισοῦλα Procop. *De bell. goth.* II, 23 sq. et 27), oppidum Etruriae, non longe a Florentia (Liv. XXII, 5; Sallust. *De bello Catil.*; Flor. I, 11; Plin. III, viii, 3 « Fesulae »); nunc *Fiesole*. Fuit postea Romanorum colonia. Cic. in *Catil.* III, 6: « in P. Furium, qui est ex his colonis, quos Fesulas L. Sulla deduxit ». Sil. Ital. VIII, 477:

Adfuit et sacris interpres fulminis alis
Faesula.

Ad Faesulas fortasse pertinet nummus argenteus, ΦΕΣV phesu vel ΦΕΣŀ fesl inscriptus (Capranesi in *Ann. dell'Inst. arch.* XII = 1840 pg. 203, Cavedoni in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1842 pg. 156; cf. Marchi et Tessieri *Aes grave del Mus. Kircher.* pg. 37).



— Incolae appellantur Faesulani vel Fesulani; hinc Fesulani coloni (Cic. *Mur.* cap. 24), ingenua plebs Faesulana (Plin. VII, xi, 2), Fesulanus ager (Cic. *Catil.* II, 6). — Radix est faes-, quae patet in gentilitiis rom. Faesasius et Faes-asia (Momms. n. 5138, 6024, 6060), Faes-ellius et Faes-ellia (Grut. 1094, 2; Murat. 700, 3, 1256, 2, 1462, 5; Tonini *Rimini* etc. pg. 257 sg., 266, 302, 340 sg.), Faes-onius (Momms. n. 6306, 71). Cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI, 61.

FAHE, vox umbrica originis et significationis ignotae, quae legitur in tab. eugub. Vb 13 (cf. Aufr. et Kirch. II, 360 sq.). Grotefend tamen « postra fahe » vertit ὕστερον σφαγῇ sive *posterius mactandas* vel *ad mactandum* (*Rud. l. u.* VII, 11 sq.), et fahe comparat cum umbrico ƎdЯ8 faśe (op. cit. VII, 15). Lanzius I 359 = 280, 367 = 287, II 710 sg. = 618 sg. legit fahe et (faheet), quod explicat *faciet*.

-ꓘЯ8 (FAC-), rad. umbrica, quae scribitur etiam -dЯ8 faś- (= osc. FAC-), rom. *fac-ere*, quod Boppius *Gl. sanscr.* traxerit ad causat. sanscr. bhâvajâmi, e rad. bhû (cf. Aufr. et Kirch. I, 90). Patet in umbricis verbis ꓘƧVꓘЯ8 (fak-ust) = *fecerit*, ꓕИƎꓷVꓘЯ8 (FACVRENT) = *fecerint*, ЯIƎ8 (feia) = *faciat*, VꓕIƎ8 (FEITV) vel VꓕƎ8 (FETV) = *fac-ito*. Cf. ЯꓕƎ8 feta.

FAC-, *fac-ere*, radix osca (= umbr. -ꓘЯ8, FAC-), in verbis FE[F]ACID et FEFACVST = *fecerit*, FACTVD = *fac-ito*, FACVS = *fac-tus*, PRAEFVCVS = *prae-fectus*.

ЯƆЯ8 (faca), *Pacia* vel *Paquia*, fortasse pronom. fem., unde Pacula vel Paulla (cf. marsic. ΠA = *Paquius*, osc. ꓘЯЯΠ = ΠAAK, vel ƧIꓘЯΠ pakis vel ƧIꓘꓘЯΠ pakkis = *Pacius*, et ⅃VꓘЯЯΠ paakul = *Paculus*). In ossuarii operculo etr. n. 925: IƎИꓕVꓕ : ЯƆЯ8 (faca tutnei) = *Pacia Tutinia*. Cf. Lanzi II 283 = 224, 403 = 322 n. 226.

FACE, *fac*, imperat., quod Plautus et Cato saepissime usurparunt. Terent. *Phorm.* II, iii, 50: « Itidem tu face ». Adde Ovid. *Heroid.* XX 150, *Amor.* II, ii, 40, *Art. am.* II 210, *Remed. am.* vs. 337, *Fast.* I 287, V 690, *Pont.* II, ii, 64; Val. Flacc. VII, 179; Corn. Nep. *Paus.* cap. 2. Palaem. pg. 1382 P.: « Sed quaestio de *dic*, *duc* et *fac*; numquam enim addita *re* integre sonuerit infinitivus, sed hoc usu plurimum valuit. Nam Virgilius dicit dice, et Terentius face, quibus si adiicias *re*, faciunt integre sonare infinitivum modum *dicere*, *facere*, *ducere* ».

FACEIV, *faciundum*, = FACEVNDVM. Inscr. beneventana apud Mommsen n. 1710: MONVMENTVM · FACEIV CVRAVIT.

FACES, *facies*, subst. fem. Paul. ex Festo pg. 87: « Faces antiqui dicebant ut fides »; ubi Müller: « nullum huius nominativi singularis exemplum superest ».

FACEVNDVM, *faciundum* (faciendum), gerund. a *facio*. Inscr. apud Grut. 817, 8: D · M | CLOD · MARIANO | FRVMENTARIO | LEG · VII · GEM | LVCANIVS | LAVRENTIVS | FACEVNDVM · CVR.

FACIEM, *faciam*, a *facio*, apud veteres, teste Quintil. *Inst. orat.* I, vii, 23 (vide DICEM = *dicam*).

FACILLVME, *facillime* (vetustiori orthographia FACIŀVMED), adv., apud Cic. *De Rep.* III 5 (« quod ita facillume verum inveniri putes »).

FACIŀVMED, *facillume* (facillime), adverb. S. C. *de Bacchan.* (App. n. LVIII) lin. 27: VBEI · FACIŀVMED · GNOSCIER · POTISIT = *ubi facillime gnosci potis sit* (possit). Cf. Aufr. et Kirch. I 150.

FACITERGIVM, linteum, quo abstergitur facies (Isid. *Orig.* XIX, 26).

FACXIS, faxis (feceris). Vide FAXIM = *fecerim*.

FACOLETAS, *facultas*, subst. fem., in titulo apud Reines. cl. XX n. 446 = Grut. 1056, 2 (vide GELORIA = *gloria*).

⅃ЯꓕƆЯ8 (factal), fortasse *Pacia* vel *Paccia*, n. pr. f. (cf. ЯƆЯ8 faca, ЯꓘCV⅃ pucta, Ƨ⅃ЯIƆЯ⅃ pacials, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pgg. 117, 165, 193). Ossuarii perus. operculum n. 1224: ⅃ЯꓕƆЯ8 · Я⅃ · Ǝ⅃8Я · ƎƧ

(se afle la factal) = *Sextus Ofelius Lartis* filius *Paciā* (?) natus.

FACTVD, *facito*, imperat. 3 pers. sg., apud Oscos (umbr. FETV vel FEITV), e rad. FAC-, *fac-ere*, in tab. Bantina n. 2897 lin. 9 (Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 147, *In comm. V exc.* pg. 30, et *Lex. osco-lat.* pg. 36; Müller *Die Etr.* I, 37; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 62; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308; Aufr. et Kirch. II, 133 nt. 1; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 32, 49; Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 92. Cf. Klenze *Philol. abhandl.* s. 47).

? IVƆAꓭ (facui), in titulo etr. n. 1598.

FACVL, *facile* vel *faciliter*, adverb. (vide PERFACVL = *perfacile*, et cf. FACIꟾVMED = *facillime*, et DIFFICVL = *difficilis*). Paulus pg. 87: « Facul antiqui dicebant et facul ter pro *facile*; unde facultas et difficultas videntur dicta. Sed postea *facilitas* morum facta est, *facultas* rerum ». Glossar. Placidi apud Maium *Clas. auct.* III, 463: « Facul, *facile* ». Nonius II 331 = pg. 111 « Facul pro *faciliter*; huic contrarium est difficul. Lucil. lib. VI: *Peccare impune rati sunt Posse, et nobilitate facul propellere iniquos.* Pacuv. Teucro [vs. 322 ed. Ribbeck pg. 99]: *Nos illum interea praeficiendo propitiaturos facul Remur.* Afranius Auctione [vs. 7 ed. Ribbeck pg. 142]: *Haut facul, ut ait Pacuvius, femina una invenietur bona.* Accius Meleagro [vs. 460 ed. Ribbeck pg. 165]: *Erat istuc virile, ferre advorsam fortunam facul.* Varro Bimargo: *Quod utrum sit magnum an parvum facul an difficul* ».

FACVLTALIS, adiect. ad *facultatem* pertinens. Est cognom. rom. apud Fabr. cap. VI n. 22 pg. 435 (L · SASSINAS FACVLTALIS).

FACVLTER, *facile*, adverb. Vide FACVL.

+NƎꓷVꓘAꓭ (FACVRENT), *fecerint*, futur. exact. 3 pers. pl. (cf. ꓨƧVƆIAꓭ fakust = *fecerit*), e rad. -ꓘAꓭ (FAC-), lat. *fac-ere* (Lanzi I 368 = 288, II 725 = 633; Müller *Die Etr.* I, 55; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 18; Grotefend *Rud. l. u.* II, 29; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 36; Aufr. et Kirch. I 74, 146, II 103, 127, 287; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 85 et 355; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II, 23. Cf. Passeri *Paralip.* pg. 325, et *Lett. Ronc.* n. XVI pg. 275). Tab. eugub. Ib 33 sq.: +NƎꓷVꓘAꓭ | : 8VꓷꟻA : ƎꓭVꟻ (pufe apruf fakurent) = tab. VII a 43 PVFE · ABRONS · FACVRENT h. e. *ubi apros fecerint.*

FACVS, *factus*, particip. perf. pass. nominat. sg., e rad. osca FAC-, rom. *fac-ere* (Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 147, *In comm. V exc.* pg. 45 sq., et *Lex osco-lat.* pg. 36; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 31 sq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 124, 360). Tab. Bantina n. 2897 lin. 30: IZIC · AMPRVFID · FACVS · ESTVD = *is improbe factus esto* (Mommsen s. 148, Kirchhoff s. 80, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88, Huschke s. 68).

ꓨƧVƆIAꓭ (fakust), *fecerit* (lat. ant. faxit), futur. exact. 3 pers. sg. = osc. FEFACVST (cf. +NƎꓷVꓘAꓭ, FACVRENT = *fecerint*), e rad. umbr. -ꓘAꓭ (FAC-) = rom. *fac-ere* (Müller *Die Etr.* I, 55; Grotefend *Rud. l. u.* II 29, VIII 38, *Rud. l. o.* pg. 12; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 36; Aufr. et Kirch. I 73, 146, II 103, 377). Tab. eugub. IV 31: ꓨƧVƆIAꓭ : ƆIƎꓨI : ꟻA (ap[e] itek fakust) = *postquam — fecerit.*

FACVTALIS. Vide FAGVTAL.

FALACER, deus apud veteres (ex Sabinis; cf. FALACRINVM), quem Turnebus putat praefuisse falis Circi; hinc dictus Falacer unus ex quindecim flaminibus, quos Romani constituerunt. Varro *De l. l.* V, 85 pg. 33: « flamen Falacer a divo patre Falacre »; et VII, 45 pg. 138: « Eundem Pompilium ait fecisse flamines, qui quom omnes sint a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent *ἔτυμα*, ut quor sit *martialis* et *quirinalis*; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut, in his qui sunt versibus, plerique:

Volturnalem, Palatualem, Furrinalem
Floralemque Falacrem *et* Pomonalem *fecit*
Hic idem;

quae obscura sunt. Eorum origo Volturnus, diva Palatua, Furrina, Flora, Falacer pater, Pomona »; ubi Müller: « Si quis scribere mallet: *Falacer pater pomorum, nam [Pomona mater est]*: posset is causam suam tueri verbis tituli ap. Murator. pg. C, 6, T · FLAVIO PRIMIGENIO FALACRI DEAE POM · T · FLAVIVS etc., ex quo apparere videtur, etiam Pomonae fuisse Falacres flamines, Falacremque patrem fuisse deum cum Pomona coniunctissimum ». Falacer, ait Furlanettus in Forcell. *Lexico* s. v., fortasse significat *flaminem*; *φαλακρὸς* enim (ex *φαλὸς*, *crista*, et *ἄκρον*, *apex*) illum denotat, cuius caput acuto tegmine seu pileo tegitur, quod erat proprium flaminis. Mommsenius tamen *Die unterit. dial.* s. 351 et 359 putat Falacer dictum pro *alacer*.

FALACRINVM, vel Phalacrine vel Phalacrina, vicus Italiae in Sabinis, ultra Reate, in quo Vespasianum natum fuisse testatur Suet. *Vesp.* cap. 2 (Phalacrine). Antonin. *itin.* pg. 307 « Falacrino »; et Tab. Peuting. segm. Va « Palacrinis ».

FALANDVM, *coelum*, apud Etruscos. Paulus pg. 88: « *Falae* dictae ab altitudine, a falando, quod apud Etruscos significat *coelum* ». De hac voce scripsit Döderlein (*De voc. aliquot latin. sabin.* etc. pg. 6): « *Falantum*, Etruscum coeli nomen, est *φάλανθον* blond [flavus], quam adiectivi formam Graeci quidem non nisi de calvis usurpabant, non aliam tamen ob causam, quam quod calvorum cranium renidet, ut Ulyssis apud Homerum *Od.* XVIII, 354.

ἔμπης μοι δοκέει δαΐδων σέλας ἔμμεναι αὐτοῦ
καὶ κεφαλῆς, ἐπεὶ οὔ οἱ ἔνι τρίχες, οὐδ' ἠβαιαί.

Proprie enim φάλανθος idem est quod φαληρός, φάλιος, tamque aptum est ad significanda lucida coeli templa, quam αἰθήρ, ab αἴθειν dictus. Ipsum autem φάλανθον num compositum sit ex φαλίως, ἀνθῶν, hic anquirere non attinet ». Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI 13 et 163; Guarnacci *Orig. italiche*, I 164; Hier. Amati in *Giorn. arcad.* XXXIX, 282; Raoul-Rochette *Monum. inéd.* I, 101; Galvani *Delle genti etc.* pg. 363; Forcellini *Lexic.* s. v. *fala*. Heic notandum, quod φάλανθος idem est ac φαλακρὸς (cf. FALACRINVM). Ad formam etr. quod attinet, memorandum Φάλανθος, mons et urbs Arcadiae (Steph. Byz., et Paus. *Arcad.* XXXV, 9). Φάλανθος, Phalanthus, est etiam nomen virile: Φάλανθος ὁ ἐκ Λακεδαίμονιος, qui coloniam Tarentum deduxit (Paus. *Phoc.* X 6, XIII 10; Strab. VI, iii, 2 et 6); Φάλανθος, qui cum Phoenicum colonia Achaiam tenuit (Athen. VIII pg. 360 sq.); ΦΑΛΑΝΘΟΙ in lapide att. apud Boeckh *Corp. inscr. gr.* n. 147 lin. 23; ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣ ΦΑΛΑΝ[ΘΟΥ] in alio lap. att. apud eundem n. 183 lin. 10. Vide MA⅃A8 falaś.

FALARIA. Vide FALERIA.

FALARIENSES. Vide FALERIENSES.

MA⅃A8 (falaś), quod legitur in cippo perusino n. 1914 *A* lin. 13, cum antiquo falae et etr. falandum h. e. *coelum* comparant interpretes, Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 99, Vinc. Campanarius in *Giorn. arcad.* XXXIV, 51, Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 38 (falaś, *alta voce*, adverb.), Migliarinius *Zibaldone* etc. pg. 28 mss.

⅃AI2A⅃A8 (falasial), *Faleriâ*?, n. pr. f. (cf. Valesius = *Valerius*, Papisius = *Papirius*). Ossuarii perus. operculum n. 1525: ⅃AI2A⅃A8 · A⅃ · IVꝉIꝉ qA (ar tituila falasial) = *Arria Tituia Lartis* filia *Faleriâ* nata.

FALERIA, portus Etruriae, non procul a Populonia oppido et Ilva insula (Rutil. *itin.* I, 371). Antonini *itin.* pg. 504: « Ab Scabris *Falesia* portus m. p. xviij; a *Falesia* Populonio portus m. p. xiij ».

§ 2. Faleria vel Falaria sive Falerio, fuit urbs Piceni, et Romanorum colonia, nunc *Falerone*, de qua multa scripsit cl. Caiet. Deminicis in *Ann. dell'Inst. arch.* XI = 1839 pg. 5-61. Incolae dicti sunt Falarienses (Plin. III, xviii, 2), vel Falerienses in lapidibus. In lapide apud Grut. 1081, 2 = Orell. 3118: IIII VIRIS ET DECVRIONIBVS FALERIENSIVM EX PICENO. Inscr. ad *Faleronem* inventa (*Ann.* cit. pg 45 = Henzen n. 5128): IMP · ANTONINO · AVG · P[IO] | ANTONIA · CN · FIL · PICENTINA · C · C... | SECVNDI · PRAETORI · PATRON[I COLO]|NIAE · SACERDOS · DIVAE · FAV[STI]|NAE · STATVAS · QVAS · AD · EXO[RNAN]|DVM · THEATRVM · PROMI[SERAT · FA]|LERIENSIBVS · POSVIT · ET [OB · DEDICATIONEM] | DECVRIONIBVS PLEBI VRBANAE DIV[ISIONEM] | DEDIT. — Falerio legitur in titulo apud Henzen n. 7127 (Murat. 1047, 2; Orell. n. 85): C · FVFICIO | C · L · GENIALI VIII | VIR · AVG · FIRMI | ET FALERIONE | CARDANA · T · F | PROCVLA VXSOR | POSVIT. Cf. Orell. n. 911, ubi: CHAMARCOREI | L · IVLIO L · F · ARN · AV|GVRINO PATRONO | CIVITATIS ET COLLEGI | IVVENVM M · F (municipii Falerionensis?) etc. In laterculis milit. VETTIANVS FALERION (Marini *Arv.* pg. 335, Kellermann *Vig. rom. laterc.* pg. 47) et L · COELIVS MAXIMVS FALERIONE (Marini pg. 326, Kellermann pg. 48). Hinc adiect. Falerionensis. Balbus *De limit.* apud Frontin. *De colon.* (ed. Goesii) pg. 118 et 122: « ager Adrianus, item et ager Falerionensis limitibus maritimis et gallicis, quos dicimus Decimanos et Cardines ». Cf. ALERIA, et FALERIVS = *Valerius*.

FALERIENSES. Vide FALERIA § 2.

FALERII. Vide FALISCI.

FALERINA tribus, una ex rusticis, in Campania posita, dicta est ab agro Falerno, descripta et constituta anno U. C. ccccxxxv (Liv. IX, 20). In lapidibus scribitur FAL (Orell. n. 3265, 3716, 3975, 4034; Mommsen n. 2614; Henzen n. 7029), FALE (Mommsen n. 1710) et FALERINA (Orell. n. 1393), quam φυλὴν Φαλερῖναν dicit Diodor. Sic. XIX, x, 2.

FALERIO. Vide FALERIA § 2.

FALERIONENSIS. Vide FALERIA § 2.

FALERIVS, *Valerius*, gentilitium m. (cf. etr. ⅃AI2A⅃A8 falasial = *Faleriâ* vel *Valeriâ*), quod et scribitur BALERIVS. In marm. rom. Falerius (Grut. 97, 11; Murat. 1355, 4) et Faleria (Grut. 772, 10; Murat. 1355, 4, et 1563, 5). Inscr. apud Grut. 1063, 8: P · FALERIVS P · F · COS. Φαλερίῳ scripta est epistola Basilii n. 329 (III, 451), nisi error est pro Οὐαλερίῳ. Cf. Borghesium in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1841 pg. 142.

FALERNVS ager, Φάλερνος (Polyb. III, xc, 10, xcii, 6, xciv, 7), qui « a ponte Campano laeva petentibus Urbanam coloniam Sullanam nuper Capuae contributam incipit (Plin. XIV, viii, 3) ». Diod. Sic. XX, xc, 3: Μετὰ δὲ ταῦτα Σαμνιτῶν τὴν Φαλερνῖτιν προθούντων, ἀνέζευξαν ἐπ' αὐτοὺς οἱ ὕπατοι· καὶ γενομένης παρατάξεως ἐπροτέρησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Cf. Liv. VII 26, VIII, 11, X 20, 21, XXII 13; Plin. III, ix 7, XIV, iv 15. Falernum Campaniae vinum (τὸν οἶνον τὸν κράτιστον Φάλερνον, Strab. V, iv, 3; cf. Plutarch. *De sanit. praec.* cap. 7), laudant veteres. — Cognomen Falernus extat in titulo rom. apud Grut. 732, 3 (A · LAPPIVS · FALERNVS). Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 531 n. 161 = Murat. 1462, 6 FALERNVS | EVCLITO | FRATRI SVO.

§ 2. Est etiam mons Campaniae, quod Φάλερνον ὄρος appellat Appianus *De bell. civ.* I, 47. Cf. Serv. ad *Georg.* II, 36 (« nec cellis ideo contende Falernis »).

FALESIA. Vide FALERIA § 1.

FALIX, *felix*, adiect. (vide FEELIX), cuius radicem fê ad scr. bhâg' vel ad bhâg trahit Boppius *Gloss. scr.* pg. 244 (cf. Benary *Die röm. lautlehre* s. 158, et Pott *Etym. forsch.* I 217, II 509). Inscr. rom. apud Grut. 576, 9: DIIS · MANIB · S | C · IVLIVS FALIX | A · BYBLIOTHECA | GRAECA · PALAT.

FALISCI, Φαλίσκοι (Diod. Sic. XVI, xxxi, 7; Strab. V, ii, 9; Plut. in *Cam.* V 3, IX 1, XVII 2; in *Gracch.* III, 3; Zonara VII, 22), vel Φαλέριοι (Plut. in *Cam.* II 8, X 1, in *Fab. Max.* II 2, *Parall.* cap. 35; Aristid. Miles. fragm. n. 10), populi Etruriae inter Ciminum montem et Tiberim, quorum urbs Falisca (ubi nunc *Civita Castellana*), Romanorum colonia (Plin. III, viii, 2), quae Falerii appellatur a Livio V, 27 (Faleros in tab. Peuting. segm. IV*f*), gr. Φαλέριον (Dionys. Halic. I 21, Ptol. III, 1; Steph. Byz: Φαλέριον, ὡς Βυζάντιον, πόλις Τυῤῥηνίας· τὸ ἐθνικὸν Φαλέριος), vel Φαλίσκον (Diod. XIV, xcvi, 5), ab Haleso Argivo condita, testibus Solino II, 7 (ubi Phalisca) et Ovidio *Amor.* III, xiii, 32 sqq., vel Halisco, ut apud Serv. ad *Aen.* VII 695 (« aequosque Faliscos »), qui scribit: « Faliscos Haliscus condidit. Hi autem, immutato *h* in *f*, Falisci dicti sunt: sicut *Febris* dicitur quae ante *Hebris* dicebatur; *Formiae*, quae *Hormiae* fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς: nam posteritas in multis nominibus *f* pro *h* posuit. Aequos autem dicit, idest *iustos*; quia populus Romanus, missis decemviris, ab ipsis iura Fecialia et nonnulla supplementa Duodecim tabularum accepit, quas habuerant ab Atheniensibus ». Strabo V, ii, 9, duas urbes distinxisse videtur, Faleriam et Faliscum (Φαλέριοι καὶ Φαλίσκον); ubi haec tamen addidit: Sunt qui Falerios negant esse Tyrrhenos, sed esse Faliscos, peculiarem gentem; alii esse urbem peculiari lingua utentem; rursus alii dicunt esse Aequum Faliscum in via Flaminia inter Ocriculos et Romam situm (1). De Faliscorum colonia ([C]OL · FALISCORVM) fit mentio in lap. apud Henzen n. 5132. Cf. Serv. ad *Aen.* VII, 607, Pott *Etym. forsch.* I, 137, et Lanzi II, 20. — Falisca est cogn. muliebre in titulo rom. apud Grut. 562, 10 (DRVSIANAE FALISCAE).

FALLIENATES, incolae oppidi cuiusdam in Umbria (Falliena vel Fallienum), de quibus Plinius III, xix, 3.

I+M⅃A8 (falsti), quod legitur in cippo perus. n. 1914*A* lin. 15, Vinc. Campanarius in *Giorn. arcad.* XXX 303 et XXXIV 60 interpretatur *fasti* vel *honoris fausti* (vide etr. I+ƧA8 fasti = *Fausta*, praenom. fem.), et Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 44 *mactandos* a particip. φατος, ἀπὸ τοῦ φάω (*caedo*, *macto*), vel a σφάττω. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 103. Litera ⅃ in falsti, est mere euphonica, siculi in AI+ƧA⅃8 flastia = *Fausta*.

FALTO -onis, cognom. rom. in *Fast. Capitol.* apud Grut. 592 (cf. 297 col. 2): Q · VALERIVS · Q · F · Q · N · FALTO et P · VALERIVS · Q · F · P · N · FALTO. Adde inscr. apud Grut. 199, 1, et apud Guasco *Mus. Capitol.* I, 50. Gentilitium Faltonius saepe legitur in lapidibus. Cf. etr. A+⅃AΦ phalta et V+⅃AΘ haltu).

AIMV+⅃A8 (faltusia), *Faltusia* (Faltonis uxor?), n. pr. f. a Falto (cf. A+⅃AΦ phalta et V+⅃AΘ haltu, IƎИV+⅃AΘ haltunei), in ossuarii perus. operculo n. 1818. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 251 n. 180.

FAMEL, *famul* (famulus) h. e. *servus*, apud Oscos, fortasse e rad. FA-, nisi e FAC- (vide FAMVL, FAMELO, I'ΛMIIꟾIΛI et umbr. ƧAIꟼƎMA8 famerias), non a *fame*, ut coniecit Guarinius (*In Comm. V exc.* pg. 40 sq.). Paulus pg. 87: « *Famuli* origo ab Oscis dependet, apud quos *servus* famel nominabatur, unde et *familia* vocata ». Circa hanc vocem haec scripsit Döderlein (*De voc. aliquot latin. sabin.* etc. pg. 6): « *Famel* sive *famulus* videtur esse χαμαλός (1), si probabile est, Oscos perinde ac Sabinos literam *f* substituisse graeco χ, quae ore Latino litera *h* exprimebatur, *humilis*. Simillimas autem fuisse inter se Oscorum et Sabinorum linguas, et veteres grammatici testantur et hodierni credunt, ut Varro *L. L.* VII, 28. Aut si quando tabulae Bantinae certa explicatione demonstratum erit, non communem fuisse ambabus dialectis illam Graeci χ in *f* immutationem, facile fieri poterat, ut veteres in caetera utriusque sermonis similitudine Oscum dicerent, quod proprie Sabinorum erat. — Nisi forte famulus deminutivum est nominis μάμμος οἰκέτης apud Hesychium (cui congruit *Memme*), ut *formica* μύρμηξ. » Cf. Maffei *Oss. lett.* VI 35, Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 36, Müller *Die Etr.* I 38 et nt. 79, Klenze *Philol. abhandl.* s. 49, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 30, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308, Aufr. et Kirch. II 348, 382.

I'ΛMIIꟾIΛI, *familiae*, genit. sg. = umbr. ƧAIꟼƎMA8 famerias (cf. osc. FAMELO = *familia*), in antiquissima inscr. ardeatina n. 2731 (cf. Garrucci *Inscr. gravées sur les murs de Pompéi* pg. 21, Ritschel *De fictil. litterat.* pg. 26 sq., Aufr. et Kirch. I 115), quae sequitur:



FAMELLA, diminutivum a *fama*. Paul. pg. 87.

FAMELO, *familia*, subst. f. sg. 1 decl. (vide FAMEL = *famulus*, I'ΛMIIꟾIΛI = *familiae*, et umbr. ƧAIꟼƎMA8 famerias = *familiae*), apud Oscos (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 25 sq.,

(1) Ἔνιοι δ' οὐ Τυρρηνούς φασι τοὺς Φαλερίους, ἀλλὰ Φαλίσκους, ἴδιον ἔθνος· τινὲς δὲ καὶ τοὺς Φαλίσκους πόλιν ἰδίογλωσσον· οἱ δὲ Αἰκουουμφαλίσκον (codd. Οἰακουσυμφαλισκον) λέγουσιν ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ κείμενον μεταξὺ Ὀκρίκλων καὶ Ῥώμης. Cf. adnot. in Strab. pg. 969 ed. Paris. 1853.

(1) *Camallo* Genuatium dialecto idem est quod ital. *facchino* (gerulus).

Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 16 sq., Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III, 210). Tab. Bantina n. 2897 lin. 22: AVVO · FAMEVO = *cetera familia* (Kirchhoff s. 80) vel *illa familia* (Mommsen s. 147), quod alii reddunt *altero famulo* (Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 148, *In comm. V exc.* pg. 40, *Lex. osco-lat.* pg. 36), *alio servo* vel *famulo* (Klenze *Philol. abhandl.* s. 48, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 18 sq.), *alium servum* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 67). Cf. Peter *Sprach und schr.* etc. s. 48.

ƧAIꟼƎMAB (famerias), *familiae*, subst. f. nominat. pl. vel genit. sg. 1 decl. (= FAMIIVIAI), cuius thema fameria = *familia* (osc. FAMELO), apud Umbros (Müller *Die Etr.* I 57 nt. 125; Grotefend *Rud. l. u.* VII, 13; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 19; Aufr. et Kirch. I 18, 21, 40, 91, 106, 111, II 337 sq.; Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. spr.* I 278). In tabula eugubina IIb 2 legitur: ƧAIꟼƎꟼMVꟼ : ƧAIꟼƎMAB (famerias pumperias) = *familiae Pompiliae.* — Maffeius *Osserv. lett.* VI 76, Passerius *Paralip.* pg. 325, et Lanzius II 729 = 637 reddunt *familias*, acc. pl.

FAMIGERO, *evulgo.* Gloss. Philox. apud Labb.: « Famigero, διαφημίζω ».

FAMILIOLA, *parva familia* (ital. *famigliola*), subst. fem. Hieron. *Epist.* 108 n. 2: « Familiola, quam de servis et ancillis in fratres sororesque mutaverat ».

FAMINO, *dicito.* Paul. ex Festo pg. 87; ubi Müller: « Cato *De r. r.* 141: *Ianum Iovemque vino praefamino.* Idem 134: *ture, vino Iano, Iovi Iunonique praefato.* Lindemann ex antiquo titulo apud Gruterum pg. 204, 31 frumino comparat. Cf. Meursius *Exerc. crit.* ad Pseudolum ep. 2 ».

FAMVL, *famulus* (= osc. FAMEL), subst. masc. Ennius [*Ann.* vs. 316 sq.] apud Non. II 322 = pg. 110: « Mortalem summum fortuna repente Reddidit, e summo regno ut famul infimus esset ».

FAMVLETIVM, *servitium*, subst. n. Paul. pg. 87: « Famuletium dicebatur quod nunc *servitium* ». Alii legunt famulitium. Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *famulitium.*

FAMVLITAS, *servitus*, subst. fem. Accius [vs. 118 ed. Ribbeck] apud Non. II 319 = pg. 109: « Nam postquam parvos nos oppressit famulitas »; et Pacuv. [vs. 13] apud eundem loc. cit.: « Quas famulitas vis egestas fama formido pavor ».

ꓶAИƆAИAB (fanacnal), —*gnâ* vel *genâ*, fortasse n. pr. fem., compositum e fana et cnal = *genitus* vel *gnatus*, quasi *Faunigenâ*, in signo aeneo etr. n. 1055. Passerius in *Mem. della soc. Colomb.* I 37 exposuit *Fanacii*, Lanzius II 535 = 457 *Fannacia*, Ianssen *Inscr. etr.* pg. 23 *Phanaciae.*

FANESTER et Fanestris. Vide FANVM.

FANO, *dico.* Varro *De l. l.* VI, 54 pg. 93: « Atque inde Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, id est ut fani lege sit. »

§ 2. Fanor, aris, *furo*, *insanio* (unde fanaticus). Tribuitur Maecenati a Lipsio in not. ad Sen. *epist.* 114.

FANTVA. Vide FATVA.

VИAB (fanu), *fanum*, subst. n., proprie *locus Diis sacer* (cf. Liv. X, 37: « Sed fanum tantum, id est locus templo effatus »); et fortasse significavit *sepulcrum* apud Etruscos (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 125 sg.); legitur enim in duobus titulis sepulcralibus n. 1915 lin. 2 et 2779 lin. 1. *Nè omai mi par più possibile di dubitare*, ait Oriolius in *Ann. dell' Inst. arch.* VI = 1834 pg. 180, *che questa voce* phanu *siasi impiegata dagli Etruschi anche in senso di sepolcro, ciocchè per altro non ha nulla di che dobbiamo esser sorpresi, poichè significava essa unicamente* locus fando consecratus (Paulus edit. Lindemann pg. 70), *o siccome Varrone si esprime* (De l. l. VI, 54), *un luogo, in cui* Pontifices in consecrando fati sunt finem. *Se ne ha quindi solo da dedurre che il sepolcro presso gli Etruschi era luogo consacrato con formola, e avente aja di determinati confini.* In marmore apud Visconti *Monum. Gabini* pg. 82 lin. 10 = tav. XVII lin. 7: EXTRVXISSET · TEMPLVM · IN HONOREM · AC MEMORIAM · DOMITIAE CORBVLONIS · FIL. Cf. Gori *Diss.* 2.ª in *Mus. etr.* II 83, Lanzi II 515 = 439 nt. 1, Raoul-Rochette *Journ. des Sav.* an. 1843 pg. 600, Hier. Amati in *Giorn. arcad.* LVIII, 307, et Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* LXXVII, 284 nt. 2.

FANVLVM, *parvum fanum.* Vide HANVLVM.

FANVM vel Fanum Fortunae, Φάνον Φορτοῦναι (Ptol. III, 1) h. e. τὸ ἱερὸν τῆς Τύχης (Strab. V, II, 10), nunc *Fano*, urbs Umbriae in ora maris Adriatici, quae et colonia Iulia Fanestris appellata est (Plin. III, XIX, 2; Vitr. II 9, V 1). Tac. *Hist.* III 50: « Exercitus ducesque ad Fanum Fortunae iter sistunt ». Caes. *De bell. civ.* I 11: « Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat ». Antonini *Itin.* pg. 126 « Fano Fortunae, et pg. 615 « Civitas Fano Fortunae; Itinerar. antiquum apud Henzen n. 5210: « FANVMFORTVNAE et FANOFORTVNAE; et Tab. Peuting. segm. IV*b* « Fano Furtunae ». Inscr. apud Orell. n. 84 (ubi cf. Henzen): . . . . . POLLIA · CRES | CENS · FANO | FORTVNAE · VETER · EX LEG · XXI | H · F · C · Alia inscr. apud Grut. 475, 7 (Orell. n. 83): L · TITVLENVS L · L · TERTIVS ORIVNDVS | COLONIA IVLIA FANO | FORTVNAE · SEXVIR | L · TITVLENVS TITVLENI LIB | VRSIO ANNORVM XII. — Incolae appellantur Fanestres. In lapide apud Murat. 1024, 1 (Orell. n. 3969): ANCONITANI ET FANESTRES. In alio lapide: R · P · PIS · ET FAN. = h. e. *respublica Pisaur. et Fanestris* (Grut. 45, 2; Murat. 256, 1; Orell. n. 1031 et n. 1535). Adde inscr., quae legitur apud Olivieri *Marm. pisaur.* p. 16 = Orell. n. 3143 (vide PISAVRVM) et aliam apud Grut. 416, 8. Cf. Meyer in *Zeitschr. f. vergl.* VI, 414.

ƨVqVMA8 (fanurus), gentilitium etr., fortasse a VNA8 fanu derivandum (cf. Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* LXXVII, 283), quod legitur in titulo etr. n. 2309.

FAXEM, *facerem* vel *fecissem*. Plaut. *Pseud.* I, v, 84: « Pistrinum in mundo scribam, si id faxem, mihi ».

FAXIM, faxis, faxit, faximus, faxitis et faxint, pro *faciam* etc. vel *fecerim*, *feceris*, *fecerit*, *fecerimus*, *feceritis* et *fecerint*, apud veteres. Faxim h. e. *dabo operam* aliquando usurpat Plautus (*Amph.* I, III, 13; *Aul.* III, II, 6, et v, 20; *Pers.* I, II, 21; *Trin.* I, II, 184; *Truc.* I, I, 43 et II, III, 27) et Terentius. — Pacuvius [vs. 123 ed. Ribbeck] apud Non. II, 886 = pg. 184: « Primum hoc abs te oro, ni me inexorabilem Faxis ». In tab. XIX lin. 8 apud Marini *Arval.* pg. CXXIV: [F]ACXIS. Adde Plaut. *passim.* — Lex XII Tabul. apud Gellium XX, 1: « Si iniuriam faxit alteri, viginti quinque aeris poenae sunto ». Alia (Fr. II § 1 D. de *Noxal. action.*): « Si servus furtum faxit noxiamve nocuit ». Ennius *Epigr.* vs. 3 sq.: « Nemo me lacrumis decoret nec funera fletu Faxit ». Accius [vs. 555 sq. ed. Ribbeck] apud Non. II, 854 = pg. 179: « Quod te obsecro, ne haec aspernabilem tetritudo mea in occulto faxit ». Adde Fest. *Qu.* XII, 16 pg. 246; Plaut. *Capt.* III, IV, 89 et v, 54; *Casin.* III, v, 6; *Most.* II, I, 51; *Menaech.* V, II, 108; *Pseud.* IV, I, 16. — Plaut. *Truc.* I, I, 40: « Quos, quom celamus, si faximus conscios etc. ». — In antiquo carmine apud Macr. *Sat.* III, 9: « Si haec ita faxitis, ut ego sciam, sentiam intelligamque, tunc quisquis hoc votum faxit, ubi faxit, recte factum esto ». Et in carmine Marcii vatis apud eundem I 17: « Hoc si recte faxitis, gaudebitis semper fietque vestra respublica melior ». — Faxint h. e. *dent operam* saepe usurpavit Plautus, et aliquando Cicero (*Verr. act.* II, III, 35, *Fam.* XIV, 3 = n. 81). In titulo aereae laminae inciso apud Orell. n. 3665: TVM ME LIBEROSQVE MEOS IVPITER OPTIMVS MAXIMVS AC DIVVS AVGVSTVS CAETERIQVE OMNES DI IMMORTALES . . . . EM PATRIA INCOLVMITATE FORTVNISQVE OMNIBVS FAXINT. — Faxsis legitur in tab. XXIV apud Marin. *Frat. Arv.*; faxsit et faxit (umbr. ꓘƨVↃIA8 fakust, osc. FEFACVST) in leg. Thoria (App. n. LIX) cap. 10: SEI QVIS FAXSIT QVOTIENS FAXIT etc. — Ita defexit pro *defecerit* in vet. foederis formula apud Liv. I, 24 (« Si prior defexit publico consilio, dolo malo etc. »).

FAXO, *faciam*, futur., quod frequentissime usurpat Plautus. Cf. Virg. *Aen.* IX, 154; Liv. VI, 35; Ovid. *Metam.* III 271 et XII 594; Sil. Ital. XVII, 236. Gloss. apud Labb.: « Faxo ποιήσω ».

FAORABILIS, *favorabilis*, adiect. Est cogn. rom. in basi apud Grut. 1089, 6 (VOLVMNIVS FAORABIL). — T · SALLVSTI FAORALIS apud eundem (1118, 5).

qA8 (far). Vide ANAOqA8 (farthana).

FAR, *far* (pro *fars*), subst. n. acc. sg. 3 decl. (genit. sg. FARER = *farris*), unde FARSIO et FASIO vel VIƨA8 fasiu fortasse = *farreum*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 91, 127, II 355, 357). Tab. eugub. Vb 10 et 15: PVRI · FAR · EISCVRENT = *qui far —erint.* — Lanzius II 670 = 582 et nt. 1, 768 sg. = 616 sg. puri far in unum coalescit et legit puriare, quasi *piriarii* h. e. *frumentarii*, a πυρὸς, *frumentum*. Grotefendio autem far idem est ac rom. *facere* (*Rud. l. u.* IV 13, V 28, VII 10 sqq.).

FARDVLI, *Varduli*, populi Hispaniae citerioris. In titulo apud Dutens *Expl. de quelq. méd. gr.* pg. 112 (Henzen n. 5785): COH · I · FARDVL[ORVM]. Cf. Borghesium in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1841 pg. 142.

FARER, *farris* (pro *farsis*), genit. sg. 3 decl., a FAR = *far* pro *fars*, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VII 10 sqq.; Aufr. et Kirch. I 70, 104, 106, 128, II 355 sqq.; Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 39 sq.). Tab. eugub. Vb 9 et 14: FARER · OPETER · P · VI = *farris —ti p[ondo] VI.* — Lanzius II 820 = 729 (cf. 715 = 619): « farer da *facio*, ἔρδειν, *sacrificare* ».

FARER, quod legitur in tab. falisca n. 2440, Grotefendio *Rud. l. u.* IV 13 et V 26 est *factis*, partic. abl. pl., a *facio*.

FARFARVS, Sabinorum fluvius in Tiberim influens; idem est qui Fabaris (cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 13, 163). Ovid. *Metam.* XIV, 330: « Et amoenae Farfarus umbrae ». Virg. *Aen.* VII, 715: « Qui Tiberim Fabarimque bibunt »; ubi Servius: « Fabarim autem quem dicit, etiam ipse per Sabinos transit, et Farfarus dicitur ». Nunc appellatur *Farfa*, ut legitur in *Chr. Farf.* apud Murat. *Rer. ital. scr.* II, II, 340 sqq.: (« prope fluvium Farfae, ubi dicitur Bilianus »). In char. saec. XI scribitur etiam Pharpha (Murat. *Antiq. ital. diss.* LXXII, VI 231). Pharphar, gr. Φάρφαρ, est etiam fluvius Damascenae (*Testam. vetus Reg.* IV, v, 12). Dictus est Farfarus, e syllaba reduplicata far, ut fur-fur, mur-mur, tur-tur cet.

ANAOqA8 (farthana), vox etr. originis et significationis ignotae, quae scribitur etiam ANOqA⊗ harthna, et legitur in titulo perus. n. 1226. Comparari potest cum sanscr. bhartṛ, *alitor*, *dominus*, *maritus*. Cf. Constab. *Monum. del Palazz.* pg. 117 sg.

FARINACEVS, adiect. *qui farinae formam habet* (ital. *farinaceo*). Gloss. apud Labb.: Farinaceus, ἀλευρώδης ».

FARIOLVS, *hariolus*, h. e. futurorum divinator, ita dictus a *fari* (loqui). Glossar. apud Maium *Class. auct.* VI 524: « Fariolus, *hariolus* ». Scaur. pg. 2250 (et pg. 2252): « quod illi [veteres] fordeum dicebant, nos *hordeum*; fariolum quem nos *hariolum* ».

FARIOR, *for* (loquor)? Lex XII Tabul. apud A. Gellium XV, 13: « Qui se sierit testarier libripensve

fuerit, ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto ».

FARREVM, subst. n. (cf. umbr. FAR et FARSIO). Paul. pg. 88: « Farreum genus libi ex *farre* factum »; et pg. 102: « *Horreum* antiqui farreum dicebant a farre ». Gloss. apud Labb.: « farreum, χονδρῖτις ».

FARSIO, *farreum?*, subst. n. acc. sg. pro farsiom vel acc. pl. 2 decl., = FASIO et antiquioribus literis VIƧA8 fasiu, a FAR = rom. *far* (pro *fars*) et suff. -io, nisi a *farsus* (fartus), quod e *farcio* (Aufr. et Kirch. I 91, 98, 106, 119, 163, II 175, 186, 382). Tab. eugub. VIb 2: PROSESETIR · FARSIO · FICLA · ARSVEITO = *prosectis farsum* (?) *ficulam* (?) *advehito* (Aufr. et Kirch. II 186). — Grotefend *Rud. l. u.* II 33 et VI 16, quem sequitur Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 54, explicat *ferctum.* Cf. Cat. *De r. r.* cap. 134 « Iovi ferctum obmoveto ».

FARTICVLVM, *parvum fartum*, subst. n. Titinnius [vs. 90 ed. Ribbeck] apud Non. IV, 270 = pg. 331: « farticula, cerebellum, lactis agninas ».

VꟼA8 (faru), *Farius*, gentilitium etr. (cf. PHARVS). In titulis perusinis n. 1192 et 1196: VꟼA8 : Ƨ⅃ (ls faru) = *Lars Farius.* — Farus est cogn. in lapide perus. apud Vermigl. *Inscr. per.* pg. 453 (L · ARRIVS · FARVS). In titulo apud Fabretti cap. III n. XX pg. 145: « Faria Epictisis ».

§ 2. *Farii*, genit. sg., pro MVꟼA8 faruś. Ossuarii perus. operculum n. 1195: VꟼA8 : IƎИA : A⅃ (la anei faru) = *Lartia Arria Farii* uxor.

⅃VꟼA8 (farul). Vide MVꟼA8 faruś, quod sequitur.

MVꟼA8 (faruś), *Farii*, nomen virile genit. singul., quod etiam scribitur VꟼA8 (faru) sine casus desinentia, perperam ⅃VꟼA8 farul. In ossuariis perusinis: AIV⅂MVꟼA8VA · IOAV : IИƎꟻ · IOꓷA⅃ (larti veti uari au faruś puia, n. 1193) = *Lartia Vetia Varia Auli* filia *Farii* (uxor) *vidua;* ⅃VꟼA8 : IƎИIƎИA : IИƧA8 (fasti aneinei faru[ś], n. 1194) = *Fausta Anainia Farii* uxor; MVꟼA8 · IꟼV+ꟼƎM · I+ƧA8 (fasti śerturi faruś, n. 1197) = *Fausta Sertoria Farii* uxor.

FARVS, *pharus*, subst. m. Inscr. apud Doni cl. VII n. 144: M · AVR · AVG · LIB · PHILETVS · PRAEPOSITVS VNCTOR · ET · PROC · FARI · ALEXANDRIAE · AD EGIPTVM etc.

ƧA8 (fas), *Fausta*, praenom. fem. pro I+ƧA8 fasti vel AI+ƧA8 fastia. In titulo perus. n. 1578: IƎИ+A ƧA8 (fas atnei) = *Fausta Atinia.*

-ძA8 (faś), radix umbrica (= -ꓘA8 fak-), rom. *fac-ere*, in verbis AIძA8 faśia = *faciat*, VIძA8 faśiu vel VძA8 faśu = *fac-ere*, Ǝ+Ǝ8Ǝძ A8 faśefete (pro faśefele) = *fac-ibilem.*

FAϟ-, radix volsca, pro fac-. Vide FAϟIA = *faciat.*

-ƧA8 (fas-), radix etrusca (= -ƧAΦ phas- et -ƧAΘ has-), quam traxerim ad rad. sanscr. bhand (gaudere), unde bhadra (laetus, felix) = lat. *faus-tus* e *faud-tus* (fand-tus?). Vide praenom. etr. AI+ƧA8 fas-tia = *Faus-ta*, quod et scribitur AI+ƧA⅃8 flastia.

Ǝ+Ǝ8ƎძA8 (faśefete), fortasse perperam scriptum in tab. eugub. IIb 9, pro faśefele = *facibilem*, adiect. m. acc. sg. 3 decl., quod e rad. -ძA8 faś- pro -ꓘA8 (FAC-) = *fac-ere*, et suff. Ǝ⅃Ǝ8- (-fele) = rom. *-bilis* (Aufr. et Kirch. I 72, 91, 100, 162, II 342). — Grotefend *Rud. l. u.* VII 13, 15 legit faśe fete, et vertit *caede facta* (faśe = FAHE).

FASENA, *harena* (arena), subst. f. (vide HARENA), fortasse e rad. *fas-* pro *ardeo*, Sabinorum linguâ. Vel. Long. pg. 2230 P.: « Item nonnulli *harenam* cum aspiratione, sive quoniam *haereat*, sive quod aquam *hauriat*, dicendam existimaverunt: aliis sine aspiratione videtur enuntianda. Nos non tam per illas causas, quas supra proposuimus, quam propter originem vocis; siquidem, ut testis est Varro, a Sabinis fasena dicitur: et sicut *s* familiariter in *r* transit, ita *f* in vicinam aspirationem mutatur. Similiter ergo et *hoedos* dicimus cum aspiratione, quoniam foedi dicebantur apud antiquos. Nam e contrario, quam antiqui habam dicebant, nos *fabam* dicimus ». Et pg. 2238: « Itaque *harenam* iustius quis dixerit, quoniam apud antiquos fasena erat, et *hordeum*, quia fordeum; et, sicut supra diximus, *hircos*, quoniam firci erant; et *hoedi*, quoniam foedi ».

AIძA8 (faśia), *faciat*, coniunct. praes. 3 pers. sg. (volsc. FA[ϟ]IA), apud Umbros (in tab. eugub. IIa 17), = AIƎ8 feia, e rad. -ძA8 faś- pro -ꓘA8 (FAC-), rom. *fac-ere*, umbr. VIძA8 faśiu (Aufr. et Kirch. I 72, 74, 82, 141, II 383). — Grotefend *Rud. l. u.* VII 20, 22, 40 interpretatus est *hostiae* vel *hostias.*

FA[ϟ]IA, *faciat*, coniunct. praes. 3 pers. sg. (umbr. AIძA8 faśia), apud Volscos, e rad. FAϟ- pro *fac-*, rom. *fac-ere* (Lanzi I 367 = 287, II 617 = 631; Grotefend *Rud. l. u.* V 18 sq.; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 323; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 262). Tab. veliterna n. 2736 lin. 1 sq.: PIϟ : VEꓶEϟTROM FAꓘIA = *quis Veliternorum faciat* (Mommsen pg. 320, Huschke s. 261, Corssen *De Volsc. lingua* pg. 2 et 13). Guarinius *Comm.* I 24 legit faka, quod pro *facito.*

FASIO, *farreum?*, subst. n. acc. sg. apud Umbros (in tab. eugub. VIb 44), pro fasiom, vel *farrea* acc. pl. 2 decl., = FARSIO et antiquioribus literis VIƧA8, a FAR? = rom. *far* (Aufr. et Kirch. I 98, II 186, 382). Grotefendio *Rud. l. u.* II 33, VI 22 fasio = farsio pro *ferctum* accus. sg. videtur accipiendum (cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 54).

VIძA8 (faśiu), *facere*, infinit. praes., = VძA8 faśu pro faśium, Umbrorum linguâ (in tab. eugub. IIa 16), e rad. -ძA8 faś- = -ꓘA8 (FAC-), unde AIძA8 faś-ia et AIƎ8 feia = *fac-iat*, V+IƎ8 (FEITV) vel V+Ǝ8 (FETV) = *fac-ito*, ꓘƧVꓘA8 fak-ust = *fec-erit*, +ИƎꓷVꓘA8

(FACVRENT) = *fec-erint*, et adiect. ƎꓕƎ8Ǝdᗅꓭ (fa-śefe[l]e?) = *fac-ibilem* (Aufr. et Kirch. I 18, 52, 72, 95, 149, II 383). — Grotefend *Rud. l. u.* VII 17 (cf. II 33, VII 20, 22, VIII 23) faśiu vel faśu, quod distinguit a fasiu, idem est ac σφάγιον h. e. *hostiam*.

VIƧᗅ8 (fasiu), *farreum?*, subst. n. acc. sg. (in tab. eugub. IIa 12) pro fasium, vel *farrea* acc. pl. 2 decl., = FASIO vel FARSIO, quod vide (Aufr. et Kirch. I 98, 119, II 175, 186, 382). — Grotefend *Rud. l. u.* VII 20 exponit *ferclo*. Cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 34, cui fasiu sive fasu acc. sg. sunt, pro *ferctum*.

FASCINATOR, subst. m. Gloss. apud Labb.: « Fascinator, βάσκανος. »

FASCINVS, dei nomen apud veteres, qui nihil aliud fuit quam veretrum (Forcell. s. v. *fascinus*), de quo sic Plin. XXVIII, VII, 4 ». Nos si haec, et illa credamus rite fieri: extranei interventu, aut si dormiens spectetur infans, a nutrice terna adspui: quamquam illos religione tutatur et Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui Deus inter sacra romana a Vestalibus colitur, et unus triumphantium, sub his pendens, defendit medicus invidiae: iubetque eosdem recipere similis medicina linguae, ut sit exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex. ». Cf. Turneb. IX, 18.

ꓕƧᗅ8 (fast), *Fausta*, praenom. f. = IꓕƧᗅ8 fasti pro ᗅIꓕƧᗅ8 fastia. Inscr. perus. n. 1557: ᗅIᴎ|IƎᴎᗅ ꓕƧᗅ8 (fast aneinia) = *Fausta Anainia*. Adde n. 1951 bis.

?ƎꓘMᗅ8 (faśte), *Faustus* (Φαῦστος), praenom. masc. (cf. MIꓕƧᗅ⊗ hastiś = *Fausti* genit. sing.), a *favore* derivatum (Valerius Max. *Epit. de nom. rat.*), quod semel invenitur in titulis etruscis (saepe IꓕƧᗅ8 fasti pro ᗅIꓕƧᗅ8 fastia = *Fausta*), scil. in ossuario perus. n. 1565. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 245 ad n. 164; et vide rad. etr. -Ƨᗅ8 fas-, unde etiam diminutiva FAVSTVLVS, FAVSTILLVS, FAVSTINVS. More Etruscorum, FOSTLVS dicebant Romani veteres pro *Faustulus*.

MᗅqƎꓕƎꓕƧᗅ8 (fastetera?). Lege MᗅqƎꓕƎ ꓕƧᗅ8 fast eteraś (faste teraś, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 245 ad n. 164).

IꓕƧᗅ8 (fasti), *Fausta* (Φαῦστα), praen. fem. (var. IꓕƧᗅ8, IꓕƧᗅ8, IꓘƧᗅ8, ITƧᗅ8, IꓕƧᗅ8) apud Etruscos, pro integro ᗅIꓕƧᗅ8 fastia (cf. ƎꓘMᗅ8 faśte, et rad. -Ƨᗅ8 fas-), quod per compendium scribitur ᗅ8 fa et ꓕƧᗅ8 fast, et mutatâ tenui in aspiratam IꓕƧᗅΦ phasti atque IꓕƧᗅ8 = ᗅIꓕƧᗅ⊗ (HASTIA), perrare IꓕƧᗅꟻ vasti et ITƧᗅO thasti (cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 175 sq.). En exempla:

IqᗅƆᴎᗅ · IꓕƧᗅ8 (fasti ancari) = *Fausta Ancaria*.
ᗅIƎq8IꓕƧᗅ8 (fasti freia) = *Fausta* .....
ᗅ■IMᗅ8 ITƧᗅ8 (fasti hami..a) = *Fausta* ...
ᗅIꓕᴎIƎƆ · IꓕƧᗅ8 (fasti cvintia) = *Fausta Quintia*.

ᗅIᴎVqꓕIᴎ · IꓕƧᗅ8 (fasti pitrunia) = *Fausta Petronia*.
[ᗅ]Vᗡ8[V]ᗡ : IꓕƧᗅ8 (fasti rufrua) = *Fausta* .....
ᗅIᴎᗅƆƧIꓕƧᗅ8 (fasti scapia) = *Fausta Scaepia*.
ᗅIꓘIꓘ IꓘƧᗅ8 (fasti titia) = *Fausta Titia*.
ᗅI⅃ꓕIꓕIꓕƧᗅ8 (fasti titlia) = *Fausta Titia*.
ᗅI⅃Ǝꟻ · IꓕƧᗅ8 (fasti velia) = *Fausta Velia*.
I⅃ꟻꓘᗅ : IꓘƧᗅ8 (fasti atvli) = *Fausta Atilia*.
ITᗅᴎIꟻ⅃Ǝ8 · ITƧᗅ8 (fasti helvinati) = *Fausta Elvinatia*.
IᗅƆ IꓕƧᗅ8 (fasti cai) = *Fausta Caia*.
IꓕᴎIꟻƆ · IꓕƧᗅ8 (fasti cvinti) = *Fausta Quintia*.
IᴎMV↓ᗅ⅃ : IꓕƧᗅ8 (fasti lachumni) = *Fausta Lacinia*.
IV⅃ꓕƎꟻ : Iꓕ : IꓕƧᗅ8 (fasti ti petrui) = *Fausta Titia Petria*.
IᴎVqꓕƎꟻ · IꓕƧᗅ8 (fasti petruni) = *Fausta Petronia*.
IꓕᗅᴎIꓕᴎƎƧ · IꓕƧᗅ8 (fasti sentinati) = *Fausta Sentinatia*.
IqVꓕqƎM · IꓕƧᗅ8 (fasti śerturi) = *Fausta Sertoria*.
IꓕƎꓕ : IꓕƧᗅ8 (fasti teti) = *Fausta Titia*.
IꓕIꓕ : IꓕƧᗅ8 (fasti titi) = *Fausta Titia*.
IᴎIꓕᗅꟻ IꓕƧᗅ8 (fasti vatini) = *Fausta Vatinia*.
IqV⊙⅃Ǝꟻ IꓕƧᗅ8 (fasti velthuri) = *Fausta Volturia*.
IƧ⅃Ǝꟻ IꓘƧᗅ8 (fasti velsi) = *Fausta Velsia*.
IƧƎꓕƎꟻ : IꓕƧᗅ8 (fasti vetesi) = *Fausta Vetesia*.
IꓕƎꟻ · IꓘƧᗅ8 (fasti veti) = *Fausta Vetia*.
I⅃ꓕIꟻ : IꓕƧᗅ8 (fasti vitli) = *Fausta Vitelia*.
IƎᴎV8ᗅ : IꓕƧᗅ8 (fasti afunei) = *Fausta Afonia*.
IƎᴎIƎᴎᗅ : IꓘƧᗅ8 (fasti aneinei) = *Fausta Anainia*.
IƎᴎ⋇ᴎᗅƆ · IꓕƧᗅ8 (fasti capznei) = *Fausta Capenia*.
IƎᴎVƎ⅃ · IꓕƧᗅ8 (fasti leunei) = *Fausta* .....
IƎqƎƆᗅᴎ : IꓕƧᗅ8 (fasti nacerei) = *Fausta* .....
IƎᴎꓕᗅꟻ : IꓕƧᗅ8 (fasti palnei) = *Fausta Patinia*.
IƎᴎqꓕƎꟻ · IꓕƧᗅ8 (fasti petrnei) = *Fausta Petronia*.
IƎᴎqOƎƧ · IꓕƧᗅ8 (fasti sethrnei) = *Fausta Setrenia*.
IƎᴎ⅃ꓕIꓕ : IꓕƧᗅ8 (fasti titunei) = *Fausta Titinnia*.
IƎᴎꓕƎꓕ · IꓕƧᗅ8 (fasti tetnei) = *Fausta Tetinia*.
IƎᴎꓕVꓕ IꓕƧᗅ[8] (fasti tutnei) = *Fausta Tutinia*.
IƎᴎ⋇Ɔ⅃Ǝꟻ · IꓕƧᗅ8 (fasti velcznei) = *Fausta Velcinia*.
IƎᴎƆƧƎꟻ : IꓕƧᗅ8 (fasti vescnei) = *Fausta Vescinia*.
IƎᴎꓕƎƆ · IꓕƧᗅ8 (fasti vetnei) = *Fausta Vetinia*.
IᗅIƎᴎ↓qᗅM · Iꓕ · IꓕƧᗅ8 (fasti ti marchneiai) = *Fausta Titia Marcania*.

Quibus addenda sunt:

MIᗅƆ · IꓕƧᗅ8 (fasti caiś) = *Fausta Caii* uxor.
MƎꓕqVƧ : IꓕƧᗅ8 (fasti surteś) = *Fausta —ii* uxor.
MIqVΦ : IꓕƧᗅ8 (fasti phuriś) = *Fausta Furii* uxor.

et num. 1085, 1569 (ᴎVᗅ · IꓕƧᗅ8 fasti aun), 2613. Cf. etiam n. 91.

ᗅIꓕƧᗅ8 (fastia), *Fausta*, praenom. fem. apud Etruscos (cf. Müller *Die Etr.* I, 413), quod saepius scribitur

I+ƧA8 fasti, per compendium A8 fa, sine litera finali +ƧA8 fast, et mutata tenui in aspiratam I+ƧAΦ phasti vel I+ƧAB hasti = AI+ƧA⊗ (HASTIA), perrare I+ƧAꟻ vasti, fortasse ITƧAO thasti et AI+ƧAꟼ8 flastia, e rad. -ƧA8 fas = vel -MA8 faś- h. e. *fau-stus* (vide -ƧA8 fas- et ƎYMA8 faśte). De identitate inter fastia et hastia minime dubitandum (Lanzi I 216 sg. = 166, II 282 sg. = 224), et verba Oriolii apud Vermigliolium *Sepolcro dei Volunni* pg. 133 ed. 2.ª (cf. pg. 127 nt. *) « hastia *par diverso radicalmente dal solito* fasti, *altro prenome più comune con cui nondimeno potè esser confuso alle volte* », refutanda sunt. Exempla refero ex titulis etr. deprompta:

AI+ИIϽϽ · AI+ƧA8 (fastia cvintia) = *Faustia Quintia.*
IИ+ꟼA · AI+ƧA8 (fastia artni) = *Fausta Artenia.*
IƎИV8AAI+ƧA8 (fastia afunei) = *Fausta Afonia.*
IƎИIAϽ AI+ƧA8 (fastia cainei) = *Fausta Cainnia.*
IƎИAꟼMV : AI+ƧA8 (fastia umranei) = *Fausta Umbrania.*

Quibus adde ossuar. perus. n. 1084: MVꟻAƧIƧAIꟼƧA8 (fastia sisachuś) = *Fausta Sisacii* uxor.

AƧVꟼ+И+ƧA8 (fastntrusa), *—usia* (*—ii* uxor), cognomen muliebre etr. a coniugio derivatum. Ossuarium clus. 494 bis *c*: VƧVꟼ+И+ƧA8 : IƎИꟼƧ1VϽ : AO (tha cupslnei fastntrusa) = *Tannia Cupiennia —ii* uxor.

VꟼA8 (faśu), *facere*, = VIꟼA8 faśiu pro faśium, infinit. praes. apud Umbros, e rad. -ꟼA8 faś- = -ꓘA8 (FAC-), *fac-ere* (Aufr. et Kirch. I 72, 74, 149, II 348, 383). Tab. eugub. IIa 21 sq.: VꟼA8 | : ƧƎIϽƎ⊙ƎИV1 (pune heries faśu) = *quum voles facere.* — Grotefendio *Rud. l. u.* VII 15 est *σφάγιον* = *hostiam*, ut dixi ad v. VIꟼA8 faśiu.

FATA, *Parcae*, a *fatum.* Isid. *Orig* VIII, 11: « Tria autem fata fingunt in colo et fuso, digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora etc. ». Procop. *De bello goth.* I, 25: *τὰ τρία φάτα, οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς μοίρας νενομίκασι καλεῖν.* Cf. Mart. Capell. §§ 57, 65, 89, 360, 773. Saepe memorantur in lapidibus romanis (Tria fata, apud Orell. n. 1777), et appellantur augusta (FATIS AVG·, Orell. n. 1775), divina (FATA DIVINA, Henzen n. 6042), divina et barbarica (FATIS DIVIN et BARBARIC, Orell. n. 1774), male iudicantia (MALE IVDICANTIBVS FATIS, Orell. n. 4579). Adde inscr. apud Orell. n. 1771 sq., 1774, 2432, 5802 (FATIS; FATIS DERVONIBVS). Cf. in nummo Diocletiani apud Eckhel *Doctr. num. vet.* VIII, 6: FATIS VICTRICIBVS. — Scribitur etiam Fatae. Inscr. apud Henzen n. 5799: FATAB | DEICO | DIEI · F · | V · S · L · M. Alia inscr. apud Orell. n. 1773: FATIS FATA[BVS].

FATIBVLA, subst. fem. Diomed. pg. 488 P.: « Dramata autem dicuntur tragica aut comica, *παρὰ τὸ δρᾶν* i. *agere:* latine *fabulae* appellantur sive fatibulae ».

ꟼAIИI+A8 (fatinial), *Vatiniá*, n. pr. fem. abl. sg., idem ac ꟼAIИIꟼAꟻ vatinial, ut dixi in Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 94. Ossuarii perus. operculum n. 1124: ꟼAIИI+A8 · ꟼA · IƧϽA · ꟼA (ar acsi ar fatinial) = *Arria Axia Arrii filia Vatiniá* nata.

FATIS, *fama, gloria*, subst. fem. Est cogn. rom. in titulo apud Murat. 989, 5 (AELIA FATIS).

8ꟼT-IVꟽ (fatíum), *fari* (loqui), infinit. praes. apud Samnites, e rad. 8ꟼ- fa-. In lamella capuana n. 2749 lin. 6: ИEП 8ꟼT-IVꟽ · ИEП · ꓤE-IKVꟽ · ПVT-IИ[И]Ƨ (nep fatíum nep deíkum putíans) = *neque fari neque dicere* (loqui) *possint*; et lin. 8: NEП · ꓤE-IKVꟽ ИEП · 8ꟼT-IVꟽ ПVT-IИꓤ (nep deíkum nep fatíum pútíad) = *neque dicere* (loqui) *neque fari possit* (cf. Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. V, 102 sq.). Eodem modo in lamella plumbea ex sepulcris romanis deprompta (*Bull. arch. nap.* nv. sr. tav. XIII n. 1; Marchi in *Civ. catt.* VIII, 243; I. B. De Rossi in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1852 pg. 20 sgg.) legitur NIIC · ꓘOQVI NIIC SERMONARII ГOTIIST h. e. *nec loqui nec sermonari potest* (possit).

FATO, *fatum?*, subst. n. 2 decl. pro fatom (in tab. eugub. VIb 11), a participio perf. pass., quod e rad. FA- = *fa-ri*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 18, 90, 117, 147, 162, II 200). Lanzius I 371 = 290, 377 = 295, II 761 = 669 fato = *factus*, partic. a *fac-io.* Grotefend *Rud. l. u.* VI 18 exponit *fano* h. e. *templo*, abl. sg.

FATOR, *multum loquor*, frequentat. a *fari.* Paul. pg. 88: « Fatantur, multa fantur ». Gloss. apud Labb.: « Fator, *πολυλογέω* », et « Fatatus, *εἱμαρμένος* ».

FATVA vel Fantua, eadem quae Bona dea, ita dicta a *fando* (Cornelius Labeo ap. Macr. *Sat.* I, 12; vide BONA dea. Cf. Serv. ad *Aen.* VII, 47; vide FATVELLVS). C. Bassus ap. Lact. I, 22 sic nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisse, ut Faunus viris. Mart. Capella II § 167: « Fatui, Fatuaeque, vel Fantuae, vel etiam Fanae, a quibus *fana* dicta, quod soleant divinare »; ubi Grotius: « Fantua; ut Mana Mantua, sic Fauna vel Fana Fantua: in Arnobio lib. I ms. pro Fana refert Fenta, forte sit Fantua vel Fentua ». Nomen ipsum reperies apud Saxonem Grammaticum 2 pg. 22 Steph.:

« Saltu librantur Furiae, glomerantur eisdem
Larvae, quas Simiis Fantua iuncta premit. »

Ad quae Barthius in *Advers.* pg. 1187: « Fantuam Fatuam gratia carminis dictam autumo. Sed et antiquiores ita dicebant. Glossae veteres: Fatuus quasi Fantuus a *fando*, quia Faunis oracula edebat ». Cf. *Graec. Histor. min.* IV 364 ed. Paris. 1851.

FATVELLVS, deus idem qui Fatuus et Faunus et Inuus (Serv. ad *Aen.* VI, 776; vide INVVS). Quidam deus (ita Servius ad *Aen.* VII, 47) est Fatuellus: huius uxor est Fatua. Idem Faunus, et eadem Fauna.

Dicti sunt Faunus et Fauna a vaticinando, id est, *fando;* unde et fatuos dicimus *inconsiderate loquentes.*

FATVITO, *fataliter*, adv. Prisc. pg. 1016 P.: « Similiter a *fato*, fatuito, μοίρηθεν, *fato* et *fataliter*, μοιραίως ».

FATVM et Fatus, deus vel deorum voluntas (cf. Non. VI, 42 = pg. 455; Virg. *Aen.* VII, 50, 293). Invenitur in lapidibus rom., ex. gr. HOC DEDIT FATVM MIHI (Orell. 1782); C · BENNIVS | CAESIAE · OPTATAE | VXORI SVAE | FECIT · NON LVBENS | SED FATVM | FECIT (Grut. 763, 7; Orell. n. 4634); FATO BONO (Grut. 1017, 7; Orell. n. 1776); DEO MAGNO ET FATO BONO = ΘΕΩ ΜΕΓΙϹΤΩ ΚΑΛΗ ΜΟΙΡΑ (Mommsen n. 2649; Henzen n. 5798); HVNC FATVS SVVS PRESSIT (Murat. 660, 4; Orell. n. 2613); FATVS MALVS? (Grut. 661, 6; Orell. n. 4748).

FATVVS. Vide FAVNVS.

FAVENTIA, Φαουεντία (Ptolem. III, 1; Strabo V, I, 11) vel Φαυεντία (Appianus *De bell. civ.* I, 91) vel Φαβεντία, oppidum Italiae in Aemilia, nunc *Faenza* (Antonini *itin.* pg. 100, 126, 287, 616 « Faventia civitas »; Tab. Peuting. segm. IV*a*; vetus itiner, apud Henzen n. 5210; Vell. Paterc. II, 28), de quo Silius Ital. VIII, 598:

Undique solers
Arva coronatum nutrire Faventia pinum.

Incolae appellantur Faventini (Plin. III, xx, 1). Inscr. apud Henzen n. 5502: REIP · FAVENTINORVM. Steph. Byz.: Φαβεντία, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Φαβεντῖνος, ὡς Πλακεντῖνος. Varro *De r. r.* I, II, 7, et Columella III, III, 2: « Faventinus ager ». De linis Faventinis cf. Plin. XIX, II, 2 sq. — Hoc nomine duo sunt oppida in Hispania: Faventia, quod et Barcino, nunc *Barcellona* (Plin. III, IV, 5); Faventia, quod et Vesci (Plin. III, III, 5). — Faventinus est cogn. rom. apud Gruter. et Murat., quod et scribitur FAENTINVS (Grut. 627, 5).

§ 2. Faventia, dea apud veteres. Accius *Oenomao* vs. 508 [ed. Ribbeck] apud Nonium III 93 pg. 205 et IV 330 = pg. 357:

« Vos ite actutum atque opere magno edicite
Per urbem, ut omnes, qui arcana astuque accolunt,
Cives ominibus faustis augustam adhibeant
Faventiam, ore obscena dicti segregent ».

FAVISSAE locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem, qui putant, favissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia. Ita Paulus ex Festo pg. 88; ubi Müller: « Illud vocabulum constat esse etruscum et favissas facere Romani ab Etruscis didicisse videntur (cf. *Die Etr.* II, 289) ». Aul. Gellius II, 11: « Servius Sulpicius iuris civilis auctor, vir bene litteratus, scripsit ad M. Varronem, rogavitque ut rescriberet quid significaret verbum, quod in censoriis libris scriptum esset. Id erat verbum favissae Capitolinae. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendi Capitolii: Voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in aedem conscenderetur, suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret; sed facere id non quisse, quoniam favissae impedissent. Id esse cellas quasdam et cisternas, quae in area sub terra essent: ubi reponi solerent signa vetera, quae ex eo templo collapsa essent, et alia quaedam religiosa e donis consecratis: at deinde eadem epistola negat quidem se in literis invenisse cur favissae dictae sint: sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quod *thesauros* graeco nomine appellaremus, priscos Latinos flavissas dixisse: quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. Coniectare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam literam, et favissas esse dictas cellas quasdam et specus, quibus aeditui Capitolini uterentur ad custodiendum res veteres religiosas. » Cf. Non. II 341 = pg. 112 s. v. *flavissas.* Gloss. apud Labb.: « Favissae, θησαυροὶ »; et Placidi *Gloss.* apud Maium *Class. auct.* III, 462: « Favisse, fossae quaedam in Capitolio, quae in modum cisternarum curatae excipiebant dona Iovis, si quae vetustate erant hominum; a fruge danda ». Cf. *Giorn. arcad.* III, 119.

FAVITOR, *fautor*, subst. masc. Non. II, 326 = pg. 110: « Favitorem, *fautorem;* Lucill. libro XXIX: *Favitorem tibi me, amicum, amatorem putes* ». Plaut. *Amph.* prol. vs. 78 sq.: « Virtute ambire oportet, non favitoribus, Sat habet favitorum semper, qui recte facit ». Vide voc. sq.

FAVITVS, *fautus*, particip. a *faveo.* Est cogn. rom. Inscr. apud Marini *Arval.* pg. 233: .....SIA Q · L · FAVITA. Alia apud Murat. 729, 4: PETILAE Q · L · FAVITAE.

FAVLA, *meretrix.* Lactant. I, 20: « Nec hanc solam (Accam) Romani meretricem volunt, sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse, Verrius scribit ».

FAVIVS, *Fabius*, gentilitium rom. Grut. 406, 8: FABIAE · BROCCENSIAE ..... L · FAVIVS · AVITVS · PATER.

FAVNA, eadem quae Fatua et Bona Dea (vide FATVA et BONA dea), filia Pici, soror et uxor Fauni. Cf. Serv. ad *Georg.* I 11 et ad *Aen.* VII 47, Macrob. *Sat.* I 12, Lactant. I 22, Arnob. V 168.

FAVNI, dii agrorum, ut Panes, filii Fauni vel Saturni. Ovid. *Metam.* VI, 392: « ruricolae, silvarum numina, Fauni, Et Satyri fratres; et VI, 81: « Vos quoque plebs Superum, Fauni, Satyrique, Laresque ». Ennius *Ann.* vs. 221 sq.: « scripsere alii rem Vorsibus quos olim Faunei vatesque canebant »; ubi Varro *De l. l.* VII, 36 pg. 134: « Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus et Fauna sit; hos versibus, quos vocant Sa-

turnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari futura, a quo *fando* Faunos dictos ». Cf. Cic. *De div.* I 45, 50; Serv. ad *Ecl.* VI 27.

§ 2. Faunos eosdem esse ac Incubos, credebant antiqui, ab iisque infestari dormientes et opprimi. August. *De civ. Dei* XV 23, Serv. ad *Aen.* VI 776, Plin. VIII, 62, et XXV, 10.

FAVNIGENAE, Italiae seu Latii populi a Fauno rege. Sil. Ital. VIII, 358: « Faunigenae socio bella invasere Sicano, Sacra manus, Rutuli »; et V, 7: « Quae vada (*Trasimeni*) Faunigenae regnata antiquitus Auno ».

FAVNVS, idem ac Fatuus, Fatuellus, Pan, Aegipan, Silvanus, Inuus, filius Pici, nepos Saturni, rex Aboriginum (Ioann. Antioch. fragm. n. 6, Alex. Ephesius apud Aur. Victor. *De orig. gent. rom.* pg. 9 ed. Lugd. 1670). Iustin. XLIII, 1: « Post hunc (*Saturnum*) tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Evander, ab Arcadiae urbe Pallanteo, in Italiam cum mediocri turba popularium venit ..... Fauno fuit uxor nomine Fatua, quae adsidue divino spiritu impleta, velut per furorem, futura praemonebat. Unde adhuc, qui inspirari solent *fatuari* dicuntur ». Dercylus (*Graec. hist. min.* IV, 387) apud Plutarch. *Parall.* cap. 38: Ἡρακλῆς τὰς Γηρυόνου βοῦς ἐλαύνων δι' Ἰταλίας ἐπεξενώθη Φαύνῳ βασιλεῖ, ὃς ἦν Ἑρμοῦ παῖς, καὶ τούς [γε] ξένους τῷ γεννήσαντι ἔθυεν· ἐπιχειρήσας δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνῃρέθη. Cf. Virg. *Aen.* VII, 48 (« Fauno Picus pater »), et 81 sq.; Plutarch. in *Numa* XV, 3, et in *Iul. Caes.* IX, 2, *Quaest. rom.* cap. 20; Forcell. *Lex.* s. h. v. Vide FATVA. — Faunalia sunt festa in Fauni honorem instituta (vide Forcell. s. h. v.). Gentem Fauniam exhibent nummi consulares. Cognomen Faunus extat in titulo apud Grut. 660, 7 (L · CASPERI · L · F · PAL · FAVNI).

FAVONIALIS, adiect. ad Favonium pertinens. Gloss. *Philox.*: « Favonialis, Ζεφύριος ».

FAVONIENSES. Vide NVCERIA § 1.

FAVORALIS, *favorabilis*, adiect. *Not.* Tir. pg. 134: « Favor, favoralis, favorabilis ». Est etiam cogn. rom. in titulo apud Grut. 1118, 5 (T · SALLVSTI FAORALIS).

FAVSTILLVS et Faustilla, dimin. Fausti et Faustae (cf. etr. ΑΙΤΣΑΒ fastia = *Fausta*). In titulis sepulcralibus: C · LVCCEIVS · C · L · FAVSTVS · FAVSTILLVS (Mommsen n. 989), ... IONIVS · Q · L · FAVSTILLVS (ib. n. 2383*k*), C · LVSIVS · C · L · FAVSTILLVS (ib. n. 2383g), C · ENNIVS · C · L FAVSTILLVS (ib n. 5053). Inscr. apud Mommsen n. 2154: FAVSTILLA · VER · | VIXIT · ANN · XV<. Adde Grut. 785, 4 (FONTEIAE · FAVSTILLAE).

FAVSTINVS et Faustina, diminut. Fausti et Faustae (cf. FAVSTILLVS). Sunt cogn. et nomina rom. satis nota.

FAVSTIO -onis, a Fausto. Est cogn. rom. in basi marmorea apud Grut. 241 col. 2 (Q · FABIVS FAVSTIO). Cf. Murat. 1715, 4.

FAVSTITAS, idem ac *felicitas*, fortasse dea feturis armentorum praeses. Horat. *Od.* IV, v, 18: « Nutrit rura Ceres almaque Faustitas ».

FAVSTVLVS. Vide FOSTLVS.

?IMITIRAƎ8 (fearitimi), in aeneo signo etr. n. 2613. Lanzius II 525 = 448 legit aritimi, fortasse epitheton Apollinis ex. gr. Ἀρτιμίῳ, *valde honorabilis*, sive Ἀρτεμίῳ *salutari* vel *sospitatori*, ut coniecit Passerius in *Lett. Roncagl.* n. xi pg. 350.

FEBRARIVS. Vide FEBRVARIVS.

FEBRILIS, adiect. ad febrem pertinens. Gloss. apud Labb.: « febrile, πυρέτιον. »

FEBRIS, antiquiori ortographia Hebris (Serv. ad *Aen.* VII, 695), dea apud Romanos, cuius fanum in Palatio prope Velabrum (Cic. *De nat. deor.* III 25, *De legib.* II 11; Plin. II, v, 2; Aelian. *Var. hist.* XII, 11), alterum in area Marianorum monumentorum, in monte Esquilino, tertium in summa parte vici Longi (Valerius Max. II, 6). Prudentius *Hamart.* vs. 157:

« Par furor illorum quos tradit fama dicatis
Consecrasse deas Febrem Scabiemque sacellis ».

August. *De civ. Dei* III, 25: « Pallori et Febri fana Romani constituerunt, et cacodaemones placando monent ne noceant ». Et *De const. evang.* I, 18: « Eisque Febrem Bellonamque praetulerunt, quibus antiqui fana fecerunt ». Inscr. apud Grut. 97, 1 = Orell. n. 1796 (non omni suspicione carens): FEBRI DIVAE · FEBRI | SANCTAE · FEBRI MAGNAE | CAMILLA AMATA PRO | FILIO MALE AFFECTO P. Cf. I. B. De Matthaeis *Dissert. sul culto reso dagli antichi Romani alla dea Febbre* in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* I, I, 443-468.

FEBRVA -orum, sacra expiatoria (vide FEBRVARIVS), a sabino FEBRVM h. e. *purgamentum*. Ovid. *Fast.* II, 19 sqq.:

« Februa Romani dixere piamina patres:
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices ab rege petunt et flamine lanas,
Queis veteri lingua Februa nomen erat.
Quaeque capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui caesus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronte tegit.
Ipse ego Flaminicam poscentem Februa vidi;
Februa poscenti pinea virga data est.
Denique quodcumque est, quo pectora nostra piamur,
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.
Mensis ab his dictus: secta quia pelle Luperci
Omne solum lustrant, idque piamen habent. »

Februa casta et pia Februa dixit Ovid. *Fast.* IV 725, V 423.

FEBRVALIS. Vide FEBRVLIS.

FEBRVARIVS, Φεβρουάριος, unus est ex mensibus anni, dictus a februis, quod tum februaretur populus, id

est *expurgaretur* (cf. FEBRVA, FEBRVATVS, FEBRVO, FEBRVVM, FEBRVVS). Varro *De l. l.* VI, 34 pg. 86: « Ad hos (*menses*) qui additi, prior a principe deo Ianuarius appellatus; posterior, ut idem dicunt scriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur. Ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februatur populus, id est lupercis nudis lustratur antiquom oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum ». Paulus pg. 85: « Februarius mensis dictus, quod tum, id est extremo mense anni, populus februaretur, id est *lustraretur* ac purgaretur, vel a Iunone Februata, quam alii Februalem, Romani Februlim vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant, eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina; quam ob causam is quoque dies Februatus appellabatur. Quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, februa appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur februatum ». Aliam originem tradit Isid. *Orig.* V, 33: « Februarius nuncupatur a Februo, id est *Plutone*, cui eo mense sacrificabatur. Nam Ianuarium diis superis, Februarium diis manibus Romani consecraverunt. Ergo Februarius a Februo, id est a *Plutone*, non a febre, id est *aegritudine*, nominatur ». Cf. Ovid. *Fast.* II 31 sq., cit. ad v. FEBRVA. Plutarch. in *Numa* XIX, 7: Τῶν δὲ ὑπὸ Νομᾶ προστεθέντων ἢ μετατεθέντων ὁ μὲν Φεβρουάριος, οἷον καθάρσιος ἄν τις εἴη· καὶ γὰρ ἡ λέξις ἔγγιστα τοῦτο σημαίνει καὶ τοῖς φθιτοῖς ἐναγίζουσι τότε καὶ τὴν τῶν Λουπερκαλίων ἑορτὴν εἰς τὰ πολλὰ καθαρμῷ προσεοικυῖαν. — Pro februarius haud raro legitur FEBRARIVS (ital. *febbraio*), ex gr. in lapide apud Visconti *Monum. Gab.* pg. 99; et in lapide corfiniensi apud Mommsen n. 5360 lin. 12. — KAL · FEBRARIAS et PRIDIE NONAS FEBRARIAS legitur apud Maffei *Mus. ver.* 358, 5 et 15.

FEBRVATIO, *lustratio*, *purgatio*. Varro *De l. l.* VI, 13 pg. 77 (vide FEBRVVM).

FEBRVATVS et februata, *lustratus* et *lustrata*, particip. a februo, quod vide. Hinc dies Februatus et Iuno Februata (Paul. pg. 85; vide FEBRVARIVS). Plutarch. in *Rom.* XXI, 7: Τὰ δὲ Λουπερκάλια τῷ μὲν χρόνῳ δόξειεν ἂν εἶναι καθάρσια· δρᾶται γὰρ ἐν ἡμέραις ἀποφράσι τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὃν καθάρσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειε καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὸ παλαιὸν ἐκάλουν Φεβράτην. Vide voc. sq.

FEBRVLIS vel Februalis dicta est Iuno a Romanis, quod ipsi Februario mense sacra fiebant (Paul. pg. 85; vide FEBRVARIVS, et cf. Hartung *De relig. Rom.* II, 67). Februalem dicit Mart. Capella lib. II § 149 pg. 199 ed. Kopp. Arnobius nomine Februalis non utitur, sed (III pg. 118) Februtis, pro quo alii Februlis reposuerunt (Herald. ad Arnob. pg. 147). Φεβρουάταν καὶ Φεβρουάλεμ Laurentius Lydus *De mens. Febr.* cap. I (pg. 68 ed. Schow., pg. 172 Roeth.) mensis Februarii praesidem appellat.

FEBRVO, *lustro*, *purgo*, a februis (Paul. pg. 85; vide FEBRVARIVS, FEBRVVM et FEBRVVS). Varro *De vita pop. rom.* lib. I apud Non. II 355 = pg. 114: « In eorum enim sacris liba quum sunt facta, iniicere solent farris semina ac dicere, se ea februare, idest *pura facere* ». Quae de Sabinis dicta esse putat Müller ad Festum pg. 85.

FEBRVVM, *purgamentum*, Sabinorum linguâ, unde februo h. e. *lustro* vel *purgo*. Varro *De l. l.* VI, 13 pg. 77: « Februum Sabini *purgamentum*, et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia februatio, ut in Antiquitatum libris demonstravi ». Cf. Müller *Die Etr.* I 42 anm. 97, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 351. Vide FEBRVARIVS, FEBRVATIO cet.

FEBRVVS, deus qui lustrationum potens creditur (Pluto vel pater Plutonis). Macrob. *Sat.* I, 13: « Secundum (*mensem*) dicavit (*Numa*) Februo deo qui lustrationum potens creditur. lustrari autem eo mense civitates necesse erat; quo statuit ut iusta diis Manibus solverentur ». — Etruscis est *inferus* seu *Ditis pater*. Lydius *De mens.* IV, 20: Ἀνύσιος δὲ ἐν τῷ περὶ μηνῶν Φεβροῦον τὸν καταχθόνιον εἶναι τῇ Θούσκων φωνῇ λέγει καὶ θραπεύεσθαι πρὸς τῶν Λουπερκῶν ὑπὲρ ἐπιδόσεως τῶν καρπῶν. Serv. ad *Georg.* I, 43: « Duo vero (*menses*), propter rationem signorum anni, intercalabantur, qui postea a Iano et a Februo nominati sunt. Februus autem est Ditis pater, cui eo mense sacrificabatur ». Cf. Isid. *Orig.* V, 33; et vide FEBRVARIVS.

FEDE, *fide*, abl. sg. Inscr. chr. in *Giorn. arcad.* LXXIII, 315: HIC REQVIESCET IN | PACE FEDE CVSTITVT|VS ILARVS QVI VIXIT | ANNVS PL · MS · XXV.

FEDELISSIMA, *fidelissima*, adiect. superlat. Inscr. chr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. IX n. 18: BELLICIA | FEDELISSIMA | VIRCO etc.

FEDESVM, *federum* (foederum), apud veteres, teste Varr. *De l. l.* VII, 27 pg. 130. Alii legunt foedesum.

FEDVS, *hedus* (haedus) vel *edus*, Sabinorum dialecto, teste Varr. *De l. l.* V, 97 pg. 38 (vide EDVS). Döderlein *De voc. aliquot* etc. pg. 7: « *Fedus* sive *foedus* Sabinorum pro eo est, quod Latini *hoedus*, Gothi *gaitei* i. e. *geiss* dicebant. Quis hoc nomen cum χοῖρος Graecorum congruere infitiabitur semel monitus? Nam ρ Graecorum saepe in *d* Latinorum transire satis notum; unde κηρύκειον *caduceus*, δαρόν *dudum*, κόλουρος *claudus*, γαῦρος *gaudium*. Non pares quidem sunt at similes ipsae belluae, *hoedus* χοίρῳ, *sui*; hispidae nimirum sunt ».

FEELIX, *fēlix*, adiect. (vide FELIXS, FELIS, FALIX, FILIX), cuius sillaba *fē* ad sanscr. bhâg' (veneratio, cultus) vel ad bhâga (bona fortuna, felicitas) trahit Boppius *Gloss. scr.* pg. 242 (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 158; Aufr. et Kirch. I 62 nt. 1). In nummo argenteo

gentis Corneliae (Cohen *Méd. consul.* pl. xv n. 25): FEELIX et FAVSTVS. — FEELIX et FIILIX in titulis pompeianis vidit Avellinius (*Bull. arch. nap.* V, 9 sg.). Adde inscr. apud Passionei cl. I n. 22).

FEETV, *facito*, perperam scriptum pro FETV vel FEITV, imperat. 3 pers. sg., in tab. eugub. VIIa 41, ubi legitur VITLA · TRIF · FEETV = *vitulas tres facito* (Aufr. et Kirch. II 287).

FE[F]ACID, *fecerit*, coniunct. perf. 3 pers. sg. (vide FEFACVST = *fec-erit*, futur. exact.) apud Oscos, e rad. FAC- (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308; Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 21, V 5 sqq. Cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12, Peter *Sprach und schr.* etc. s. 63 sq., Ebel in *Zeitschr.* cit. II 58; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 46; Lange *Die osk. inscr.* etc. s. 17; et, si velis, Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 148, *In Comm. V exc.* s. 30 sq.). Tabula Bantina n. 2897 lin. 10: NEP · FEPACID = *neque fecerit* (Franchini in *Giorn. arcad.* LXXXIII, tab. 2 ad pg. 305, Mommsen s. 146, Kirchhoff s. 79, Lange s. 87, Huschke s. 65, Bugge in *Zeitschr.* cit. VIII 39).

FEFACVST, *fecerit*, futur. exact. 3 pers. sg. apud Oscos (= umbr. ꓘƧVϽIᗅ8 fac-ust), e rad. FAC, per reduplicationem FEFAC-, sicuti rom. *fēci* pro *fefeci* (Müller *Die Etr.* I 37 nt. 78; Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 148; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 64 sq.; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308; Aufr. et Kirch. I 146, 169, II 53; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 21; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 360. Cf. Ebel in *Zeitschr.* cit. II 58). Tabula Bantina n. 2897 lin. 11 et 17: SVAE PIS · CONTRVD · EXEIC · FEFACVST = *si quis contra hoc fecerit* (Müller loc. cit., Franchini in *Giorn. arcad.* LXXXIII, tab. 2 ad pg. 305, Mommsen s. 146, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79, Lange *Die osk. inscr.* etc. s. 87 sq., Huschke s. 65 sq.; cf. Grotefend op. cit. pg. 13, 15).

ƎꓷV8Ǝ8 (fefure), *fuere* (fuerunt)?, fortasse e rad. =V8 (FV-), reduplicata fefu-, quod legitur in tab. eugub. IIa 4 (Aufr. et Kirch. I 145, II 380, 407). — Fefure pro fefures (*februis*) exaratum existimat Grotefendius *Rud. l. u.* V 16, VII 18.

-⊗Ǝ8 (feh-), radix umbrica. Vide 8ᗅ+⊗Ǝ8Иᗅᗅ (aanfeh-taf).

8ᗅ+⊗Ǝ8 (fehtaf) = —*ctas*. Vide 8ᗅ+⊗Ǝ8Иᗅᗅ (aanfehtaf).

OƎ8 (feht). Vide voc. sq.

IƎИᗅOƎ8 (fethanei), fortasse *Vettiana*, n. pr. fem., nisi legendum feth anei pro veth anei = *Vettia Annia*, in ossuario etr. n. 1024 (vide MᗅИV8ᗅ afunas').

VIOƎ8 (fethiu), *Vettius*, gentilitium etr. (genit. sg. MVIOƎ8 fethius' = MVI+Ǝ8 fetius'), pro vetiu (cf. IOƎꟻ = *Vettia*), mutato digamma in *f* (cf. Lanzi II 344 = 273 nt. 9, 433 = 362 nt. 364). In ossuario cortonensi n. 1027 legitur: VIOƎ8 · OИꟼᗅ (arnth fethiu) = *Aruns Vettius*.

MVIOƎ8 (fethius'), *Vettii*, n. pr. m. genit. sg. (= MVI+Ǝ8 fetius'), a VIOƎ8 fethiu = *Vettius*, in columella perus. n. 1913. Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 159 n. 2 exponit *Phetii* = *Petii*. Adde titulum perusinum n. 1323: . . VIOƎ8 · IƎИꟼVƧ · ᗅO (tha surnei fethiu. .) = *Tannia Surinia Vettii* uxor.

ᗅIƎ8 (feia), *faciat*, coniunct. praes. 3 pers. sg. (cf. FEIENT = *fient*) = ᗅIdᗅ8 fas'ia, e rad. -ꓘᗅ8 (FAC-), rom. *fac-ere* (Grotefend *Rud. l. u.* VII 9, 28; Aufr. et Kirch. I 74, 82, 141, II 126, 328, 383; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 364. Cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 18 nt. 4). Tab. eugub. Va 23 et Vb 1 sq.: ꓷVꓘƧƎꓷ : ƎꓕV : ƧꓘƎꓷꓘᗅꓷ8 : ᗅIƎ8 : VꓶꓘꓶƎꓘ⊗Ǝ (ehvelklu feia fratreks ute kvestur) = *decretum faciat frater* (magister) *aut quaestor*; et tab. Va 29 - Vb 1 sq.: ƧꓘƎꓷꓘᗅꓷ8 : ᗅIƎ8 : VꓶꓘꓶƎꓘ⊗Ǝ | Vꓷꓘᗅꓷ8 : ꓘVИƎ (enuk fratru ehvelklu feia fratreks) = *tum fratrum decretum faciat frater* (magister).

IИᗅIƎ8 (feiani), *Veiania*, n. pr. f. (vide VEIANIVS), pro veiani, mutato *v* in *f* (cf. ꓶᗅIИᗅƎꟻ veanial et ꓶᗅIИᗅƎIꟻ vieanial, cum Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 159). In titulo perus. n. 1219: IИᗅIƎ8 : ᗅИᗅO (thana feiani) = *Tannia Veiania*.

FEIDVS, *fidus*, adiect. In titulo apud Grut. 1046, 6 FEIDA · VIRO.

FEIENT, *fient*, futur. a *fio* (cf. umbr. ᗅIƎ8 feia = *faciat*). Tab. Heracl. cap. 3 apud Mazochium pg. 352: QVEI · ROMAE · AVT · VRBEI · ROMAE · PVBLICE · FEIENT.

ƧIꓘV8ꓘƎ8 (feíhúís), —*is*, subst. m. dat. pl. 2 decl. (acc. pl. ƧƧV8ꓘƎ8 feíhúss) originis et significationis incertae. Interpretibus quibusdam est *ficus* (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 40, Peter *Sprach und schr.* etc. s. 46 et 77, Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, II 344, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 43). Lanzio II 614 sg. = 528 sg. *vicus*, et Passerio *Ling. oscae spec.* pg. 12 *fines*. Mommsen autem (*Die unterit. dial.* s. 308) putat hanc vocem derivari posse a *figere*, quasi *figus* h. e. *res fixa* (grenzpfahl, *pali di confine*), ut *postis* a *ponere*. Cipp. abellanus n. 2783 lin. 45: ƧIꓘV8ꓘƎ8 · TƧVП (púst feíhúís) = *pone postes* (Mommsen s. 120), vel *post ficus* sive *ficos* (Grotefend pg. 41, Huschke s. 35). Cf. Bugge in *Zeitschr. für vergl. spr.* V 4, cui videtur feího fortasse idem ac gr. τοῖχο (pro τϝοῖχος?) e rad. τεχ vel τιχ (τϝιχ?).

ƧƧV8ꓘƎ8 (feíhúss), —*os*, subst. masc. acc. pl. 2 decl. (vide supra ƧIꓘV8ꓘƎ8 feíhúís), apud Oscos (Peter *Sprach und schr.* etc. s. 47, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308, Aufr. et Kirch. I 164). Cipp. abellanus n. 2783 lin. 31: ƧƧV8ꓘƎ8 · ЯᗡꓷꓕꓭƎ (ehtrad feíhúss) = *extra postes* (Mommsen s. 120) vel *extra ficos* (Guarinius *In cippum osco-abell. div.* pg. 26 et 44, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 34). Guarinius op. cit. pg. 28: « feíhúss: accusandi casus pluralis, ut ex duplici sigmate

in fine. Sunt *ficus*, arbores finales. Inter arbores huiusmodi alias Arcadius (Goes. pg. 295; vid. Varron. I 15) memorat *Ficum Cypriam* finibus implantatam. » — Ad Ficum appellantur loca duo in Tab. Peuting. segm. *If* et *VIIe*.

V+I38 (FEITV), *facito* (sacrificato), imperat. 3 pers. sg., apud Umbros (osc. FACTVD), qui etiam V+38 (FETV) dicebant, mendose FEETV, e rad. -ꓘA8 (FAC-) = rom. *fac-ere* (Passeri *Paralip.* pg. 325; Lanzi II 717 = 625, 723 = 731, 763 = 671; Müller *Die Etr.* I 54 sq.; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 18 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, VII 19, 35, VIII 23 sq., 34, et *Rud. l. o.* pg. 12; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 37; Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 49 et 53; Aufr. et Kirch. I 73, 142, II 126 sqq.; Huschke *Die osk. und sab. sprach.* s. 364). Tabula eugubina Ia 7 haec habet: V+I38 8AIMVꓘ : 8IƧ 83ᗡ+ (tref sif kumiaf feitu = tab. VIa 58: SI GOMIA · TRIF · FETV) = *tres sues —as facito;* tab. Ia 29 et 32: V+I38 : MVꟼ3ꟼ : 3ꟼIꟼAꓘ (kapire perum feitu) = *capide —um facito;* tabula Ib 4 V+I38 : I8|3ꟼ 3+MVꝾ : ꟼVᗡV+ : ꟼV⅃+I⅃ : 83ᗡ+ (tref vitlup turup hunte se[r]fi feitu = tabula VI b 45 sq.: VITLV · TORV · TRIF · FETV · HONDE · SERFI · FETV) = *tres vitulos tauros —o —io facito*; tabula Ib 9: V+I38 : VMVƧ3 : 83+Ƨ3ᗡ (restef esunu feitu) = tabula VIb 47 RESTE · ESONO · FEITV h. e. *denuo sacrificium facito;* tabula Ib 24: V+I38 : VI3ꟼ : 3+V : Vᗡ8Vᗡ : 8Vᗡꟼ A : 8Iᗡ+ (trif apruf rufru ute peiu feitu (= tab. VII a 3 ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV) = *tres apros rubros sive piceos* (?) *facito;* tab. Ib 28 et 32: V+I38 : AIAꟼ3ꟼ (peraia feitu = tab. VII a 7 PERSAIA · FETV et tab. VII a 41 PERSAEA · FETV) = *—a facito;* tab. Ib 31: V+I38 : 8A⅃+I⅃ : 83ᗡ+ tref vitlaf feitu (= tab. VII a 41 VITLA · TRIF · FEETV) = *tres vitulas facito;* tab. II a 20: V+I38 : IMVꟼ : VMVƧ3 (esunu puni feitu) = *sacrum — facito.* Adde tab. Ia 4: « vatuva ferine feitu » = tab. VII a 4 VATVO · FERINE · FEITV; tab. Ia 5, 31 sq.: « tutaper ikuvina feitu »; tab. Ia 30: » enuk surum pesuntrum feitu stafli »; tab. Ia 32 et Ib 7: « puni feitu » = tab. VIb 3 PONI · FEITV; tab. Ib 18: « feitu uru » (tab. VIb 55: FETV · VRV); tab. III 30 sqq.: « sakre | vat[uv]a ferine feitu, eruku aruvia feitu, uvem | peraem pelsanu feitu »; et tab. VIb 22: ARVIO · FEITV.

VI38 (feiu), perperam pro V+38 (FETV) in tab. eugub. Ib 25, IIb 26.

FECE, *fecit* (ital. *fece*), in titulo sepulcr. chr. apud Fletwood *Syllog. insc. mon. chr.* 355, 4. Vide FECET.

FECEI, *feci*, indic. perf. 1 pers. sg. In antiqua inscr. (Append. n. LVII) lin. 1: VIAM · FECEI · AB · REGIO · AD · CAPVAM; lin. 12 sq.: EIDEMQVE PRIMVS · FECEI etc.; et lin. 15: FORVM · AEDISQVE · POPLICAS · HEIC · FECEI.

FECERV, *fecerunt*. Vide voc. sq.

FECERVM, *fecerunt*, antiquo scribendi modo (cf. POSVERVM = *posuerunt*), haud raro in titulis romanis. Inscr. apud Fabr. cap. V n. 5 pg. 346: D · M | SEX · IVLIVS · STEFANVS | ET · ANNIA · SABINA · FECERVM | SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS | LIBERTABVS · P · EORVM | IN F · P · VIII · IN AG · P · VIII. Alia apud eundem cap. V n. 6 pg. 346: T · CLAVDIVS · BERICVDVS | LEPIDIA FELICITAS ET FELIX | FECERVM SIBI ET | SVI ET LIBERTIS LIBERTA | BVSQVE · POTERIQVE | HEORVM. Alia apud Grut. 686, 3: DIIS MANIBVS | HATERIAE · SVPERBAE · QVAE | VIXIT · ANNO · I · MENSIBVS · VI · DIEB · XXV | FECERVM · PARENTES · INFELICISSIMI | FILIAE · SVAE. Alia apud Mommsen n. 2775: D · M | EX · III · LIBERO · PATRE | C · CLAVDIVS · AGRI | CVLA · ET · FLVIA · AGA | THOCLEA PARENTES · CLAVDIAE · FECERVM. Adde inscr. apud Grut. 884, 8. Pro fecerunt raro legitur FECERVNS (FECERVNS · SE · VIVOS, in titulo apud Grut. 884, 8), unde FECERV = ital. *fecero*, quod vidi in titulo chr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. III*i*. — Pro fecerunt aliquando F · C · R scribebant veteres, ut in titulis apud Fabr. cap. III n. 302 et 307 pg. 166.

FECERVNS, *fecerunt*. Vide voc. praec.

FECET, *fecit* (vide FECID), quod legitur in nonnullis titulis romanis; ex gr. in lege *Iulia municip.* cap. 8 (Tab. Heracl. apud Mazochium pg. 423); in canali plumbeo (Nibby in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* III, 276): SEX · MARIVSEROSFECET | LNONIASPRENATIS h. e. *Sextus Marius Eros fecit Lucii Nonii Asprenatis*; et in titulo apud Mommsen n. 574: D · M | CEMINIVS · SILBA | NVS VIXIT · ANIS | XXXX · AVCE COIVGI | BENEMERENTI FECET. Adde inscr. apud Grut. 651, 6, 1056, 2 (vide GELORIA), et titul. chr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXXV n. 2. Vide FECE et FECID.

FECIALIS. Vide FETIALIS.

FECID, *fecit*, quod etiam scribitur FECET et FECE. Inscr. antiquissima n. 2690: NOVIOSPLAVTIOS · MED · ROMAI FECID h. e. *Novius Plautius me Romae fecit.* — Aliquando scribitur FIICIT, ex. gr. in titulis apud Gruterum (846, 9; 856, 12), et in hoc titulo apud Olivieri *Marm. pisaur.* n. XC: D · M | T · MALIVS · PISTVS | FIICIT | IVLIANAI · PIIA | COIVGI · SVAI | CARISSIMAI. Adde inscr., quam descripsit Brunnius, *Molae de Gaeta* in pariete (Mommsen n. 4079): ⅄LIIX⅄NDII[R] [I]IX VISO DOMNA[II] | LIBI[I]S [A]NIMO | ΓIICIꓕ. Pro fecit aliquando FC per compendium scribebant veteres, ex. gr. D · M | ARRIAE · ATTI | CILLAE · CN · ARRI | VS EPICTE | TVS · LIB · B · M · R | PATRONAE · FC, apud Marini *Arval.* pg. 576

(cf. Passionei in *Append.* pg. 154 n. 2; vide BIINIIMII-RIINS nt. 4). — In titulis graeco-romanis legitur ΦHKIT (Marini *Inscr. alb.* pg. 128; Osann pg. 424 n. xx, et pg. 487 n. xxii), raro ΦIKIT (Reines. pg. 923 n. 108).

FECISE, *fecisse*, infinit. S. C. *De Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 16 et 19 sq.: QVISQVAM · FECISE · VEꟼET h. e. *quisquam fecisse vellet.*

FECVNDIA, *fecunditas*, subst. fem. *Not.* Tiron. p. 122: « Facundus, facundia, fecundia, fecunditas ».

FEꟼ = *filius*, subst. m. apud Umbros, pro FELIVS (cf. 8VI⅃Ǝ8 feliuf = FILIV h. e. *filios*). Inscr. n. 97 ad Tuder effossa: ⅭA PVPꟼE|ⅭE MA FEꟼ = *Caius Publicius Caii* filius (Aufr. et Kirch. II 397; Orioli in *Album* XXII 196, XXIII 76; Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 s. 357. Cf. Lanzi II 383 = 312 n. 159).

ƧƎTAИYA⅃Ǝ8 (felaunates), quod exhibet patera etr. n. 2433, fortasse legendum fela unates. Cf. A⅃ƎΦ phela.

FELEX, *felix*, adiect. (vide FEELIX). In cochleario argenteo (Mommsen *Inscr. helvet.* pg. 76 num. 343, 2): VTERE FELEX.

⅃AИ✱⅃Ǝ8 (felznal), *Felsiniā* (?), nisi exaratum est pro velznal (IƎИ✱⅃Ǝꟻ velznei = *Velcinia*), n. pr. f. Ossuarium clusinum n. 668: ⅃AИ✱⅃Ǝ8 ƎИA⅃ƧI+Aꟼ ꟼA (ar patislane felznal) = *Arrius Patilianus Felsiniā* vel *Velciniā* natus.

Ↄ⅃Ǝ8 (felic), quod legitur in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 11, Vermigliolio *Inscr. per.* pg. 98 est *Felicula* n. pr. fem., Vinc. et Sec. Campanariis *Felix* n. pr. m. (*Giorn. arcad.* XXXIV, 48, *Tav. perus.* pg. 18).

FELICELLVS, deminut. *felicis*. Est nomen virile in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 2064 (HIC · REQVIESCIT · IN · PACE · FELICELLVS etc.).

FELICILLA, diminut. *felicis.* Est cogn. rom. in titulo apud Grut. 809, 4.

FELICIO, cogn. rom., ab adiect. *felix* derivatum, apud Senec. *Epist.* XII, 3. Saepe legitur in titulis neapolit. apud Mommsen.

ΛMIƧƧIↃI⅃IIꟻ (felicissima), cogn. muliebre in titulo piceno (Append. n. XXXV).

FELICLA. Vide FELICVLVS, quod sequitur.

FELICONES, mali et nullius usus. Paul. p. 86.

FELICVLVS et Felicula, diminut. a *felis.* Sunt cogn. rom. Pro Felicula saepius FELICLA scribebant veteres, ut in multis titulis neapolitanis apud Mommsen. — Inscr. apud Grut. 604, 4: FELICVLO · CRESCENTI · INFANTI · DVLCISSIMO etc.

FELINEVS, *felinus* (Cels. V, 18 n. 15), adiect. Serv. ad Virg. *Georg.* III, 82: « Glauci autem sunt felineis oculis, id est quodam splendore perfusis ».

?⅃AIVИI⅃Ǝ8 (felinuial). Vide ⅃AIVM⅃Ǝ8 (felmuial).

FELIXS, *felix* (= FEELIX), adiect., quod aliquando scribitur etiam FELIS, FILIX et FALIX). Est cogn. rom., ex. gr. C · MVMMIVS · C · F · FELIXS, S · CAECILIVS · L · L · FELIXS et Q · TYRIVS · Q · F · FELIXS (Marini *Arval.* pg. 268 et 655); M · CORNELIVS FELIXS (Mommsen n. 6769); M · CAECILIVS · FELIXS (Mommsen n. 2859); L · NAEVIVS · FELIXS et T · FISEVIVS · FELIXS (Grut. 126, col. 5 sq.).

FELIS, *felix* (FEELIX et FELIXS), adiect. Est nomen mulieris in titulo chr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXIII n. 41.

8VI⅃Ǝ8 (feliuf), *filios* (masculos?), acc. pl. 2 decl. = FILIV pro filiuf, cuius thema felio vel filio apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 21, 41 sq., 90, 119, II 186; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 124. Cf. etr. FIA via = *filia*), fortasse e fidio (cf. Bopp. *Gloss. scr.* pg. 233, et Schweizer in *Zeitschr. f. die wissensch. der spr.* II 523). Tabula eugubina I a 14 haec habet: V+Ǝ8 : 8VI⅃Ǝ8 : 8IƧ : 8ƎD+ (tref sif feliuf fetu = tab. VI b 3 SIF · FILIV · TRIF · FETV) h. e. *tres sues filios facito.* Alii explicant *lactantes*, ab aeol. φέλω pro θέλω, lat. fello h. e. *lac sugo* (Passeri *Paralip.* pg. 325 et *Lett. Roncagl.* n. XVI pg. 290; Lanzi II 717 = 625, 820 = 729; Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 45; Panzerbieter *Quaest. umbr.* apud Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. spr.* I 284). Grotefend *Rud. l. u.* V, 6 *suibus* (*verribus*) exponit.

FELIVS, *filius*, subst. m. (vide umbr. FEꟼ et 8VI⅃Ǝ8 feliuf = FILIV). Inscr. chr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXIV n. 15: FELICITAS ELIODORO | FEΓIO SΛO ET SE ΛIΛA ΓICET h. e. *Felicitas Eliodoro filio suo et se viva fecit.*

ƎↃ⅃Ǝ8 (felce), *Velcius* seu *Volcius*, gentilitium etr. pro velce, mutata ꟻ in 8 (vide AIↃ⅃Ǝꟻ velcia), quod vidit Micalius in sepulcro tarquiniensi (*Storia* etc. III 108 ad tab. LXIV; cf. Hamilton-Gray *Tours* etc. pg. 203). Vide vocc. sqq.


ƧƎↃ⅃Ǝ8 (felces), *Velcii* seu *Volcii*, genit. sg. a ƎↃ⅃Ǝ8 (felce) = *Velcius*, gentilitium etr. in sarcophago tarquiniensi n. 2322 (Lanzius II 311 = 246). Oriolius vertit *Phelcii* (in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 176).

⅃AIↃ⅃Ǝ8 (felcial), *Velciā* seu *Volciā*, n. pr. fem. (cf. AIↃ⅃Ǝꟻ velcia et ƎↃ⅃Ǝ8 felce), in sarcophago tarquiniensi n. 2322. Lanzio II 311 = 246 est *Velciola*, et Oriolio *Phelciā* (in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 176).

⅃AI+AИIↃ⅃Ǝ8 (felcinatial), *Helvinatiā*, pro ⅃AI+AИIꟻ⅃ƎΘ helvinatial, ab ITAИIꟻ⅃ƎB helvinati = *Elvinatia*, mutata B in 8, ut conieci in Conestab. *Monum. del Palazzone* pg. 50 sg. Ossuarii perusini operculum n. 1450: ⅃AI+AИIↃ⅃Ǝ8 · IƧ⅃ƎꟼV · IꟼIꟻ · AI⅃IƎꟻ (veilia vipi upelsi felcinatial) = *Velia Vibia Obelsia Elvinatiā* nata (MIƧ⅃ƎꟼV · ITAИIꟻ⅃ƎB · ITƧA8 fasti helvinati upelsis = *Fausta Elvinatia Obelsii* uxor, n. 1449). De familia *Elvinatia* cum *Vibiorum Obelsiorum* genere


coniunctâ mentio fit in titulo perus. n. 1446. Legitur et ꓘAI+AИIϽꓘƎ8 felcinatial in alio ossuario perus. n. 1803.

IVMꓘƎ8 (felmui), fortasse *Fulmonia* (abl. ꓘAIVMꓘƎ8 felmuial), familiae etr. nomen in ossuario volaterrano n. 365:



lege: felmui arthal ril.... h. e. ...... *Fulmonia Aruntiâ* nata vixit *annos* ..... — Fulmonius est gentilitium capuanum apud Grut. 976, 6 = Mommsen n. 3728.

ꓘAIVMꓘƎ8 (felmuial), *Fulmoniâ*, abl. sg., casu recto IVMꓘƎ8 felmui. In ossuarii etrusci operculo n. 273:



lege: ave ([fla]ve?) ls felmuial r. = ... *Lartis* filius *Fulmoniâ* natus vixit *annos* ... Adde n. 314 *A* lin. 5. — Lanzio II 344 = 273 n. 9 felmuial pro felinuial idem est ac *Velinnâ*. Cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 50.

FELSINA, urbs Etruriae, eadem ac Bononia, Romanorum colonia. Plinius III, xx, 1: « Bononia, Felsina vocitata, quum princeps Etruriae esset ». Livius XXXIII, 37: « Sub haec tam varia fortuna gesta, L. Furius Purpureo alter consul [u. c. 556] per tribum Sappiniam in Boios venit. Iam castra Mutilo adpropinquabat, quum, veritus ne intercluderetur simul a Boiis Liguribusque, eadem via, qua adduxerat, reduxit, et magno circuitu per aperta, eaque tuta loca, ad collegam pervenit. dein iunctis exercitibus primum Boiorum agrum usque ad Felsinam oppidum populantes peragraverunt. Ea urbs, ceteraque castella, et Boii fere omnes, praeter iuventutem, quae praedandi caussa in armis erat (tunc in devias silvas recesserat), in deditionem venerunt ». Servius ad Virg. *Aen.* X, 198; « Hunc Ocnum alii Auletis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: et ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Cesenam, quae nunc Bononia dicitur, condidisse ». Alii legunt Celsenam, vitiose pro Felsenam vel Felsinam. — Ad nomen quod attinet cf. gentilitium Felsinius (in titulo capuano apud Mommsen n. 3622), comparatum cum Versinius et Versinia in lapide apud Gorium, Murat. 983, 1, Fabr. cap. IX n. 476 pg. 655, et cum etr. ꓘAИꓘƎ8 felsnal = *Felsiniâ* (?), IƎИ‡ꓘƎꟻ velznei = *Velcinia*, ꓘAИIƧꓘƎꟻ velsinal = *Volsiniâ* et VOLSINVM (cf. Passeri *Lett. Roncagl.* n. VIII pg 475). Felsina, ut mihi videtur, idem est ac Fersena flumen Tridentinorum (cf. Martini *Scritti* etc. ed. Gar pg. 40).

AIϽƧꓘƎ8 (felscia), *Velcia* seu *Volcia* (cf. VOLSCI), = felcia pro AIϽꓘƎꟻ velcia (vide ꓘAIϽꓘƎ8 felcial), etruscae familiae nomen, in titulo etr. n. 1599. Vide ИIƎꟻA avein, et cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 298 n. 320.

AꟻƧꓘƎ8 (felsva), —*as* (sportulas?) vel —*a*, subst. fem. acc. pl. 1 decl., vel acc. pl. n. 2 decl., quod legitur in tab. eugub. V a 11 (Aufr. et Kirch. II 322, 327). — Grotefendio *Rud. l. u.* VII 8, VIII 22 adiectivum est, *felicia* designans auspicia et pullorum tripudia.

FELTRIA, urbs Rhaetorum, inter Alpes Tridentinas, ad Asonem fluvium (Antonini *itin.* pg. 280): nunc appellatur *Feltre.* Inscr. apud Grut. 409, 8 (Orell. n. 3084): C · FIRMIO C · F | MENEN · RVFINO | EQ · PVB · LAVREN · LAV · | DEC · FLAMIN · PATRONO | COLLEGIORVM · FABR | CENT · DENDR · FELTRIAE · QVE · BERVENS | COLLEG | FABR · ALTINATIVM | PATRONO. Scribitur etiam Feltrae -arum, ut in fragm. laterculi militaris (Murat. 1095) L · MAGIVS STATVTVS FELTRIS. Adde inscr. apud Murat. 1782, 4: T · APICIVS | T · F · MEN | SECVNDVS | FELTRIS | MIL · COH · X | VRB · 7 · RVTILI | VIX · ANN · XXX | MIL . ANN | VII | T · P · I. — Populi dicuntur Fertini a Plinio III, XXIII, 3 (« Fertini, et Tridentini, et Berunenses, Rhaetica oppida »), pro Feltrini (Cassiod. *Var. hist.* V, 9). Inscr. apud Grut. 273, 6 (Orell. n. 993): IMP · CAES | C · MESSIO | QVINTO TRA|IANO DECIO | PIO · FOELICI AVG | PONTIFICI MAX | TRIB · POT · III · COS · II | P · P · PR · COS | ORDO FELTR.

FENARIVS, *faenarius*, adiect. ad foenum pertinens. Varro *De l. l.* V, 137 pg. 53: « falces fenariae », = ital. *falci fienaie*, perus. *falci fienare.* Vide FAENARIVS.

FENDICAE -arum, *hirae*, a findo quod e fissis dissectisque intestinis fiant. Arnob. VII, 320: « Non enim placet fendicas nominare, quae et ipsae sunt hirae, quas plebis oratio illa solet, cum eloquitur, nuncupare ».

FENDO, *ad iram concito*, apud veteres (cf. Prisc. pg. 562 = 923 P.). Glossar. Isid.: « Fensus, *iratus* ».

FENECTANVS, ad Latii oppidum quoddam spectans, quod Fenectum forte vel Fenecta audiebat. Liv. VIII, 12: « Latinos, ob iram agri amissi rebellantes, in campis Fenectanis fuderunt, castrisque exuerunt ». Alii aliter legunt. Cf. Drakenborch ad. Liv. loc. cit.

FENESTELLA, diminutivum fenestrae (fenestrella, Pallad. I, 24). Porta Fenestella Romae dicitur, inde nomen sortita, quod dea Fortuna per fenestellam furtim ad Servium regem accesserit et cum eo connubium inierit. Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 36: « Διὰ τί πύλην μίαν θυρίδα καλοῦσι (τὴν γὰρ φαινέστραν τοῦτο σημαίνειν), καὶ παρ' αὐτὴν ὁ καλούμενος Τύχης θαλαμός ἐστι; » Πότερον ὅτι Σέρβιος ὁ βασιλεὺς εὐτυχέστατος γενόμενος, δόξαν ἔσχε τῇ Τύχῃ συνεῖναι φοιτώσῃ διὰ θυρίδος πρὸς αὐτόν; Ἢ τοῦτο μὲν μῦθος ἐστιν; ἐπεὶ δὲ Ταρκυνίου Πρίσκου τοῦ βασιλέως ἀποθανόντος ἡ γυνὴ Τανακυλλὶς, ἔμφρων

οὖσα καὶ βασιλικὴ, διὰ θυρίδος προκύψασα τοῖς πολίταις ἐνέτυχε, καὶ συνέπεισεν ἀποδεῖξαι βασιλέα τὸν Σέρβιον, ἔσχε ταύτην ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν; — Ovid. *Fast.* VI, 575 sqq.:

Arsit enim magna correpta cupidine Regis
Caecaque in hoc uno non fuit illa viro:
Nocte domum parva solita est intrare fenestra,
Unde Fenestellae nomine porta tenet.

Alii legunt Fenestralis (Cf. Pitisc. *Lex. antiq.* III, 131). — Fenestella fuit etiam cogn. romanum.

VИOƎƧИƎ8 (fensernu), fortasse *Cersennia* (Σερεννία apud Diod. Sic. XX, xc, 4), oppidum samniticum, ut suspicatus est Avellinius in Carelli pg. 104 (cf. *Opusc.* II 134 sgg., III 81 sgg.). Exstat in nummo argenteo n. 2868, quem ad *Freternum* tribuit Friedlander *Osk. münzen* s. 64 sq. Avellinius



in *Opusc.* tav. VIII n. 1 exhibet ϒEИϨEDVV\. Si nomen gentile est, reddendum —*orum*, genit. plur.

FENSVS, *iratus.* Vide FENDO.

FENVSCVLVM, *parvum fenus, lucellum.* Plaut. *Pseud.* I, III, 52: « Amabas? invenires mutuom, Ad danistam devenires, adderes fenusculum ».

FEPACID, perperam in tab. Bantina n. 2897 lin. 10 pro FEFACID = *fecerit*, quod vide.

-OƎ8 (FER-), radix umbrica, = scr. bhṛ vel bhar, gr. φέρ-ω, rom. *fer-re*, quae patet in tabularum eugub. vocibus FERAR = *feras*, V+OƎ8 (FERTV) = *ferto*, A+V+OƎ8 (fer-tuta) = *ferunto*, ꓘƧƎOƎ8 (fer-est) = *feret*; et in compositis cum praepositione ꟼA ar = ARS, lat. *ad*, in OVꓘOƎ8ꟼA ar-fertur = ARFERTVR vel ARSFERTVR h. e. *ad-fertor*, ƎOVꓘOƎ8ꟼA ar-ferture = ARSFERTVRE h. e. *ad-fertori*, ARSFERTVRO = *adfertorem*; cum praep. A (A) vel ИA (AN) pro *amb-*, in ꟽVOƎ8A (a-ferum) = AFERO h. e. *circum-ferre*, ANFERENER = *circumferendi*. Cf. ƎИIOƎ8 (FERINE). Ab eadem radice ortum est OƎꓘAO8 (FRATER) = *fratres*, unde FRATRECA, FRATRECATE, FRATRECI, ƧꓘƎOꓘAO8 fratreks, FRATREXS. Huc fortasse pertinent IO8 (FRI) et FRIF. Cf. etiam VO+⊗ƎꟼƎ8 ferehtru

ꟼIIR- (fer-), radix volsca, = umbr. -OƎ8 (FER-), rom. *fer-re*, in verbis ꟼIIRIIT (feret) = *ferat*, et ꟼIIRIINTIIR (ferenter) = *ferantur*.

VꓘKAꟼƎ8 (feraklu). Vide VꓘKAꟼƎ8VƧ (su-feraklu).

FERALIA, diis Manibus sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata. Ita Paulus pg. 85. Et Varro *De l. l.* VI, 13 pg. 78: « Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi parentare ». Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

F[E]RAR, *feras?* coniunct. praes. 2 pers. sg., fortasse pro feras, e rad. umbrica FER-, rom *fer-re* (Grotefend *Rud. l. u.* II 28, VI 24; Aufr. et Kirch. I 104, 141, II 243). Tab. eugub. VI b 49 sq.: PONE | ESONOM[E] · FERAR = *quum ad sacrificium* (?) *feras*, quod vertit Grotefend op. cit. VI 23 *quando cum omine feras.* Huschkio in *Rhein. Mus.* n. f. VI = 1856 s. 373 ferar pro ferans est rom. *ferant.*

FERATRINA, locus, in quo ferae inclusae servantur. Non. I, 320 = pg. 63: « Moletrina a *molendo*, quod pistrinum dicimus, ut feratrina, ut foetutina.

FERBEO, *ferveo.* Gloss. apud Labb.: « Ferbeo, *ferveo*, ζέω ».

FERBVNCVLVS, *fervunculus* (furunculus), a *ferbo.* pro *fervo*, apud Prisc. (Forcell. *lex.* s. v. *ferbunculus*). Cf. Caper *De verb. dubiis* pg. 2248 P.

VO+⊗ƎꟼƎ8 (ferehtru), —*trum*, subst. n. acc. sg. 2 decl. (in tab. eugub. III 16, 18), pro fereh-trum, a -⊗ƎꟼƎ8 fereh- et suff. VO+ tru = rom. *-trum* (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 54; Aufr. et Kirch. I 78, 117, 162, II 369 sq.). Recte Lanzius II 682 = 591 ferehtru, ait, *o guasto da* ferculum, *o greco anco questo senza perdita pur d'un' aspirazione; φέρεθρον interpreta Suida* pomparum ferculum. Hanc interpretationem sequutus est Müller *Die Etr.* I 57 nt. 125. Grotefendio *Rud. l. u.* VI 30, 33, VII 28 fortasse est *farcimen*, comparandum cum VꓘKAꟼƎ8VƧ suferaklu, quod explicat *substramen.* Male Passerius *Paralip.* pg. 325: « ferehtrum, attributum *Iovis Feretri*, a *feriendo* ». Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 73, et Vinc. Campanari in *Giorn. arcad.* XXX, 331.

FERENER, *ferendi*, gerund. e rad. FER-, rom. *fer-re*, in umbrica voce ANFERENER = *circum-ferendi.*

FERENTANI. Vide FERENTVM.

ꟼIIRIINTIIR (ferenter), fortasse *ferantur*, coniunct. praes. pass. 3 pers. pl., quod legitur in lamella aerea Rapin. n. 2741 lin. 3, e rad. ꟼIIR- = rom. *fer-re* (Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 94, et *Die unterit. dial.* s. 340. Cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 26, 29). Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s 247 et 399 est *feruntur, conferuntur, adducuntur*, imperat. 3 pers. pl. Vide ꟼIIRIIT (feret) = *ferat.*

FERENTINATES. Vide voc. sq.

FERENTINVM, Φερεντῖνον (Strabo V, III 9; Dionys. III 34, V 50, 61; Ptol. III, 1 Φερέντινον) vel Φερέντιον (Dionys. III 51), oppidum Hernicorum, nunc *Ferentino.* Liv. IV, 51: « Eodem anno [U. C. CCCXLII] adversus Volscos, populantes Hernicorum fines, legiones ductae a Furio consule, quum hostem ibi non invenissent, Ferentinum, quo magna multitudo Volscorum se contulerat, cepere ». Et VII, 9: « Insequenti anno [U. C. CCCXCIV], quum C. Sulpicius et C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitus duxissent, neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus

inde eis Tiburtes portas clausere ». Adde Liv. XXXII, 2, ubi cf. Drakenborchius. — Incolae dicuntur Ferentinates (Liv. IX, 43; Plin. III, ix, 3; Grut. 385, 1 = Orell. n. 96), et Ferentinates novani in inscr. apud Grut. 1022, 12 (Orell. n. 1011), quae est: CORNELIAE | SALONINAE | SANCTISSIMAE | AVG · CONIVGI | D · N · GALLIENI | INVICTI AVG · | FERENTINATES | NOVANI DEVOTI NVMI | NI MAIESTATIQVE EIVS. — Ferentinatis in recto sing. pro *Ferentinas* dixit Titinnius (vs. 85 ed. Ribb.) apud Prisc. pg. 629 = 129: « Ferentinatis populus res Graecas studet ». — Concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinum habebantur, ut scribit Livius I 50, VII 25, et Dionys. Halic. III 34, 51, IV 45, V 60, 61 (εἰς τὴν ἐν Φερεντίνῳ ἀγορὰν). De aquis Ferentinis et de capite Ferentino cf. Liv. I 51, II 38. De expiationibus ad portam Ferentinam (ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης) loquitur Plutarch. in *Rom.* XXIV, 4.

§ 2. Ferentinum, Φερεντῖνον (Strabo V, ii, 9), oppidum Etruriae (Plinius III, viii, 3; Horatius *Epist.* I, xvii, 8; Suetonius in *Oth.* cap. 4) et Romanorum colonia (Frontin. pg. 113 ed. Goes. « colonia Ferentinensis lege Sempronia est assignata »); nunc *Ferento.* — Incolae appellantur Ferentinenses. Inscr. apud Murat. 1046, 5 (Orell. n. 3507): D · M | M · VLPIO C · FIL | SPORO MEDICO ALAR | IN DIANAE ETHERIAE | ASTORVM ET SALARARIO | CIVITATI SPLENDIDISSIMAE | FERENTINENSIVM | VLPIVS PROTOGENES | LIB · PAT · B · M · F. Viterbii in specu aquaeductus antiqui legitur VIAE PVBLICAE FERENTINENSES (Orioli *Viterbo e il suo territ.* pg. 97; Henzen n. 6634). Cf. Sil. Ital. VIII, 395.

§ 3. Ferentinum, oppidum Apuliae. Vide FERENTVM, quod sequitur.

FERENTVM, Φερέντη (Diod. Sic. XIX, lxv, 7), vel Ferentium vel Ferentinum, oppidum Apuliae (cf. Horat. *Od.* III, iv, 16), nunc *Forenza.* Huc fortasse pertinent Livii X, 34 verba haec: « Inde Ferentinum ductae legiones: unde oppidani cum omnibus rebus suis, quae ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio excesserunt ». Ubi codd. *feritrum*, *fertorium*, *foretrium*, *feretrum* (cf. Drakenb. III, 130). Steph. Byz.: Φερεντῖνος, πόλις Σαυνιτῶν ἐν Ἰταλίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Φερεντηνός. Λέγεται καὶ Φερέντιος, ὡς Διονύσιος ιζ τῆς Ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας. — Incolae appellantur Ferentani apud Plin. III, ix, 11 et xvi, 6, ubi tamen alii legunt Forentani. Cf. *Thes. gr. ling.* s. v. Φερεντῖνον. — Gentilitium Ferentilius exstat in titulis apud Fabr. cap. I n. xlv pg. 8 et n. 122 pg. 27. Ferentilla est cogn. muliebre apud Grut. 1004, 2.

+ƧƎᗡƎ8 (ferest), *feret*, fut. 3 pers. singul., apud Umbros, e rad. -ᗡƎ8 (FER-) = rom. *fer-re* (Aufr. et Kirch. I 82, 144). In tabula eugubina IIa 26 legitur: +ƧƎᗡƎ8 : ƎMIƆVИ : ƎꟼV⅃ (pure nuvime ferest) = *qui ad —em feret* (Aufr. et Kirch. I 37, II 385). Grotefend *Rud. l. u.* VI 24, VII 25 sq. explicat *tuleris;* et Lanzius I 380 = 297, II 747 = 655, 820 = 729 *ferre est* pro *ferendum est* vel *fertur.*

ꟾIIᖇIIT (feret), *ferat* (?), coniunct. praes. 3 pers. sg. (cf. ꟾIIᖇIINTIIᖇ ferenter = *ferantur*), quod legitur in lamella aerea Rapin. n. 2741 lin. 9, e rad. ꟾIIᖇ- = rom. *fer-re* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341; cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 26). Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 249, 359 et 399 explicat *fert*, *confert*, *adducit*, praes. indic. 3 pers. sg.

FERETRIVS, Φερέτριος, Iovis cognomen, quod illi a Romulo impositum est (Livius I, 10; Dionysius Halic. II, 34; Dio Cass. XLIV 4, LI 24, LIV 8, LV 5) a ferendis spoliis ducis, vel a feriendis hostibus. Plutarchus in *Rom.* XVI, 11: Τὸ δὲ τρόπαιον ἀνάθημα Φερετρίου Διὸς ἐπωνομάσθη. Τὸ γὰρ πλῆξαι φερῖρε Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· εὔξατο δὲ πλῆξαι τὸν ἄνδρα καὶ καταβαλεῖν. Cf. Propert. IV, x, 46; Flor. I, 1. Paul. ex Festo pg. 92: « Feretrius Iuppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur; ex cuius templo sumebant sceptrum, per quod iurarent, et lapidem silicem, quo foedus ferirent ». Inscr. pompeiana n. 2189 (Orell. n. 5053): RÓMVLVS · MÁRTIS | [F]ILIVS · VRBEM · RÓM[AM | CONDI]DIT · ET · REGNAVIT · ANNÓS | DVODEQVADRAGINTÁ · ISQVE | PRIMVS · DVX · DVCE · HOSTIVM | ACRONE · REGE · CAENINENSIVM | INTERFECTO · SPOLIA · OPI[MA] IOVI · FERETRIO · CONSECRA[VIT] | RECEPT[V]SQVE · IN DEORV[M] | NVMERVM QVIRINV[S] APPELLATV[S EST].

ƎMIᗡƎ8 (ferime), legitur in tabulis eugub. Ib 25 et III 16, perperam, uti videtur, pro ƎИIᗡƎ8 (FERINE) quod vide (cf. Aufr. et Kirch. I 93, II, 177 nt. 2).

AИIꟼƎ8 (ferina), fortasse *Herennia* (= AИIꟼƎ⊖ herina), familiae etruscae nomen, mutata *h* in *f*, ut in multis. In tegula etr. n. 876: AИIꟼƎ8OꟼA⅃ (larth ferina) = *Lartia Herennia* (*Lartia Veria*, Lanzi II 425 = 354 n. 328; *Lars Herinius*, Conestab. *Inscr. etr.* pg. 163). Cf. ƎИꟻꟼƎ8 (fervne).

ƎИIᗡƎ8 (FERINE), *—e*, subst. m. abl. sg. 3 decl., a fer-ion, quod e rad. umbr. -ᗡƎ8 (FER-) = rom. *fer-re* (Aufr. et Kirch. I 93, 127, II 164; 177, 184, 186, 189, 369, 373). Tabula eugubina Ia 4, et III 31 V+IƎ8 : ƎИIᗡƎ8 : AƎV+AƎ (vatuva ferine feitu; III 3 vatra) vel tabula Ia 13, 22 et Ib 3, 5 sq., 25: V+Ǝ8 : ƎИIᗡƎ8 : AƎV+AƎ (vatuva ferine fetu; Ib 25 ƎMIᗡƎ8 ferime) = tab. VIa 57, VIb 1, 19, 43, 45, et VIIa 4 VATVO · FERINE · FETV (VIIa 4 FEITV) = *—ua —ne facito.* Adde tab. III 16 (ƎMIᗡƎ8 feri[n]e). — Alii aliter interpretantur. Lanzius modo accipit ferime pro φορίμῳ, factum e φορέω, *gesto* (II 820 = 729), modo pro ferine, quod explicat *farreus* vel *farraceus*

sive *farina* (II, 674 = 583, 701 = 609, 723 = 631, 759 = 667, 820 = 729). Grotefendius *Rud. l. u.* II 24, V 31, VII 30 ferime idem ac ferine exponit *ferina*, et vatuva ferine *fatuam* s. *insulsam ferinam*.

FERINVNT, *feriunt*. Festus *Qu.* IX, 12 pg. 162 (vide NEQVINONT = *nequeunt*).

FERITOR, Liguriae amnis (nunc *Lavagna*), cuius meminit Plin. III, VII, 2.

FERCTVM vel fertum vel firctum, libi opimi genus, a *ferctus* seu *fertus*, vel a *farctus* (cf. Pers. II, 48). Paul. pg. 85: « Firctum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi ». Isid. *Orig.* VI, 19: « Fertum enim dicitur *oblatio* quae alteri offertur, et sacrificatur a Pontificibus, a quo offertorium nominatur ». Gloss. apud Labb.: « Fertum, ψαιστός ». Cato *De r. r.* cap. 134: « Ferctum Iovi moveto et mactato sic: Iupiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi liberisque meis, domo familiaeque meae. mactus hoc fercto. Postea Iano vinum dato sic: Iane pater, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino inferio esto. Postea Iovi sic: Iupiter macte fercto esto. macte vino inferio esto. Postea porcam praecidaneam immolato. Ubi exta profecta erunt, Iano struem commoveto, mactatoque item uti prius obmoveris. Iovi ferctum obmoveto. mactatoque item uti prius feceris. Item Iano vinum dato, et Iovi vinum dato, ita uti prius datum ob struem obmovendam, et ferctum libandum. Postea Cereri exta et vinum dato ». Et cap. 141: « Item cultro facito struem, et ferctum uti adsiet ». Fabius Pict. apud Gellium X, 15: « Pedes lecti, in quo cubat (*Flamen Dialis*), luto tenui circumlitos esse oportet: et de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare fas est, neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet ». In tabulis *Fratrum Arvalium* (cf. Marini pg. 403) legitur: STRVIBVS FERTISQVE (tab. XXXII col. 3 lin. 21 et 24), STRVIBVS FERTIS (tab. XLII lin. 12) et STRVIB · EFFERTIS (tab. XLIII lin. 22).

FERO, pro ferom (= ꟽVᗡƎ8 fer-um), *ferre*, infinit. praes. e rad. FER-, in umbrica voce AFERO - *circumferre*.

FEROCS, *ferox*, adiect. Scaurus pg. 2256 P.: « Similiter peccant, et qui nucs, et trucs, et ferocs in novissimam literam dirigunt; cum alioqui duplex sufficiat, quae in se *c* et *s* habet ».

FER♢M, fortasse *ferre*, e rad. FER- (cf. Corssen *De Volscor. lingua* pg. 9). Legitur in tabula veliterna n. 2736 lin. 3. Guarinius *Comm.* I 20 sq. explicat *ferctum*, Grotefend *Rud. l. u.* V 18 sq. (cf. VIII, 34) *feriâ* h. e. *ritu sollenni*, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 325 *iustum*, Huschke *Die osk.* etc. s. 263 *bonum*, comparatum cum gr. φέριστος, φέρτερος, φέρτος. Male Lanzius II 803 = 712: « ferom *sembra parte di vocabolo* ».

FERONIA, Φερωνία, nemorum dea, ab Italicis culta (Horat. *Sat.* I, v, 24; cf. umbr. ƎИVƧƎƆ vesune, et marsic. VIISVNII vel VESVNE), de qua ita loquitur Dionys. Halic. II, 49: Καταχθέντας δὲ τῆς Ἰταλίας περὶ τὰ καλούμενα Πωμεντῖνα πεδία, τὸ τε χωρίον ἐν ᾧ πρῶτον ὡρμίσαντο (Lacedaemones), Φερωνίαν ἀπὸ τῆς πελαγίου φορήσεως ὀνομάσαι· καὶ θεᾶς ἱερὸν ἱδρύσασθαι Φερωνίας, ᾗ τὰς εὐχὰς ἔθεντο· ἣν νῦν, ἑνὸς ἀλλαγῇ γράμματος, Φαρωνίαν καλοῦσιν. Et III, 32: Ἱερόν ἐστι κοινῇ τιμώμενον ὑπὸ Σαβίνων τε καὶ Λατίνων, ἅγιον ἐν τοῖς πάνυ, θεᾶς Φερωνείας ὀνομαζομένης, ἣν οἱ μεταφράζοντες εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν οἱ μὲν Ἀντηφόρον, οἱ δὲ Φιλοστέφανον, οἱ δὲ Φερσεφόνη καλοῦσιν· εἰς δὲ τὸ ἱερὸν τοῦτο συνῄεσαν ἐκ τῶν περιοίκων πόλεων κατὰ τὰς ἀποδεδειγμένας ἑορτάς, πολλοὶ μὲν εὐχὰς ἀποδιδόντες καὶ θυσίας τῇ θεῷ, πολλοὶ δὲ χρηματιούμενοι διὰ τὴν πανήγυριν ἔμποροί τε καὶ χειροτέχναι καὶ γεωργοί, ἀγοραί τε αὐτόθι λαμπρόταται τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις τῆς Ἰταλίας ἀγομένων ἐγίνοντο. Cf. Virg. *Aen.* VIII, 564 (« Feronia mater »). Varro *De l. l.* V, 74 pg. 29: « Feronia, Minerva, Novensides a Sabinis ». Caput deae Feroniae cum



scriptione FERON et FERO extat in nummis argenteis gentis Petroniae apud Cohen *Méd. consul.* pl. XXX n. 1 et pl. XXXI n. 4, 6, 9, 13 (cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* V, 270). FERONIA pro *Feroniae* dat. sg. legitur in inscr. pisaur. n. 75 (vide DEDE = *dedit*).

§ 2. Feronia, Φερωνία, Etruriae urbs sub Soracte monte cum Luco Feroniae deae (Virg. *Aen.* VII, 800). Ptolem. III, 1: Λοῦκος Φοιρωνίας κολωνία. Sic Strabo V, II, 9: Ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστίν, ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένῃ σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, ἧς τέμενός ἐστιν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιίαν ἔχον· γυμνοῖς γὰρ ποσὶ διεξίασιν ἀνθρακιὰν καὶ σποδιὰν μεγάλην οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τῆς δαίμονος ταύτης ἀπαθεῖς καὶ συνέρχεται πλῆθος ἀνθρώπων ἅμα τῆς τε πανηγύρεως χάριν, ἣ συντελεῖται κατ᾽ ἔτος, καὶ τῆς λεχθείσης θέας. — Gentilitium Feronius exstat in titulis apud Grut. 948, 6; Murat. 27, 4, 33, 7, 953, 3, 1192, 10, 1674, 11; Doni cl. III n. 5, cl. VIII n. 44; Mommsen n. 5801, 6083, 6156, 6183.

§ 3. Φηρωνία πόλις in Sardinia memoratur a Ptolem. III, 3.

FERRICREPINVS, adiect. Ferricrepinae insulae dicuntur ioc
ulariter a Plauto *Asin.* I, I, 21 *ergastula*, ubi servi ferro vincti laborabant.

FERRIS pro *fereris* h. e. *diceris*, per syncopen, legitur apud Auson. *Epigr.* CXIV.

FERRITERIVM, locus ubi ferrum teritur. Plaut. *Most.* III, II, 55: « Inde in ferriterium, postea in crucem recta ». Vide voc. sq.

FERRITERVS, adiect., servus vinctus ferreis compedibus, qui ferrum terit (vide voc. praec.). Est apud Plaut. *Trin.* IV, IV, 14.

FERRITRIBAX, idem ac ferriterus, de quo supra. Legitur in Plaut. *Most.* II, I, 9.

FERTINI. Vide FELTRIA.

FERTOR, subst. m. (umbr. FERTVR), qui fert (Varro *De l. l.* VIII, 57 pg. 186), vel fortasse qui ferto libat. Gloss. Isid.: « Fertores, *ferto libantes* ».

V+ᗡƎ8 (FERTV), *ferto*, imperat. 3 pers. sg. (cf. ᗅYVYᗡƎ8 fer-tula = *fer-unto*) apud Umbros, e rad. -ᗡƎ8 (FER-) = rom. *fer-re* (Passerius *Lett. Roncagl.* n. XIV pg. 362; Lanzius II 731 = 629, 733 = 641, 741 = 653; 820 = 729; Müller *Die Etr.* I 57 nt. 125; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 35; Grotefend *Rud. l. u.* VI 21, VII 25, VIII 23, 31; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21 nt. 19 et 44; Aufr. et Kirch. I 40, 42, 90, 142, II 244 sq., 345, 384; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 42). Tabula eugub. IIa 17 sq.: V⅃+ᗅK V+ᗡƎ8 (fertu katlu) = *ferto catulum;* tabula IIa 19 et 34: V+ᗡƎ8 : ИƎMV (umen fertu) = *omentum* (?) *ferto;* tabula IIa 26: V+ᗡƎ8 : 8Ǝ+ΘƎᗡ8 (frehtef fertu) = *—as ferto;* tabula IIa 26 sq.: V+ᗡƎ8 : ⅃ƎMVS | : 8Vᗡ+ᗅMƎᗡK (krematruf sumel fertu) = *ad —atra — ferto;* tab. II a 33: V+ᗡƎ8 : ƎИV⅃ (pune fertu) = *tus ferto;* tab. IIb 14: ƎИV⅃ : V+ᗡƎ8 (fertu pune) = *ferto tus;* tab. IIb 14: V+ᗡƎ8 VИIƆ (vinu fertu) = *vinum ferto;* tab. IIb 12: V+ : ᗡƎ8ᗡIꟼƎ : Ǝ⅃8ᗅ+ : V+ᗡƎ8 : Ǝ8I (ife fertu tafle epir fertu) = *ibi ferto, in tabula ignem ferto;* tab. VIa 50: ERE · FERTV = *is ferto;* et ASO · DESTRE · ONSE · FERTV = *aram* (?) *dextrâ ansa ferto.* Adde tab. IIb 13: V+ᗡƎ8ᗅ+Ǝ8 : ᗅ⅃I+SIƆ (vistisa feta fertu), et tab. IIb 15 sq.: : ᗅᗡ+VSƎꟼƎƆ : V+ᗡƎ8 VᗡIИV+SI⅃ : V+ᗡƎ8 ᗡV+V V+ᗡƎ8 : ƎИV⅃ : V+ᗡƎ8 : V⅃Kᗅᗡ+ИᗅM | : V+ᗡƎ8 (utur fertu pistuniru fertu vepesutra fertu | mantraklu fertu pune fertu). — Lanzius aliquando explicat *fertur* (II 743 = 651), et in multis locis sumit fertu pro rom. *ferctum* h. e. *quod altari infertur* (II 732 = 640, 743 = 651, 745 = 653, 820 = 729. Cf. Sec. Campanari *Tav. perus.* pg. 31).

FERTVM. Vide FERCTVM.

ᗡVYᗡƎ8 (FERTVR), *fertor* (lator), subst. m. e rad. -ᗡƎ8 (FER) = rom. *fer-re*, in umbricis voc. ᗡVYᗡƎ8ꟼᗅ (ar-fertur) = ARFERTVR vel ARSFERTVR h. e. *ad-fertor*, ƎᗡVYᗡƎ8ꟼᗅ (ar-ferture) = ARSFERTVRE h. e. *ad-fertori*, et ARSFERTVRO = *ad-fertorem*.

FERTVS, particip. ab inusit. *fercio* = *farcio*. Vet. Poeta apud Cic. *Orat.* cap. 49: « Frugifera et ferta arva Asiae tenet ».

ᗅYVYᗡƎ8 (fertuta), *ferunto*, imperat. 3 pers. pl. apud Umbros (cf. V+ᗡƎ8 fertu = *ferto*), e rad. -ᗡƎ8 (FER-) = rom. *fer-re* (Aufr. et Kirch. I 52, 142, II 364, 368 sq.). Tab. eugub. III 13: ᗅYVYᗡƎ8 : ᗅᗡYƎ⅃K (kletra fertuta) = *—am ferunto.* Grotefend *Rud. l. u.* VII 28, VIII 38 vertit *fertote*, 2 pers. pl. Lanzius autem scripsit II 820 = 729: « fertuta *forse ablativo con la solita reduplicazione:* ferta *in latino si disse analogicamente per* lata ».

MVᗡƎ8 (ferum), *ferre*, infinit. praes. (= FERO pro ferom), e rad. -ᗡƎ8 (FER-), in umbr. MVᗡƎ8ᗅ (a-ferum) = *circum-ferre*.

?ƎИꟼꟼƎ8 (fervne), gentilitium etr. (*Fervinius* vel *Ferunius?*, Conestab. *Inscr. etr.* pg. 139 sg.), quod invenitur in tegula etr. n. 198, fortasse perperam exaratum pro ferine h. e. herine (cf. ᗅИIꟼƎ8 ferina).

FERVSA, cognomen rom., a fero, in titulo sepulcrali apud Fabr. cap. v n. 8 pg. 347 (ANNAIA · FERVSA).

FERVVNCVLVS, idem ac *furunculus*, subst. m., ita dictum a *fervore* (Caper *De verb. dub.* pg. 2248 P.). Arnob. II pg. 49: « Fervunculum, scabiem aut inhaerentem spinulam sanare ». Alii legunt furunculum.

FESIAE, *feriae*, subst. f. apud veteres. Paul. pg. 86: « *Ferias* antiqui fesias vocabant ». Et Vel. Longus pg. 2233 P.: *Ferias* quoque non *fereas*, quod apud antiquos fesiae, non *feseae* dictae sunt ». Cf. Voss. *Etymol.* pg. 287 s. v. *festum.*

FESCEMNOE vocabantur, qui depellere fascinum credebantur. Ita Paul. ex Festo pg. 86. Alii aliter legunt. Cf. Müller in Festo loc. cit.

FESCENNIA vel Fescennium, Φασκένιον (Dionys. Halic. I, 21), oppidum Etruriae ad Tiberim (Plin. III, VIII, 3), cuius conditores ab Argivis oriundos facit Solinus II 8, ab Atheniensibus Servius in *Aen.* VII, 695 (« Hi Fescenninas acies, aequosque Faliscos etc. »). De caetero, inquit Cluverius *Ital. ant.* pg. 550 sq., quod ab *Atheniensibus Fescenninos ducere originem* tradit, id haud perinde falsum fuerit; sic quidpe scribit Dionys. Halic. loc. cit.: Φαλέριον δὲ καὶ Φασκένιον ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἦσαν οἰκούμεναι ὑπὸ Ῥωμαίων, μικρὰ ἄττα διασώζουσαι ζώπυρα . . . . . Πελασγικοῦ γένους, Σικελῶν ὑπάρχουσαι πρότερον. — De carmine fescennino vide Forcell. *Lex.* s. v. fescenninus, et Müller *Die Etr.* II 284 sqq. Paulus pg. 85: « Fescennini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennia dicuntur allati, sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere ». Cf. Sidon. *Carm.* XXI, 1: « Quid me, etsi valeam, parare carmen Fescenninicolae iubes Diones? ».

FESCENNINICOLA. Vide voc. praec.

FESCENNINVS. Vide FESCENNIA.

FESCVS, *fiscus*, subst. m., in lapide mediolan. apud Grut. 1056, 1.

ᗅИSƎ8 (fesna). Vide vocc. sqq.

Ǝ8AИƧƎ8 (fesnafe), *ad —as*, subst. fem. locat. pl. 1 decl., ab umbr. fesna, fortasse idem ac marsicum HERNA, comparandum cum osc. VИƧꟷꟷ8 fiisnu (Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 95, 114, II 278, 344 sq.; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122. Cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 24). Tab. eugub. IIb 16 haec habet: ƧVИƎ8 : Ǝ8AИƧƎ8 : ƎИV1 (pune fesnafe benus) = *quum ad —as veneris*, quae Grotefend *Rud. l. u.* VII 13, 16 vertit *postquam fiscinis operatus eris*, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 42 *quum in fines veneris.*

ƎDƎИƧƎ8 (fesnere), *in —is*, subst. fem. fortasse locat. pl. 1 decl. (vide Ǝ8AИƧƎ8 fesnafe = *ad —as*), ab umbr. fesna (Aufr. et Kirch. I 103 nt. 1, 114, II 278, 344 sq.; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852, s. 122). Tab. eugub. IIb 11 sq.: V+Ǝ | : V+DV1 : ƎDƎИƧƎ8 (fesnere purtu[v]etu) = *in —is porricito* (*in finibus porricito*, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 42). — Lanzius II 731 = 639, 733 = 641, 820 = 729: « phesnere *e men correttamente* phesnafe, *dall'antico* fenore fenoris ». Grotefend autem modo legit fesne re (*Rud. l. u.* VII 13, 15), modo fesner, quod accipit *pro fiscinis* (op. cit. VIII, 31).

FESSONIA, dea, quam propter fessos invocabant. August. *De civ. Dei* IV, 21.

FESTINIS, *festinus*, adiect. Titin. [vs. 103 ed. Ribbeck pg. 127] apud Non. VIII, 3 = pg. 277: « Nunc hoc uror, nunc haec res me facit festinem ».

FESTRA, *fenestra*, subst. fem., quod trahitur ad rad. sanscr. bhâs (lucere, splendere, — videri), inserta nasali et adiecta vocali (Pott *Etym. forsch.* I 194, Benary *Die röm. lautl.* s. 299, Bopp *Gloss. scr.* pg. 245). Paulus ex Festo pg. 91: « Festram antiqui dicebant quam nos *fenestram* ». Macrob. *Sat.* III, 12: « Item Antonius Gnipho vir doctus, cuius scholam Cicero post laborem fori frequentabat, salios Herculi datos probat in eo volumine quo disputat quod sit festra; quod est ostium minusculum in sacrario. quo verbo etiam Ennius usus est ». In fragm. Petr. pg. 872 ed. Burm.: « Decidet festram, Romuleamque casam ». Adde Gloss. apud Mai *Class. auct.* III 464 et VII 562 « frestram (sic) *fenestram* »; et cf., suadente Doderl. *Syn. et Etym.* VI 127, Hesych. *Gloss.* II, 1534: Φωστήρ· θυρίς.

FESVLAE. Vide FAESVLAE.

A+Ǝ8 (feta), fortasse *facta*, partic. e rad. umbr. -ꓘA8 (FAC-) = rom. *fac-ere*, quod legitur in tab. eugub. IIb 13 (Grotefend *Rud. l. u.* VII 15 sq., VIII 31; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 23).

FETIALIS vel fecialis, subst. m. De Fetialibus, qui erant sacerdotes vel legati populi romani, vide Varr. *De l. l.* V, 86 pg. 34; et Liv. I 32, IV 30, VII 6 et 9, IX 5, X 12, XXX 43, XXXI 8, XXXVI 3. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

VI+Ǝ8 (fetiu), *Vettius* (VIOƎ8 fethiu), cognomen virile gentis *Caecinae* ex Volaterra, in titulis volaterranis n. 325 bis *a*, 325 bis *c*, 325 bis *e* et 325 bis *f*. Vide voc. sq.

MVI+Ǝ8 (fetiuś), *Vettii*, gentilitium etruscum genit. sg. = MIVOƎ8 fethiuś (vide VI+Ǝ8 fetiu = VIOƎ8 fethiu h. e. *Vettius*). Ossuarium perusinum n. 1859: MVI+Ǝ8 · IƎИ+Ǝꟻ · AИAO (thana velnei fetiuś) = *Tannia Vetennia Vettii* uxor.

V+Ǝ8 (FETV), *facito* (sacrificato), imperat. 3 pers. sg. apud Umbros, qui pleniori ortographia etiam V+IƎ8 (FEITV) scribebant (mendose FEETV, quod vide, et VIƎ8 feiu), e rad. -ꓘA8 (FAC-) = rom. *fac-ere* (Passerius *Paralip.* pg. 325, et *Lett. Roncagl.* n. XIV pg. 369 sgg., 389, n. XV pg. 231, n. XVI pg. 264, 285 sg.; Lanzius II 820 = 730 et alibi; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 16, 19 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* III 18, V 10, VII 30, VIII 29, 34; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21 et nt. 10, § 34 nt. 49 sqq.; Aufr. et Kirch. I 56, 142, II 126 sqq., 175, 186, 189, 193; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 124; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 185, 348, 364). Tab. eugub. Ia 3, 11: V+Ǝ8 : 8V8 ƎD+ (tre buf fetu) = tab. VIa 22 et VIb 1 BVF · TREIF · FETV (VIb 1 TRIF) h. e. *tres boves facito*; tab. Ia 9, 13, 16, 26, tab. Ib 3, 25 (VIƎ8), 29, 32, 44, tab. IIa 7, 11, 13, et tab. IIb 29: V+Ǝ8 : IИV1 (puni fetu) = tab. VIa 59 PONE FETV, tab. VIb 1 sq. FETV PONI, tab. VIa 57, VIb 23 sq., 44, 46, et VIIa 4, 29, 41 sq., 54 PONI FETV h. e. *ture* (?) *facito*; tab. Ia 13, 22, Ib 3, 5 sq., 25: V+Ǝ8 : ƎИIDƎ8 : AƎV+AƎ (vatuva ferine fetu) = tab. VIa 57, VIb 1, 19, 43 sq., 45 VATVO · FERINE · FETV h. e. *—ua —ne facito*; tabula Ia 14: V+Ǝ8 : 8VI⅃Ǝ8 : 8IƧ : 8ƎD+ (tref sif feliuf fetu) = tabula VIb 3 SIF · FILIV · TRIF · FETV h. e. *tres sues filios facito*; tabula Ia 17: V+Ǝ8 : IƎVII8 (fi[s]uvi fetu) = tabula VIb 5 FETV FISOVI = *Fisovio facito*; tabula Ia 17: V+Ǝ8 : VIƧI8 : DƎ1IDꓘV (ukriper fisiu fetu) = *pro colle Fisio facito*; tabula Ia 20: V+Ǝ8 : 8VꟼƎ⅃Aꓘ : 8V8 : 8ƎD+ (tref buf kaleruf fetu) = tabula VIb 19 BVF TRIF · CALERSV FETV h. e. *tres boves callidos facito*; tabula Ia 24: V+Ǝ8 : 8AИI1AΘ : 8ƎD+ (tref hapinaf fetu) = tabula VIb 22 HABINA · TRIF · FETV h. e. *tres —as facito*; tabula Ia 25: V+Ǝ8 : ƎИAIƧA : Ǝ+ƧV1 (puste asiane fetu) = — — *facito*; tabula Ia 25 sq.: V+Ǝ8 : AИAƧ⅃Ǝ1 | : V+Ǝ8 : 8ƎꟼƎ✱ (zeref fetu, pelsana fetu) = tab. VIb 22 SERSE · FETV · PELSANA · FETV h. e. *—es facito*, *—andas facito*; tab. Ia 27 sq.: V+Ǝ8 | VD+ИVƧƎ1 : MVꟼVƧ (surum pesuntru fetu) = tab. VIb 24 PESONDRO · SORSOM · FETV h. e. *—um —um facito*; tab. Ia 28: V+Ǝ8 : IƎVI : ID8Ǝ+ (tefri iuvi fetu) = *Tefro Iovio facito*; tab. Ib 1 sq.: V+Ǝ8 : ƎIꟼVΘ : Ǝ+DAM | : 8VD V+ : 8V⅃+IƎ : 8ƎD+ (tref vitluf turuf marte hurie fetu) = tab. VIb 43 VI-

TLV · TORV · TRIF · FETV · MARTE · HORSE FETV = *tres vitulos tauros Marti Hodio facito;* tab. Ib 27: V+Ǝ8 : ꟼIƎ⅃ : Ǝ+V. : ꟼD8VD : ꟼKDV⅃ : ƎD+ (tre purka rufra ute peia fetu) = tabula VIIa 6 PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV h. e. *tres porcas rufras aut piceas* (?) *facito;* tab. Ib 42 sq.: V+Ǝ8 : ƎINVꟼƎKꟼ : ƎD+ | : ꟼKƎJI 8ꟼƎ (eaf iveka tre akerunie fetu) = tab. VIIa 52 sq. EAF (IVENGA) · ACERSIONEM | FETV h. e. *eas iuvencas Aquiloniae facito;* tab. Ib 44; V+Ǝ8 ꟼIꟼꟼƎ⅃ (peraia fetu) = tab. VIIa 41, 54 PERSAEA · FETV et VIIa 7 PERSAIA · FETV h. e. —*a facito;* tab. IIa 2: V+Ǝ8 : ꟽVƧƎ V+ƧƎ (estu esu[nu] fetu) = *istud sacrificium facito;* tab. IIa 6: V+Ǝ8 VИꟼƧ⅃Ǝ⅃ (pelsanu fetu) = —*andas facito;* tab. IIa 8: V+Ǝ8 : VD+VƧƎ⅃ VꟼVƧ : VИV (unu suru pesutru fetu) = ... *facito;* tab. IIa 8 sq.: V+Ǝ8ƎJƎDꟼ : VꟼƎ⅃ | : ƎꟼIꟼꟼK (kapire peru preve fetu) = *capide —um prive facito;* tab. IIa 11: V+Ǝ8ꟽƎꟼꟼƎ⅃ (peraem fetu) vel tabula IIa 13 V+Ǝ8 : ƎꟼꟼƎ⅃ (perae fetu) = tabula VIa 58 et tabula VIb 3 PERSAE · FETV h. e. —*a facito;* tabula IIa 11 sq.: V+Ǝ8 ƎИKꟼꟼƎ⅃ | VИVꟼ8ꟼ (abru[m] perakne fetu) = *aprum —em facito;* tab. IIa 13: V+Ǝ8 : ƎИ:IKƎ ꟼD+ (tra ekvine fetu) = ... *facito;* tabula IIa 14: V+Ǝ8 : ƎИKꟼꟼƎ⅃ : ƧV+Ǝ⅃ꟼ (asetus perakne fetu) = ... *facito;* tabula Ia 11 sq.: V+Ǝ8 | IJV⅃ꟼDK : Ǝ+DꟼM (marte krapuvi fetu) = *Marti Grabovio facito;* tab. IIb 7: V+Ǝ8 : ƎD+ꟼ⅃ : ƎJVI (iuve patre fetu) = *Iovi patri facito;* et tab. IIb 26: ƎD+ꟼ⅃ƎJVI : VIƎ8 (fe[t]u iuve patre) = *facito Iovi patri;* tab. IIb 9 sq.: V+Ǝ8VИIJIDƎ⊗ | : IИV⅃ : IDƎ⊗ (heri puni heri vinu fetu) = tab. VIb 19 sq. HERIE · VINV | HERIE · PONI · FETV h. e. *sive ture sive vino facito;* tab. VIa 56, 58, VIb 1, 3, 20, 44, 46, VIIa 4, 7, 42, 53: ARVIO · FETV (cf. arviu ustentu) = —*a facito;* tab. VIa 58: SI · GOMIA · TRIF · FETV (tab. Ia 7 tref sif kumiaf feitu) = *sues —as tres facito;* tab. VIb 37: PERSI · FETV = —*um facito;* tab. VIb 45: VITLV · TORV · TRIF · FETV · HONDE · SERFI · FETV (tab. Ib 4 sq. tref vitlup turup hunte śe[r]fi feitu) = *vitulos tauros tres facito, Hondo Cerfio facito;* tab. VIb 55: FETV VRV (tab. Ib 18 feitu uru) = *facito* —; tab. VIIa 3: ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV (tab. Ib 24 trif apruf rufru ute peiu feitu) = *apros tres facito sive rufos sive piceos* (?); tab. VIIa 37: FETV · FISOVI · SANSI = *facito Fisovio Sancio;* tab. VIIa 41: VITLA · TRIF · FEETV (tab. Ib 31 tref vitlaf feitu) = *vitulas tres facito.* Adde tab. IIa 4: V+Ǝ8 : ƎDV8Ǝ8 (fefure fetu), quod Grotefend *Rud. l. u.* VII 17 sq. vertit *februis factum.* VIƎ8 feiu, quod invenitur, ut supra diximus, in tabulis eugub. Ib 25, IIb 26, perperam scriptum est pro fetu. Lanzio II 374 = 292 est gr. ποιοῦ, *fias* s. *macte esto.* Grotefend op. cit. VI 24 cum Lepsio, huc retulit EETV (tab. eugub. VIb 54), ut exaratum sit pro FETV; est *ito* vel *exito.*

FFRAR. Lege FERAR in tab. eugub. VIb 50.

. . . I8 (fi. . .). Vide VИƧHH8 (fiísnu).

FIA, *filia*, = etr. ꟼIƎ via (cf. FIꟼEΛ, etr. ƧVIVΦ phuius = *filius*, et umbr. 8VI⅃Ǝ8 feliuf = FILIV h. e. *filios*). Inscr. sepulcralis in tegula etrusco-rom. n. 281:

TAHNIA·ANAINIA
COMLNIAI·FIA

h. e. *Tannia Anainia Cominiae filia.* Cf. Lanzi I 172 = 133 n. XLVI, II 303 = 240, 432 = 351 n. 314, Galvani *Delle genti* etc. pg. 156, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 228.

FIBLA, *fibula*, subst. f., quod usurpavit Apic. VIII, 7. Adde inscr. apud Grut. 474, 4.

FIBRENVS, flumen Latii, prope Arpinum, in Lirim praecipitans (Cic. *De leg.* II, 1, 3); hodie est *Fiume della Posta.* Sil. Ital. VIII, 400:

> . . . qui Fibrenus miscentem flumina Lirim
> Sulfureum, tacitisque vadis ad litora lapsum
> Adcolit, Arpinas.

Cf. Romanelli *Topogr.* III, 366 sg.

FIBRVS, *extremus*, adiect. Varro *De l. l.* V, 79 pg. 32: « Fiber, extrema ora fluminis dextra et sinistra maxume quod solet videri et antiqui fibrum dicebant *extremum*, a quo in sagis fimbriae et in iecora fibra, fiber dictus ».

FIGVLARIVS, subst. m. Gloss. apud Labb.: « Figularius, *κεραμεύς* ».

FIGVLATOR, subst. m. Gloss. apud Labb. pg. 105: « Κεραμεύς, faber figulator ».

FIGVLATVRIT, Figulum imitatur aut colit, vox est ficta ab Asinio apud Quintil. *Inst. orat.* VIII, III, 32; ubi alii legunt figulatum.

FIDENA, Φιδήνη (Dionys. Halic. II 53, III 27, 57, IV 51, V 40 sq., 43; Plutarch. in *Rom.* XVII, 1, XXV, 5), vel Fidenae, Φιδῆναι (Strab. V, II, 9, et III, 2; Ptolem. III, 1; Plutarch. in *Rom.* XXIII, 5, XXV, 1; in *Poplic.* XXII, 5), oppidum Sabinorum in Latio et colonia Romanorum (Dionys. III, 27; Liv. I 27, IV 23), haud procul a Tiberi et quinque mill. pass. a Roma distans (Dionys. III 27, X 22) ubi nunc *Castel Giubileo*, quod traditur conditum fuisse ab Ascanio Aeneae filio, vel ab Aenea Silvio (Dionys. II, 53). Plin. XVI, v, 1: « Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium, qui Fidenam primus irrupisset ». In kalendario praenest. ad mens. Ian. (apud Orell. II, 582-583): . . . FIDENAS · EO · DIE · CEPISSET. In tab. Peuting. segm. Va: Fidenis. — Incolae sunt dicti Fidenates (Plin. III, IX, 16; III, XVII, 2; XXXIV, XI, 3), Φιδηνᾶται (Diod. XII, 80; Plut. in *Publ.* XXII 5, in *Camil.* XVII 3) vel Φι-

δηναῖοι (Dionys. II 53, III 23 sqq., 39). Inscr. apud Nibby *Viaggio* etc. I, 84 (Orell. n. 112): MAGNO ET | INVICTO IMP · GALLIENO PIO | FELICI AVGVSTO SENATVS FID · | DEVOTI NVMINI MAIESTATIQ · EIVS | DICT · C · PETR · PODALIRIO ET · T · AELIO OCTOBRE CV | R AG · T · TER · OCTOBRE. Liv. I, 15: « Fidenates quoque Etrusci fuerunt ». Steph. Byz.: Φιδήνη πόλις Ἀλβανῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φιδηναῖος. Ἔοικε καὶ Φίδηνα λέγεσθαι, ὡς Ῥάβεννα· καὶ Φιδηνάτης, ὡς Ῥαβεννάτης. Οὕτω γὰρ Χάραξ κέχρηται Φιδηνάτης. De bellis inter Fidenates et Romanos plura scripsit Livius I 14, 27, II 19, IV 17, 21 sq., 33 sq., et Dionys. loc. cit. Cf. Virg. *Aen.* VI, 773 (« urbemque Fidenam »), Tac. *Ann.* IV, 62 (Fidena), *Hist.* III 79 (Fidenae), et Müller *Die Etr.* I, 124. Agrum Fidenatem memorat Plin. III, IX, 16, et XVII, 2. — Fidenas fuit etiam cogn. rom. Liv. IV, 17: « L. Sergius Fidenas ».

FIDENTES. Vide ARRETIVM.

FIDENTIA, Φιδεντία (Ptol. III, 1; Plut. in *Sylla* XXVII, 7), Aemiliae urbs (nunc *Borgo S. Donnino*), inter Parmam et Placentiam (Anton. *Itin.* pgg. 288, 616; Tab. Peuting. segm. III *c*). Cf. Vell. Paterc. II 28, Liv. *epit.* lib. LXXXVIII. — Incolae dicti Fidentini (Plin. III, XX, 2). — Fidentinus est etiam cogn. rom. in titulo apud Grut. 767, 4 (CALVIO · FIDENTINO).

FIDES, dea apud Romanos, cuius origo sabina; radix est fid- = gr. πιθ- (sanscr. bandh, *ligare*). Varro *De l. l.* V, 74 pg. 30 (Vide FERONIA). Fidei templum consecratum est a rege Numa, teste Livio I, 21 (« Et soli Fidei sollemne instituit »), ubi cf. Drakenborchius. Plutarch. in *Numa* XVI, 1: Πρῶτον δὲ φασι καὶ Τέρμονος ἱερὸν ἱδρύσασθαι. Καὶ τὴν μὲν Πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις μέγιστον, ᾧ χρώμενοι μέχρι νῦν διατελοῦσιν. Vide Dionys. II 75, V 68; Cic. *De nat. deor.* II 23, 31, III 36, *De offic.* III 29; et Horat. *Od.* I, 18, 24, 35, IV 5. In lapidibus: FIDEI · PVBLICAE (Grut. 99, 10; Orell. n. 1814), FIDEI P · R (Henzen n. 5428, n. 5433) h. e. *fidei populi Romani*. Inscr. apud Murat. 1897, 3 (Marini *Inscr. alb.* pg. 16, Orell. n. 2651): FIDEI · SVAE | ASPANIA Q · F · POLLA | Q · PETRONIVS IRENAEVS SACRARVNT.

FIDICINARIVS, *fidicen* (citharista). Gloss. apud Labb. « Fidicinarius, λυριστής ».

FIDICVLAE, Italiae oppidum. Val. Max. VII, VI, 1. Alii aliter legunt (vide Forcell. *Lex.* s. h. v.). Fidiculanus, incola vel civis Fidicularum extat apud Cic. *pro Caec.* cap. 10, *Cluent.* cap. 37. — Gentilitium Fidiclanius invenitur apud Mommsen n. 6833 (C FIDICLANIVS HERMES) et in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIV = 1853 pg. 312 n. 19 (T · FIDICLANIVS · T · L · APELLA).

FIDIVS, scil. Dius Fidius vel Deus Fidius (gr. Δῖος Πίστιος) est Iovis filius, quem Sancum sabinâ linguâ, Herculem graecâ veteres appellabant. Varro *De l. l.* V, 66 pg. 26: « Aelius Dium Fidium dicebat *Iovis filium*, ut Graeci Διόσκορον Castorem, et putabant hunc esse Sancum ab sabina lingua, et Herculem a graeca ». Paul. ex Festo pg. 147: « Medius Fidius compositum videtur et significare *Iovis filius*, id est Hercules, quod *Iovem* graece Δία et nos *Iovem*, ac fidium pro *filio*, quod saepe antea pro L litera D utebantur ». Ovid. *Fast.* VI, 213 sqq.:

> « Quaerebam, Nonas Sanco Fidione referrem,
> An tibi, Semo pater; cum mihi Sancus ait:
> Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebo:
> Nomina trina fero: sic voluere Cures. »

In sacris Argeorum apud Varr. op. cit. V, 51 pg. 21 legebatur: « Collis Martialis, quinticeps apud aedem Dei Fidi in delubro ubi aeditumus habere solet ». Inscr. apud Grut. 96, 5 (Orell. n. 1860): SEMONI | SANCO | DEO FIDIO | SACRVM etc. In kalend. venus. mens. iun. (Orell. II, 393): DIO · FIDIO · IN COLLE. Per Deum Fidium veteres iurabant, mares, non feminae (Charis. pg. 183; vide EDEPOL). Plaut. *Asin.* I, I, 8: « Per Deum Fidium quaeris ». Varro apud Non. VIII, 93 = pg. 494: « Itaque domi rituis nostri, qui per Deum Fidium iurare vult, prodire solet in compluvium ». Similiter dicebant Medius Fidius et copulatis vocibus Mediusfidius, h. e. *me dius Fidius adiuvet* » (cf. Cic. *Ep. fam.* V, 21 = n. 438, et Plin. *Epist.* IV, 3), Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III 452: « Diumfidius [lege *diusfidius*], *Iovis filius* ». Ad etymon quod attinet cf. Aufr. et Kirch. I 32 nt. 3, 101 nt. 1, 107, II 65, 136 sq., 187 sq., Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28. Paul. loc. cit.: « Quidam existimant iusiurandum esse *per divi fidem*; quidam *per diurni temporis*, id est *diei*, *fidem* ». — Gentilitium Fidius exstat in titulis apud Mommsen n. 3726, 4971, 5523.

FIDVSTA a fide denominata, ea quae maximae fidei erant. Ita Paul. pg. 89. — Gentilitium Fidustius invenitur apud Orsato *Marmi erud.* pg. 281 (D · FIDVSTIVS D · L · HERACLIDA). Cf. Grut. in indice.

FIEREI, *fieri*, infinit. pass. Tab. Heracl. cap. I lin. 7 (apud Mazochium pg. 304): ATQVE · H · L · PROFESSIONES · FIEREI · OPORTEBIT; et lin. 10: AD · QVOS · H · L · PROFESSIONES · FIEREI · OPORTEBIT. Adde inscr. patavinam apud Grut. 906, 13 = Furlan. pg. 362: CIPIA · P · F · SECVNDA | FIEREI · IVSSIT | LOCVS · IN FRONTE P XX | IN AGRVM · P XXV.

818 (fif), quod legitur in titulo samnitico n. 2877 ter lin. 10, exponitur *vive*, imperat. (Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. VII, 3).

ƎꟼVOI8 (fithure), in etr. iscr. n. 449 *a*. Cf. Lanzi II 514 = 438.

-ƧⱵⱵ8 (fiís-) = -Ƨ8 (fís-). Vide VИƧⱵⱵ8 fiís-nu et ꟽИИƧⱵⱵ8 fiís-nam = ꟽИИƧ8 fís-nam et ꟽⱵИƧⱵⱵ8 fiís-ním.

ИƧⱵⱵ8 (fiísn). Vide VИƧⱵⱵ8 (fiísnu).

ꟽИИƧⱵⱵ8 (fiísnam), *fanum?*, subst. fem. acc. sg. 1 decl. = ꟽИИƧ8 físnam et ꟽⱵИƧⱵⱵ8 fiísním, e VИƧⱵⱵ8 fiísnu, quod vide Cipp. abell. n. 2783 lin. 31 sqq.: TƎ|ꓷ8ꟽИ · ꟽИИƧⱵⱵ8 · ƧⱵƎꟻꓘƎꓷƎ8 | [Ƨ]VП (pús herecleís fiísnam amfret) = *qui Herculis fanum ambiunt* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 120), quae vertit Huschke (*Die osk. und sab. spr.* s. 34) *quas Herculis finitio ambit.*

ꟽⱵИƧⱵⱵ8 (fiísním), idem ac ꟽИИƧⱵⱵ8 fiísnam, acc. sg. e VИƧⱵⱵ8 fiísnu = *fanum* (?), apud Samnites. Inscr. n. 2873 ter lin. 7 sqq.: ꟽⱵИ|ƧⱵⱵ8 · ЯƎTИИVV | VЯIƧƎ (esidu uunated fiísním) = *idem unavit fanum* (Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. VII, 3 sg.).

VИƧⱵⱵ8 (fiísnu), *fanum?*, subst. f. nominat. sg. 1 decl. (acc. ꟽИИƧⱵⱵ8 fiísnam et ꟽИИƧ8 físnam; cf. etr. VИA8 fanu), e rad. -ƧⱵⱵ8 fiís-, fortasse e fas-, sanscr. bhâs h. e. *loqui* (cf. Peter *Sprach und schr.* etc. s. 78). Cipp. abell. n. 2783 lin. 30: VИƧⱵⱵ8 · ƧⱵƎꟻꓘƎꓷƎ8 (herekleís fiísnu) = *Herculis fanum* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 120; Aufr. et Kirch. II 344). Alii exponunt *finis* (Guarinius *Lex. osco-lat.* pg. 36, et *In cippum osco-abell. div.* pg. 28, 44, Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 42; cf. Mommsen s. 308), comparandum cum umbr. AИƧƎ8 fesna (cf. Aufr. et Kirch. I 77, 165, II 278, 344) et cum marsico HERNA h. e. *saxa*. Grotefendio *Rud. l. u.* pg. 38 sq. et 43 est *ficetum*. — Pro fiísnu, ex apographo Mommsenii, Lepsius legerat fiísnume; et pro fiísn, quod vidit Lepsius in eodem cippo lin. 24, Mommsen solum literas . . . I8 (fi. . .) adspicit.

IƆVII8 (fiiuvi), quod extat in tab. eugub. I a 17, legendum IƆV[Ƨ]I8 (fisuvi) = FISOVI, quod vide.

-ꓘI8 (fik-), radix umbrica, fortasse = rom. *fig-ere*, in verbis V+ꓘI8 fik-tu et V+ꓘI8A a-fik-tu.

FICANA, Φίκανα? (cf. Dionys. Halic. III, 38), oppidum Latii, Romae propinquum (Plin. III, IX, 16). Festus *Qu.* XII, 20 pg. 250: « Puilia saxa esse ad portum, qui sit secundum Tiberim, ait Fabius Pictor, quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit Ficana via Ostiensi ad lapidem undecimum ». Ergo fuit in eo loco, qui dicitur *la Tenuta di Dragoncello* (Nibby *Dintorni di Roma* II, 40 sgg.). Liv. I, 33: « Aventinum novae multitudini datum. additi eodem haud ita multo post, Tellenis Ficanaque captis, novi cives ». Oppidi diruti memoria diu vixit in nomine templi cuiusdam (cf. Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIII = 1851 pg. 164); nam in titulo ostiensi quidam L. Calpurnius Chius, sevir augustalis et quinquennalis, dicitur magister AD MARTE (sic) FICANVM · AVG (Henzen n. 7194).

IИAƆI8 (ficani, fortasse *Vicania*, gentilitium etr. (cogn. Vicanus et Vicana extant in titulis samniticis apud Mommsen n. 3627 et n. 4874), a *vicus*, in titulo perus. n. 1209 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 307 n. 351).

FICARIA, Φικαρία νῆσος (Ptol. III, 1), insula Sardiniae (Plin. III, XIII, 2). Cf. Cluver. *Sard. ant.* pg. 492, et tab. Peuting. segm. III*d*. — Ficaria proprie est *ficetum*.

FICATVM, ἧπαρ (hepar, iecur), ital. *fegato*, sanscr. ja-kṛt. Gloss. vet. apud Mai *Class. auct.* VII, 561: « ficatum, *iecur* ».

FICELIAE, locus in monte Quirinali, fortasse ita dictus a *ficu* (Donati *De urb. Rom.* III, 15). Martial. *Epigr.* VI, 27:

« Bis vicine Nepos, nam tu quoque proxima Florae
Incolis, et veteres tu quoque Ficelias ».

Cluverio *Ital. ant.* pg. 661 videtur fuisse oppidum in agro Sabino. Cf. tamen Nardini *Roma ant.* II, 108.

FICERAT, *fecerat*, a *facio*. In titulo sipontino apud Mommsen n. 929 (*Ann. dell'Inst. arch.* XVI = 1844 pg. 38; Zell. n. 1165): VIVOS · SIBI · FICERAT. Vide ΦIKIT h. e. *fecit* apud Fabr. cap. V n. 250 pg. 390; et cf. Aug. Gervasium in *Mem. dell'Acad. Ercol.* IV, II, 126.

FICERVNT, *fecerunt*, in marmore apud Millin *Voyage dans le midi de la France* IV, 122.

FICITAS, ficorum fructuum abundantia. Novius [vs. 27 ed. Ribbeck] apud Non. II 317 = pg. 109: « Omnes cupiunt ficitatem, merx est sine molestia ».

AꟻꓘI8 (FICLA), *ficulam* (ferctum?, a *far-cio*), subst. fem. acc. sg. 1 decl. (fic-ula, diminut.), sine casus desinentia, pro FICLAM apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 32, 110, II 174 sq., 183 sq., 233; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21 et nt. 27). Tab. eugub. II a 18 sq.: VꟻAM : VИIƆ : ƎИVꟻ : AꟻꓘI8 : AꟻꟻΘVꓷ+Ƨ : AIꓷЯA : V+ƎꟻAM (arvia struhśla fikla pune vinu śalu maletu) = —*a struicem ficulam thus vinum sal molito;* tab. II a 29: V+IƎƆЯA : AꟻƆII8 (fikla arveitu) = tab. VI a 56, 59, VI b 2, 20, 44, 46, VII a 4 FICLA · ARSVEITV, vel tab. VII a 42 FICLAM · ARSVEITV h. e. *ficulam* (?) *advehito;* tab. VI b 4 sq.: PROSESETIR · FICLA | STRVŚLA · ARSVEITV = *prosectis ficulam* (?) *struicem advehito*, vel tab. VI b 23 et VII a 8: PROSESETIR · STRVŚLA · FICLA · ARVEITV (ARSVEITV) = *prosectis struem ficulam* (?) *advehito;* vel tab. VII a 54: STRVŚLA · FICLA · PROSESETIR · ARSVEITV = *struem ficulam prosectis advehito*. Circa huius vocis significationem dissentiunt interpretes, Aufrecht et Kirchhoff. Hi scribunt (II 406): *Während Kirchhoff in der II 175 dargestellten weise sich am liebsten für* ficula *entscheidet, sieht Aufrecht darin ein dem sinn und der ableitung nach dem röm.* ferctum *entsprechendes wort.* Fikla *findet sich unter den 15 malen, die es vorkommt, neunmal in der verbindung mit* struçla = strues. *Erinnert man sie nun der in den röm. opferformeln ungemein häufigen verbindung von* strues *und* ferctum, *so wird man wie bei* vinu *und* pune, *abgesehen von aller etymologie,*

in fikla *das entsprechende wort zu suchen gedrängt. Was die entstehung des wortes betrifft, so erklärt* Aufrecht *es aus* fi(r)k-ula *von der wurzel FERK und nimmt an, dass das* r *vor dem* k, *gerade so wie vor* v *in* sevo, *oder wie das* l *von* t *in* mota *für* molta, *konstant ausgefallen sei.* — Passerio *Paralip.* pg. 325 ficla est *iecur victimarum;* hinc Lanzius II 681 = 590, 759 = 687, 765 = 673 exposuit *viscera* (II 820 = 730 « voce ambigua: può significare *exta* e *carnes* »). Grotefend autem, cui videtur ficla vel ficlam abl. pl. pro ficlame esse accipiendum (*Rud. l. u.* II, 33), vertit *in phiala* (op. cit. VI, 16, 21 sqq., 27 sqq., VII 20 sq.).

FICLAM, *ficulam* (ferctum?), subst. fem. genit. sg. 1 decl. apud Umbros, qui saepius FICLA (A⅃ꓘI8) scripsere, sed minus recte; genit. sg. ƧA⅃ꓘI8 fiklas. Tab. eugub. VIIa 42: FICLAM · ARSVEITV = *ficulam* (?) *advehito* (Aufr. et Kirch. II 287).

ƧA⅃ꓘI8 (fiklas), *ficulae?*, subst. fem. genit. sg. 1 decl. (vide A⅃ꓘI8 = FICLA pro FICLAM), quod extat in tab. eugub. IIa 41 (Aufr. et Kirch. I 106, 111, II 183, 389). — Grotefend *Rud. l. u.* IV 30 accipit fiklas pro acc. pl. (et ita Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 28 et nt. 27), sed vertit *in phiala* (op. cit. VII, 21).

FICOLEA, *palus ficulneus* (Paul. pg. 93).

FICOLEA vel Ficuleae vel Ficulnea, oppidum Sabinorum in Latio prope viam Nomentanam, septem ab urbe pass. mill., et tribus a Nomento (πρὸς τοῖς καλουμένοις Κορνίκλοις ὄρεσι; Dionys. Halic. I, 16). Liv. I, 38: « Corniculum, Ficulea vetus, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, haec de priscis Latinis, aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida ». Et III, 52: « Via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti, castra in monte sacro locavere ». Mart. *Epigr.* VI, 27: « Incolis et veteres tu quoque Ficuleas ». — Incolae appellantur Ficolenses (Plin. III, IX, 11 et XVII, 2), vel Ficuleates (Varro *De l. l.* VI, 18 pg. 80), gr. Φικόλνεοι (Dionys. l. c.). Inscr. apud Marini *Inscr. alb.* pg. 4 (Orell. 3364): IMP · CAESARI | DIVI ANTONINI PII | FILIO · DIVI HADRIANI | NEPOTI · DIVI TRAIANI | PARTHICI PRONEPOTI | DIVI NERVAE ABNEPOTI | M · AVRELIO ANTONINO AVG · P · M | TR · POT · XVI · COS · III · OPTIMO ET | INDVLGENTISSIMO PRINCIPI | PVERI ET PVELLAE ALIMENTARI | FICOLENSIVM. De regione FICVLENSI mentio fit in lapide edito in *Giorn. arcad.* XXXII, 99 (Orell. n. 111). Cf. Cic. *Epist. ad Att.* XII, 34 = n. 556: « Cras igitur in Sicae suburbano: inde, quemadmodum suades, puto me in Ficulensi fore ». Frontin. *De col.* pg. 122: « Ficiliensis (*sic*) ager ea lege servatur qua ager et Curium Sabinorum ». — Fortasse nomen habuit a *ficus* (vide FICOLEA h. e. *palus ficulneus*), vel a *vicus*, quasi *vic-ulus* (Nibby *Dintorni di Roma* I, 47). — De oppido Phycocle vel Ficocle vel Ficucla in agro Ravennate cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 308. *Ficulle* est oppidum in ditione Viterbiensi. — Ficulnus fuit cognomen virile in titulo apud Grut. 407, 3 (Q · FABIVS · FICVLNVS).

FICTILIARIVS, *figulus*, h. e. qui fictilia facit. Gloss. graeco-lat. apud Labb. pg. 137: « ὀστρακοπιὸς, fictiliarius ». Inscr. apud Grut. 643, 1: CASATO · CARATIO | FICTILIARIO · FELICI · P · C.

V+ꓘI8 (fiktu), *figito?*, imperat. 3 pers. sg., quod et scribitur V+ꓘI8A a-fiktu, e rad. -ꓘI8 fik-, fortasse = rom. *fig-ere*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 26, II 214, 222; cf. II 406). In tab. eugub. Ia 28 haec leguntur: V+ꓘI8 : ƎƆƎꓷ1 : MAꓷI+ƧƎƆ : ꓘIMƧƎ (esmik vestisam preve fiktu) = *huic —am prive* (simpliciter) *figito*. Item in tab. Ia 31: V+ꓘI8A : AꓷI+ƧƎƆ (vestisa afiktu) = *—am figito.* — Grotefendio *Rud. l. u.* V 6, 10 sq., VII 19, VIII 12 fiktu idem est ac FETV, *facito* h. e. *porrigito.*

FICVLEA, Vide FICOLEA.

FILAMEN, *flamen*, sacerdos apud Romanos. Varro *De l. l.* V, 84 pg. 33: « Flamines, quod in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant filum, flamines dicti ». Et Paulus pg. 87: » Flamen Dialis dictus, quod filo assiduo veletur; indeque appellatur *flamen*, quasi filamen ». Inscr. apud Grut. 227, 6: DIVO · AVGVSTO | ALBINVS · ALB · F · FILAMEN | DIVAE · AVG · PROVINCIAE | LVSITA. Sic Servius ad *Aen.* VIII, 664 (« Lanigerosque apices »): Flamines in capite habebant pileum: in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid: quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: unde a *filo*, quo utebantur, *flamines* sunt dicti, quasi *filamines*. Cf. Forcell. *Lex.* s. v. flamen. — Flameni pro *flamini* extat in titulo apud Grut. 345, 6 (FLAMENI DIVI AVGVSTI). Per compendium etiam FN scripserunt veteres, ut in lapide apud Orell. n. 4906: L · MINVCIVS · L · F · OVF · EXORATVS · FN · DIVI · TITI · AVG · VESPASIANI · CONSENSV · DECVRIONI etc.

FIꟻEA, *filia*, subst. f. (FIA et etr. AIꟻ via; cf. umbr. 8VI⅃Ǝ8 feliuf = FILIV h. e. *filios*). Inscr. antiquissima n. 2690: DINDIA · MACOꟻNIA · FIꟻEA · DEDIT.

FILIASTER, ital. *figliastro* (privignus), subst. m., quod extat in inscr. romanis (cf. FILIASTRA et FILIATRA, PATRASTER et PATRATER). Grut. 681, 8: D · M | EPITYNCHANO · FILI|ASTRO · M · ANTONIVS | HERMEROS · B · M · F. Grut. 810, 1: V · F | Q · MVSTIVS | EVSEBES · SIBI | ET CAETRONIAE | PROCVLAE · VXORI | ET · SAVFEIO · NIGRINO | FILIASTRO | POSTERISQVE · SVORVM | LOCO · PRIVATO | IN F · P · XXX | IN · A · P · XXX.

Doni cl. X, 67: DIS · MANIBVS | T · COESI · FLORI | COESIA · MVSA | FILIASTRO · SVO · B · M | FECIT · VIX · ANN · XXIX. Maffei *Mus. ver.* 319, 2: M · VLPIVS · AVG · LIB · FELIX · PRAE|CO · FAMILIAE · CASTRENSIS | ET · VLPIA · ARTEMIDORA · FECE|RVNT · SIBI · ET · LIBERIS · ET · LIBER|TIS · LIBERTABVSQ · SVIS | POSTERISQ · EORVM · ITEM | AGRICOLAE · CAESAR | N̄ · SER · FILIASTRO · SVO | ET · VLPIAE · FELICISSIMAE · FILIAE · B · M · QVAE · VIXIT · ANN | V · DIEBVS · XXX. Murat. 1135, 1: D · M | SER · ASINIO FAINIANO | C · POMPEIVS APOLLO|NIVS FILIASTRO CARISSIMO. Adde L · CEIONIVS · MAGNVS · FILIASTRO BENE · MERENTI (Grut. 645, 4; Orell. n. 2618; Doni cl. XIII, 32); C · IVL · MAXIMVS · FILIASTRO · ET · AVRELIA · FAVSTINA · MATER · VNICO · FILIO · DESOLAT · P · C · (Grut. 682, 9); et C · EGNATIO · CEREALI · FILIASTRO (*Giorn. arcad.* XXIX, 96).

FILIASTRA, ital. *figliastra* (privigna), subst. fem. quod etiam scribitur FILIATRA (cf. FILIASTER, PATRASTER et PATRATER). Inscr. rom. edita in *Giorn. arcad.* V, 147: ..... DIAE | .. IX · ANN · VII | MENS · VIII · D · XXI | L · DOMITIVS | EVTYCHVS | FECIT | FILIASTRAE · PIISSIM. Alia apud Murat. 1152, 4: DIS MANIBVS | TI · CLAVDIVS · CHAERES | AELIAE NEBRIDI FILIAS|TRE SVAE MERITAE | VIX · ANNIS XVI. Adde titulum. rom., quem edidit L. Renier in *Revue archéol.* IX, 195: D · M S | AVRELIVS FESTVS FVRCIAE | FLAVIAE FILIASTRAE · BENE|MERENTI etc.

FILIATRA, idem ac FILIASTRA, ital. *figliastra*, subst. fem. Inscr. chr. apud Buonarroti *Vetri cimit.* pg. 153 (Murat. 1958, 6, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 489): VITALIS PATRA|TER FILIATRAE | SVAE VICTO|RIAE MERE|TI SCRISI | IN PACE.

FILICISSIMVS et filicissima, *felicissimus* et *felicissima*, adiect. superlat. (cf. FILIX = *felix*). Inscr. apud Grut. 391, 5 (Orell. n. 1182, Zell n. 1596): ARCADIVS ET HONORIVS FILICISSIMI AC DOCTISSIMI IMPERATORES. Alia apud Mommsen n. 3272 (vide CONGNATVS): E · LI · A · FI · LI · CIS · SI · MA · FI · LI · A. In chartis Lucensibus an. 725 vidi « anno filicissimo regni eius (*Liutprandi*) tertio decimo ».

FILICTER, *feliciter*, adv. ab adiect. filix = *felix*, in lapide edito in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 73.

FILIX, *felix*, adiect., unde filicter = *feliciter*, filicissimus = *felicissimus*, in lapide edito in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 73. Cf. *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1855 pg. XXV.

FILIOS, *filius*, subst. m. in titulo L. Scipionis L. fil. n. 2708 (cf. Lanzi I 152 = 116, Visconti *Opere varie* I 39). Alii exponunt *filium* (cf. Niebuhr *Hist. rom.* I nt. 685). Fili pro *filius* vel *filia* exstat in titulo etrusco-rom. n. 1537: AR · LENSOLA | FILI (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 31 n. 26). Filie pro *fili* vocat. dixit Livius Andronicus in *Odissia* apud Prisc. pg. 205 = 741 (« Pater noster, Saturne filie »).

FILIV, *filios* (masculos), subst. m. acc. sg. 2 decl. pro filiuf = 8VIꟻƎ8 feliuf, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 26, 32, 52, 119, 186). Tab. eugub. VIb 3: SIF · FILIV · TRIF · FETV = *sues filios tres facito*, quae Lanzius II 759 = 667 vertebat *subus lactentibus tribus facito*. Vide 8VIꟻƎ8 feliuf.

FIMBRIATVRIT, Fimbriam imitatur aut colit; vox ficta ab Asinio apud Quintil. *Inst. orat.* VIII, III, 32. Alii legunt fimbriatum.

ꟻИМI8 (fiml), *Famulus ?*, cogn. virile apud Samnites (cf. FAMEL = *famulus* h. e. *servus*), in titulo n. 2885 (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 176 et 309; Garrucci in *Mem. dell'acad. Ercol.* VII append. pg. 25 sg.). Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 154 sq. reddit *Fimulus*, cogn. a *fimus* derivatum.

FIXIO, καθήλωσις (confixio quae fit clavis) vel πῆξις (stabilitas, firmitas), in Gloss. vet. apud Labb. pg. 75.

FIXVLAS, *fibulas*. Paulus ex Festo pg. 90.

ЯIƎ (FIR). Vide FIRMVM.

FIRGO, *virgo*, subst. fem. apud veteres, quod et scribitur BIRGO et VIRCO (cf. etr. MAИƆЯƎƎ vercnas = *Vercinius* h. e. *Verginius*). Cassiod. pg. 2282 P.: « In prima syllaba digamma et vocalem oportuit poni, fotum, firgo; quod et Aeoli fecerunt et antiqui nostri, sicut scriptura in quibusdam libellis declarat ». — Fortasse FIRIDIA, quod legitur in titulo campano apud Mommsen n. 4043, idem est ac VIRIDIA (Murat. 658, 5).

FIRCELLINVS, adiect. ad Fircellium pertinens. Varro *De r. r.* III, IV, 1: « Atque adeo non dissimulabo, quod volo, de ornithone primum, quod lucri fecerunt hoc nomen turdi; sexaginta enim millia Fircellina excande me fecerunt cupiditate ».

FIRCELLIVS, gentilitium sabinum, unde cogn. FIRCELLINVS et FIRCELLINA. Varro *De r. r.* III, II, 2 (cf. III, VI, 1): « Fircellius Pavo Reatinus »

FIRCTVM. Vide FERCTVM.

FIRCVS, *hircus* vel *ircus*, subst. masc. Sabinorum linguâ (cf. Müller *Die Etr.* I, 43 anm. 97). Varro *De l. l.* IV, 19 pg. 38: « Ircus quod Sabini Fircus ». Scaurus pg. 2252 P. (vide HABA): « quem antiqui fircum, nos *hircum* — appellamus ». Adde Vel. Long. pg. 2238 P. (ad v. FASENA). Döderlein *De voc. aliquot* etc. pg. 7: « Fircus Sabinorum, *hircus* Latinorum, adiectivum est nominis χήρ, *eres*, *herinaceus*, cuius verbale *hirtus* est ». Cf. Quintil. *Inst. orat.* I, V, 20.

FIRMANI. Vide FIRMVM.

FIRMILLVS et firmilla, diminut. firmi (= FIRMV-

LVS). Sunt cognomina romana in titulis sepulcralibus. Inscr. apud Fabr. cap. IV n. 199 pg. 286: FIRMILLO · QVI · VIX · ANN · XX VENNVLANVS FRATRI · B · M FECIT. In titulis apud Grut. 353, 6: ANNEIAE FIRMILLAE; n. 460, 2: PVBLICIAE · M · F · FIRMILLAE; 1092, 4 (Momms. n. 1995): CISIONIA · L · F · FIRMILLA. Adde inscr. apud Mommsen n. 230, 399, 446, 703, 712, 1919, 1995, 2934.


FIRMINVS et Firmina, fortasse diminut. firmi. Est cogn. rom. Hostilius Firminus (Plin. *Epist.* II, 11), Sex. Laetilius Firminus (Grut. 428, 3), Laetilia Firmina (Grut. 428, 2) etc. Gentilitium Firminius legitur in Murat. 204, 3, et 1256, 9.

FIRMIO -onis, cognom. libertinum rom. in titulis apud Grut. 103, 12 et n. 767, 3.

FIRMO -onis, idem ac firmissimus. Est cognom. rom. in titulo apud Grut. 1041, 13 (L · CORNELI FIRMONIS).


FIRMVLVS, idem ac Firmillus, diminut. firmi. Est cogn. rom. in titulo apud Fabr. cap. IX n. 423 pg. 649 (L · SVLLIVS FIRMVLVS).

FIRMVM, Φίρμον (App. *De bell. civ.* I, 47), vel Φίρμιον (Ptol. III, 1), Φίρμον Πικηνόν (Strab. V, IV, 2), nunc *Fermo*, oppidum Italiae in Piceno (Val. Max. IX, XV, 1; Mela II, 4; Cn. Pomp. in Cic. *ad Att.* VIII post epist. 12 in ep. 2 ad Domit.; Antonini *itin.* pg. 316; Tab. Peuting. segm. V*a* « Firmo piceno »), Romanorum colonia. Vell. Paterc. I, 14: « Initio primi belli punici Firmum et Castrum colonis occupata ». Inscr. apud Orell. n. 3406 (corr. ab Henzen pg. 336): D · M | T · RAVOLENVS | T · F · VEL · DONATVS | FIRMO PIC · MIL | CHO · XIIII · VRB · 7 · VINDICIS · VIX | ANNIS XXXVIII · MILITAVIT · AN | XX · FECIT · HERES | B · M. Alia in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1839 pg. 59 n. 19 (Henzen n. 7125): D · M | M · SEPTIMI · ANTEROTIS | VIII · VIR · FIRMI | SEPTIMIA · M · L · ATLICE (*Atticae*). Adde Orell. n. 85 (FIRMI ET FALERIONE; vide FALERIA § 2). In nummis aeneis n. 2681 *c*, sicut in glandibus missil. n. 2681*d* legitur FIR vel ЯIƎ, et





in alio nummo n. 2681 *a* antiquiori orthographia ᗡIƆ (vir



seu fir). — Incolae dicti sunt Firmani (Liv. XXVII, 10; cf. Cic. *Phil.* VII, 23), hodie *Fermani*. In tabula aenea apud Grut. 1081, 2 (Orell. n. 3118): INTER FALERIENSES ET FIRMANOS. Cohortem Firmanam memorat Livius XLIV, 40; Firmanum saltum Catullus III, 11. Gentilitium Firmius et cognom. Firmus occurrunt in lapidibus, sicuti Firmanius (Grut. 1077), Firmanus et Firmana (Murat. 114, 1; 713, 3).

§ 2. Castellum Firmanorum, nunc *Porto di Fermo* (ἐπίνον δὲ ταύτης Κάστελλον, Strab. V, IV, 2), memoratur a Plinio III, XVIII, 2. Cf. Vell. Paterc. loc. cit. Antonini *itin.* pg. 101 et 313: « Castello Firmano »; et tab. Peuting. segm. V*a*: « Castello Firmani ».

ƎƧIꟻ (fise), *Fidio*, n. pr. m. dat. sg. 2 decl. = FISO, unde fisio cum suffixo -io, apud Umbros (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Aufr. et Kirch. I 117, II 186 sq.; Ebel et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI 418, VIII 37). Tab. eugub. I a 15: IꓷAƧƎƧIꟻ (fise sasi) = tab. VI b 3 FISO · SANSIE h. e. *Fidio Sancio*, quod Grotefend *Rud. l. u.* V, 6 vertit *Fiso Sansio;* Zeyss loc. cit. et Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 124 *Fidio Sancio* sive *Sanco*. Lanzius II 716 = 625 ad litteram reddit *Filio Sabi*.

FISEI, *Fisio*, adiect. m. dat. sg. 2 decl. pro FISIE ab umbr. FISO = sabin. FIDIVS (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28, 31 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 25; Aufr. et Kirch. I 37 sq., 117, II 140, 155). Tab. eugub. VI a 23: PACER · SEI · OCRE · FISEI = *propitius sis colli Fisio* vel *monti Fisio* (Grotefend op. cit. IV, 8).

§ 2. Fisei pro FISI = FISIM h. e. *Fisium*, acc. sg. (Aufr. et Kirch. I, 116) exstat in tab. eugub. VI a 29, ubi legitur: PIHATV · OCRE · FISEI = *piato collem Fisium*.

IꓷAƧƎƧIꟻ (fisesasi). Lege IꓷAƧ ƎƧIꟻ fise sasi.

FISI, *Fisio*, adiect. m. dat. sg. 2 decl., pro FISIE, ab umbr. FISO = sab. FIDIVS (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28; Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq.; Aufr. et Kirch. I 37 sq., 117, II 140, 199). Tab. eugub. VIa 30, 33, 42, 50, 52, VIb 11, 13 sq., 32, 34: FVTV · FONS (tab. VIa 30, 33 FOS) · PACER · PASE · TVA · OCREFISI (tab. VIa 40 FISIE) = *esto volens, propitius pace tua colli Fisio;* tab. VIb 7, 26: PACER · SIR (lin. 26 SI) · OCRE · FISI (tab. VIa 23 FISEI) = *propitius sis colli Fisio;* et tab. VIb 10: DITV · OCRE · FISI = *dato colli Fisio*, vel *monti Fisio* (Grotefend op. cit. IV, 17 sq.).

§ 2. *Fisium*, acc. sg., sine casus desinentia, pro FISIM, male FISEI (Lassen op. cit. § 50, 54; Grotefend op. cit. IV 24 sq.; Aufr. et Kirch. I 116, II 146). Tab. eugub. VIa 31, VIb 12, 33: SALVO · SERITV · OCRE (VIb 12 OCREM) · FISI = *salvum servato collem Fisium*; et tab. VIa 39, VIb 31: PIHATV · OCRE · FISI (VIa 29 FISEI) = *piato collem Fisium*, vel *montem Fisium* (Grotefend op. cit. IV, 18).

FISIE, *Fisio*, adiect. m. dat. sg. 2 decl., quod minus recte scribitur FISI et FISEI, ab umbr. FISO = sabin. FIDIVS (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28; Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq.; Aufr. et Kirch. I 117, II 147). Tab. eugub. VIa 40: FVTV · FOS · PACER · PASE · TVA · OCRE · FISIE (tab. VIa 30, 33, 42, 50, 52, VIb 11, 13, 32, 34 FISI) = *esto volens propitius pace tua colli Fisio.*

§ 2. *Fisii*, genit. sg., pro FISIER (Grotefend op. cit. VI 18; Aufr. et Kirch. I 118, II 199). Tab. eugub. VIb 10: OCRER · FISIE = *collis Fisii*, vel *montis Fisii* (Grotefend op. cit. IV, 11).

§ 3. *Fisio*, locat. sg. = FISIEM pro fisi-emem (Lassen op. cit. s. 38 sqq.; Grotefend op. cit. IV 24 sq.; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 9; Aufr. et Kirch. I 118, II 147; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122). Tab. eugub. VIa 26, 36, VIb 29: OCRE · FISIE · PIR · ORTOM · EST (tab. VIa 46 OCREM · FISIEM PIR · ORTOM · EST) = *in colle Fisio ignis ortus est.*

FISIEM, *Fisio*, adiect. m. locat. sg., quod minus recte scribitur FISIE pro fisi-emem, ab umbr. FISO = sabin. FIDIVS (Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq.; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 9; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122; Aufr. et Kirch. I 94, 118, 120, II 147 sqq., 237; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 348). Tab. eugub. VIa 46: OCREM · FISIEM · PIR ORTOM · EST = tab. VIa 26, 36, VIb 29 OCRE · FISIE · PIR · ORTO · EST = *in colle Fisio ignis ortus est.* — Aliis est acc. sg. = *montem Fisium* (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 26, 28, 38 sq.

FISIER, *Fisii*, genit. sg. 2 decl., quod et scribitur FISIE in tab. eugub. VIb 13 FISI·ER), sed minus recte, ab umbrico FISO = sabin. FIDIVS (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 26, 28, 51, 54; Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, 24 sq.; Aufr. et Kirch. II 199). Tab. eugub. VIa 30, 32, 39, 41, 49, 51, VIb 13, 32, 33: OCRER · FISIER = *collis Fisii*, vel *montis Fisii* (Grotefend op. cit. IV, 11).

FISIM, *Fisium*, adiect. m. acc. sg. (minus recte FISI) pro fisiom, ab umbr. FISO = sabin. FIDIVS (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28, 50 sq., 54; Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq.; Aufr. et Kirch. I 37, 116, 120, II 65, 155; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 125; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 294). Tab. eugub. VIa 41: SALVO · SERITV · OCREFISIM = tab. VIa 51: SALVO · SERITV · OCREM · FISIM h. e. *salvum servato collem Fisium*; et tab. VIa 49: PIHATV OCREM FISIM = *piato collem Fisium*, vel *montem Fisium* (Grotefend op. cit. IV 11, 18).

VIƧI8 (FISIV), *Fisio*, adiect. m. abl. sg. 2 decl. (mendose FISSIV), ab umbr. FISO = sab. FIDIVS et suff. -io (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 26 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq., V 5 sq.; Aufr. et Kirch. I 33, 117, 163, II 65, 137, 189, 196). Tabula eugubina Ia 5, 8, 12, 15, 17, 21, 25, 28 sq., 31: VIƧI8 : ᗡƎᑫIᗡꓘV (ukriper fisiu) = tab. VIa 23, 25, 34, 35, 43, 45, 53, 55, 58, VIb 1, 3, 6 bis, 9, 14, 19, 22, 26, 28, 35 OCRIPER · FISIV (VIa 43 ocriper FISSIV; VIa 25, 34, 35 ocreper fisiu; VIb 3 ocrifer fisiu) h. e. *pro colle Fisio*, vel *pro monte Fisio* (Grotefend op. cit. IV 8, 10, 18, VI 16).

FISCELLIO -onis, a fiscellus = *fiscella*. Est cognom rom. in titulo apud Murat. 1189, 4: MASCLIO FISCELLIO|NI FILIO | FEC | QVI · VIX · ANN | III · DIEB · XVI.

FISCELLVS mons, hodie *Monte Fiscello* (*Monte di Norcia*, *Monte della Sibilla*), pars Apennini montis in Umbria Plin. III, XVII, 3: « Sabini — Velinos accolunt lacus, roscidis collibus. Nar amnis exhaurit illos sulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, e monte Fiscello labens, iuxta Vacunae nemora et Reate in eosdem conditus ». Sil. Ital. VIII 517 sq.: « Quae, Fiscelle, tuas arces Pinnamque virentem, Pascuaque haud tarde redeuntia tondet Aveiae ». Cf Varr. *De r. r.* II, I 5, III 3.

ꟽꓥꓤꝢꟻ8 (fisnam), *fanum?*, subst. f. acc. sg. 1 decl. = ꟽꓥꓤꝢꟻ8 fíisnam (vide VꓤꝢꟻ8 fíisnu), apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308, Peter *Sprach und schr.* etc. s. 45, 78). Cipp. abell. n. 2783 lin. 45: TƎᗡ8ꟽᗅ · ꟽꓥꓤꝢꟻ8 · ꝢVП (pús físnam amfret) = *qui fanum ambiunt* (Mommsen s. 120). Cf. Peter op. cit. s. 78, Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 165, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 35.

FISO, *Fidio*, dat. sg. 2 decl., fortasse pro fise (ƎƧI8), deus Umbricis est, Sabinorum FIDIVS, unde adiectivum VIƧI8 (FISIV), IƎVƧI8 (fis-uvi), FISOVIE, FISOVI, FISOVINA (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Aufr. et

Kirch. I 163, II 137, 187, 195; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 124). Tab. eugub. VIb 3: FISO · SANSIE = *Fidio Sancio*, quod *Fiso Sansio* vertit Grotefend *Rud. l. u.* V 30, VI 16, et Lanzius II 759 = 667 *Filio* (Iovis) *Sanco.* — Fiso pro fisovi scriptum putat Lassenius *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28. Cf. Zeyss op. cit. nt. 39, et Lanzi II 304 = 240. — Fisius est gentilitium rom. C. Fisius ..... (Murat. 305, 3), C. Fisius Saturus (Momms. n. 3777), M. Fisius (Momms. n. 3563), L. Fisius Sulla (Momms. n. 4973), Fisius Serenus (Grut. 1088, 14, Momms. n. 1971 et n. 2001), Fisia Daphne (Momms. n. 6516), Fisia Filicula (Grut. 783, 1), Fisia Gemella (Murat. 2068, 2, Momms. n. 3367), Fisia Helene (Grut. 783, 1), Fisia Rufina (Grut. 1088, 14, Momms. n. 1971 et n. 2019), Fisia Sorula (Grut. 656, 4, Momms. n 3105).

FISOVI, *Fisovio*, adiect. m. dat. sg. 2 decl., antiquioribus litteris IΞV[Ƨ]I8 fis-uvi, a FISO = *Fidius*, apud Umbros (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28; Grotefend *Rud. l. u.* III 23, IV 6, V 30, VIII 14, 27; Zeyss *De subst. umbr. decl.* §§ 33, 35, et nt. 39; Aufr. et Kirch. I 38, 53, 101 nt. 1, 117, II 130, 195). Tab. eugub. VIb 5 et VIIa 37: FETV · FISOVI · SANSI (VIIa 37 sansii) = *facito Fisovio Sancio* (Lanzius II 759 = 667: *Sanco Iovis filio*).

§ 2. *Fisovium*, acc. sg. pro fisoviom (Aufr. et Kirch. I 37, 116, II 195). Tab. eugub. VIb 6, 8 bis: TIO[M] · SVBOCAV · SVBOCO · FISOVI · SANSI = *te preces precor, Fisovium Sancium* (Lanzius II 761 = 669: *filium Iovis Sancum*).

FISOVIE, *Fisovi*, vocat. sg. 2 decl. (vide FISOVI), a FISO = *Fidius*, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* IV 18, VI 18; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 35; Aufr. et Kirch. I 101 nt. 1, 116, II 135 sq., 140, 195, 197 sq.). Tab. eugub. VIb 9, 14: FISOVIE · SANSIE · TIOM · ESA · MEFA · SPEFA · FISOVINA · OCRIPER · FISIV etc. = *Fisovi Sancie te hace —a —a Fisovina pro colle Fisio* etc.; tab. VIb 10: FISOVIE · SANSIE · DITV · OCRE · FISI = *Fisovi Sancie dato colli Fisio;* tab. VIb 12 sq.: FISOVIE SANSIE · SALVO SERITV · OCREM · FISI · TOTAM · IOVINAM · FISOVIE · SANSIE · SALVO SERITV | OCRER · FISI · ER · TOTAR · IOVINAR · NOME etc. = *Fisovi Sancie, salvum servato collem Fisium, civitatem Iguvinam; Fisovi Sancie salvum servato collis Fisii, civitatis Iguvinae nomen;* et tab. VIb 15: FISOVIE · SANSIE · TIOM · SVBOCAV = *Fisovi Sancie, te precor.* — Lanzio II 304 = 240, 761 = 669 fisovie sansie est *Fili Iovis Sance.* — Gentilitium Fisuvius et saepius Fisevius legitur in tabula marmorea apud Grut. pg. 126 sq. Cf. VESVVIVS.

§ 2. Fortasse *Fisovii*, genit. sg. pro fisovier (Grotefend op. cit. IV 9; Aufr. et Kirch. I 106, 118, II 140) in tab. eugub. VIb 15, ubi legitur: FISOVIE · ERITE · TIOM · SVBOCAV = *Fisovii ritu* (?) *te precor.*

FISOVINA, *Fisovinâ*, adiect. f. abl. sg. 1 decl., apud Umbros (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 28; Grotefend *Rud. l. u.* IV 10, VIII 27; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 23; Aufr. et Kirch. I 111, II 197), a fisovio derivatum et suffixo -ino. Exstat in tab. eugub. VIb 9, 14 (vide supra FISOVIE § 1).

FISSIV, quod legitur in tab. eugub. VIa 43, perperam scriptum pro FISIV (VIƧI8) = *Fisio.*

FISSVRARIVS, h. e. qui fissuras facit. Not. Tir. pg. 122: « Fissura, fissurarius ».

-TƧI8 (ΦIΣT-). Vide ⅃ΞTƧI8 (fistel), ƧIV⅃TƧI8 (fistluis), 8IƧTVVƧ (fistlus) et ΦIΣTEΛIA.

⅃ΞTƧI8 (fistel), idem ac ΦIΣTEΛIA, in nummo argent. n. 2866*b*.

ƧIV⅃TƧI8 (fistluis), in nummis samniticis n. 2866*a*, 2866*d*. Vide ΦIΣTEΛIA.

8IƧTVVƧ (fistlus), in nummo samnitico n. 2866*c*. Vide ΦIΣTEΛIA.

FISTVLANVS, ad fistulam pertinens. Est cogn. rom. in titulo nolano apud Grut. 1092, 4 = Momms. n. 1995 (Q · CAESIO · Q · F · FAL · FISTVLANO etc.).

FISTVLARIVS, h. e. qui fistula canit. Inscr. apud Fabr. cap. IX n. 218 pg. 625: DIIS · OMNIB | CAELESTIB | Q · GRISIDIO · Q · F | SABINIANO · FISTVLARIO | CANTORI · IMAGINARIO etc.

IΞV[Ƨ]I8 (fisuvi), *Fisovio*, m. dat. sg. 2 decl. = FISOVI, a FISO = sabin. FIDIVS (Grotefend *Rud. l. u.* V 30, VIII 14, 27; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Aufr. et Kirch. I 53, 117, II 195). Tab. eugub. Ia 17: V+Ξ8 : IΞVII8 (fi[s]uvi fetu) = tab. VIb 5 FETV · FISOVI · SANSI = *Fisovio* (*Sancio*) *facito.*

FITE, *fitote*, imperat. Nonius VII, 62 = pg. 475: « Fite, imperativo modo. Cato de praeda militum dividenda: *Tu dives fite.* Crassus lib. xvj. Iliados: *Socii nunc fite viri.* Livius Odyssea: *Fit quoque fitum est* ». Cf. Forcell. *Lex.* s. v. fio.

FITO, —*um* (felix, faustum?), adiect. neutr. acc. sg. 2 decl., fortasse e rad. FV-, rom. *fu-ere* (Aufr. et Kirch. I 26, 117, II 200), quod legitur in tab. eugub. VIb 11 (FATO · FITO = *fatum —um*). — Lanzio II 761 = 669 *fato fito* est *factus fias* (macte esto), et Grotefendio *Rud. l. u.* VI 18 *fano ficto* s. *facto* (templo capto).

FITVM. Vide FITE.

..ИAΞI8 (fivan..), in tarquin. hypogaeo; inscr. 2316. Alii legunt hivan, cum quo comparatur gr. Εὐάνδρος vel Εὐάνδριος (Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* LXVII, 289).

FIVERE, *figere*, apud veteres. Paul. ex Festo pg. 92: « Fivere item pro *figere* ». Alii legunt fivere, *fugare.* Cf. Müller in Festo loc. cit., et Forcell. *Lexic.* ed. Lips. s. v. *fivere.*

FIVS; *filius*. Vide FIVS (vius).

ƧHNIƧNƧVVI8 (fiuusasiaís). Lege ƧHNIƧNƧVV[ᒧ]8 (fluusasiaís).

?Ↄ8 (fc) vel ?ꟼ8 (fr) in titulo clusino n. 744.

ᒧ8 (fl), fortasse *Flavia*, nomen muliebre, in aere volaterrano n. 347.

FLABIVS et FLABIA, *Flavius* et *Flavia*, gentilitium rom., ab adiect. flavus (etr. ƎƆAᒧ8 flave, osc. 8ꟼꟿПꟷV flapíu = FLAVIVS), quod etiam scribitur FLAVS. Saepe legitur in lapidibus rom., ex. gr. T · FLABIO · AVG (Marini *Arval.* pg. 368), FLABIVS · SABINVS (Mommsen n. 2721), FLAB CRYSEROS (Momms. n. 6871), T · FLABIVS · ZOTICVS (Momms. n. 7011), FLABIAE NYCIAE (Momms. n. 676; cf. n. 6690, 4). Hinc FLABIANVS fortasse legendum apud Grut. 645, 9; et FLABINVS apud Doni cl. VI n. 139 et Murat. 783, 2; in titulis graeco-rom. ΦΛΑΒΙΟC vel ΦΛΑΒΙΟϚ et ΦΛΑΒΙΑ (Murat. 157, 4, et 160, 5; Osann pg. 439 n. CX; Agostini *Dissert. agon.* pg. 103).

FLAGRATOR, h. e. qui mercede flagris caedit. Paul. pg. 89: « Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris caedebantur (*caedebant*) ». Placidi Gloss. apud Maium *Cl. auct.* III, 463: « Flagratores, qui flagris conducti caedunt ».

FLAGRIONES, dicti sunt servi, quod flagris subiecti sint. Afranius vs. 392 (ed. Ribbeck) apud Non. I, 117 = pg. 28.

FLAGRITRIBA, qui assidue vapulando flagra terit. Plaut. *Pseud.* I, II, 5: « Quos dum ferias, tibi plus noceas; eo enim ingenio hi sunt flagritribae ».

FLACCILLA, diminut. flaccae. Est cognom. rom. Inscr. apud Grut. 93, 2: NYMPHIS | AVITVS | PROCVLI | F · PRO · SAL|VTE · FLACCILLAE · FLACCI · VC|XORIS · SVAE | V · L · A · S. Scribitur etiam FLACILLA, ut in titulo apud Murat. 1678, 13. Cf. Antonia Flacilla apud Tac. *Ann.* XIV, 71.

FLACCINATOR, h. e. qui flaccere facit. Est cognom. rom. apud Liv. IX, 20: « M. Foslius Flaccinator et L. Plautius Venno consules facti [an. U. C. 436] ». Grut. 291: M · FOSLIVS · C · F · M · N · FLACCINATOR.

FLACCINILLA, diminut. Flaccini (vide voc. sq.). Est cogn. muliebre in titulo rom. apud Grut. 433, 5.

FLACCINVS, qui ad Flaccum pertinet. Est cogn. rom. Inscr. apud Grut. 1109, 10: L · FLAVIVS · FLACCINVS. Gentilitium Flaccinius legitur apud Grut. 175, 6, et apud Murat. 847, 1.

FLACCVS, adiect. idem ac *flaccidus*, ital. *fiacco*. Est cogn. rom. satis notum. Hinc gentilitium Flaccius, quod legitur apud Murat. in indice.

FLAMICA, *Flaminica*, h. e. uxor flaminis, per syncopen. In titulo quem edidit Lamius in *Nov. fiorent.* an. 1768 pg. 591: SACRVM GENIO POPVLI | SENTIA · MAGNIA · SAE|PHARE FLAMICA. Cf. Forcell. s. v. *flamina* et *flaminica*.

FLAMINALIS, adiect., qui flaminatu functus est. Inscr. apud Grut. 325, 3: C · VARINIO | PIENTISS · VIRO FLAMINALI | PROVINCIAE | BAETICAE etc. Alia apud eundem 478, 2: STATVAM INTER · FLAMINALES VIROS · POSITAM.

FLAMINATVS, flaminis munus et dignitas. Inscr. apud Grut. 268, 3: IMP · CAES · M | AVR · ANTONINO | AVG · L · SEPT · SE|VERI · AVG · N · FILI | STATVAM · OB | HONOREM · DEC · ET · FLAM... Alia apud eundem 1096, 7: FVNCTVS · ETIAM · FLAMINATV · PROVINCIAE · HISPANIAE · CITERIORIS.

FLAMININVS, ad flamen pertinens. Est cognomen rom. ab adepto flaminatu derivatum, ut T · QVINCTIVS · T · F · L · N · FLAMININVS (consul an. U. C. DLVI) in *Fast. capitol.* apud Grut. 293. Cf. Forcell. *Lex.* ed. Lipsiae s. v. *flamininus*.

FLAMONIA, oppidum Italiae superioris, circa Tilaventum amnem; hodie *Flagogna*. Incolae dicti sunt Flamonienses, cognomine Vanienses (Plin. III, XXXIII, 3). Cf. Flanona oppidum Flanatium, de quo Plin. III, XXV, 1.

8ꟼꟿПꟷV (flapíu), *Flabia* (Flavia), nomen muliebre apud Samnites (vide FLAVIVS), ab adiect. *flavus*. In lamella plumbea capuana n. 2749 lin. 2: TD 8ꟼꟿПꟷV (tr flapíu) = *Trebia Flavia* (Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. V 100 sg.).

FLASCA. Vide PHLASCA.

[AIƚƧAᒧ8] (flastia), *Fausta*, praenomen etr., raro hac ortographià, pro AIƚƧA8 (fastia), in titulo clusino n. 619.

FLATVRARIVS, *flator*, qui nempe metallum monetae cudendae destinatum conflat. Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

ƎƆAᒧ8 (flave), *Flavius* (Φλάουιος), gentilit. etr. (= osc. FLAVIVS, cf. 8ꟼꟿПꟷV flapíu = *Flabia* pro *Flavia*) ab adiect. *flavus*, quod etiam scribitur FLAVS (cf. Lanzi II 344 = 273). In titulis volaterranis: ƎƆAᒧ8 · A (a flave, n. 344 bis) = *Aulus Flavius;* et ƎƆAᒧ8 · Ƨᒧ (ls flave, n. 345) = *Lars Flavius.* Vide ᒧ8 fl = *Flavia.*

FLAVIALES, dicti sunt sacerdotes Divorum gentis Flaviae. Vide Forcell. *Lex.* s. v. *flavialis.*

FLAVINIVM seu Flavina, Faliscorum oppidum in Etruria, ad fines montis Soractis. Virg. *Aen.* VII, 696:

« Hi Fescenninas acies, aequosque Faliscos
Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva
Et Cimini cum monte lacum, lucosque Capenos ».

Ubi Servius: « Locus est in Italia, Flavinium nomine ». Sil. Ital. VIII, 492: « Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique Stagna tenent ».

FLAVINVS et Flavina, adiect. ad flavum pertinens. Est cognom. rom. in titulis apud Murat. 810, 1 (C · DELLIO · M · F · POM · FLAVINO), Furlan. *Lap. Patav.* n. 361 pg. 313 (MITIONIO · FLAVINO), et Grut. 325, 4 (VIRIAE FLAVINAE).

FLAVIOLVS, diminut. Flavii. Est nomen virile in titulo apud Murat. 466, 4. Cf. Flaviola apud Grut. 312, 2.

FLAVISSAE. Vide FAVISSAE.

FLAVIVS, gentilitium lucanum (= etr. ƎƎA⅃8 flave). Liv. XXV, 16: « Flavius Lucanus fuit caput partis eius Lucanorum, quum pars ad Hannibalem defecisset, quae cum Romanis stabat; et iam anno in magistratu erat; ab eisdem illis creatus praetor ». Alii legunt Flavus vel Flavos. Cf. Appian. *De bell. Ann.* cap. 35: Λευκανὸς δέ τις ἐκ τῶν ἔτι Ῥωμαίοις ἐμμενόντων Φλαύϊος etc.; Val. Maxim. I, VI, 8; Sil. Ital. XII, 470-478; Oros. *Hist.* IV, 16 (« Cn. Fulvius »).

§ 2. Gentilitium sabinum. Suet. in *Vespas.* cap. 1: « Rebellione trium principum et caede incertum diu et quasi vagum imperium suscepit firmavitque tandem gens Flavia: obscura illa quidem ac sine ullis maiorum imaginibus ..... Titus Flavius Petro, municeps Reatinus, bello civili Pompeianorum partium Centurio an Evocatus, profugit ex Pharsalica acie, domumque se contulit: ubi deinde, venia et missione impetrata, coactiones argentarias factitavit. Huius filius, cognomine Sabinus, expers militiae (etsi quidam eum primipilarem; nonnulli, quum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam valetudinis, tradunt), publicum quadragesimae in Asia egit; manebantque imagines a civitatibus ei positae sub hoc titulo ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ. Postea fenus apud Helvetios exercuit ibique diem obiit, superstitibus uxore Vespasia Polla, et duobus ex ea liberis: quorum maior Sabinus ad praefecturam Urbis, minor Vespasianus ad principatum usque processit ». Idem cap. 12: « Quin et conantes quosdam, originem Flavii generis ad conditores Reatinos comitemque Herculis, cuius monumentum exstat via Salaria, referre (*T. Flavius Vespasianus Romanorum imperator*) irrisit ultro ».

FLAVOS, *flavus*, adiect. Est cogn. rom. Inscr. apud Fabr. cap. x n. 351 pg. 714 (*Monum. Matth.* cl. x n. 14 pg. 153): L · CAESONIO | L · F · ANI · VERO | FLAVOS · L · H. Adde C · RVSTIVS · C · F · FLAVOS (Grut. 150, 1, 2, 3), C · DONNIVS · C · F · FLAVOS (Grut. 320, 3), Q · MELIVS · TOVTONIS · F · VOL · FLAVOS (Grut. 807, 11). Cf. Μάρκιος Φλαβολήϊος apud Dionys. Halic. IX, 10.

FLAVS, *flavus*, adiect. Est cogn. rom. in titulo apud Grut. 775, 8 (P · RVFFIVS FLAVS). Est quoque gentilitium apud Maffei *Mus. ver.* 312, 1 (T · FLAVS).

FLAVVIVS, *Flavius*, gentil. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 410, 8 (T · FLAVVIVS · CONSTANS).

FLAVVLA, diminut. flavae. Est cogn. rom. in titulo apud Grut. 312, 1 (TERENTIAE FLAVVLAE).

Vq✝Ǝ⅃8 (flezru), quod legitur in aeneo signo etr. n. 1929, fortasse idem ac ƎqƎ⅃8 flere. Lanzius II 523 = 446 et Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 46 explicant *votum* vel *sacrum*

AИ✝ИƎ⅃8 (flenzna), unde Ǝ✝AИ✝ИƎ⅃8 (flenznate), legitur in inscr. tarquin. n. 2279 lin. 2, comparandum cum ƧƎƎƎИ✝MƎ⅃8 (fleszneves), ⅃AИ✝⅃Ǝ8 (felznal) et MAИ⅃ƎΦ (phelnas) et fortasse cum Vq✝Ǝ⅃8 (flezru), ƎᗡƎ⅃8 (flere), MƎqƎ⅃8 (fleres), suadente Oriolio in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 179. Gentilitium Flexina invenitur in titulo sepulcrali apud Murat. 843, 5 (Q · FLEXINAE · SEVERO).

Ǝ✝AИ✝ИƎ⅃8 (flenznate), a AИ✝ИƎ⅃8 (flenzna) et suff. Ǝ✝A (ate), legitur in inscr. tarquin. n. 2279 lin. 6. Vide voc. praeced.


FLEXVMINES, equites romani, a flectendis equis dicti. Plin. XXXIII, IX, 1.

ᗡƎ⅃8 (fler), fortasse ἱερόν, *sacrum* (votum), idem ac ƎᗡƎ⅃8 flere (Braun et Migliarini in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1844 pg. 83, 88). Exstat in aere etr. n. 2598.

ƎᗡƎ⅃8 (flere), fortasse ἱερόν, *sacrum* (votum, donum; cf. ἱερεύω vel ἱρεύω, *macto, sacrifico*, et ἱερόω, *dedico, consecro*), idem ac ᗡƎ⅃8 fler et MƎqƎ⅃8 fleres vel ƧƎᗡƎ⅃8 fleres, ut coniecit Lanzius II 480 = 407, 523 = 446, 525 = 448 sg., 550 = 470, 791 sg. = 700, quem secuti sunt Vermigliolius (*Inscr. per.* pgg. 39, 43, 47, 54), et Migliarinius *Zibaldone* etc. mss. pg. 19. Cf. Gerhard *Ueder die gotth. der Etr.* s. 577, Orioli in *Album* XXII 279, XXIII 151, Conestab. *Inscr. etr.* pg. 182 sg., et Hieron. Amati in *Giorn. arcad.* LVIII, 301. Invenitur in etr. speculo n. 1069, quod heic subiicimus (vide pag. sq.). De significatione huius vocis multi disputarunt; sed alii *Iunonem*, alii *Floram* interpretati sunt, et hac significatione, de qua valde dubitat R. Rochette in *Journ. des Sav.* an. 1842 pg. 21, locum obtinuit, curante Hase, in *Thes. gr. ling.* vol. VIII col. 937. Audiatur E. Q. Visconti in *Mus. Pio-Clem.* VI, 257 sgg. (ed. Mediol. 1821): *Ora io, conoscendo chiaramente dalla favola espressa nella patera che l'ara su cui si legge* ƎᗡƎ⅃8 (phlere) *è quella di Giunone, congetturo che* Phlere *sia il nome o un epiteto solenne, e quasi antonomasia della stessa Dea. Siccome poi questa voce occorre in molte altre delle etrusche epigrafi, le scorro tutte, ed osservo che il significato proposto si adatta a meraviglia a ciascuna* [vide n. 255, 267, 1922, 1929 sq., 2613]. *Pare che l'antica Italia abbia venerato una dea simbolo della terra e della sua feracità, il cui attributo sieno stati i fiori e le frutta, e quindi abbia tratto i nomi di* Phlere, *di* Flera *e di* Feronia [vide FERONIA]... *La Flora, antica divinità dei Sabini, di cui parla Varrone e l'accoppia con Opi* [vide FLORA, osc. ꟸИƧVV⅃8 fluusaí = *Florae* et sabin. FLVSARE = *florali*], *non n'era forse originariamente diversa. E siccome i popoli d'Italia nel prendere dalle colonie greche le arti e la cultura modificarono sulla greca teologia le loro indigene superstizioni, non farà specie che abbiano tradotta per Giunone questa loro antica e non bene determinata divinità, come della* Salvatrice *di* Lanuvio *e della* Cupra *de' Sabini e degli Umbri hanno pur fatto*

poichè la Grecia ancora conosceva una Giunone Anthea, Anthia o Florida *e le dava per attributo il melo granato, che osserviamo in alcuna delle etrusche femminili statuine coll'epigrafe* phlere (*Pausania, lib.* II, *cap.* 22; *Esichio, v.* Ἀνθεῖαι). *Di fatti si riconobbe in Feronia la Giunone* Partenia, *o vergine dei Greci, poichè il dio* Anxuro *o* Axuro, *che le superstizioni volsche e latine le davano per*

compagno, non sembrò diverso dal Giove dei Greci ancor imberbe e giovinetto [vide ANXVR § 2]. *Quindi* IVNO FERONIA *nelle antiche lapidi. Non furono più chiare o più moltiplici le ragioni per le quali sostituirono alla argiva* Ἥρα (Hera) *la loro* Iuno *o Giunone, dea anche questa che era forse ab antico un equivalente della gioventù o di Ebe* (*vedi Scaligero a Festo, v.* Iuventutis),



presa poscia allegoricamente per la dea della primavera, cioè della gioventù dell'anno, o del vigore vernale della terra produttrice, a cui allude ancora la nostra Flora o Feronia, o Phlere. *Potrebbe dirsi che anche la Giunone* Fluonia *di Festo a ciò si riduca* [vide FLVONIA], *nè si discosti assai da questa idea la* Φλοῖα, Phloea, *o* Flua

d'Esichio, spiegata da lui per Proserpina in quanto è simbolo della terra, da greci allegoristi ravvisata spesso ancora in Giunone (*v. Eraclito,* Allegor. Homer., *pg.* 44. *ed. Gal.*). *Che se dall'altra parte si rifletta il vocabolo* ƎꟼƎ˥8 phlere *essere tale, che, secondo le regole del sig. abate Lanzi, può risolversi in* Here *semplicemente, atteso*

l'adoperarsi per aspirazioni sì l' 8 *che l'* ⅃, *allora la simiglianza del vocabolo col greco nome della moglie di Giove è tanto prossima, che alla sin qui esposta opinione se ne deriva una più forte e convincente probabilità.* Contra hanc interpretationem, quam nonnulli sequuti sunt (Millin *Gal. mythol.* II 248; Lenormant in *Ann. dell'Inst. arch.* II = 1830 pg. 356, et *Trésor de numism.* pg. 29 nt. 17; De Witte *Lettre à M. Jahn* pg. 15 et in *Ann.* cit. VII = 1835 pg. 399; Inghiramius *Monum. etr.* II 639 sgg.; Braun in *Ann.* cit. XXIII = 1851 pg. 153; Guigniaut *Relig. de l'antiquité*, IV, 273; De Witte et Lenormant *Monum. céram.* I, 78), denuo scripsit Lanzius apud Vermigl. op. cit. pg. 57 sg.: *Anche nel significato della voce* ƎꟼƎ⅃8 flere, *che il Visconti spiega* Iunoni, *quando il Passeri* (1) *ed io (quantunque per etimologie diverse) esponiamo* sacrum o donum, *non so aderirgli. Or qui considerando l'ara dedicata, secondo la favola, a Giunone detta dai Greci* HPA, *ha creduto ridurre a questo greco vocabolo il* ƎꟼƎ⅃8 *che vi leggiamo togliendone le prime due lettere, atteso l'adoperarsi per aspirazioni sì* 8 *che* ⅃, *al qual proposito cita le mie regole e me, che non ebbi mai tal peccato sulla mia coscienza. Ove poi si deggia quella voce leggere per intiero, espone* ƎꟼƎ⅃8 *per* Flora *o* Feronia, *che dottamente riduce alla Giunone dei Greci, chiamata* Ανθεια, Florida, *il che potrebbe aver luogo se si trattasse di Giunone giovanetta, e prima che si maritasse a Giove, e questa altramente era detta* Παρθενος, *ed ebbe nome e tempio diverso dalla Giunone maritata e dalla Giunone dopo il divorzio chiamata vedova: non però può aver luogo nel caso nostro, ove si tratta di un nome, che le sia proprio e perpetuo, e adatto ad ogni età. Aggiugni che tali appellazioni non furon che epiteti in Grecia, e che Giunone non gli ebbe se non in una città di Grecia, e se crediamo ad Esichio, anche Venere fra gli Gnosti, anche le Ore altrove si dissero* Ανθεναι. *Or come un vocabolo tale passar nel Lazio nei principii della nostra mitologia, insieme con la idea di Giunone, e tradursi in Flora, e nella vicina Etruria in* flere *per appropriarsi a Giunone rappresentata in qualunque età? Ma il fatto lo mostra, perchè* flere *o* fleres, *o simil voce si trova in tre statuette di Giunone* [n. 255, 267, 1929], *alle quali molto è somigliante una quarta che poi vidi nel museo Obizzi* [n. 2599] *. . . . . Rispondo che possono passar per Giunoni le due da me riferite nelle pag.* 522 = 445 [n. 1929] *e* 526 = 449 [n. 255], *e quella della pag.* 524 = 447 [n. 267] *del Saggio di lingua etrusca è assai giovane, e la sua corona di foglie increspata con qualche ghianda frammezzo la fan tenere per tutt'altra dea . . . . . Adunque posto che la* L *sia affine e permutisi con la* R *. . . . . potrò io fare ipotesi che* φρῶ fero *siasi fra gli Etruschi cangiato in* φλω, *e lo stesso dico derivato,* φορα, latio, tributum. *Così di* φλα *e di* here *(che nelle lingue antiche sicuramente si usò per* ιερον, *come può vedersi ne' nostri indici) accorciatamente deriva il composto* ƎꟼƎ⅃8 ƧƎꟼƎ⅃8, *dono o tributo sacro che come nelle statuette, così nelle are si apponesse a quelle solamente che con rito solenne consacrate erano da' sacerdoti.* Vide voc. sq. et VꟼꟻƎ⅃8 flezru.

(1) Ab hebr. חרם cherem h. e. *anathema*, in *Lett. Roncagl.* n. XI, 345 (cf. *Paralip.* pg. 81).

MƎꟼƎ⅃8 (flereś) et ƧƎ<Ǝ⅃8 (fleres), fortasse ἱερὸν, *sacrum* (votum), idem ac ƎꓷƎ⅃8 flere, quod vide in art. praeced. (Passeri *Lett. Roncagl.* n. XI pg. 350, *Paralip.* etc. pg. 81; Lanzi II 482 = 409, 525 sg. = 448 sg., 550 = 470, 791 = 700; Vermiglioli *Inscr. per.* pg. 40, 43 sg.). Legitur in aenea statua perus. n. 1922 et in quibusdam aliis monumentis artis etruscae n. 215, 267 (MƎꓷƎI8 fierés), 1055, 1930, 2599, 2613; in quibus nonnulli flereś pro Ἥρας h. e. *Iunonis* genit. sg. sumi posse arbitrantur (Visconti *Mus. Pio-Clem.* VI 257 sgg.; vide art. praeced.). Alii aliter opinantur. Cam. Tarquinius in *Civ. Catt.* sr. III vol. IX pg. 354 legit MƎꟼ Ǝ⅃8 pro pele res = *miraculo terroris*, et Stickelius *Das Etrusk.* s. 105, 147, 149 MƎꓷ Ǝ⅃8 pro fle (hebr. בלי) = *ad nihilum redactus est, evanuit,* et rest (רשת) = *possessio.* Cf. Gori *Mus. etr.* II 205, Maffei *Osserv. lett.* VI, 158.

ƎↃꓷ⊙ꓷƎ⅃8 (flerthrce). Lege ꓷƎ⅃8 (fler) et ƎↃꓷ⊙ (thrce).


ƧƎꓷƎИꟻMƎ⅃8 (fleśzneves) legitur in inscr. tarquin. n. 2279 lin. 5. Cf. ꟼИꟻИƎ⅃8 (flenzna).

FLOCES -um, *faex vini.* Caecil. apud Non. II, 354 = pg. 114: « Ego neque florem neque floces volo mihi, vinum volo ». Aul. Gell. XI, 7: « Hic eques romanus apludam edit, et floces bibit. — Item floces audierat prisca voce significare *vini faecem* e vinaceis expressam, sicuti fruces ex oleis ». Cf. Flocus nomen virile apud Murat. 1977, 11.

FLORA, Χλῶρις, dea florum apud veteres (Sabinos et Romanos), qui eam florentibus frumentis praefecerunt (August. *De civ. Dei* IV, 8). Ovid. *Fast.* V, 195:

« Chloris eram, quae Flora vocor: corrupta Latino
Nominis est nostri littera graeca sono ».


Varro *De l. l.* V, 74 pg. 30: « Et arae Sabinum linguam olent quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae; nam ut annales dicunt, vovit Opi, Florae, Vedio, Iovi Saturnoque, Soli, Lunae, Volcano et Summano itemque Larundae, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianae Lucinaeque ». Cf. Lactant. I 20, Arnob. VII 113, Müller *Die Etr.* II 64, Gierig. in Ovid. *Fast.* l. c. — Eius caput adspicitur in denario gentis Claudiae apud Cohen *Méd. consul.* pl. XII n. 5 (cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* V, 172). —



Habuit aedem iuxta Circum maximum, a L. et M. Publiciis aedilibus constitutam (Tac. *Ann.* II, 49; Ovid.

Fast. V, 287 sqq.). Cf. inscr. apud Marini *Arv.* tav. XXXII, XLI, XLIII (Orell. n. 961, 1798, 2270 sq., 5054), Murat. 1984 (Orell. n. 1620). Adde kalend. Maff. et Praen. mens. apr., et kalend. Venus. mens. maio (Orell. II 388-391).

FLORALIA, dies festi ludique in honorem Florae a C. Servilio instituti (Varro *De r. r.* I, I, 6), fortasse anno U. C. DXXIV (Eckhel. op. cit. V, 309), ut in nummo Serviliae gentis apud Cohen *Méd. consul.* pl. XXXVII n. 5.



Vell. Paterc. I, 14: « Proximoque anno, Torquato, Sempronioque cos., Brundisium, et post triennium Spoletium, quo anno Floralium ludorum factum est initium ». Cf. tamen Plin. XVIII, LXIX, 6 (1); et Ovid. *Fast.* V, 327 sqq., qui cecinit:

« Convenere patres; et, si bene floreat annus,
Numinibus nostris annua festa vovent.
Adnuimus voto: consul cum consule ludos
Postumio Laenas persolvere mihi ».

Eius ludi floralia bis celebrabantur exeunte aprili et ineunte maio, ut testatur Ovid. *Fast.* IV, 947:

« Exit et in maias sacrum Florale kalendas ».

Cf. Lactant. I, 12; August. *De civ. Dei* II, 27; Ovid. *Fast.* IV, 946; Valer. Max. II, X, 8; Senec. *Epist.* 97; Auson. *Carm.* CCCLXXXV, 25.

FLOREENTINA. Vide FLORIINTINA.

FLORENTIA, Φλωρεντία (Ptol. III, 1) vel Φλωρέντεια (Suid. Φλωρέντεια, πόλις· Φλωρέντιος δὲ ὄνομα κύριον) urbs Etruriae, cuius meminit Florus III, 21 (municipium — Florentia), Antonini *itin.* pg. 284 sq. et tab. Peuting. segm. III*b* (Florentia Tuscorum). Front. *De col.* pg. 112: « Colonia Florentina deducta a III viris, assignata lege Iulia etc. »; et pg. 133: « Colonia Florentina deducta per Tres viros, assignata lege Iulia centuriis Caesarianis est in iugere CC ». Cf. Rei agr. auct. ed. Goes. pg. 257. Incolae dicti sunt Florentini (Tacit. *Ann.* I, 79), quos Fluentinos appellat Plinius III, VIII, 3. Inscr. apud Murat. 617, 1 (Orell. n. 2572): D · M | VRBICO SECVTORI | PRIMO PALO NATIONE FLO|RENTIN etc. Alia apud Gruterum 489, 7 (Orell. n. 3711): C · VMBRICIVS | C · F · SCA · CANSO | COLON · ADLECT | D · D · FLORENT | SIBI ET | VOLTVRNAE | C · FILIAE | TERTVLLAE | VXORI. Adde Murat. 171, 1 (Orell. 4491), 801, 5 (Orell. 3713). Cf. Florentia vitis (Plin. XIV, IV, 13). — Gentilitium Florentius et cognomen Florentinus saepe in lapidibus romanis reperiuntur.

§ 2. Est etiam oppidum Italiae superioris, in Gallia Cispadana (*Fiorenzola?*), inter Placentiam et Parmam. Itin. vetus apud Henzen n. 5210, Antonini *itiner.* pg. 288 et Tab. Peuting. segm. III*b*.

FLORENTILLA, diminut. florentis. Est cognomen romanum in titulo apud Donat. 366, 8 (Lepidia C. f. Florentilla).

FꓘORIINTINA, *Florentina*, nomen mulieris in titulo pompeiano apud Garrucci *Graffiti de Pompéi* pl. XX n. 11, ubi et legitur ΓꓘORIIIINTINA.

FLORENTINARIVS, fortasse qui florentia, vel uvam e vite florentia, vendit (Furlanettus in Forcell. *Lex.*). Inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 293, 6: D M S | . . . O · L · F · QVIR · SVCCESSINO | . . . FLORENTINARIO etc.

FLORINVS et Florina, diminut. Flori et Florae. Sunt cognomina romana: IVL · FABIVS · FLORINVS (Grut. 407, 4), et T · PATERNIA FLORINA (Grut. 792, 9).

FLORIVS, *floralis*, adiect., ad Floram pertinens. De *re Floria* scripsit Cato (apud Aul. Gell. IX, 12). — Gentilitium Florius legitur in titulis romanis.

FLOVIVS, *fluvius*, subst. m., quod saepe legitur in tab. genuate (Append. n. I); semel FLVIO pro flovio. Vide CONFLOVONT = *confluunt*, et cf. Cellar. *Orth. lat.* pg. 11.

§ 2. Flovius est gentilitium romanum, fortasse pro Flavius. Inscr. apud Murat. 2092, 3 (Fabr. cap. III n. 363 pg. 177): DIS MANIBVS | M · FLOVIO · PHILOCALO · ET | M · FLOVIO · TELESPHORO FILIO | ITEM · FLVVIAE · EVTYCHE · LIBERTAE etc.

FꓦV-, = -VV⅃8 (fluu-), radix sabina et samnitica, quae trahitur ad scr. phull (florescere), sicuti fortasse lat. *flôs, flôris* e *flôv-is* (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 147, 182; Pott *Etym. forsch.* I 137; Bopp *Gloss. scr.* pg. 236; Benfey *Griech. wurzellexicon*, I 599). Vide FꓦVSARE = *florali*, ⊦ꟿ⸮VV⅃8 fluusaí = *Florai* (Florae) dat. sg., et ⸮⊦ꟿI⸮ꟿ⸮VV[⅃]8 (fluusasiaís) = *floralibus*.

FLVENTINI, Italiae populi, « praefluenti Arno appositi (Plin. III, VIII, 3) ». Alii legunt Florentini. Cf. decretum Desiderii Langobardorum regis apud Grut. pg. 120 col. 2 lin. 5, ubi legitur: « et palantes *Fluentinos* collegimus ». — Fluentina est nomen mulieris in titulo sepulcrali apud Murat. 1256, 6 (FLVENTINAE TRIVIAE).

FLVIVS, *fluvius*, subst. m. (= FLOVIVS), in tab. genuate (Append. n. I) lin. 9, et in titulo apud Grut. 100, 5.

FLVCTVIS, *fluctus*, genit. sg. (Aul. Gellius IV, 16; vide DOMVVS).

1) « Itaque iidem Floralia quarto kalendas eiusdem (*maii*) instituerunt, urbis anno DXVI, ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene deflorescerent ».

FLVMICELLVS, *parvum flumen* (ital. *fiumicello*). Innocent. *De cas. litter.* pg. 227 Goes. : « Sub via flumicellum, et trans flumicellum aquam vivam ».

FLVONIA, *Iuno*, quam « mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant ». Ita Paul. ex Festo pg. 92. Cf. Tertullian. *Ad nat.* II 11, Arnob. *Adv. gent.* III 30, August. *De civ. Dei* VII 2, 3, Martian. Capella II § 149 pg. 199. Alii legunt Fluvionia et Fluvonia. Cf. Ambrosch *Religionsbücher der Römer* s. 12 sq., et Corssen *De Volscorum lingua* pg. 4.

FLVSARE, *florali*, adiect. abl. sg., Sabinorum dialecto, ab osco fluusú h. e. *Flora* (⊦ИƧVVꓶ8 fluusaí = *Florae*), unde Ƨ⊦ИIƧИƧVV[ꓶ]8 fluusasiaís = *floralibus* (cf. Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 s. 411; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 309; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II, 23; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 256). Inscr. amitern. n. 2737: MESENE | FLVSARE idem ac MENSE FLVSARE (in lapide peltuinate apud Murat. 587, 1; Orell. n. 2488; Mommsen n. 6011 lin. 2) = *mense florali* h. e. *Quinctili* (Grotefend *Rud. l. u.* III 13, VII 40; Orell. in indice, II 528; Mommsen op. cit. 343, et in *Ann.* cit. XVIII = 1846 pg. 109; Huschke op. cit. s. 255. Cf. Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 176, et Lanzium II 618 = 733 n. 15, 803 = 712). Cf. Bugge in *Zeitschr.* cit. VIII, 41.

FLVSOR, Italiae fluvius, in Piceno (Tabula Peuting. segm. V*a*). Hodie dicitur *Chienti* (Galletti *Gabio* etc. pg. 46).

FLVSTRA dicuntur, quum in mari fluctus non moventur, quam Graeci μαλακίαν vocant (Paul. ex Festo pg. 89). Hac voce utitur Tertull. *De pallio* cap. 2. Müller in Festo loc. cit.: « A Suetonio T. III pg. 75 ed. Wolf. explicatur: *Flustra motus maris sine tempestate fluctuantis. Naevius in bello Poenico in inscriptione* (sic) *quod ait: honerariae honustae stabant in flustris, ut si diceret in salo* ». Cf. Gloss. apud Müller in Festo pg. 382.

-VVꓶ8 (fluu-). Vide FLV- et voc. sqq.

FLVVIONIA. Vide FLVONIA.

⊦ИƧVVꓶ8 (fluusaí), *Florai* (Florae), dat. sg. 1 decl. apud Samnites (vide FLORA), e rad. -VVꓶ8 fluu- pro FLV-; hinc sabin. FLVSARE = florali et samnit. Ƨ⊦ИIƧИƧVVꓶ8 fluusasiaís = *floralibus* (Avellinius in *Mus. Borbon.* VII, 17 sgg.; Grotefend *Rud. l. u.* III 12, et *Rud. l. o.* pg. 27; Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 412; Mommsen in *Ann.* cit. pg. 427, et *Die unterit. dial.* s. 309; Aufr. et Kirch. I 76; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 23; Fiorellius *Monum. epigraph. pomp.* I 9 = XXVII; Huschke *Die osk. und sab. sprachdenkmäler* s. 23; Corssen *De Volsc. lingua* pg. 29). Tabula Agnonis n. 2875 *A* lin. 24: ⊦ИI⊦ꓷꓷƎK · ⊦ИƧVVꓶ8 (fluusaí kerríiai) = *Florae geniali* (Mommsen op. cit. s. 128), quod alii vertunt *Florae Cereali* (Knötel in *Zeitschrift für die alterthumwissenschaft* X = 1852 s. 129), aliique *Florae augustae* (Huschke op. cit. s. 3). — Invenitur etiam in arula pompeiana num. 2793:



quod Huschkio op. cit. s. 171 est genit. sg. Cf. Avellinium in op. cit. et in *Conghiett. sopra un'inscr. sannit.* pg. 19 nt. 1; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 44; Mommsen op. cit. s. 180.

Ƨ⊦ИIƧИƧVV[ꓶ]8 (fluusasiaís), *florariis* (floralibus), adiect. fem. dat. pl. 1 decl., a fluusu (vide ⊦ИƧVVꓶ8 fluusaí = *Florae*) et suff. -asia = rom. *-ario* (vide FLVSARE = *florali*), in tabula Agnonis n. 2875 *A* lin. 20 (Henzen *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 411; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 128, 309; Aufr. et Kirch. II 312; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129 sq.; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 30). Huschkius *Die osk. und sab. spr.* s. 22 legere mavult fiuusasiaís, fiu- pro flu-, siculi ital. *fiore* pro lat. *flore*.

ᗅИ8 (fna). Vide ᗅИ8ꓶVᛏ (pulfna).

ƎꓶƧIꓶᗅИ8 (fnalisle). Vide ƎꓶƧIꓶᗅИ8ꓶᗅ (alfnalisle).

ꓶᗅIƆMIИ8 (fniscial), *Fannicia* sive *Fenicia* (cf. Fenissa cogn. mulieris apud Grut. 534, 7), e gentilit. *Fannius* sive *Fenius*, in inscr. etr. n. 2603 (cf. Passeri *Lett. Roncagl.* n. X pg. 316, et *Paralip.* pg. 23; Lanzi II 498 = 423; Orioli in *Album* XXIII, 165; Conestab. *Inscr. etr.* pg. 190 sg.).

FOBERE, *fovere*, quod ad rad. sanscr. dhû trahit Benfey *Griech. wurzellex.* II, 274 (cf. Schweizer in *Zeitschr. für die wissenschaft* II 524, et Bopp *Gloss. scr.* pg. 216). Inscr. paestana (an. 340 p. Chr.) apud Mommsen n. 89 (*Bull. dell'Inst. arch.* an. 1836 pg. 152; Zell n. 1763): QVOD IN OMNIBVS NOS PATRIAMQVE NOSTRAM FOBERE DIGNETVR; et SPERAMVS QVOD PRO HONESTATE NOMINIS SVI IN OMNIBVS NOS AEQVO SINCERAEQVE (sic) ANIMO ASPICERE AC FOBERE DIGNETVR.

FODANS, particip. antiquum a *fodo* (fodio). Ennius [vs. 496 ed. Vahlen] apud Paul. pg. 336: « Illyrii restant ficis sibinisque fodantes ». Alii legunt fodentes.

FODARE, *fodere*. Paul. pg. 84. Vide voc. praec., et cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

FOEDESVM. Vide FEDESVM.

FOEDVS, *hoedus* (haedus), subst. Paul. pg. 84: « Foedum antiqui dicebant pro *hoedo*, folus pro *olere*, fostem pro *hoste*, fostiam pro *hostia* ». Adde Vel. Long. pg. 2238 P. (vide FASENA), et cf. Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 14.

FOETESCO, *foeteo* vel *feteo* (male oleo). Isid. *Orig.* XX, 3: « foetescit enim vetusta (*aqua*) ».

FOETIDO, *foetidum reddo*. Plaut. *Merc.* III, III, 13: « Ieiunitatis plenus animam foetidas ». Alii aliter legunt. Cf. Non. IV, 2 = pg. 255, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

FOETVTINA, locus foetore oppletus. Non. I, 320 = pg. 63: « Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus; ut feratrina, ut foetutina ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

FOIDERATVS, *foederatus*, participium a foedero. S. C. *de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 2: QVEI · FOIDERATI ESENT h. e. *qui foederati essent*.

FOIDVS, *foedus*, subst. n. Tab. Heracl. cap. 6 (apud Mazochium pg. 410): EXVE · FOIDERE · ERIT.

FOCATIVS, h. e. in foco excoctus, adiect. Isid. *Orig.* XX, 2: « Subcinericius (*panis*), cinere coctus et reversatus; ipse est focatius ». Alii legunt focacius (ital. *focaccia*, subst.) vel focarius.

FOCILLATIO, subst. f. Paul. pg. 85: « Focus, fomenta, focillationes, foculi a *fovendo*, id est calefaciendo, dicta sunt ».

FOCIMENTVM, *fomentum*, subst. n. Not. Tiron. pg. 134: « Fomentum, focimentum, focis, focillat ».

FOCVLA, h. e. nutrimenta ignis, subst. n. pl., teste Nonio I, 31 = pg. 9. Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

FOCVLO, h. e. calorem foculo restituo, teste Nonio I, 31 = pg. 9.

FOCVNATES, populi Alpini, in Rhaetia, quorum meminit Plinius III, XXIV, 4.

FOLEVM, *oleum*, subst. n. In lapide puteolana apud Mommsen n. 2517 (Orell. n. 5037): ITEM · FOLEVM · ET · TRES · STATVAS · DECR ·, et ITEM DECEM LIBRIS FOLEI.

FOLIA, nomen mulieris, apud Umbros. Ariminensem Foliam, feminam impudicam, memorat Horat. *Epod.* V, 42. Gentilitium Folius exstat in lapidibus romanis.

FOLIATVS, adiect. Isid. *Orig.* XIX, 34: « Lingulati (*calcei*), quos nos foliatos vocamus ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. folleatus.

FOLCATIVS, *Volcatius*, gentilitium italicum. In figlina velleiate: L · NAE | COS · M/ | AEM · L · FO, h. e. *Lucii Naevii, consulibus Manio Aemilio, Lucio Volcatio* Borghesi in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1841 pg. 141).

FOLLESCO, *folleo*, h. e. more follis laxus sum, ital. *folleggio*. Not. Tiron. pg. 159: « Follis, follescit ».

FOLLICVLARE appellatur pars remi, quae folliculo est tecta, a quo vita follicularis. Ita Paulus ex Festo pg. 85, ubi cf. Müller.

FOLVIVS, *Fulvius* (Φούλουιος), gentilitium rom. In lapide aeclanensi apud Mommsen n. 1094 (*Bull. dell'Inst. arch.* an. 1847 pg. 166): M · FOLVIVS · M · F · FLAC. Adde nostrum num. 2705.

FOLVS, *holus* vel *olus*, subst. n. apud veteres. Paul. pg. 84 (vide FOEDVS): « Folus pro *olere* ». Cf. Müller *Die Etr.* I 44 nt. 98, Schneider *Gramm. der latein. spr.* I 185, Aufr. et Kirch. I 80.

FONDLIRE, *in fontulis*, subst. diminut. m. locat. sg. 2 decl. = ƎЯƎ⅃ИOꟻ funt-lere, apud Umbros, a fond-lo vel font-lo = rom. *font-ulus* (?), quod e *fons* (Aufr. et Kirch. I 53, 68, 114, 120 sq., II 276 sqq., 290 sq.). Tab. eugub. VIIa 3: FONDLIRE · ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV · ’SERFE · MARTI = *ad fontulos apros tres facito sive rubros sive piceos* (?) *Cerfo Martio* (Aufr. et Kirch. II 279). Knötel explicat *in fundulis* (cf. *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122). Grotefendio *Rud. l. u.* III 21, IV 8, 32 fondlire est *fontili re* sive *sacris fontinalibus*.

FONER, *volentes* (fausti, propitii), adiect. m. nominat. pl. 3 decl., nominat. sg. FONS vel FOS = *volens*, apud Umbros (Lanzius I 374 = 292, II 821 = 730; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 41; Grotefend *Rud. l. u.* IV 9, 22 sq., 28; Aufr. et Kirch. I 61, 87, 91, 104, 123, II 139, 270). Tab. eugub. VIb 61: FVTVTO · FONER · PACRER · PASE · VESTRA · POPLE TOTAR · IIOVINAR etc. = *estote volentes, propitii pace vestra populo civitatis Iguvinae* cet.

§ 2. *Volentis* (fausti), genit. sg. (Lassen op. cit. s. 32, Grotefend op. cit. IV 9, 28; Aufr. et Kirch. I 104, 123, 141). Tab. eugub. VIIa 20, 23, 33, 36: PRESTOTAR · ’SERFIAR · ’SERFER · MARTIER · FONER · FRITE · TIOM · SVBOCAVV = *Prestotae Cerfiae Cerfi Martii placandi ritu* (?) *te precor* (Aufr. et Kirch. II 285).

FONES, dii silvatici, fortasse iidem qui Fauni. Mart. Capella § 167 pg. 221 ed. Kopp: « Ipsam quoque terram, qua hominibus invia est, referciunt longaevorum chori, qui habitant silvas, nemora, lucos, lacus, fontes, ac fluvios, appellanturque Panes, Fauni, Fones, Satyri, Silvani, Nymphae, Fatui etc. » Alii legunt fontes, alii fines, alii foni. — Foneria cognomine Tyche legitur in titulo sepulcrali apud Gud. 344, 2 (*Monum. Matth.* sect. x n. 11 pg. 152). Cf. voc. sq.

FONIO -onis, nomen numinis cuiusdam apud Aquileienses. Inscr. apud Marini *Arval.* pg. 544 (Orell. n. 2427): ANNIA M · F · MAGNA ET | SEIA IONIS · ET CORNELIA EPHYRE MAGISTRAE B ·

D | PORTICVM RESTITVERVNT ET | AEDICVLAM FONIONIS. Alia apud eundem op. cit. pg. 619: FONIONI SACR | SEIA IONIS MAG | D · D; ubi Murat. pg. 101 n. 2: « Sub Fonionis nomine *Martem* honoratum fuisse censuit doctissimus a Turre, a graeco *φόνος caedem* significante. Dum certiora quispiam adferat, eius coniecturae sua sit laus. Suspicari tamen quispiam possit, Fonionis nomen ad *Famam* [a *φωνὴ*] spectare, quae uti dea culta est ab antiquis ». Alia inscr. apud Marini op. cit. pg. 619: FONIONI SACR | SEIA IONIS. — Gentilitium Fonius legitur in titulo campano apud Mommsen n. 2856.

FONS, *volens* (faustus, propitius), adiect. m. et f. nominat. sg. 3 decl. (nominat. pl. FONER), quod et scribitur FOS sine litera nasali, apud Umbros (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 31 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* II 28, IV 9, 13 sq., 17, 28; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 35; Aufr. et Kirch. I 61 sq., 67, 97, 105, 122, 124, 162, II 138 sq.). Fons sive fos, pro fones, Lanzius (*Saggio* etc. I 361 = 282, II 749 = 657, 821 = 730) derivatum putat ab aeol. Fονος, *bonus*, *benignus*, *propitius* (Voss. *Etym.* s. v. *bonus*). Cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 41, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 250. Tab. eugub. VIa 42, 50, 52, VIb 11, 13, 32, 34: FVTV · FONS PACER · PASE · TVA · OCRE · FISI · TOTE · IIOVINE · ERER · NOMNE · ERAR · NOMNE = *esto volens* (*Die Grabovie* vel *Fisovi Sancie* vel *Tefre Iovie*) *propitius pace tua colli Fisio*, *civitati Iguvinae*, *eius* (collis) *nomini*, *eius* (civitatis) *nomini*; tab. VIb 7 sq., 26 sq.: FONS · SIR (lin. 26 FONSIR) PACER · SIR · OCRE · FISI · TOTE · IIOVINE · ERER · NOMNE · ERAR NOMNE = *volens sis* (*Fisovi Sancie* vel *Tefre Iovie*), *propitius sis colli Fisio*, *civitati Iguvinae*, *eius* (collis) *nomini*, *eius* (civitatis) *nomini*; tab. VIIa 13 sq.: PRESTOTA · ꟼERFIA · ꟼERFER · MARTIER · FVTV · FONS | PACER · PASE · TVA · POPLE · TOTAR · IIOVINAR · TOTE · IIOVINE · EROM · NOMNE · ERAR · NOMNE = *Praestita Cerfia Cerfi Martii, esto volens*, *propitia pace tua populo civitatis Iguvinae, civitati Iguvinae*, *eorum* (populi) *nomini*, *eius* (civitatis) *nomini*; tab. VIIa 17 sq., 31: FVTV · FONS · PACER · PASE · TVA · POPLE · TOTAR · IIOVINAR · TOTE · IIOVINE · ERER · NOMNE ERAR · NOMNE = *esto volens* (*Praestita Cerfia*), *propitia pace tua populo civitatis Iguvinae*, *civitati Iguvinae*, *eius* (populi) *nomini*, *eius* (civitatis) *nomini*; et tab. VIIa 49 sqq.: TVRSA · IOVIA · FVTV · FONS | PACER · PASE · TVA · POPLE · TOTAR · IOVINAR · TOTE · IOVINE · ERAR · NERVS · ꟼIHITIR · ANꟼIHITIR · IOVIES · HOSTATIR · ANHOSTATIR · EROM | NOMNE · ERAR · NOMNE = *Tursa Iovia*, *esto volens*, *propitia pace tua populo civitatis Iguvinae*, *civitati Iguvinae*, *eius* (civitatis) *principibus* (?), *—itis in—itis*, *—bus*, *—atis*, *in—atis*, *eorum nomini*, *eius* (civitatis) *nomini*. Cf. *volens* apud Virg. *Aen.* X 677, ubi legitur: « Volens vos Turnus adoro ».

FONSIR. Lege FON SIR, pro FON[S] SIR (in tab. eugub. VIb 26).

FONTANALIA seu Fontinalia, feriae fontibus dicatae III id. octobr. Varro *De l. l.* VI, 22 pg. 82: « Fontanalia a *fonte*, quod is dies feriae eius; ab eo tum et in fontes coronas iaciunt et puteos coronant ». Paul. pg. 85: « Fontinalia, *fontium* sacra ». In kalendariis (Orell. II, 400): F FONT FERIAE FONTI. Vide FONTINALIS § 2 et cf. umbr. FONDLIRE = *in fontulis*.

FONTANALIS. Vide FONTINALIS.

FONTANVS, adiect., ad fontem pertinens. Est cogn. rom. apud Murat. 773, 1 (A · ACILIVS · L · F · FONTANVS). — FONTANI sunt etiam Fontium curatores.

FONTEIANVS, adiect. ad Fonteium pertinens. Inscr. apud Fabr. cap. I n. L pg. 10: Q · CAECILIVS · Q · L | PRIMVS · EMIT · IN | MONIMENTO · PALANGARIOR | IN · AGRO · FONTEIANO · QVOD · EST | VIA · AVRELIA · IN · CLIVO · RVTARIO | PARTE · SINISTERIORE · COL|VMBARIA · N · X · OLLARVM | N · XXXX etc. Cic. *Harusp. resp.* cap. 27: « Fonteianum nomen ».

FONTECLI, Fonteculi (Fonticuli), locus haud longe a Placentia, a *fontibus* dictus. Antonini *itiner.* pg. 616: « mansio ad Fonticlos ». — A nobis Italis diceretur *Fontecchi*, quod est vicus in Aprutio.

FONTIGENAE, Musae vel Nymphae, quae circa fontes libenter habitant. Mart. Capella § 574 pg. 486: « O sacra doctarum prudentia fontigenarum ». Et § 908 pg. 704: « fontigenarum virginum chorus ».

FONTINALIA. Vide FONTANALIA.

FONTINALIS vel Fontanalis, deus fontis. Plaut. *Stic.* V, IV, 17 sq.: « Utrum Fontinali an Libero Imperium te inhibere mavis? ».

§ 2. Porta Romae. Liv. XXXV, 10: « Porticum unam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adiecto; alteram a porta Fontinali ad Martis aram, qua in Campum iter esset, perduxerunt ». Paul. pg. 85: « Fontinalia, fontium sacra; unde et Romae Fontinalis porta ». Inscr. apud Grut. 624, 11: DIS · MA . . . S | A · APIDI MAIORIS | TABELLARI | A PORTA | FONTINALI.

§ 3. Est etiam cogn. rom., nempe A. Aternii Vari consulis an. U. C. CCC (cf. Borghesi *Framm. dei Fasti cons.* I, 72).

FONTVNATVS, *fortunatus*, adiect. Est cogn. virile in titulo apud Grut. 223, 1 (C · VMBRIVS · EVDRASTVS FONTVNATVS · IIII VIR).

FONVS, *funus*, subst. n. Victor. pg. 2459 P. (vide POPOLVS): « pro *funus* fonus ».

FOR, quod est in lamina faleriensi n. 2440, fortasse idem est ac umbr. FOS vel FONS, *volens* h. e. *propitius* (Grotefend *Rud. l. u.* IV 13, V 26). Lanzius tamen (*Saggio* etc. II, 542 = 463 nt. 2) trahit fos ad gr. ὄυς (quos), vel ad ὡς (ut, quoniam). Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 49.

FORBEA, φορβειὰ vel φορβὴ, subst. fem. Paul. ex Festo pg. 84: « Forbeam omne genus cibi appellabant, quam Graeci φορβὴν vocant »; ubi cf. Muellerus.

FORDEVM, *hordeum*, subst. n., genus frumenti. Scaurus pg. 2249 (vide FAEDVS): « quod illi (*antiqui*) fordeum dicebant nos *hordeum* ». Adde Vel. Long. pg. 2238 (vide FASENA), et cf. Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 14.

FORDICIDIVM, sacrificium, quo boves fordae (vide HORDA), idest gravidae, immolabantur. Varro *De l. l.* VI, 15 pg. 79: « Fordicidia a *fordis* bubus. Bos forda quae fert in ventre. Quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures, a fordis caedendis Fordicidia dicta ». Paul. pg. 83: « Fordicidis boves fordae, id est *gravidae*, immolabantur, dictae a *fetu* ». In kalendariis (Orell. II, 388): FORD[ICIDIA] = HORDICIDIA. Vide Ovid. *Fast.* IV, 629, ubi cf. Gierig.

FORENSIANVS, *forensis*, adiect. Est cogn. rom. in titulo sepulcrali apud Murat. 104, 8 (L · HERMONI FORENSIANI).

FORENTVM, Apuliae oppidum, hodie *Forenza*. Liv. IX, 20: « Apulia perdomita (nam Forento quoque valido oppido Iunius potitus erat) in Lucanos perrectum ». Cf. Horat. *Carm.* III, IV, 16. — Incolae dicti sunt Forentani (Plin. III, IX 11, XVI 6). Cf. ИVTИƎ⅃ƎB ferentum, et Steph. Byz. Φορεντανὸν, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν, Φορεντανός. Στραβων πεμπτῃ.

FORESIA, *forensia*, adiect. sine *n* litera libenter dicebat Cicero, teste Vel. Long. *De orth.* pg. 2237 P.

FORETANI, populi Italiae inter Isteros, vel Venetos. Plin. III, XXXIII, 3.

FORETII, Latii populi, quorum meminit Plin. III, IX, 16. Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

FORICVLVS. Vide FORCVLVS.

FORINA. Vide FVRRINA.

FORIOLVS, qui ventre soluto est, et foria facile emittit. Laber. [vs. 66 ed. Ribbeck] apud Non. II, 352 = pg. 114 « Foriolus esse videre; in coleos cacas ».

FORCILLO. Vide FVRCILLO.

FORCTES, frugi et bonus, sive validus. Haec Paulus ex Festo pg. 84. Cf. Müller in Festo pg. 320.

FORCTVS, *bonus*, adiect. apud veteres. Vide HORCTVS.

FORCVLVS vel Foriculus, deus apud veteres, qui foribus praeerat. August. *De civ. Dei* IV, 8: « Forculum a *foribus* ». Tertull. *Idol.* cap. 15, et *De cor. mil.* cap. 13.

FORMIAE, antiquiori orthographia HORMIAE, Φορμίαι S)trab. V, III, 6; Ptol. III, 1 codd. nonnulli Φώρμιαι vel Φῶρμαι), oppidum Latii non longe a Caietano portu (Antonini *itiner.* pg. 108, 121 « Formis », et pg. 611 « civitas Formis »; tab. Peuting. segm. V *f* « Formis »). Plin. III, IX, 6: « Oppidum Formiae, Hormiae prius olim dictum: ut existimavere, antiqua Laestrygonum sedes ». Paul. pg. 83: « Formiae oppidum appellatur ex graeco [ὁρμὴ, *impetus*], velut Hormiae, quod circa id crebrae stationes tutaeque erant, unde proficiscebantur navigaturi ». Serv. ad *Aen.* VII 695: « Formiae, quae Hormiae fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς; nam posteritas in multis nominibus F pro H posuit ». Strabo loc. cit.: Ἑξῆς δὲ Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα ἐστὶν, Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον δία τὸ εὔορμον. καὶ τὸν μεταξὺ δὲ κόλπον ἐκεῖνοι Καϊατταν ὠνόμασαν, τὰ γὰρ κοῖλα πάντα Καϊάττας οἱ Λάκωνες προσαγορεύουσιν — ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰς Φορμίας τετταράκοντα. Solinus II, 23: « Formiae etiam Lestrygonibus habitatae ». Liv. XXXV, 21: « Formiis portam murumque de coelo tacta ». Inscr. apud Grut. 391, 2 (Orell. n. 2951): D · M | TI · CLAVDIO SPECTATORI AVG · LIB | PROCVRATOR FORMIS · FVNDIS | CAIETAE · PROCVRATOR | LAVRENTO AD HELEPHANTOS | CORNELIA BELLICA CONIVGI | B · M. In laterc. milit. apud Grut. pg. 301: M · AELIVS MAXIMVS FORMIS. — Incolae dicti sunt Formiani (vide FORMIANVS). Liv. VIII, 14: « Campanis — Fundanisque et Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque semper fuisset via, civitas sine suffragio data [U. C. an. 417] ». Et XXXVIII, 36: « De Formianis Fundanisque mancipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunis plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset ..... Rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent [U. C. an. 564] ». Inscr. apud Mommsen n. 4093 (Henzen n. 6137): T · ACILIO · T · F · AN | FLORENTINO | EQVO · PVBL · PRAEF · COH | V · BREVCORVM | FORMIANI · OMNIVM | ORDINVM · VIRI | QVOD · IS · TESTAMENTO · SVO · HS C · M · N · LEGAVERIT · EX · Q\A | SVMMA · TENSAE · MINERVAE | EX · ARGENTI · LIBRIS · CENTVM | [C]VM PARERGIS SVIS TO[TIS | FACTAE SVNT]. Alia apud eundem n. 4087 (Henzen n. 6909): FVLVIAE | AVGVRINIA|NAE C F P HELVI A FIL | DIONYSI CONS VIRI | CORR CAMPAN VXORI | FORMIIANI PVBLICE h. e. *Fulviae Augurinianae, clarissimae feminae P. Helvi A. filii Dionysi consularis viri correctoris Campaniae uxori, Formiani publice.* Alia apud Murat. 1110, 6 (Orell. n. 3782, ubi cf. Henzen): M · RVBRENO VIRIO PRISCO | POMPONIANO MAGIANO PRO|CVLO C · V · PR · COS | CVR · COL · MINTVRNENSIVM AFRIC | CVR · COL · FORMIANORVM etc.

FORMIANVS, adiect. ad Formias pertinens. Formianus ager (Liv. X, 31), Formiani colles (Horat. *Od.* I, xx, 11), et Formiani dies (Martial. X, 30).

§ 2. Formianum praedium, villa fuit Ciceronis in *Formiano* agro. Cic. ad *Att.* II, 4 = n. 30: « Nos circiter kalendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano ». Adde *Epist.* II, 15 = n. 41.

§ 3. Formianus mons. Liv. XXXIX, 4: « Et separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, et viam per Formianum montem ».

§ 4. Formiana saxa, locus in agro campano, ad Liternum amnem prope oram maritimam. Liv. XXII, 16: « Poenus contra inter Formiana saxa ac Literni arenas stagnaque perhorrida situ hibernaturus esset ».

FORMIIANI, *Formiani*, in titulo apud Mommsen n. 4087. Vide FORMIAE.

FORMIO, fluvius Italiae superioris. Ptol. III, 1: Φορμίωνος ποταμοῦ ἐκβολαί. Cf. W. Smith *Dict. of greek and rom. geogr.* I, 905.

FORMONSVS, *formosus*, adiect. in titulo apud Grut. 669, 10.

FORMVCALES (?), forcipes dictae, quod forma capiant, id est ferventia. Ita Paul. pg. 91.

FORNACALIA. Vide voc. sq.

FORNAX, dea apud Romanos, cuius in honorem Numa Fornacalia instituit h. e. farris torrendi ferias (Plin. XVIII, II, 2). Ovid. *Fast.* II, 525:

« Facta dea est Fornax: laeti Fornace coloni
Orant, ut fruges temperet illa suas ».

Et VI, 313:

« Sola prius furnis torrebant farra coloni;
Et Fornacali sunt sua sacra deae ».

Lact. I, 20: « Quis non videat Fornacem deam, vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus operari? ».

FORNVS, *furnus* (ital. *forno*), caminus coquendo pani. Varro apud Non. XII, 52 = pg. 531: « Cocula qui coquebat panem, primum sub cinere, postea in forno; cuius utriusque vocabulum a forno ductum, id est a caldore ».

FOROAPPII. Vide FORVM § 2.

FOROBRENTANI. Vide FORVM § 4.

FORODRVENTINI. Vide FORVM § 6.

FOROFLAMINIENSES. Vide FORVM § 7.

FOROIVLIENSES. Vide FORVM § 9 sq.

FOROCLODII. Vide FORVM § 13.

FOROCORNELIENSES. Vide FORVM § 16.

FORONOVANI. Vide FORVM § 19.

FOROPOPILIENSES. Vide FORVM § 21.

FOROPOPVLI. Vide FORVM § 22.

FOROSEMPRONIENSES. Vide FORVM § 23.

FOROVIBIENSES. Vide FORVM § 25.

FORS, proprie *casus* (cf. Cic. *ad Att.* XIV, 13 = n. 693, et *De leg.* II, 11), qui a Fortuna distinguitur. Non. V, 15 = pg. 425: « Fors et Fortuna hoc distant: Fors est casus temporalis: Fortuna dea est ipsa ». Accius vs. 422 sq.: « Fors dominatur, neque vita ulli Propria in vita est »; vs. 54: « illum fors expectabat loco »; vs. 109 sq.: « Multi iniquo, mulier, animo sibi mala auxere in malis, Quibus natum prava magis quam fors aut fortuna obfuit »; et vs. 182: « Fortunane an forte repertus ». Lucil. apud Non. loc. cit.: « Cui parilem fortuna locum fatamque tulit fors ». — Ponitur etiam pro ipsa Fortuna, ut apud Cic. *ad Att.* IV, 10 = n. 118, et apud Catull. LXIV, 170. Varro apud Non. loc. cit.: « Dices, o fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc diem ». Ennius *Ann.* vs. 203 sq. ed. Vahlen: « Vosne velit an me regnare era quidve ferat Fors Virtute experiamur ». Ovid. *Fast.* VI, 773 sqq.:

« Quam cito venerunt Fortunae Fortis honores!
Post septem luces Iunius actus erit.
Ite, deam laeti Fortem celebrate, Quirites;
In Tiberis ripa munera regis habet ».

— Eius origo sabina. Varro *De l. l.* V, 74 pg. 29: « Paulo aliter ab eisdem (*Sabinis*) dicimus Herculem, Vestam, Salutem, Fortunam, Fortem, Fidem ». Et VI, 17 pg. 80: « Dies Fortis Fortunae appellatus ab Servio Tullio rege, quod is fanum Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense ». Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 5: Τὴν δὲ πρὸς τῷ ποταμῷ Τύχην φόρτιν καλοῦσιν (ὅπερ ἐστὶν ἰσχυρὰν, ἢ ἀριστευτικὴν, ἢ ἀνδρείαν), ὡς τὸ νικητικὸν ἁπάντων κράτος ἔχουσαν. Καὶ τὸν γε ναὸν αὐτῆς ἐν τοῖς ὑπὸ Καίσαρος τῷ δήμῳ καταλειφθεῖσι κήποις ᾠκοδόμησαν, ἡγούμενοι κἀκεῖνον εὐτυχίᾳ γενέσθαι μέγιστον, ὡς αὐτὸς ἐμαρτύρησε. In nummo aeneo Gal. Maximiani (Cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* VIII, 38) adspicitur Fortuna stans, cum scriptione FORTI FORTVNAE. Fors Fortuna legitur quoque in lapidibus rom. apud Orell. n. 1770, et apud Henzen n. 5791, atque in kalend. Farnes. mens. iun. (SACRVM FORTIS · FORTVNAE), et in kalendariis Amit. Esquil. Venus. mens. iun. (Orell. II, 392 sq.). Cf. Gierig *Excurs.* VI in Ovid. *Fast.*

FORTESCERE, *fortem fieri*, usurpatum a Laevio in *Alcesti* apud Gellium XIX, 7.

FORTINATVS, *fortunatus*, adiect. (vide FONTVNATVS). Est cogn. rom. in titulo campano apud Mommsen n. 2635 (C · MARI · FORTINATI).

FORTIO -onis, subst. m. a fortis. Est cogn. rom. in titulo apud Maffei *Mus. ver.* 152, 1 (CAECILIVS FORTIO).

FORTIS, *forte*, adverbium apud Oscos, in tab. Bantina n. 2897 lin. 12 (Franchinius in *Giorn. arcad.* LXXXIII, tab. 2 ad pg. 305; Guarinius *In Comm. V exc.* pg. 33;

Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 427, et *Die unterit. dial.* s. 245, 310; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 291; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 4; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 354. Cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 15; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 45; et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI, 209, cui fortis est *forte* pro *fortius*).

FORTONA. Vide FORTVNA, quod sequitur.

FORTVNA, gr. Τύχη, dea apud veteres (eadem cum Etruscorum VORTVMNO) et humanarum rerum domina (vide FORS), quae pingebatur rotae aut globo insidens (Ovid. *Pont.* II, III, 56), ad volubilitatem inconstantiamque significandam. Pacuv. vs. 366-375 ed. Ribbeck:

« Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi,
Saxoque instare in globoso praedicant volubili,
[Quia quo id saxum inpulerit fors, eo cadere fortunam autumant.]
Insanam autem esse aiunt, quia atrox incerta instabilisque sit:
Caecam ob eam rem esse iterant, quia nil cernat quo sese adplicet:
Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.
Sunt autem philosophi, qui contra Fortunam negant
Esse ullam, sed temeritate res regi omnis autumant.
Id magis veri simile esse usus reapse experiundo edocet:
Velut Orestes modo fuit rex, factust mendicus modo. »

— Huius deae nomen permultis in titulis romanis reperitur (Orell. n. 91, 733, 1270, 1354, 1416, 1699 = 3458, 1734 sqq., 1752, 1755, 1808, 1894, 3400, 3699, 3882, 4456, 4806, 4929; Henzen n. 5410, 5645, 6445, 6787, 6834, 7032, 7182). Fortuna appellatur adiutrix (Orell. n. 1737), Antias (Horat. *Od.* I, 35), Augusta (Orell. n. 177, 1168, 1662, 1825, 2465 sq., 3437, 3798, 3860, 5022; Henzen n. 5461, 7183), Aug. aeterna (Orell. n. 1741), barbata (Orell. n. 1742), bona (Orell. n. 1743), bona domestica (Orell. n. 1744), bona dominae reginae (Henzen n. 5787), colenda (Orell. n. 1733), conservatrix (Orell. n. 1745, 1769, Henzen n. 5788), dubia (Orell. n. 5), dux (Henzen n. 5790, et in nummo argenteo M. Aur. Antonini; cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* VII 63), equestris (Orell. n. 1746), felix (Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 4), Flavia (Grut. 75, 5), magna (Orell. n. 1748), mammosa (Orell. n. 5), manens (in nummis Commodi; cf. Eckhel op. cit. VII, 115), muliebris (in nummis Faustinae iunioris; cf. Echkel op. cit. VII 78, Val. Max. I, VIII 4, et V, II 1, Liv. II 40, Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 5), obsequens (Orell. n. 5, 1750, Henzen n. 5789; et in nummo aeneo Antonini Pii; cf. Echkel op. cit. VII 24, Plaut. *Asin.* III, III, 126), opifera (Orell. n. 1753), Praenestina (Orell. n. 1756), praesens (Henzen n. 7383), praetoria (Orell. n. 1754), primigenia (in kal. Praen. mens. apr.; Orell. n. 1757, 2163, 2303; *Bull. dell'Inst. arch.* 1857 pg. 71 et 1859 pg. 22), primigenia praenestina (Orell. n. 1759), primigenia Iovis pueri (Orell. n. 1214), primigenia publica (in kal. Praen. mens. apr.; Orell. n. 1769), publica primigenia (in kal. Esquil. et Venus. mens. maio), redux (kal. Amit. et Ant. mens. octobr.; kal. Amit. mens. dec.; Orell. n. 332, 343, 764, 922, 1760, 1762, 1764, 1776, 4083; Henzen n. 5359, 5791), redux augusta (Henzen n. 7048), redux domus augustae (Orell. n. 3096), redux legionis XXII primigeniae piae fidelis (Orell. n. 4247), regina (Orell. n. 1769), respiciens (Orell. n. 5, 477, 1765), augusta respiciens (Orell. n. 1766), Sieia f. aug. (Orell. n. 18), supera (Orell. n. 1768, 1886; Henzen n. 5792 sq.), Torquatiana et Tulliana (Orell. n. 1769), Vesuniensis (Henzen n. 5794), virilis (kal. Praen. mens. apr.), victrix (Henzen n. 5795). Cf. Fortuna balneari (Henzen n. 5796), Fortuna consiliorum (Orell. n. 2131), Fortuna horreorum (Orell. n. 4881 sq.), Fortunae huiusce diei (kal. Pincian. et Allif. mens. iul.), Fortuna huius loci (Orell. n. 1699 = 3458). — FORTVNAE plurali numero memorantur in titulo apud Henzen n. 6445. Item Fortunae balnei Verul. (Henzen n. 5797), Fortunae Antiates (Orell. n. 1738, 1740) et Fortunae salutares (Orell. n. 1767 = 5024). Cf. Pitisc. *Lex. antiq. rom.* s. v. *Fortuna*. Primus Fortunae templum dedicavit Ancus Martius (Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 5); et Bonae Fortunae templum cum portico Romae dedicavit Lucullus (Strabo VIII, VI, 23). De Fortunae fano Syracusis loquitur Cic. in *Verr.* II, IV 53. Cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* I, 246. Gentilitium Fortunius legitur in titulis apud Grut. (115, 4), Murat (993, 5; 1168, 2; 1465, 4) et alios; cognomen Fortunus vel Fortuna apud Grut. (757, 5). Inscr. apud Mommsen n. 6367: ARELLIA | FORTONA | MATER. Cf. Forcell. *Lex.* s. v. *fortuna*.

FORTVNALIS, *fortunatus*, adiect. ad Fortunam pertinens. Est cogn. rom. Inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 449, 2: DEAE | NEHALENI|AE · T · FLAVIVS | FORTVNALIS. Adde inscr. apud Murat. 1644, 14.

FORTVNENSIS, adiect. ad Fortunam pertinens. Est cogn. rom. in titulo apud Grut. 649, 10 (CLAVDIAE · FORTVNENSI).

FORTVNIO -onis, subst. m. is, cui Fortuna aliquantulum favet. Est cogn. rom. Inscr. apud Grut. 917, 16: D · M · S | LVRIVS · FORTVNIO | VIX · ANN · LXI | P · I · S | S · T · T · L.

FORTVNVLA, *parva Fortuna.* Est cogn. muliebre. Inscr. chr. apud Fabr. cap. IV n. 467 pg. 327: REPPECTVS ET FORTVNVLA | PARENTES FILIO DVLCISSIMO | QVI VIXIT ANNI[S] N IIII MESIS N III. In alia apud eundem cap. VIII n. 191 pg. 586 legitur: SEVERIANVS PATER ET FORTVNVLA MATER. Adde Grut. 890, 15; 1124, 9.

FORVLI, Φόρουλοι (Strabo V, III, 10), vicus Sabinorum,

nunc *Civita Tommasa* appellatus. Liv. XXVI, 11; Virg. *Aen.* VII, 714; Sil. Ital. VIII, 415. Inscr. apud Mommsen n. 6265 (Henzen n. 5181): VIAM · CLAVDIAM NOVAM | A FORVLIS AD CONFLV|ENTIS ATTERNVM · ET | TIRINVM etc. Alia apud eundem n. 5769 (Henzen n. 5112): ..... CAESARI | ..... [FO]RVLIS · LVDOS | ..... P · CORNELIO. — Incolae appellantur Forulani, VICANI · FORVLANI in titulo apud Mommsen n. 5787 (Murat. 1098, 1; Orell. n. 3794).

FORVM, locus spatiosus in urbe, in quo negotia fiunt, gr. ἀγορὰ; vel locus, in quo iurisdictio exercetur. Hinc ipsa oppida aut vici in provinciis, in quae conveniebant provinciales negotiorum, seu nundinarum, vel iurisdictionis, et litium causa, fora appellantur. Varro *De l. l.* V, 145 pg. 56: « Quo conferrent suas controversias, et quae vendere vellent quo ferrent, *forum* appellarunt ».

§ 1. Forum Allieni, oppidum in Gallia transpadana (Tac. *Hist.* III, 6), ubi nunc *Ferrara*.

§ 2. Forum Appii, oppidum in Latio prope Setiam ad Pomptinas paludes; ita dictum ab Appio Claudio, qui an. U. C. 442 viam Appiam munivit (Liv. IX, 29). Plin. XIV, VIII, 2: « Forum Appii »; Cic. ad *Att.* II, 10 = n. 37: « Ab Appii Foro ». Horat. *Sat.* I, V, 3:

« Egressum magna me excepit Aricia Roma
Hospitio modico; rhetor comes Heliodorus,
Graecorum longe doctissimus. inde Forum Appi,
Differtum nautis, cauponibus atque malignis »;

ubi Schol. vet.: « Forum Appii nomen est oppidi ». Sueton. in *Tib.* cap. 2: « Claudius Drusus, statuâ sibi cum diademate ad Appii Forum positâ, Italiam per clientelas occupare tentavit ». *Acta Apostol.* XXVIII, 14 sq.: Καὶ οὕτος ἤλθομεν εἰς τὴν Ῥώμην· κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, ἦλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου Φόρου καὶ Τριῶν Ταβερνῶν. Inscr. apud Orell. n. 780 (ubi cf. Henzen): IMP · CAESAR | NERVA · AVG · GERMAN | PONTIFEX · MAX | TRIB · POTEST · III | COS · IIII · P · P | VIAM A TRIPVNTIO AD | FORVM APPII · EX GLAREA | SILICE STERNENDAM | SVA PECVNIA INCOHAVIT | IMP · CAESAR NERVA · DIVI NERVAE F · TRAIANVS AVG | GERMA.... | TRIB · POTEST · COS III | CONSVMMAVIT. Antonini *itiner.* pg. 107: « Appi foro ». — Incolae appellantur Foroappii (Plin. III, IX, 11).

§ 3. Forum Aurelium vel Forum Aurelii, oppidum Etruriae, prope fluvium Martam, ita dictum ab Aurelio quodam, qui Aureliam viam a Roma Pisas usque, sub initium haud dubie subactae a Romanis Etruriae, stravit (Cluver. *Ital. ant.* pg. 485). Cic. in *Cat.* I, 9 « Forum Aurelium », Antonini *itiner.* pg. 291 « Forum Aureli », et Tab. Peuting. segm. IV*d* « Foro Aureli »

§ 4. Forum Brentanorum, oppidum Umbriae, cuius incolae appellati Forobrentani (Plin. III, XIX, 2). Inscr. apud Murat. 730, 1: L · PETRONIO · L · F · PVB · SABINO · FORO · BRENT etc.

§ 5. Forum Decii, oppidum Sabinorum, cuius meminit Plin. III, XVII, 2. Cf. Tab. Peuting. segm. V*a*, ubi Foroecri.

§ 6. Forum Druentinorum, oppidum in Aemilia (*Bertinoro*?), cuius incolae Forodruentini appellabantur (Cf. Plin. III, XX, 2 « Forum Truentinorum) Inscr. apud Grut. 492, 5: PATR · MVNICIPIORVM · FORODRVENT · ET · FORO NOVANOR. Alia apud eundem 1094, 2 (Orell. n. 80): C · FAESELLIO · C · F · AN | RVFIONI · EQ · PVBL | CVR · REIP · FORODR · PATR · COL · ARIM etc.

§ 7. Forum Flaminii, Φόρον Φλαμίνιον (Strabo V, II, 10) vel Φόρος Φλαμινίου (Ptol. III, 1), oppidum dirutum in Umbria, ubi *Forfiamma* vel *Forifiamma*. Inscr. apud Henzen n. 6747 (Grut. 347, 1): P · AELIO · P · F · PAPIR | MARCELLO · CENT | FRVM · SVB · PRINCIPI | PEREGRINORVM · ASTATO | ET · PRINCIPI · ET · PRIMIPILO | LEG · VII · GEM · PIE · FEL · ADLEC|TO · AD MVNERA · PRAEFF | LEGG VII · CLAV · ET · PRIMAE | ADIVTRICIS · V · E · FLAMINI | LVCVLARI · LAVREN · LAVINA | PATRONO · ET · DECVRIONI · CO|LONIE · APVLESIVM · PATRONO | CIVITAT · FORO · FLA · FVLGINIA | ITEMQVE · IGVVINORVM · SPLENDIDISSIMVS · ORDO · FORO · FLAM | CVIVS · DEDICAT · DECVRIONIBVS | ET · LIBERIS · EORVM · PANEM | ET · VINVM · ET · SS XX · N · ITEM | MVNICIPIBVS SS IIII N DEDIT. — Incolae appellabantur Foroflaminienses (Plin. III, XIX, 2). Cf. inscr. apud Orell. n. 98 (vide VMBRIA).

§ 8. Forum Fulvii, oppidum Ligurum, quod et Valentinum (Plin. III, VII, 3), nunc *Valenza*. Tab. Peuting. segm. III*d* « Foro Fulvi ». Cf. inscr. apud Henzen n. 5110.

§ 9. Forum Iulii, oppidum Umbriae nunc excisum, cuius incolae Foroiulienses Concubienses appellabantur, teste Plinio III, XIX, 2 (codd. nonnulli Forotulienses).

§ 10. Forum Iulii, oppidum in Gallia transpadana, fortasse in agro veronensi, ubi nunc *Valle di Trezelane*, alii ubi nunc *Cividale del Friuli*. Incolae dicti sunt Foroiulienses (Plin. III, XXIII, 3), ut in lapide apud Henzen n. 5113 (Orell. n 2177): Q · GAVIO · Q · [F] | POB · PRINCIP[I | II]II · VIR · VERONA[E | E]Q · PVB · LAVR · LAV | PRAEF · C[OLLEG | FA]BR · ET · DEN[DR] | PAGANI · PA[GI] | FORO IVLIE NS] | PATRON[O]. Cf. Ptol. III, 1: Φόρος Ἰούλιος κολωνία, urbs Carnorum mediterranea.

§ 11. Forum Iulii fuit etiam oppidum Italiae superioris, prope Dertonam (vide IRIA). Cf. inscr. apud Orell. n. 2214 et n. 3426.

§ 12. Forum Iuluntorum, Φόρος Ἰουτουντῶν, cuius meminit Ptolem. III, 1 (codd. Ἰουγουντῶν, Διουγουντῶν, Φοροδιουγουντῶν); ubi Wilberg et Grashof: « Scaliger in marg. ed. 2 Ἰουθουγγοι *ap. Suidam*, unde collato Amm. Marcellino XVII 16 legendum esse divinamur Φόρος Ἰουτουγγῶν ».

§ 13. Forum Clodii (tab. Peuting. segm. III*d* « Foro Clodi), Φόρος Κλαυδίου (Ptol. III, 1), oppidum Etruriae. Plin. III, VIII, 3: « Praefectura Claudia Foroclodii ». Cf. tab. Peuting. segm. IV*e*, ubi aliud oppidum eodem nomine (Foro clodo) memoratur. Vide Orell. n. 223 sqq., 337, 787, 5229.

§ 14. Forum Clodii, oppidum in Aemilia, de quo Plin. III, XX, 2. Hodie *Fornocchia* esse, ait D'Anville.

§ 15. Φόρος Κλαυδίου, oppidum Κεντρώνων ἐν Γραίαις Ἄλπεσιν memoratur a Ptol. III, 1.

§ 16. Forum Cornelii vel Forum Cornelium, Φόρον Κορνήλιον (Strab. V, I, 11; Ptol. III, 1), nunc *Imola*, oppidum Aemiliae (Plin. III, XX, 2), ita dictum a L. Cornelio Sulla dictatore. Mart. *Epigr.* III, 3: « Corneli referas me, licet, esse foro ». Cic. *Epist. fam.* XII, 5 = n. 794: « Erat autem Claternae noster Hirtius, ad Forum Cornelium Caesar ». Antonini *itin.* pg. 100 « Foro Corneli civitas », pg. 127 « Foro Cornelii civitas », pg. 287 « Foro Corneli »; itin. hierosol. pg. 616 « civitas Forocorneli »; tab. Peuting. segm. IV*d* « Foro Corneli »; et itiner. antiquum apud Henzen n. 5210 FORVMCORNELI et FOROCORNELI. Inscr. apud Grut. 518, 4 (Orell. n. 4406): D · M · S · FL · PROBINCIA FECIT SIBI | T · AELIVS SENTINIANVS FOR | COR · 7 COH · II · VIG · PETIT A PONTI|FICES VT SIBI PERMITTERENT | REFICERE N · MONVMENTVM | IVRIS SVI · LIB · LIBERTABVSQVE | SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM. — Plin. III, XX, 5: « Auget ibi Padum Vatrenus amnis, ex Forocorneliensi agro. »

§ 17. Forum Livii, oppidum Aemiliae (Plin. III, XX, 2), nunc *Forlì*. Antonini *itiner.* pg. 287 et tab. Peuting. segm. IV*d* « Foro Livi; itiner. hierosolimit. pg. 616 « civitas Forolivi »; et itiner. ant. apud Henzen n. 5210 FORVMLIVI.

§ 18. Forum novum, oppidum in Sabinis (Plin. III, XVII, 2), fortasse ubi nunc *Vescovio*.

§ 19. Forum novum, oppidum Aemiliae prope Parmam, quod nunc *Fornovo* appellatur. Cf. inscr. apud Grut. 492, 5. Incolae sunt dicti Foronovani. Vide supra § 6.

§ 20. Forum novum, oppidum Italiae inferioris, cuius meminit tab. Peuting. segm. VI*a*.

§ 21. Forum Popilii, Φόρος Ποπλίου (Ptol. III, 1), oppidum nunc dirutum in Campania, inter Calenum et Casilinum (cf. tab. Peuting. segm. VI*e*). Incolae dicti sunt « Foropulienses [Foropopilienses?], ex Falerno (Plin. III, IX, 11) ».

§ 22. Forum Popilii, oppidum in Aemilia (Plin. III, XX, 2), nunc *Forlimpopoli*. Itiner. hierosolimit. pg. 616 « civitas Foropopuli »; et tab. Peuting. segm. IV*d* « Foro populi ».

§ 23. Forum Sempronii, Φόρον Σεμπρώνιον (Strabo V, II, 10) vel Φόρος Σεμπρωνίου (Ptol. III, 1), oppidum Umbriae, nunc *Fossombrone*. Antonini *itiner.* pg. 126 « Foro Sempronii », itiner. hierosolimit. pg. 615 « civitas Foro Simproni, itiner. ant. apud Henzen n. 5210 FORVMSEMPRONI, et tab. Peuting. segm. IV*b* « Foro Semproni ». Inscr. apud Tonini *Rimini* etc. pg. 337 n. 17 (Oliv. *Marm. pisaur.* pg. 63; Grut. 322, 2; Orell. n. 3774): C · ANTIAE | L · F · SATVRNINAE | MATRI · COLON | FLAMINICAE | SACERD · DIVAE · PLOTIN | HIC · ET · FORO · SEMPRONII | D · D | PVBLICE. Alia apud Murat. 511, 3 (Orell. n. 4063): D · M | Q · ALFIDIO | Q · L · HYLAE | VI · VIR · FORO SEM|PRONII · COLLEGII ARENA|RIORVM ROMAE · NEGOT|IANTI LANARIO | ALFIDIA SEVERA PA|TRI PIENTISSIMO. In laterc. milit. apud Grut. pg. 301: C · VERNASIVS DEXTER FOROSEMPR et L · GELLIVS VERVS FOROSEMPR. — Incolae appellantur Forosemproniensens (Plin. III, XIX, 2). In inscr. apud Grut. 417, 6 (Orell. n. 4039): II VIRI ET DECVRIONES FOROSEMPRONIENS.

§ 24. Forum Truentinorum. Vide § 6.

§ 25. Forum Vibii, oppidum in Gallia transpadana (Plin. III, XXI, 1 « Vibi forum »), cuius incolae sunt Forovibienses. Plin. III, XX, 3: « in Forovibiensium agro iterum exoriens (*Padus*) ».

FORVVS, *formus* (calidus), apud veteres. Serv. ad *Aen.* VIII, 453: « Forfices sunt, quibus incidimus; forcipes, quibus aliquid forvum tenemus, quasi *forvi capes*: nam forvum est *calidum*, unde et *formosos* dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat ».

FOS, *volens* (faustus, propitius), adiect. m. nominat. sg. apud Umbros, pleniori orthographia FONS, quod vide. Tab. eugub. VIa 23 sq.: FOS · SEI · PACER · SEI · OCRE · FISEI | TOTE · IIOVINE · ERER · NOMNE · ERAR · NOMNE = *volens sis (Die Grabovie), propitius sis colli Fisio, civitati Iguvinae, eius* (collis) *nomini, eius* (civitatis) *nomini;* et tab. VIa 30 sq., 33, 40: FVTV · FOS · PACER · PASE · TVA · OCRE · FISI · TOTE · IIOVINE · ERER · NOMNE · ERAR · NOMNE = *esto volens (Die Grabovie), propitius pace tua colli Fisio, civitati Iguvinae, eius* (collis) *nomini, eius* (civitatis) *nomini.*

FOSSO, *fodio*. Ennius *Ann.* vs. 569: « Decretum est fossari corpora telis »; ubi Varro *De l. l.* VII, 100 pg. 159: « Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo; a quo fossa ».

FOSTIA, *hostia*, subst. f. apud veteres, teste Paulo pg. 84. Vide FOEDVS.

FOSTIS, *hostis*, subst. m. et f., apud veteres, teste Paulo pg. 84 (vide FOEDVS).

FOSTLVS, *Faustulus* (Φαυστύλος), diminut. *Fausti* (etr. I+2Я8 fasti = *Fausta*), nomen magistri regii pecoris, qui Romulum et Remum fratres a lupa lactatos invenit (Liv. I, 4). Est etiam cogn. romanum in nummo gentis Pompeiae.



FOTIO -onis, *fotura* (fotus). Gloss. ant. cit. in Forcell. *Lexic.* ed. Lipsiae.

FOTSA, *fossa*, subst. f. Inscr. apud Mommsen n. 7029 (Fabr. cap. IV n. 481 pg. 329): IVLIVS · BALERIANVS | QVI VIXIT · ANNIS · B · XX | NATALI SVO · B · | SODALICIARIVS · | BONVS · AMORATVS | FILETIVS · VSQVE · ATFOTSA.

FOTVM, *votum*, subst. n. apud veteres, teste Cassiod. pg. 2282 P. (vide FIRGO).

FOTVRA, *fotus* (fovendi actus). Gloss. cit. in Forcell. *Lexic.* ed. Lipsiae.

ꟷOV (fou). Vide ꟷOVRIVS h. e. *Furius*.

FOVFER, quod exstat in lamina aerea apud Falerios inventa n. 2440, Lanzius II 542 = 463 nt. 3 reddidit *voverunt*, a *foveo*. Grotefendio *Rud. l. u.* IV 13, V 26, 28 est foufe[n]s pro *fovefacians*.

FOVIT, *fuit*. Aul. Gell. I, 12: « In libro primo Fabii Pictoris, quae verba pontificem maximum dicere oporteat, quum virginem capit, scriptum est. Ea verba haec sunt: Sacerdotem . vestalem . quae . sacra . faciat . quae . ious . siet . sacerdotem . vestalem . facere . pro . popolo . romano . Quiritium . utei . quae . optuma . lege . fovit . ita . te . amata . capio.

FOVIVS, *Favius*, gentilitium rom. Paul. pg. 87: « Fovii, qui nunc *Favi* dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in *fovea* concubuit. Alii putant, eum primum ostendisse, quemadmodum ursi et lupi *foveis* caperentur ». Alii legunt *Fabii*. — Plutarch. in *Fab. Max.* I, 2: « Τινὲς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους τούτου πρώτους τῇ δι' ὀρυγμάτων χρησαμένους ἄγρᾳ Φοδίους ἱστοροῦσιν ὀνομάζεσθαι τὸ καλαίον

FOVLVIVS, *Fulvius*, gentilitium rom., in nummo argenteo apud Riccio *Catal.* etc. pg. 93, et Cohen *Méd. consul.* pl. XVIII (CN FOVL). Cf. Ritschel *Monum. epigr. tria* pg. 34.



ꟷOVRIO (FOVRIO), *Furius* (Φούριος), gentilitium italicum. Hac orthographia (cf. Borghesi in ephem. *il Saggiatore* an. I pg. 33) legitur in nonnullis ossuariis ad Tusculum effossis, de quibus disputavit Ritschelius (*De sepulcro Furior. Tusc.* Berol. 1853); n. 2721: Q · ꟷOVRIO · A · ꟷ = *Q. Furius Auli filius;* n. 2722: P · ꟷOV · C · ꟷ = *P. Furius Gnaei filius;* n. 2723: A · ꟷOV P · ꟷ = *Aulus Furius Publii filius;* n. 2724*a*: C · ꟷOVR et n. 2724*b*: CN · ꟷOVRIO = *Gnaeus Furius;* n. 2724*bis*: C · ꟷOVR|I · M · ꟷ = *Gnaeus Furius Marci filius;* et n. 2724*ter*: ꟷOVRIO | M · F · C · F. In titulo tusculano n. 2719: M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS MIꟷITARE h. e. *M. Furius Caii filius tribunus militaris.* Adde inscr. rom. apud Murat. 817, 4: L · FOVRIO · L · F · POL · FOVRIANO etc. Gentilicii Fouri pro *Furius* praebent quoque nummi gentis Furiae apud Riccio *Catal.* etc. pg. 95, et Cohen *Méd. consul.* pl. XIX n. 3 sq. (M FOVRI · L · F; P FOVRIVS CRASSIPES | AED · CVR); quorum unus habet L · FV'RI · CN · F (cf. Borghesi *Osserv. num.* dec. VI oss. 3, et Cavedoni in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1852 pg. 61). Cf. Fabr. cap. III n. 12 sq. pg. 120.

FOVSCVS, *fuscus*, adiect. Est cogn. rom. Inscr. apud Murat. 1678, 9: M · FOVSCVS C · F | LICNVS | PEREGRINATOR | C · FOVSCIVS · C · F | BALBVS · V · F | SIBI · ET · SVIS.

. . Ꝋ8 (fr..), in cippo abellano n. 2783 lin. 21. Vide 8VITNTKVꝊ8 fruktatiuf.

FRAGLO, *flagro*, per metathesin, legitur apud Fronton. *Epist.* I, 8 pg. 56, et II, 9 pg. 80 (edente A. Maio).

FRACEO, *fracidus fio*. Cato *De r. r.* cap. 128: « Si habitationem delutare vis, terram quam maxime cretisam, vel rubricosam sumito, eo amurcam infundito, paleas indito. sinito quatriduum fracescat. ubi bene fracuerit, rutro concidito. ubi concideris, delutato ». Et Paul. pg. 50: « Fracebant, displicebunt ».

FRACIDVS, *putrescens* (ital. *fradicio* et *fracido*), adiect. Cato *De r. r.* cap. 64: « Factores, ut in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant ».

FRACTILLVM, instrumentum ad frangendum piper. Gloss. Isid.

FRANGO -onis, Φάγγων (App. *De bello civ.* V, 26), cogn. rom. Cic. *ad Att.* XIV, 10 = n. 690: « Redeo ad Tebassos, Scaevas, Frangones ». — C. Fuficium Frangonem (Γαΐον Φουφίκιον Φάγγωνα) memorat Dio *Hist.* XLVIII, 22.

FRAXARE, *vigiliam circumire*. Paul. pg. 91.

FRATEER, vitiose scriptum in tab. eugub. Vb 16 pro FRATER = *fratres*, quod sequitur.

ᗡƎꓘAᗡ8 (FRATER), *fratres*, subst. m. nominat. pl. 3 decl. (mendose FRATEER), apud Umbros, e rad. -ᗡƎ8 (FER-) = rom. *ferre* et suff. comparat. ᗡƎ+- (-TER) = rom. *-ter*, siculi sanscr. bhrâtar = *frater*, zend. brâtar, goth. brothar, celt. brathair, german. bruder (Aufr. et Kirch. I 18, 90, 98, 106, 128, 162, II 302, 309 sq., 315, 327, 358; Huschke *Die osk. und sab. sprachdenkmäler* s. 92, 201). Tabula eugubina III 5: AꓘVꓘИƎꓘƧV : ᗡƎꓘAᗡ8 (frater ustentuta) = *fratres ostenduntо;* tab. Va 1 et 14: ᗡVIꟼƎIIꓘA : ᗡƎꓘAᗡ8 (frater atiieriur) = tab. Vb 11 FRATER · ATIERSIVR et tab. Vb 16 FRATEER · ATIERSIVR h. e. *fratres Attidii*. Item in tab. eugubina Va 22 haec leguntur: ꟼИƎᗡV8 : ᗡVꓘAИƧᗡƎꓤ : ᗡƎꓘAᗡ8 : ƎꟼA : ꓘƎ (et ape frater sersnatur furen[t]) = *et postquam fratres cenati fuerint*. — Lanzius *Saggio* etc. I 248 = 191, II 709 sgg. = 617 sgg. modo exponit *frater* (et ita Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 31), modo *φρατρεσι*, *fratribus* (op. cit. II 707 = 615). Grotefendius autem FRATER exaratum putat pro nominat. sg. (*Rud. l. u.* IV 24 sq., VII 10 sq.), et ᗡƎꓘAᗡ8 pro nominat. pl. (op. cit. V 15, VII 5 sq., 29, VIII 13). Cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 125.

FRATERCVLO, *fratro* (vide FRATRARE). Plaut. apud Fest. *Qu.* XIV, 2 pg. 297: « fraterculabant mulieri papillae primum; sed illud volui dicere, sororiabant ».

FRATERCVLVS, *parvus frater* (Iuven. IV, 98; cf. Cic. in *Verr. act.* II, III, 66). Est etiam cognom. rom. cuiusdam fratris Arvalis apud Marini pg. 69 (tav. VIII lin. 3, 11, 20): PRO · MAGISTRO · MAGISTERI · FRATERCVLI.

FRATILLI, villi sordidi in tapetis. Paul. pg. 90.

FRATRARE puerorum mammae dicuntur, quum primum tumescunt, quod velut fratres pares oriuntur, quod etiam in frumento spica facere dicuntur. Ita Paul. pg. 91. Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 463: « Fratrarent, turguerent, pubescerent ».

FRATRECA, *fraternâ*, adiect. f. abl. sg., a FRATER = *fra-ter*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. II 305 sq.). Tab. eugub. VIIb 2: REPER · FRATRECA = *pro re fraterna*, quod Grotefend *Rud. l. u.* VI 29 sq. exponit *pro re fratrica*. — Lanzius II 821 = 730 (cf. 767 = 675): « fratreca, *fratria, nome ambiguo; significa collegio di sacerdoti, e curia o simil parte di tribù* ».

FRATRECATE, vocabulum umbricum, quod exstat in tab. eugub. VIIb 1, a fratreco = *fraternus* (vide FRATRECA) et suff. -ate. Aufrecht et Kirchhoff II 305 ita scribunt: Fratrecate *nähmlich ist allem anschein nach eine weiterbildung von fratreks, wie rom. magistr-atus von magister, consul-atus von consul u. s. w., scheint also die würde und das amt eines* fratrexs *zu bezeichnen*. — Grotefendius *Rud. l. u.* VI 29 sq. explicat *fraternali*, quod ablativus esse potest adiectivi fratrecas seu fratrexs. Lanzio I 319 = 247, II 765 = 673, 821 = 730 est *fratriae* dandi casus, Passerium sequuto (*Paralip* pg. 325).

FRATRECI, *fraterno*, adiect. m. dat. sg.?, a fratreco = *fraternus*, quod e FRATER, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 38, 72, II 75, 307). Tab. eugub. VIIb 4: FRATRECIMOTAR · SINS · A · CCC = *magistro multae sint a(sses)* CCC (Aufr. et Kirch. II 308). Alii explicant *fratricae* vel *fratreci* (Grotefend *Rud. l. u.* VI 30; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 97, 251). Lanzio I 284 = 219, II 768 = 676 est *fratriae* dat. sing.

ƧꓘƎᗡꓘAᗡ8 (fratreks), *caput fratriae* (magister), proprie *fraternus*, nominat. sg. 3 decl., quod recentioribus literis FRATREXS scribebant Umbri, a ᗡƎꓘAᗡ8 (FRATER) = *fratres* (Aufr. et Kirch. I 72, 81, 105, II 126, 304, 328 sq.). Tabula eugubina Va 23 et Vb 1 sq.: ᗡVꓘƧƎƎꓘ : ƎꓘV : ƧꓘƎᗡꓘAᗡ8 : AI8Ǝ : V⅃ꓘ⅃Ǝ⊖Ǝ (ehvelklu feia fratreks ute kvestur) = *decretum faciat magister aut quaestor*. Item tab. VIIb 1: PISI · PANVPEI FRATREXS · FRATRVS ATIERSIER · FVST = *qui quandoque magister fratribus Attidiis fuerit*. — Grotefendio *Rud. l. u.* III 5, VI 29 sq., VII 9 est *fraterna* adiectivum, et Lanzio I 381 = 298 et 821 = 730 modo *fratres*, modo *fratribus* (II 765 = 673). Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* exponit *fratrum rex* (frat-rexs).

FRATREXS. Vide art. praeced.

FRATRIA, *uxor fratris* (Paul. pg. 90). Gloss. apud Labb.: « Fratria, *εἰνάτηρ* ». Non. XIX, 6 = pg. 557: « Fratriae appellantur fratrum inter se uxores ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

FRATRISSA, *uxor fratris* (= FRATRIA). Isid. *Orig.* IX 8: « Fratris uxor fratrissa vocatur ».

FRATROM, *fratrum*, subst. m. genit. pl. 3 decl., antiquioribus literis ꟽVᗡꓘAᗡ8 (fratrum), cuius nominat. pl. FRATER, apud Umbros (Lanzius II 765 = 673, 821 = 730; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 52 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* VI 29 sq.; Zeyss *De subst. umbr decl.* § 11; Aufr. et Kirch. I 52, 128 sq., II 305). Tab eugub. VIIb 1 sq.: FRATROM | ATIERSIO · DESENDVF = *fratrum Attidiorum duodecim*.

VᗡꓘAᗡ8 (fratru), *fratrum*, subst. m. genit. pl. 3 decl pro ꟽVᗡꓘAᗡ8 (fratrum) = FRATROM, apud Umbros (Lanzius II 735 = 643, 743 = 651, 821 = 630; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 49 et 53; Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VII 9; Aufr. et Kirch. I 94, 128, II 321 sq., 329, 331, 350, 367, 379; Huschke *Die osk und sab. spr.* I, 71 et 95). Tabula eugub. IIa 21 et 35: VIꟼƎII+A : V+AᗡA8 : ƎИI+AИ : ᗡƎꟼAIИV+Ǝꟼ (petruniaper natine fratru atiieriu) = *pro Petronia gente fratrum Attidiorum;* tabula eugubina IIb 26

VI٩ƎII⊦ꟼ VΩ⊦ꟼΩ8 : ƎИI⊦ꟼИ : ΩƎ⅃ꟼIIƧVƆ (vusiiaper natine fratru atiieriu) = *pro Vusia gente fratrum Attidiorum;* tab. Va 12: VI٩ƎIIꓘꟼ : VΩꓘꟼΩ8 : IꓘꟼΩꓘV⅃٩ꟼ (arputrati fratru atiieriu) = *arbitratu fratrum Attidiorum.* Item tabula eugubina Va 24 seq. et 27: VI٩ƎIIꓘꟼ : VΩꓘꟼΩ8 : VΩꟼꓘ : VΩꓘƧƎΛ (mestru karu fratru atiieriu) = tabula eugubina Vb 3 sq.: VΩꟼꓘ : VΩꓘƧƎΛ : VI٩ƎIIꓘꟼ | : VΩꓘꟼΩ8 (fratru atiieriu mestru karu) = *maior pars fratrum Attidiorum.* Adde tabular. eugubinar. Va 29 - Vb 1 sq. verba haec: | : ƧꓘƎΩꓘꟼΩ8 : ꟼIƎ8 : VƖꓘƖƎ⊙Ǝ | VΩꓘꟼΩ8 : ꓘVИƎ VΩꓘƧƎƆꓘ : ƎꓘV (enuk fratru ehvelklu feia fratreks ute kvestur) = *tum decretum faciat magister aut quaestor;* et tab. III 5 sq.: ꓘƧV8 : ƧVƧΩƎW : VΩꓘꟼΩ8 | : ƎΩV⅃ (pure fratru mersus fust) = *qui fratrum —bus fuerit.*

WVΩꓘꟼΩ8 (fratrum), *fratrum,* subst. masc. genit. pl. 3 decl. = FRATROM, quod saepius scribitur VΩꓘꟼΩ8 fratru, sed minus recte: nominat. pl. ΩƎꓘꟼΩ8 (FRATER), apud Umbros (Lanzius II 821 = 630; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 53 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* IV 25; Aufr. et Kirch. I 49, 128 sq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 201). Exstat in tab. eugub. III 10.

ƧVΩꓘꟼΩ8 (FRATRVS), *fratribus,* subst. m. dat. pl. 3 decl., cuius nominat. pl. ΩƎꓘꟼΩ8 (FRATER), apud Umbros (Lanzius II 707 = 615, 765 = 673; Grotefend *Rud. l. u.* V 25, VI 29, VII 7, 9, 12; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 16 et nt. 26; Aufr. et Kirch. I 105 sq., 128 sq., II 302, 353, 358). Tab. eugub. Vb 8 et 13 sq.: FRATRVS · ATIERSIR = tab. VIIb 1 FRATRVS ATIERSIER h. e. *fratribus Attidiis.*

§ 2. *Fratribus,* abl. pl. (Aufr. et Kirch. 128 sq.) in compositis umbricis Ǝ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratrus-pe) pro ΩƎ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratrus-per) = *pro fratribus.* Vide art. sqq.

Ǝ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratruspe), *pro fratribus,* abl. pl., rectius ΩƎ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 fratrus-per, vox composita ex ƧVΩꓘꟼΩ8 (FRATRVS) = *fratribus* dat. vel abl. pl. et praep. Ǝ⅃ (pe) pro ΩƎ⅃ (PER) = rom. *per* (Aufr. et Kirch. I 98). Tab. eugub. III 28 sq.: ƎI٩ƎIIꓘꟼ | Ǝ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratruspe atiierie) = *pro fratribus Attidiis,* quod Grotefend *Rud. l. u.* VII 31 vertit *pro fratribus Atiersiis* et Lanzius II 701 = 609 *a fratribus Atiieriatibus.*

ΩƎ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratrusper), *pro fratribus,* minus recte Ǝ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratrus-pe), compositum ab umbrico ƧVΩꓘꟼΩ8 (FRATRVS) = *fratribus* dat. vel abl. pl. et praep. ΩƎ⅃ (PER) = rom. *per* (Lanzius I 320 = 248, II 699 = 607, 737 = 645, 827 = 736; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 25; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 16; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 120; Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VIII 31; Aufr. et Kirch. I 98, 105, 157, II 137, 302, 379). Tab. eugub. IIa 2: ƎI٩ƎIIꓘꟼ : ΩƎ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 fratrusper atiierie = tabula eugubina III 23 seq.: ƧƎI٩ƎIIꓘꟼ | : ΩƎƧ⅃VΩꓘꟼΩ8 (fratrusper atiieries) vel tab. III 28 sq.: ƎI٩ƎIIꓘꟼ | Ǝ⅃ƧVΩꓘꟼΩ8 (fratruspe atiierie) h. e. *pro fratribus Attidiis.*


FRATVENTIVM, oppidum excisum in Calabria (Plinius III, XVI, 3 « Fratuertium »), cuius incolae appellantur Fratuentini. Inscr. apud Mommsen n. 1317 (cf. Henzen ad Orell. n. 3108): D · PATER · SENATORIS · M | P · OPPIVS · GAL · MARCELLI|NVS · SPLENDIDVS · EQVES · R · P · N · P | PRON · P · AB · N · CVR · CIVITATIVM | COMPLVRIVM · PRINCEPS · COL · AECLANENS | PATRONVS · COMPS · FRATVENTINOR NERETINOR | SIBI · ET · EPPIAE · FIRMAE · VXORI · KARISSIMAE | ET · TETTAEO · MARCELLINO · NEPOTI | VIVVS FECIT.

-ƆVꟼ٩8 (frauc-), rad. etrusca in voc. IИƆVꟼ٩8 fraucni vel IƎИƆVꟼ٩8 frauc-nei, comparanda cum osc. -ꓘV98 fruk-, lat. *fruges, fructus,* quae ad rad. sanscr. bhug (edere, vesci), inserto *r,* trahit Boppius *Gloss. scr.* pg. 247. Huc fortasse pertinent gentilitia etrusca IИVꟼ٩8 frau-ni et IƎИꟻꟼ٩8 frav-nei, abiectâ gutturali, sicuti in *fruor* e *frugor, frumentum* e *frugmentum.*

IИƆVꟼ٩8 (fraucni), fortasse *Fruginia* = IƎИƆVꟼ٩8 fraucnei, gens etrusca (cf. gentilitium samnit. Fraucius in titulo puteol., quem edidit Minervinius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II 136); scribitur etiam contractiori formâ IИVꟼ٩8 frauni et IƎИꟻꟼ٩8 fravnei, unde ꟼƧIИƆVꟼ٩8 (fraucnisa) = ꟼƧIИVꟼ٩8 (fraunisa), probabiliter e rad. -ƆVꟼ٩8 (frauc-), rom. *frui.* In titulis sepulcralibus ad Clusium inventis: IИƆVꟼ٩8 : Oꟼ (ath fraucni, n. 601 bis *a*) = *Attia Fruginia;* IИƆVꟼ٩8 : ٩ꟼ (ar fraucni, n. 601 bis *d*) = *Arria Fruginia;* IИƆVꟼΩ8 : OΩꟼ⅃ (larth fraucni, n. 599; cf. n. 600), IИƆVꟼ٩8 : ƧIΩꟼ⅃ (laris fraucni, n. 515) et IИƆꓘꟼ٩8 : O⅃ (lth fraucni, n. 516) = *Lartia Fruginia.* — Familia *Fruginia* exstat apud Fabr. cap. IX n. 200 pg. 623 (L · FRVGINI · QVARTI).

IƎИƆVꟼ٩8 (fraucnei), *Fruginia* (?), gens etrusca (= IИƆVꟼ٩8 fraucni et IƎИꟻꟼ٩8 fravnei), fortasse e rad. -ƆVꟼ٩8 frauc-, rom. *frui.* In ossuario clusino n. 601 bis *b:* IƎИƆVꟼ٩8 : IO٩ꟼ⅃ (larthi fraucnei) = *Lartia Fruginia.*

ꟼƧIИƆVꟼ٩8 (fraucnisa), *Fruginisia* (?) h. e. *Fruginii uxor* (= ꟼƧIИVꟼ٩8 fraunisa), cogn. muliebre etr. a coniugio deductum. Ossuarium clusinum n. 601 bis *c:*



lege: thania larci fraucnisa ca, h. e. *Tannia Larcia Fruginii uxor C.*

ИƎAꟼ8 (fravn). Vide voc. sq.

⅃AИVAꟼ8 (FRAVNAL) et ⅃AИƎAꟼ8 (fravnal), fortasse *Fruginiâ* (aliis *Froniâ*), cuius rectus casus IИVAꟼ8 frauni. In titulo clusino n. 704bis ex ossuarii operculo: ⅃AИVAꟼ8 | AIИVꟼƎMVƆ : I+ИAIƎƧ (seianti cumerunia fraunal) = *Seiantia Cumerunia Fruginiâ* nata. Ossuarii clus. operculum n. 490:

ИƎAꟼ8 : ƎꟼƎMVƆ : ꟼA
A⅃

lege: ar cumere fravn|la (fraunal?) = *Arrius Cumerius Fruginiâ* (?) natus. Adde titulum etrusco-rom. n. 949: ARIA BASSA | ARNTHAL FRAVNAL h. e. *Aria Bassa Aruntiâ Fruginiâ* nata (*Frauniae fil.*, Lanzi I 173 = 133 n. 50).

IƎИƎAꟼ8 (fravnei), *Fruginia* (?), gens etrusca, = IИVAꟼ8 frauni, ut mihi videtur, pro IИƆVAꟼ8 fraucni, quod vide. In titulo clusino num. 598: IƎИƎAꟼ8 : O⅃ (lth fravnei) = *Lartia Fruginia.*

IИVAꟼ8 (frauni), *Fruginia* (?), gens etrusca; scribitur etiam IƎИƎAꟼ8 fravnei, ut mihi videtur, pro IИƆVAꟼ8 fraucni et IƎИƆVAꟼ8 fraucnei, sicuti ⅃AИVAꟼ8 (FRAVNAL) et [⅃A]ИƎAꟼ8 fravnal pro fraucnial, et AƧIИVAꟼ8 fraunisa pro AƧIИƆVAꟼ8 fraucnisa, e rad. -ƆVAꟼ8 (frauc-) = rom. *frui* (Lanzius II 352 = 281 n. 38, a gr. *φρονέω*, unde nomen adiect. *φρόνιμος* = *prudens*, quod et est nomen virile). In titulis clusinis: IИVAꟼ8 OA (ath frauni, n. 601bis*a*) = *Attia Fruginia*, et IИVAꟼ8 : VA (au frauni, n. 601) = *Aula Fruginia.*

AƧIИVAꟼ8 (fraunisa), *Fruginisia* (Fruginii uxor?), = AƧIИƆVAꟼ8 fraucnisa, cognomen muliebre (vide IИVAꟼ8 frauni = IИƆVAꟼ8 fraucni). In ossuario clusino n. 1013: AƧIИVAꟼ8 : I+ИAIƎƧ : IOꟼA⅃ (larthi seianti fraunisa) = *Lartia Seiantia Fruginii uxor.* Aliis est *Fronisia* (Passeri *Paralip.* pg. 11) vel *Fronia* (Lanzi II 352 = 281 n. 38).

FREGELLAE, *Φρεγέλλαι* (Strabo V, III, 10) vel *Φρέγελλα* (Plutarch. in *C. Gr.* III, 1) vel *Φρεγέλλη* (Dionys. *Legat.*, App. *De reb. Samn.* IV, 1), oppidum dirutum, et olim colonia Latii in Volscis ad Lirim fluvium (Antonini *itiner.* pg. 303 et 305 « Fregellano » inter Frusinonem et Fabrateriam), prope hodiernum oppidum *Ceprano*. Traditur conditum fuisse a Latino Silvio (Polyb. VIII, III*a*, 6 sq. excerpta ex Eusebio). Steph. Byz.: *Φρέγελλα, πόλις Ἰταλίας, ἣ τὸ μεν ἀρχαῖον ἦν Ὀπικῶν, ἔπειτα δὲ Οὐολουσκων ἐγενέτο.* Liv. VIII, 22: « Secutus est annus [U. C. CDXXVII] nulla re belli domive insignis, P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula consulibus; praeterquam quod Fregellas (Sidicinorum is ager, deinde Volscorum fuerat) colonia deducta ». Et IX, 12: « Inter haec Satricani ad Samnites defecerunt, et Fregellae colonia necopinato adventu Samnitium (fuisse et Satricanos cum iis satis constat) nocte occupata est. timor inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux pugnae initium fuit; aliquamdiu aequam, et quia pro aris ac focis dimicabatur, et quia ex tectis adiuvabat inbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quod vocem audiri praeconis passi sunt; *Incolumem abiturum, qui arma posuisset.* ea spes remisit a certamine animos, et passim arma iactari coepta. Pertinacior pars armata per aversam partem erupta; tutiorque eis audacia fuit, quam incautus ad credendum ceteris pavor: quos circumdatos igni, nequidquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremarunt. » Et epit. lib. LX: « L. Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit. Fregellas diruit ». Iul. Obseq. cap. XC: « Fregellae. quae adversus Romanos coniuraverunt, dirutae ». Sil. Ital. V, 541: « hunc tristes luxere Fregellae Multiplicem proavis »; et VIII, 477: « obsessae campo squalente Fregenae (?) »; et XII, 529: « Et, quae fumantem texere giganta, Fregellae Agmine carpuntur volucri ». Cf. Vell. Paterc. I 14, II 6, et Plin. XXXV, XLV, 3. — Incolae dicti sunt Fregellani (Liv. IX 12, XXVI 9, XXVII 10, 26 sq.), *Φρεγελλάνοι* (Diod. XIX, CI, 3; Dionys. *Legat.*; Plutarch. in *Marc.* XXIX, 11; Appian. loc. cit.). Liv. XXVI, 9: « Fregellanus ager ad Lirim fluvium ». Idem IX, 28: « Is (*C. Poetelius dictator*), quum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omisso Boviano ad Fregellas pergit. unde nocturna Samnitium fuga sine certamine receptis Fregellis, praesidioque valido inposito, in Campaniam reditum maxime ad Nolam armis repetendum ». Diod. loc. cit.: *Τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν Κόϊντος Φάβιος, ὃς ἦν αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, τήν τε Φρεγελλανῶν πόλιν εἷλε καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν Ῥώμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐζώγρησε. Τούτους δὲ τὸν ἀριθμὸν ὄντας πλείους τῶν διακοσίων ἀπήγαγεν εἰς Ῥώμην, καὶ προαγαγὼν εἰς τὴν ἀγοράν, ῥαβδίσας ἐπελέκισε κατὰ τὸ πάτριον ἔθος.* Cic. *Agr.* II, 33 « Fregellanum bellum »; Colum. III, 2 « Fregellana vitis ». — Fregellanus est etiam cognom. rom. apud Liv. XXVII, 10 (M. Sextilius Fregellanus). In basi marmorea apud Grut. 240 col. 3: Q · FAELIVS FREGELLANVS.

FREGENAE, *Φρεγῆνα* (Strab. codd. V, II, 8 *Φραιγῆνα* vel *Φρεγηνία*), oppidum Etruriae maritimum (Plin. III, VIII, 2), inter Alsium et Portum Romanum (Antonini *itin.* pg. 300), fortasse ubi nunc *la Torre di Maccarese* (Nibby *Dintorni di Roma* II, 279 sgg.). Liv. *Epit.* lib. XIX (cf. XXXVI, 3): « Coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Sallentino Brundusium ». Cf. Sil. Ital. VIII 475, ubi nonnulli legunt Fregellae; Raoul-Rochette *Hist. des col. gr.* lib. III ch. 5, et in *Journal des Sav.* an. 1849 pg. 51.

FREGINATES, incolae oppidi cuiusdam in Latio (fortasse Fregina vel Freginum), quorum meminit Plinius III, IX, 11.

-ʘƎᗡ8 (freh-), radix umbrica, pro frek-, mutatà gutturali in aspirationis signum, fortasse rom. *fric-are*, ital. *freg-are*. Alii aliter opinantur. Vide 8Ǝ+ʘƎᗡ8 freh-tef et V⅄ʘƎᗡ8 freh-tu.

8Ǝ+ʘƎᗡ8 (frehtef), *—es?*, subst. m. acc. pl. 3 decl., fortasse e rad. -ʘƎᗡ8 freh- pro frek- = rom. *fric-are* (?). Tab. eugub. II a 26: V+ᗡƎ8 : 8Ǝ+ʘƎᗡ8 (frehtef fertu) = *—es ferto* (cf. Aufr. et Kirch. II 385). Alii exponunt *frictis* h. e. *frixis extis* (Grotefend *Rud. l. u.* VII 21, 25, VIII 12, 36); alii *fructus* acc. pl. (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126); alii *fracta, frensa* vel *fressa*, « epiteto di arva » (Lanzi II 745 = 653, 821 = 730). Cf. Lassen. *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 52, et vide voc. sq.

V⅄ʘƎᗡ8 (frehtu), *frictum* (?), particip. perf. pass. acc. sg. n. 2 decl. apud Umbros, e rad. -ʘƎᗡ8 freh- pro frek-, fortasse rom. *fric-are* (Aufr. et Kirch. I 40, 78, 91, 117, 146 sq.). Tab. eugubina IV 30 sq.: V⅄Ǝ8Яʘ : V⅄ʘƎᗡ8 | ƎИV⅃ (pune frehtu habetu) = *thus* (?) *—um habeto* (cf. Aufr. et Kirch. II 377), quod Grotefend *Rud. l. u.* VII 32, 35 (cf. VIII 12, 23, 36) vertit *pane fricto habeto*. Aliis est *fructum* acc. sing. (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126). Lassenius *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 52 comparat frehtu et frehtef cum rom. *rectus*. Vide 8Ǝ+ʘƎᗡ8 frehtef.

ЯIƎq8 (freia), *Freia*, nomen muliebre. In tegula etr. n. 123: ЯIƎq8I+ƧЯ8 (fasti freia) = *Fausta Freia*. Alii exponunt *Fausta Veria* (Lanzi II 413 = 342 n. 274, Conestab. *Inscr. etr.* pg. 164). — Cf. gentilitium Freius (Murat. 1785, 36; 1980, 4) et Fria (Grut. 385, 4). Inscr. campana apud Mommsen n. 1909: A · FREIO · A · F · GAL | MERCVRIAL | AMATIAE · Q · F · MAXIM | VXORI | P · L · FREIS · FILIEI · FECERVNT.

ƎИ⅃Ǝq8 (frelne), gentilitium etr., pro frelnei, quod exponitur *Prilnia* seu *Prilia*, fortasse a fluvio *Prille* (Lanzi II 360 = 289 n. 68. Cf. *Lettere Gualfond.* n. IX, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 15). In titulo etrusco n. 406: ƎИ⅃Ǝᗡ8 : ⅃IƎ↓ИЯO (tanchvil frelne) = *Tanaquil Prilnia* (?). Scripsit Lanzius loc. cit.: *Altri vorrà legger* Praenia *o* Proinia ..... *Forse è da* πρηνὴς pronus, *corrispondente a* curvus, *che similmente si ha in Etruria.* Frelnei comparo cum gentilitio Ferennius (Fabr. cap. IX, n. 183 pg. 621), et cum Frenius (Grut. 1157, 4; Fabr. cap. IX n. 199 pg. 623), a Frenus (Murat 1353, 2). Vide voc. sq.

⅃ЯИMƎᗡ8 (fremnal), fortasse *Ferenniâ* vel *Freniâ*, nomen mulieris abl. sg. (vide ƎИ⅃Ǝq8 frelne, et cf. ƎИMƎq remne), in ossuario etr. n. 2569 ter.

FRENDESCO, *frendeo* vel *frendo*. Not. Tiron. pg. 153 « Frendet, frendescit »

FRENTANI, Φρεντανοὶ (Strabo V, IV. 2, VI, III, 8 et 11 Ptol. III, 1), populi Italiae inter Picenum et Apuliam, ita appellati a Frentone fluvio, nisi a Frentro, fortasse Frentanorum oppido (vide ⱵƎᗡTИƎᗡ8 frentrei). Liv. IX, 45; Caes. *De bell. civ.* I, 23; Plin. III, XVII, 1; Sil. Ital. VIII 519, XV 567. Ager Frentanus memoratur a Liv. XXVII 43, et regio Frentana a Plinio III, XVI, 4. Cf. ANXANVM et LARINVM, quorum incolae cognomine Frentani, et inscr. apud Boeckh *Corp. inscr. gr.* n. 5878, ubi ⏀PENTANΩN, genit. pl. Vide FORENTVM, et cf. Βορεοντῖνοι apud Scylac. § 15.

Ǝ+ЯИI+ИƎq8 (frentinate), *Frentinatius* (Ferentinatius?), gentilitium etr., quod ab oppido Ferentino derivatur (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 321 n. 4). In ossuario perus. n. 1000: Ǝ+ЯИI+ИƎq8 : OИqЯ (arnth frentinate) = *Aruns Ferentinatius.*

FRENTO -onis, Apuliae fluvius portuosus (Plin. III, XVI, 4). Hodie dicitur *Fortore.*

FRENTRANVS, *Frentanus*, adiect. ad Frentanos pertinens. Est cognomen virile in lapide apud Mommsen n. 6779 (C · IVNIVS FRENTRANVS). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 309.

ⱵƎᗡTИƎᗡ8 (frentrei), *Frentri?*, locat. sg., quod fortasse fuit Frentanorum oppidum (cf. Avellino in *Bull. arch. nap.* IV 26, Friedlander *Osk. münzen* s. 41, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 309 et apud Fiorelli *Annali di numismatica* I 42, 105 sg., Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 142 sq.), in nummo aeneo n. 2856. Cf. MVИᗡƎTƎᗡ8 (freternum) et FRENTANI, unde FRENTRANVS.




FREQVENTARIVM, *frequentem*. Paul. pg. 93.

FRESILIA, oppidum Italiae in Marsis, a Romanis captum (Liv. X, 3). Cf. gentilitium Fresidius apud Grut. 684, 10, et Murat. 1168, 4.

FRETENSIS. Vide FRETVM.

MVИᗡƎTƎᗡ8 (freternum) legitur in nummo argenteo n. 2857 (cf. VИᗡƎƧИƎ8 fensernu, ⱵƎᗡTИƎᗡ8 frentrei et FRENTANI), de quo ita scripsit Avellinius (in



Bull. arch. nap. IV, 26): *Non mancano ragioni che mi farebbero credere alla esistenza di una città marittima che avesse portato altra volta il nome di* Phreternum *conservato nella nostra moneta. Chi sa che non sia stata la moderna* Termoli *denominata* Interamnia, *come si crede, in un antica*

iscrizione, *e da molti scrittori*, *di età però meno antica? È a notarsi che questa città trovasi presso al mare a lato del fiume* Tiferno, *il quale però costantemente ne' codici di Tolommeo chiamasi* Φίτερνον. Φίτερνον *è voce assai vicina a* Phreternum, *ed il nome d'Interamnia è manifestamente romano*, *e fu forse surrogato all'antico e patrio da' conquistatori romani.* Cf. Friedlander *Osk. münzen* s. 64 sq.

FRETRIACVS, φρετριακὸς ionice pro φρατρικὸς, h. e. qui alicui fratriae est adscriptus (cf. Ignarra *De phratriis*, et umbr. FRATRECATE). Vide inscr. apud Fabr. cap. VI n. XVI et 74 sq. pg. 456, et cf. gentilitium Fretrius apud Murat. 954, 8.

FRETVM, absolute pro Fretum siculum. Inscr. antiquissima (App. n. LVII lin. 6): AD · FRETVM. Fretensis = *fretialis*, est adiect. ad fretum pertinens. Vide Forcell. s. v. *fretialis*, *fretensis* et *fretum*.

FRI-. Vide umbr. FRIF et FRITE.

FRI, *segetes?*, subst. f. acc. pl. 3 decl. sine casus desinentia pro FRIF, apud Umbros, in tab. eugub. VIa 30, 32, 40, 50, VIb 32, 34 (Aufr. et Kirch. I 128, 156).

FRIGDARIVS, *frigidarius*, adiect., per syncopen. Lucil. apud Prisc. pg. 546 = 909 P.: « Sallere muraenas, mercem in frigdaria ferre ».

FRIGEDO, *frigus*, subst. f. apud veteres. Varro apud Non. II 544 = pg. 139, et III 97 = pg. 206: « Atque ut igni fervido medullitus Aquiloniam, intus servat frigedinem ».

FRIGILLA. Vide FRINGILLA.

FRIGVTTIRE. Vide FRINGILLA.

FRIF, *segetes* (?), subst. f. acc. pl. 3 decl., quod minus recte scribitur FRI, pro frit-f e rom. FRIT, quod trahitur ad rad. FER-, rom. *ferre* (Aufr. et Kirch. I 33, 81, 91, 128, II 156, 158 sq., 163). Exstat in tab. eugub. VIa 42, 52, VIb 13, VIIa 17, 30. — Fri et frif pro *frugibus* sumit Grotefend *Rud. l. u.* IV 12, 15, 18, 26, et Lassen *Beitr.* etc. s. 52 pro *rure* (cf. Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 400). Cum gr. φρέαρ, φρεῖαρ, them. φρεῖατ- id comparat Huschkius *Die osk. und sab. spr.* s. 122.

FRICAE, *saxa*, ad fricandum apta, apud Siculos. Cf. Plin. XXXVI, 9. Lucil. Iun. *Aetna* vs. 526 sqq.:

« Quin ipsis quaedam Siculi cognomina saxis
Imposuere Fricas, etiam ipso nomine signant
Fusilium esse notas; nunquam tamen illa liquescunt
Quamvis materies foveat succosior intus,
Nec penitus venae fuerit commissa molari. »

FRINGILLA vel frigilla vel fringuilla (ital. *fringuello*). Paul. pg. 90: « Fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde friguttire ». Adde Varr. *De l. l.* VII, 104 pg. 161.

FRINIA vel Frinium, oppidum Liguriae, quod Cluverius *Ital. ant.* pg. 77 statuit fuisse in ea regione, quae dicitur *Val di Prino*. Incolae appellantur Friniates. Livius XXXIX, 2: « C. Flaminius consul, cum Friniatibus Liguribus in agro eorum pluribus proeliis secundis factis, in deditionem gentem accepit, et arma ademit: ea quia non sincera fide tradebant, quum castigarentur, relictis vicis, in montem Auginum confugerunt. confestim secutus est consul. Ceteri effusi rursus, et pars maxima inermes, per invia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt, qua sequi hostis non posset. ita trans Apenninum abierunt. qui castris se tenuerant, circumsessi expugnati sunt. » Alii legunt Briniates, ut in libro XLI, 19: « Cis Apenninum Garuli, et Lapicini, et Hercates; trans Apenninum Briniates fuerunt ».

FRIXORIVM vel frictorium, sartago (τήγανον), in qua quidpiam frigitur, a supino *frixum* vel *frictum*. Gloss. apud Labb.: « Frixorium, τήγανον ».

FRIT, dicitur illud « summa in spica iam matura, quod est minus quam granum (Varro *De r. r.* I, 48) », a *frio*, vel a φρίσσειν, ut Pontedera. Cf. umbr. FRIF.

FRITE, *ritu*, subst. m. abl. sg. 3 decl., quod comparatur cum sanscr. prîti, zend. â-frîti, e rad. prî (diligere), gr. φιλ- (Aufr. et Kirch. I 33, 92, 121, II 141, 198. Tab. eugub. VIa 24 sq., et tab. VIb 8, 27: FRITE · TIO[M] · SVBOCAV · SVBOCO = *ritu te preces precor*. tab. VIb 15, VIIa 20, 23, 33 sq., 36: [F]RITE · TIOM SVBOCAV = *ritu te precor*. Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 32 *rite* exponit. — Grotefend *Rud. l. u.* IV, 9: « Frite ablativus est nominis substantivi, cuius adiectivum *fretus* (confisus) e latina lingua notum est, sicut τὸ θρέττε apud Aristophanem *Eq.* 17 *fiduciam* (θράσος) significantis ». — Lanzio I 374 = 292 (cf. II 821 = 730) frite est *fiatis*, a *fio*.

FRITILLA, pultis genus, quod in sacrificiis adhibebatur. Plin. XVIII, XIX, 2: « Et hodie sacra prisca, atque natalium pulte fritilla conficiuntur ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

FRONDIS, *frons -dis*. Vide FRVNS.

FRONE, *frontone*, abl. sg. per syncopen. Est cogn. rom. in fragm. inscr. apud Marini *Arval.* pg. 169: ..... RIONES · ET · SEVIRI ..... | DEDI · K · OCT · ANVLLINO · II · ET · FRONE | COS.

FROS. Vide FRVS.

FROSETOM, *fraudatum?*, particip. perf. pass., nominat. sg. n. 2 decl. (Aufr. et Kirch. I 116, 145, 147, II 149, 151; Ebel et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI 418, VIII 37). Tab. eugub. VIa 28, 37 et VIb 30: FROSETOMEST = tab. VIa 47 FROSETOM · EST, quod exponit Lanzius II 752 = 660 sq. φρον-ητον est, *intellectum est* vel *mente conceptum est*, a φρόνεω, *intelligo*; Lassen *Beitr.* etc. s. 46 sqq. et 52 *rogatum est*, Grotefend *Rud. l. u.* IV 11 et 15 *proditum est*.

FROSETOMEST. Lege FROSETOM EST.

FRVGAMENTA, a frugibus appellata. Ita Paul. ex Festo

pg. 91, ubi cf. Müller et Forcell. *Lexic.* s. h. v.; et vide FRVGMENTVM.

FRVGES, *Phryges*, apud Ennium, teste Cic. *Orat.* cap. 48. Alii legunt BRVGES, quod vide.

FRVGMENTVM, *frumentum*, substant. n. apud veteres (cf. FRVGAMENTA). Auct. lib. *De nom. rat.*: « olim enim dicebant frugmentum, nunc *frumentum* profertur ».

?. . IƆꟼ8 (frvi. .), nomen mulieris, abl. sg. (ꓘAИ . . . IƆꟼ8) in ossuario clus. n. 504.

-ꓘVD8 (fruk-), *fruor* e *frugor*, radix osca (= etr. -ƆVAꟼ8 frauc-) in voc. 8VITИTꓘVD8 (fruk-tatiuf) = *fruc-tus*. Trahitur ad rad. sanscr. bhug (edere, cibare). Cf. Bopp *Gloss. scr.* pg. 247.

8VITИTꓘVD8 (fruktatiuf), *fructus* vel *fructu*, subst. masc. nominat. sg. (Guarinius *In cippum osco-abell. divinatio* pg. 41 et 44; Peter *Sprach und schrift der Umbrer* etc. s. 49; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 167; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 17, 31 sq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 40; Ebel in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI, 423) vel abl. sg., secundum Mommsen *Die unterit. dial.* s. 310. Radix est -ꓘVD8, lat. *fruc-* vel *frug-*, etr. -ƆVAꟼ8 frauc-. Cippus abellanus n. 2783 lin. 20 sqq.:
-ꓘVD8 · ƧꟽƎDƎT | [ꟿꟽИ]ꟽ · ƧꟽƎꓘꓘИDИꓘИƧ · ƧꟽƎƧꟽƎ
ЯI... | .....VDVTVП · VꓘꟽИꟽVꟿ .... | .... D8 · 8VITИT
quod Mommsen op. cit. s. 119 legit: eíseís sakarakleís íním tereís fruktatiuf fr[uktatiús] múíníkú pútúrú[mpíd fus]id, et vertit: *eius sacelli et terrae messione messio communis utrorumque erit.* Alii aliter legunt. Aufrecht et Kirchhoff I 167: eíseís sakarakleís í[ním] tereís fruktatiuf fr[uktatiuf] múíníkú pútúru[mpíd estu]d; et Huschke op. cit. s. 34: eíseís sakarakleís í[ním eíseís] tereís fruktatiuf fr[uktatiuf] múíníkú púturu[mpíd fus]id h. e. *eius sacelli et eius agri fructus fructus utrorumque erit.* — Guarinio op. cit. et *Lex. osco-lat.* pg. 37 est italicum *fruttato*. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 43: « froktatiof per metathesin pro *frutectis* sive *fruticetis* scriptum est, quemadmodum Servius ad Virg. *Ecl.* I 40 *frutecta* (*fructeta*) inquit, scholastici vocabant. Cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 423 sq. et V 4.

FRVCTETVM, *frutectum* (arbusta), subst. n. Serv. ad Virg. *Ecl.* I, 40 (« Ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant »): « Arbusta: fructeta, scholastici vocabant ». Vide voc. praeced.

FRVCTVLVS, diminut. fructus. Est cogn. rom. Clodius Fructulus memoratur in *Dig.* XXXVI, III, 1 § 11. — Iulia Fructula exstat in lapide apud Paulovich *Marm. Tragur.* p. 36.

FRVMEN, genus pultis in sacris adhibitae. Arnob. VII, 230. — Frumen pro *rumen* est summa gulae pars, per quam cibum lingua demittit in ventrem (Donat. ad Ter. *Ad.* V, VIII, 27); vel tractus gulae, qua cibus in alvum demittitur (id. ad Ter. *Phorm.* II, II, 18). Cf. Serv. ad *Georg.* I 74 et ad *Aen.* I 182.

FRVNS -dis, *frons -dis* (ital. *fronda*), subst. f. apud veteres, qui etiam FRVS proferebant. Ennius *Ann.* vs. 266 (ed. Wahlen) apud Charis. pg. 105 P.: « russescunt frundes »; et *Ann.* vs. 562 apud Auson. *Idyll.* 12 in *Grammaticomast.* 19: « populea fruns ». Cf. Priscian. pg. 27 = 554 P. « frundes pro frondes », et Vel. Long. pg. 216 (vide CONSOL). — Apud antiquiores sing. nominativus erat frondis, teste Servio ad Virg. *Georg.* II, 371.

FRVNS -tis, *frons -tis* (ital. *fronte*), subst. fem. (cf. osc. ƧVꓘ8 frus et ꓘƎTИVꓘ8 frunter). In titulo venafr. apud Murat. 1663, 8 (Mommsen n. 4671): IN·FRVNTE. Legitur etiam IN FROTE pro *in fronte* in titulo apud Grut. 1139, 12 = Fabr. cap. I n. 309 pg. 53 et Lupi pg. 113.

ƆAꟼИ[ꟼ]ꓘ8 (frvntac), fortasse *fulgurator*, subst. m. apud Etruscos, ut primus docuit Lud. Bourguetius in *Dissert. corton.* I 15, fortasse a gr. *βροντάω*, *tono* (Olivieri *Marm. pisaur.* pg. 62; cf. Amaduzzi *Alphab. vet. etrusc.* § 9, Lanzi II 652 = 565, et Hier. Amati in *Giorn. arcad.* XII 361), vel ab hebr. ברק barak = *fulguravit* (Maffei *Osserv. lett.* VI, 13, 173). Legitur in lapide bilingui umbro-etr. n. 69. Cf. BONO DEO | BROTONTI apud Fabr. cap. x n. 203 pg. 698.

ꓘƎTИVꓘ8 (frunter), *Frunterus* vel *Fronto?*, cogn. samniticum (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 174 et 310; Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. III 119; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 154). Exstat in lapide samnitico n. 2879. *La voce* frunter, inquit Lanzius II 611 = 525, *può esser cognome da* Fronia, *onde gradatamente si propagano* Fronetia *e* Froneteria. *Potrebbe anco derivarsi da* *φροντίω* curam gero, *e tradursi* curatrice. Et Guarinius *Lex. osco-lat.* pg. 16: « *frunter*, et *vincter*, mihi nomen est, casusque recti. Graecis *φροντὶς* est *cura*: — *a cura* i. e. *curator*, aut *curam agens* ». Micalio *Storia* etc. I pg. 290 nt. 47 est cognomen, a patria, ut *Frentanus*.

ƧVꓘ8 (frus), *Frons* (?), cognomen virile apud Oscos, comparandum cum rom. FROS et FRVNS = *frons* (Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I 12 = XXXVI), in titulo pompeiano n. 2818 (vide ЯƎƧПV upsed). Cf. Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. III 119.

FRVS vel fros, *fruns* (frons) vel *frondis*, ital. *fronda*, subst. f. Charis. pg. 105: « Frus huius frundis, quod sic ab Ennio est declinatum, *Annalium* lib. VII [vide FRVNS -dis]. Frus sine *n* litera, ne faciat, inquit Plinius, frontis, quasi non dicatur nisi frons *τὸ μέτωπον*, quodque se probare dicit, quoniam quum *u* non recipiebat *us*, nec etiam vertet in *o*. Varro *Rerum rusticarum* lib. 1: *Ulmos et populos, unde est fros.* Idem *Antiquit. rom. hist.* lib. 15: *Fros, foenum, messis* ».

FRVSINO -onis, *Φρουσίνων* (Plaut. *Capt.* IV, II, 103; Diod.

Sic. XX, LXXX, 4; Ptolem. III, 1; Strab. codd. V, III, 9: Φρούσινον), oppidum Volscorum prope Hernicos, nunc *Frosinone* (Antonini *itin.* pg. 303 et 305 « Frusinone »). Cf. Liv. XXVII, 37; Iuven. III, 224; Sil. Ital. VIII 398 et XII 532 (« bellator Frusino »). — Front. *De col.* pg. 105: « Frusinone, oppidum, muro ductum. Iter populo non debetur. Ager eius veteranis est assignatus »; pg. 138: « Frusinona, oppidum muro ductum. Iter populo debetur etc. »; et pg. 134: « Frixinona oppidum etc. » — Incolae appellantur Frusinates (Plin. III, IX, 11). Agrum Frusinatem memorat Liv. XXVI, 19. Cf. Cic. *ad Att.* XI, 4 = n. 392, et XI, 13 = n. 108.

FRVSTILLVM, diminut. *frusti*. Cf. Arnob. II, 84 (frustilla ignea) et VII, 231 (frustilla parvula).

FRVTILLA, illicium Veneris, a *fruor*. Gloss. apud Labb.: « Frutilla ἴυγξ ». Vide FRVTIS.

FRVTINAL, templum Veneris Fruti (Paul. ex Festo pg. 90). Vide voc. sq.

FRVTIS, cognomen Veneris. Solin. II, 14: « Simulacrum dedicat Veneri matri, quae Frutis dicitur ». Müller in Festo pg. 90 ad voc. FRVTINAL: « Scaligerus probabiliter nomen Fruti ex Ἀφροδίτη natum esse existimat; ab Etruscis sic esse corruptum, conieci *Etrusc. rerum* III, 3 (II, 74). Idem Scalig. acutissime hinc iyngos, Veneriae aviculae, nomen ducit, quod servatum est in Glossar. Labb. [vide FRVTILLA]; quamquam ei adversatur Salmas. *Exerc. Plin.* pg. 50 col. 2 ». Cf. August. *De civ. Dei* IV, 21 « diva Fructesca ».

ƧȢ (fs), *Fausta*, praenomen etr. per compendium scriptum (vide ꟾ+ƧAȢ fasti), sicuti ꟼꓘ lr pro ꟾOꟼAꓘ larthi = *Lartia*. Exstat in tegula etr. n. 945.

FSME, in tab. eugub. VIb 55. Lege ESME.

-V8 (FV-), *fu-ere*, rad. umbrica (et osca) = sanscr. bhû (esse), in verbis ꟼIV8 (fuia) = *fuat* (sit), V+V8 (FVTV) = *esto*, FVTVTO = *fitote* (estote), +ƧƎIV8 (fuiest) = *erit*, +ƧV8 (FVST) = *fuerit*, [+]ИƎꓷV8 (FVRENT) = *fuerint*. Cf. V8Iꓷ+ tri-fu = *tribum*, TRIFOR = *tribus*.

-V8 (FV-), *fu-ere*, radix osca (et umbrica; vide art. praeced.) = sanscr. bhû (esse), in verbis ƧИꟼ8V8 (fu-fans) = *erant*, FVID = *fuat* (sit), ЯƎƧV8 (fusíd) et FVST = *fuerit*.

-V8 (fu-), fortasse *fu-ere*, radix etrusca, in verbis ƎꓘMV8 fuśle et ꟾꟼƎꓘMV8 fuśleri.

FVAM, fuas, fuat, *sim, sis, sit*, vel *fuerim* cet.; ab antiquo *fuo* (gr. φύω) = *sum*, e rad. *fu-* = umbr. et osc. -V8 (FV-). Fuam invenitur apud Plaut. *Bacch.* I, II, 48, IV, IX, 110, et *Mil.* II, VI, 112, et apud Iul. Valer. *De rebus gestis Alexandri*, III 65. — Fuas apud Plaut. *Capt.* II, III, 71 et 83; *Pers.* I, I, 52; *Trin.* II, I, 32. — Fuat apud eundem *Amph.* III, IV, 2; *Aul.* II, II, 56; *Capt.* II, II, 10; *Epid.* IV, II, 14; *Mil.* II, III, 28, et II, VI, 12; *Merc.* V, II, 3; *Poen.* V, II, 125; *Trin.* II, IV, 193; *Truc.* IV, I, 11. Adde Marcii vatis carmen apud Liv. XXV, 12: « iis fuat esca caro tua ». Vet. plebisc. apud Censorin. *De die natali* cap. 24: « Praetor urbanus qui nunc est quique post hac fuat duos lictores apud se habeto ». Terent. *Hec.* IV, III, 4: « Fors fuat pol ». Lucr. IV, 641: « aliis fuat acre venenum ». Virg. *Aen.* X, 108: « Tros Rutulusve fuat ». Cf. Mart. Capella § 262. — Fuant pro *sint* vel *fuerint* dixit Plautus *Epid.* V, I, 13; *Pseud.* IV, III, 12. — Nonius II, 330 = pg. 111: « Fuam, *sim* vel *fiam*. Pacuvius Duloreste: *Responsa explanat, mandat ne matri fuat Cognoscendi usquam, aut contuendi copia.* Titinnius Fullonia: *Perii hercle vero; Tiberi nunc tecum obsecro, Ut mihi subvenias, ego ne maialis fuam.* Livius Hermiona: *Obsecro te Anchiale, matri nequid tuae advorsus fuas.* Afranius Promo: *Cave ne pendeas, si fuas in questione.* Ennius Hectoris lytris: *At ego omnipotens te posco, ut hoc consilium Achivis auxilii fuat* ».

FVGACITAS, *fuga*. Gloss. apud Labb.: « Fugacitas, φυγή ».

FVGALIA, festa, quae Romae celebrabantur VI kal. mart., in memoria fugatorum regum. Aug. *De civ. Dei* II, 6.

FVGITOR, qui fugit. Plaut. *Trin.* III, II, 97: « Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore ».

FVET, *fuit*, in titulo rom. ex Scipionum sepulcro, n. 2078 lin. 4.

ƧИꟼ8V8 (fufans), *erant*, imperf. indic. 3 pers. plur. apud Oscos (cf. FVFERE) e rad. -V8 fu- (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 7, 49, 51; Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 423), in cipp. abell. n. 2783 lin. 10. Alii *fuant* vel *fuerint* interpretantur (Corssen), alii *fuerunt* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 298; Ebel in *Zeitschr.* cit. II 58. Cf. Aufr. et Kirch. I 107, 164). Huschkius autem id repetit a *facio*, et explicat *fecerunt* (*Die osk. und sab. spr.* s. 38).

FVFERE, bis legitur in carm. fratr. Arval. (n. 2692), et semel scalptoris vitio EVRERE; exponitur *fieri* (Lanzi I 144 = 110), vel *fueris* (Hermann *Elem. doct. metr.*), vel *fuere*, ab antiquo *fuo* (Corssen *Orig. poes. rom.* pg. 95). Alii furere legunt et vertunt (Grotefend *Gross. lat. gramm.* II 290; Klausen *De carm. fratr. Arval.*; Galvani *Delle genti* etc. pg. 425). Cum osc. ƧИꟼ8V8 fufans id comparat Mommsen *Die unterit. dial.* s. 298.

ƎꓘȢV8 (fufle), *Fufius* (?), cognom. virile apud Etruscos (cf. ƧИVꓘ8V8 fufluns, quo appellatur *Bacchus*). Inscr. clusina n. 611: ƎꓘȢV8 | ꓘAИIꓘIƎ · ƎИIꟼƎ⊗ : OA (ath herine vipinal fufle) = *Attius Herennius Vibenniā natus Fufius*.

ИVꓘ8V8 (fuflun), Vide ƧИVꓘ8V8 fufluns, quod sequitur.

ƧИVꓘ8V8 (fufluns) et MИVꓘ8V8 (fufluns), *Bacchi* nomen apud Etruscos (Gerhard *Etr. spieg.* ad taf. LXXXII, LXXXVII, XC, *Ueber die gotth. der Etr.* anm. 10, et in

Ann. dell'Inst. arch. V = 1833 pg. 186, 192 sq.; De Witte et Braun in *Ann.* cit. XVII = 1845 pg. 395, XXIII = 1851 pg. 149; S. Campanari in *Giorn. arcad.* LXXV 194 et LXXXV, 146) fortasse idem ac βύβλινος vel βίβλινος, quasi *Byblinus* vel *Bubleus* (vide BVBLEVM), secundum Grotefend in *Ann.* cit. VII = 1835 pg. 274 sg. Invenitur in etruscis speculis: n. 2468 MИVИ8V8 fufluns cum *Semele* (AИM3Ƨ semla) et *Apolline* (VИVИA apulu); et n. 2501 ƧИVИ8V8 fufluns cum helenaia. Adde n. 477 (ИVИ8V8 fuflun), et n. 43 (8V[8И]VNV fuflunu). Cf. ƎИVI8VƆ (vufiune) = VOFIONE, Umbrorum deus. *Io pure son d'avviso*, ait Cavedonius (*Congetture sopra alcuni specchi etr.* pg. 347; cf. *Bull. dell'Inst. arch.* 1841 pg. 140), *che la voce etrusca* phuphluns *sia nome appellativo, derivato da voce greca e divenuto proprio di Bacco presso gli Etruschi; ma invece di cercarne l'origine nel nome* Byblinos *di senso troppo limitato e lontano, parmi trovarla nella voce greca* φλαω, φλεω, φλιω, φλοω, *donde se ne derivano tante altre greche e latine* (*v. Schneider* Lexic. gr. h. v.). *Eliano* (Var. Hist. III, 41) *scrive che i Greci ab antico chiamarono* Bacco Φλεωνα *con nome derivato da* φλυειν, *che valse* fruttar bene, ευκαρπειν. *Plutarco* (Oper. T. II p. 683 E) *narra come alcuni fra i Greci solevano sacrificare a* Bacco, *o sia* Dionisio Phloeo, Φλοιῳ Διονυσῳ. *L'antico Scoliaste di Apollonio Rodio* (Argon. I, 115) *riferisce come* Fliunte *città dell'Acaia fu così nominata da* Fliunte figliuolo di Bacco *e di Ctonofile; e soggiunge che* Bacco *altresì denominossi* Fliunte: και αυτος δε Διονυσος ΦΛΙΟΥΣ ωνομαζετο, απο του φλυειν τον οινον, ο εστιν ευθενειν. *Nell'Etimologico Magno* (v. Φλω) *leggesi* ΦΛΕΥΣ ο Διονυσος εν χιῳ, παρα το ευκαρπειν: *ed in Esichio trovasi la* glossa φλεω, Διονυσου ιερον. *Siccome dal semplice* φλαω, φλαζω, *per raddoppiamento si fece* παφλαζω, *così da* Φλευς, Φλιους, *potè farsi* Παφλευς, Παφλιους, Παφλιουντος; *e quindi conforme all'indole dell'etrusco idioma* phuphluns *mutando la tenue* π *nell'aspirata* φ, *siccome fecesi in* Φερσεφονα *del dialetto eolico* (Maittaire p. 151).

8V[8И]VNV (fuflunu). Vide supra ƧИVИ8V8 fufluns.

AIV8 (fuia), *fuat* (sit), pro fuiat, coniunct. praes. 3 pers. sg., e rad. -V8 (FV-) = *fu-ere* (Aufr. et Kirch. I 55, 57, 82, 141, 143, II 366; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 377). Tab. eugub. III 1: AIV8 : VИVƧƎ (esunu fuia) = *sacrificium fiat*, vel *omen fiat* (Grotefend *Rud. l. u.* VII, 27 sq., VIII 38). Cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VIII 38, et Lanzi I 370 sg. = 289, II 694 sg. = 602 sg., cui esunufuia est ποιήσων, *futurus*, « *da* ποιῶ facio, *con la caratteristica del futuro* ησων ».

FVID, *fuat* (sit) = sanscr. bhûjât, coniunct. praes. 3 pers. sg. apud Oscos, e rad. FV-, *fu-ere* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 298; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 26 sqq.; Ebel et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 58 sq., V 6, 9. Cf. Peter *Sprach und schr.* etc. s. 62). Tab. Bant. n. 2897 lin. 27 sq.: CENSTVR · BANSAE [NI PIS FV]ID = *censor Bantiae ne quis sit* (Mommsen s. 147, Kirchhoff s. 80, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88); lin. 28: NEP · CENSTVR · FVID = *neque censor sit* (Mommsen s. 147, Kirchhoff s. 80, Lange s. 88); et lin. 29: IZIC · POST · EIZVC · TR · PL · NI · FVID = *is post ea tr. pl. ne sit* (Mommsen s. 148, Kirchhoff s. 80, Lange s. 88). Fuid pro *fuerit* vel pro imperandi modo obsoleti *fuo* sumit Guarinius (*Comm.* V 124 sq., 170; *In cipp. osco-abell. div.* pg. 149; *Lex. osco-lat.* pg. 37). Franchinius in *Giorn. arcad.* LXXXIII tab. 2 ad pg. 305 explicat *fuit*. Cf. Bugge in *Zeitschr.* cit. VIII, 38 sqq.

ИƧƎIV8 (fuiest), *erit*, fut. 3 pers. sg., e rad. -V8 (FV-) = rom. *fu-ere* (Aufr. et Kirch. I 45, 55, 57, 82, 103, II 320; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 27; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 373). Tab. eugub. Va 8 sq.: ИƧƎIV8 : VAIƆ8IƆV | : ƎИVA : VAKA⊗IA : ИƎ (et pihaklu pune tribrisu fuiest) = *et piaculum quum — fuerit* (Aufr. et Kirch. II 325). — Lanzius II 705 = 603 exponit *fuet; factum erit* Grotefend *Rud. l. u.* VII 5, qui scribit op. cit. II 29 (cf. VII 8, VIII 38): « fuiest a fust aeque diversum puto, ac *fio* apud Romanos a *fuo* ».

FVIIT, *fuit*, perf. indic. 3 pers. sg., in titulo chr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXXVII n. 3.

FVISE, *fuisse*, infinit. perf. (cf. ESE = *esse*). In titulo ex Scipionum sepulcro n. 2708 lin. 2, et in lege *Thoria agraria* (App. n. LIX) cap. 19 (ADSIGNATVM ESSE FVISEVE IOVDICAVERIT).

?MIИVIV8 (fuiunis) in ossuario etr. n. 1646.

FVCENTES, populi Italiae, in Marsis, ad Fucinum lacum (Plin. III, XVII, 1). Vide ALBA § 2 et FVCINVS.

FVCILIS, *fulsa*; dicta autem quasi *fucata*. Ita Paul. ex Festo pg. 92, ubi cf. Muellerus.

FVCILLANS. Vide VOISGRA.

FVCINVS, lacus Latii, in finibus Marsorum; nunc *Lago Fucino* vel *Lago di Celano* vel *Lago di Tagliacozzo* (Liv. IV, 57; Plin. II, CVI 2, III, XVII 1 et 2, IX, XXXVII 31, XXXI, XXIV 19; Tacit. *Ann.* XII, 56; cf. Lycophr. vs. 1275 λίμνης τε Φόρκης Μαρσιωνίδος ποτά). Strabo V, III, 13: ἵδρυται δ' ἐφ' ὑψηλοῦ πάγου λίμνης Φουκίνας πλησίον, πελαγίας τὸ μέγεθος· χρῶνται δ' αὐτῇ μάλιστα μὲν Μαρσοὶ καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι· φασὶ δ' αὐτὴν καὶ πληροῦσθαί ποτε μέχρι τῆς ὀρεινῆς καὶ ταπεινοῦσθαι πάλιν, ὥστ' ἀναψύχειν τοὺς λιμνωθέντας τόπους καὶ γεωργεῖσθαι παρέχειν, ἤτοι μεταστάσεις τῶν κατὰ βάθους ὑγρῶν σποράδην καὶ ἀδήλως γίνονται, πάλιν δ' ἐπισυρρέουσιν, ἢ τελέως ἐκλείπουσιν αἱ πηγαὶ καὶ πάλιν συνθλίβονται, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ῥεῖ. ἐκ δὲ τῆς Φουκίνας εἶναι τὰς πηγὰς ἱστοροῦσι τοῦ Μαρκίου ὕδατος τοῦ τὴν Ῥώμην ποτίζοντος καὶ παρὰ τἆλλα εὐδοκιμοῦντος ὕδατα. Plin. XXXVI, XXIV, 19: « Eiusdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis desti-

tutum successoris (*Neronis*) odio, montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, et operarum multitudine per tot annos: quum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut silex caederetur: omniaque intus in tenebris fierent, quae neque concipi animo, nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari possunt ». Cf. Svet. in *Claud.* cap. 20. Virg. *Aen.* VII, 759:

« Te nemus Anguitiae, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus ».

Inscr. apud Mommsen n. 5619 (Orell. n. 796): IMP · CAESARI · DIVI | NERVAE · FIL · NERVAE | TRAIANO · OPTIMO | AVG · GERMANICO | DACICO · PARTHICO | PONT · MAX · TRIB · POT · XXIII ..... | COS · VI · PATRI · PATRIAE | SENATVS · POPVLVSQ · ROM ..... | OB · RECIPERATOS · AGROS · ET · POSSESS ..... | QVOS · LACVS · FVCINI · VIOLENT ...... — Cf. S. Proia *Ricerche storico-fisiche sul lago di Fucino* in *Giorn. arcad.* LXII, 274 sgg.

§ 2. Fucinus lacus habitus est pro numine. Inscr. apud Mommsen n. 5491 (Orell. n. 1653): G · GAVIVS · L | F · C · VEREDIVS | C · F · MESALLA | FVCINO · V · S | L · M. Alia apud Henzen n. 5826 *a*: ONESIMVS AVG · LIB | PROC | FECIT · IMAGINIBVS ET | LARIBVS · CVLTORIBVS | FVCINI.

ꟼVꓭ8 (ful), *Fullo*, cogn. virile, nisi compendiatim exaratum fuit pro fulnial = *Folniá*, in tegula etr. n. 138. Cf. Lanzi II 408 = 337 n. 251. — Fullo est cognomen virile in titulis apud Grut. 292; 333, 5; 340, 3 (Mommsen n. 6907), et 651, 5; Fullus apud Grut. 598, 9 (Mommsen n. 6856). Vide IИꓶV8 fulni = FOLNIVS.

FVLBIVS, *Fulvius*, n. pr. m. in titulo hispanico apud Murat. 1169, 2 (MEMORIAE L · FVLBI · L · F etc.).

FVLGERATOR, *fulgurator* (qui fulgura mittit). Inscr. apud Grut. 21, 3: ARAM · IOVI · FVLGERATORI. Cf. aliam inscr. apud eundem n. 21, 4 (Orell. n. 1240).

FVLGERITA, *fulgurita*, subst. f.: ita vocatur villa, seu fundus, fulgure percussa. In titulo praenest. apud Orell. n. 4360: KASA CVI VOCABVLVM EST FVLGERITA. — Agma sive Fulgurita villa fuit locus in Africa, qui legitur in Antonini *itin.* pg. 59, et in Tab. Peuting. segm. VI*d*.

FVLGINIA vel Fulginium, Φουλκίνιον (App. *De bell. civ.* IV, 35), oppidum Umbriae inter Spoletum et Perusiam (ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους τῆς Περουσίας διεστηκός, App. loc. cit.); nunc dicitur *Foligno*. Sil. Ital. VII, 460 (cf. IV, 545):

...patuloque iacens sine moenibus arvo
Fulginia ».

Itin. hierosolym. pg. 613 « civitas Fulginis ». In tab. apud Murat. pg. 1095: CALPVRNIVS MAXIMVS FVLGINI. Oppidani dicebantur Fulginates (Plin. III, xix, 2; Orell. n. 98) vel Fulginiates. Inscr. apud Grut. 347, 1 (Henzen n. 6747): P · AELIO · P · F · PAPIR | MARCELLO etc. PATRONO | CIVITAT · FORO · FLA · FVLGINIA | ITEMQVE · IGVVINORVM etc. Cic. fragm. apud Prisc. pg. 348 = 768 P.: « G. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate ». Idem apud eundem loc. cit. « in praefectura Fulginate ».

§ 2. Fulginia fuit dea tutelaris Fulginii. Inscr. apud Murat. 181, 4 (Orell. n. 2409): D · M | TVTILIAE LAVDICAE | CVLTRICES COLLEGI · FVLGINIAE.

FVLGORA, dea fulguris apud veteres, teste August. *De civ. Dei* VI, 10.

FVLGVRATVRA, *fulguratio*, subst. f. Serv. in Virg. *Aen.* I, 42: « ut testantur Hetrusci libri de Fulguratura: in quibus duodecim genera fulminum scripta sunt ».

FVLGVRIO, *fulgura emitto*. Naevius vs. 14 (ed. Ribbeck pg. 6) apud Non. II, 324 = pg. 110: « Suo sonitu claro fulgurivit Iuppiter ».

FVLGVRITVM, id quod est fulmine ictum [vide FVLGERITA], qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum deus sibi dicasse videretur. Ita Paulus ex Festo pg. 92. Vide voc. sq.

FVLGVRITVS, particip. a *fulgurio*. Plaut. *Trin.* II, iv, 138: « Nam fulguritae sunt heic alternae arbores ». Cf. Lucil. apud Non. II 324 = pg. 110: « Luporum exactorem malvanum, et fulguritarum arborum ».

FVLFVLAE, Italiae oppidum, in Samnio, vi captum a Romanis (Liv. XXIV, 20; ubi codd. et edit. *filulae*, *fugifulae*, *fuifulae*, *furfulae*, *fursulae*, *fiusulae*, *fuisulae*, *fulsulae*).

FVLCINIA, Φουλκινία, C. Marii mater (Plutarch. in *C. Mar* III, 1). — Fulcina est cognomen muliebre apud Gruterum (483, 6; 838, 8).

FVLCINIVS, gentilitium etr. Cic. *pro Caec.* cap. 4: « M Fulcinius fuit — e municipio Tarquiniensi ». Hinc fundum Fulcinianum (Cic. op. cit. cap. 5 et 29). In titulo apud Grut. (1087, 1 = Mommsen n. 1968) L · FVLCINIVS · TRIO · COS (p. Chr. 31).

FVLLONIVS. Vide VИVꓶV8 (fulunu).

?IAИ[ꓶ]V8 (fulnai), *Folnia* (Fulonia), nomen muliebre (= IИꓶV8 fulni), fortasse legendum in titulo volaterrano n. 329 bis.

IƎИꓶV8 (fulnei), *Folnia* (Fulonia), nomen muliebre (IИꓶV8 fulni), in lamella plumbea volaterrana n. 314 *A* lin. 8.

IИꓶV8 (fulni), *Folnius* (Fulonius vel Fullonius), pro fulnie, gentilitium etruscum, quod apte Lanzius II 343 = 372 duxit a gr. φόλνυς [φόλυς], *rufus* (cf. φολύνω *inquino*). In titulo bilingui n. 251: IИꓶV8ƎIꓶƎA (aelie fulni) = *Aelius Folnius* (Q · FOLNIVS).

§ 2. *Folnia* (Fulonia vel Fullonia), = IИVꓶV8 fuluni vel IƎИVꓶV8 fulunei, in titulo clusino n. 602 bis

Cf. Lanzi II 411 = 340 n. 266; Orioli in *Album* XXII, 171; et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 150.

FVꓘᗡИI (fulrni), *Furinia* vel *Furinius* (?), gentilitium etr., in ossuarii perus. operculo n. 1091.

FVLTRVM, *fulcrum*, subst. n. Not. Tiron. pg. 118: « Fultrum, *fulcrum* ».

V⅃V8 (fulu), *Fullo* vel *Fullonius* (cf. IИV⅃V8 fuluni = *Fulonia*), fortasse cognomen etr. in tegula clus. n. 602.

MИV⅃V8 (fulum), quod legitur in cippo perus. n. 1914*B* lin. 5, Vinc. Campanario in *Giorn. arcad.* XXXIV, 213 est φύλλον, *folium*, et Sec. Campanario *Tav. perus.* (*Lessico* etc.) φυλή, *tribus*.

AИV⅃V8 (fuluna), *Fuloniā*, abl. sg. pro ⅃AИV⅃V8 fulunal, in titulo volaterrano n. 365 bis.

⅃AИV⅃V8 (fulunal), *Fuloniā*, abl. sg. (minus recte AИV⅃V8 fuluna), a IИV⅃V8 fuluni = *Fulonia* vel *Folnia*, nomen mulieris. Ossuarii volaterr. operculum n. 342 ter:



(. . . . . elusna l. fulunal) = ... *Volusenna Lartis* fil. *Fuloniā* nat.

IƎИV⅃V8 (fulunei), *Fulonia* (= IИV⅃V8 fuluni), gens etrusca. Ossuarii volaterrani operculum num. 329 ter:

I ƎИV⅃V8 : A⅃OƎƧ

(sethra fulunei) = *Setria Fulonia*.

IИV⅃V8 (fuluni), *Fulonia* vel *Fullonia* (= IƎИV⅃V8 fulunei), per contractionem IИ⅃V8 fulni vel IƎИ⅃V8 fulnei = *Folnia* (cf. ⅃V8 ful, V⅃V8 fulu et AИV⅃V8 fuluna), gens etrusca et romana, fortasse a gr. φόλυς h. e. *rufus* (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 150 et nt. 3 sq.). In ossuarii perus. operculo n. 1469: IИV⅃V8 · AIAϽ · IOЯA⅃ (larthi caia fuluni) = *Lartia Caia Fulonia* vel *Folnia*. — Gentilitium Fullonius et Fullonia frequens est in lapid. rom. (T. Fullonius Bononiensis apud Plin. VII, XLIX, 6), raro Fulonia (Grut. 976, 5). *Fullonica* vel *Follonica* nunc est vicus in ora maris Tyrrheni; et *Follonica* vel *Follonica* mons in *Val-di-Chiana*.

FVNGINVS, adiect. e fungus. Plaut. *Trin.* IV, II, 9: « Pol, hic quidem fungino genere 'st, capite se totum tegit ».

FVNDANIVS, idem ac Fundanus, adiect. ad Fundos pertinens. Inscr. apud Fabr. cap. X n. 131 pg. 692 (Orell. n. 1539): HERCVLI FVNDANIO | TI · CLAVDIVS HABITVS | LVBENS VOTVM SOLVIT. Fl. Vopisc. in *Flor.* cap. 4: « Vinum, quo libaturus Tacitus fuerat in templo Herculis Fundanii subito purpureum factum est ». — Fundanius (Φουνδάνιος, Diod. XXIV, IX, 1 sq.) est gentilitium rom., in lapidibus et apud scriptores frequens. Cf. Varr. *De r. r.* I, I, 2.

FVNDI, Φοῦνδοι (Ptol. III, 1; Strab. V, III, 6), oppidum Latii, ad viam Appiam, inter Tarracinam et Formias (πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη, Strab. loc. cit.; Antonini *itin.* pg. 108, 121, et Tab. Peuting. segm. V*e* « Fundis »; Itiner. Hierosol. pg. 611 « civitas Fundis »), nunc *Fondi*. Inscr. apud Cardinali *Diplom.* n. 161 (Henzen n. 5642): IOVI · POENINO | L · PACCIVS L · F · PAL | NONIANVS | FVNDIS | 7 · LEG · VI · VICTRICIS · P · F | EX · VOTO. Adde inscr. apud Grut. 391, 2 = Orell. n. 2951 (vide FORMIAE). — Eiusdem oppidi cives dicuntur Fundani. Inscr. apud Grut. 252, 4 (Orell. n. 821, ubi cf. Henzen): DOMITIAE | PAVLINAE · SORORI | IMP · CAESARIS | TRAIANI HADRIANI | AVG · FVNDANI | D · D. Alia apud Mommsen n. 4149 (Henzen n. 7037): L · RVNTIO · L · F · AEM | GEMELLO | AEDILI · II · QVINQ | QVOD · CVRAM · MVNERIS · PVBLICI | SPLENDIDE · ADMINISTRAVERIT | FVNDANI · AERE · CONLATO | L · D · D · D. Liv. VIII, 14 (vide FORMIAE): « Fundanis — civitas sine suffragio data [an. U. C. 417] ». Idem VIII, 19: « Eodem anno [U. C. 425] Privernas bellum initum: cuius socii Fundanii, dux etiam fuit Fundanus, Vitruvius Vaccus (vide PRIVERNVM) ». His datur latio suffragii (Liv. XXXVIII, 36; vide FORMIAE). — Fundanum agrum memorat Cic. *Agr.* II, 25; Fundana vina (Φουνδανὸς, Strab. loc. cit.) Plin. XIV, VIII, 5; Fundanum solum Ovid. *Pont.* II, XI, 28; lacum Fundanum Plin. III, IX, 6. Inscr. apud Henzen n. 7272: M · CLAVDIVS PRISCVS | REDEMPTOR · ALACO · FVNDANI | VIX ANN XXXV. — Fundanus est cognom. virile in titulis apud Gruterum.

FVNDIBVLARII, σφενδονῖται. Gloss. apud Labbaeum.

FVNDIBVLVM, *infundibulum*. Not. Tiron. pg. 62: « Fundibalum (sic), infundibulum ». Gloss. apud Labb.: « Fundibulum, χώνη ».

FVNDVLAE in oppidis dicuntur, ubi exitus non habetur. Varro *De l. l.* V, 145 pg. 56: « In oppido vici a via, quod ex utraque parte viae sunt aedificia. Fundulae a *fundo*, quod exitum non habent, ac pervium non est ».

FVNERATOR, *funerarius*, h. e. qui curam habet funeris. Gloss. apud Labb.: « Funerator, κηδευτὴς νεκροῦ ».

FVNNISILATICVS, nomen sabinum, de quo auctor *Epit. De nom. rat.* Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 356, et vide ALBVS.

FVNTES, *fontes*, apud veteres, testibus Prisc. pg. 27 = 554 P. (vide CVNGRVM) et Vel. Long. pg. 2216 (vide CONSOL). — Cf. voc. sq.

ƎᗡƎ⅃+ИV8 (funtlere), *in fontulis*, subst. m. loc. pl. 2 decl. (vide FVNTES = *fontes*), recentioribus literis FONDLIRE, a funt-ulo vel funt-lo = rom. *fontulus* (Aufr. et Kirch. I 53, 96, 103 nt. 1, 114, 120 sq., II 276 sq., 344). In tabula eugubina Ib 24 legitur: V+IƎ8:VIƎ⅃:Ǝ+V:VᗡBVᗡ:8VᗡIA:8IᗡV:ƎᗡƎ⅃+ИV8

(funtlere trif apruf rufru ute peiu feitu) = tab. VIIa 3: FONDLIRE · ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV · ꟻERFE MARTI h. e. *ad fontulos tres apros facito sive rubros sive piceos Cerfio Martio* (Aufr. et Kirch. II 279). De Grotefendii interpretatione vide FONDLIRE.

1V8 (fup), in titulo clus. n. 610 (cf. Ǝᒧ8V8 fufle).

FVRA, dea quaedam apud veteres, teste Mart. Capella § 164 pg. 218 (« Fura Furinaque et mater Mania »), ubi Grotius mallet leg. *Furia*.

FVRATRINVS, deus furandi (Mercurius), apud veteres, teste Varrone (?). Cf. Forcell. *Lexic.* ed. Lipsiae s. h. v.

ϘИƎꓷV8 (furenr), *fuerint*, perperam scriptum pro furent, fut. exact. 3 pers. pl. (cf. ꝉƧV8 fust = *fuerit*), apud Umbros, e rad. -V8 (FV-), rom. *fu-ere* (Müller *Die Etr.* I 55; Grotefend *Rud. l. u.* VII 6, VIII 37; Aufr. et Kirch. I 143, 146, II 103, 327). Tab. eugub. Va 22: ϘИƎꓷV8 : ꓷVꓘAИƧꓷƎꟼ : ꓷƎꓘAꓷ8 : ƎꟼA : ꓘƎ (et ape frater ṡersnatur furen[t]) = *et postquam fratres cenati fuerint.*

FVRERE? Vide FVFERE.

-8ꓷV8 (FVRF-), radix umbrica, fortasse = sanscr. bharbh (caedere), in verbis ʘA8ꓷV8 furf-ath = FVRFANT, et EFVRFATV.

ʘA8ꓷV8 (furfath), *—ant*, 3 pers. pl., pro furfat, idem ac FVRFANT, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 59, 97, 149, II 233). In tabula eugubina Ib 1 legitur: ʘA8ꓷV8 : 8ƎƎV : ƎИVꟼ (pune uvef furfath) = tab. VIb 43: PONNE · OVI · FVRFANT h. e. *quum oves —ant.* Vide voc. sq.

FVRFANT, *—ant* (3 pers. pl. = ʘA8ꓷV8 furfath pro furfat), verbum originis et significationis obscurae (cf. EFVRFATV), e rad. -8ꓷV8 (FVRF-), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 97, 149, II 233). Tab. eugub. VIb 43: PONNE · OVI · FVRFANT = *quum oves —ant*, quod vertit Grotefend *Rud. l. u.* V 7 et VI 22 (cf. V 16, 27, VIII 18) *postquam ovibus februarint.* — Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 363 exponit *purgant.* Lanzio II 765 = 673 est *furfure* (*post oves furfure aspersas*).

FVRFATV. Vide EFVRFATV.

FVRFENSIS. Vide FVRFO.

FVRFO, vicus Peltuinatium in Vestinis, nunc *S. Maria di Forfona.* In lapide apud Mommsen n. 6011 (Orell. n. 2488) lin. 1 sq.: L · AIENVS · L · F · Q · BAEBATIVS · SEX · F · AEDEM · DEDICAR[VNT] | IOVIS · LIBERI · FVRFONE etc. Adiect. Furfensis invenitur in eiusdem lapidis lin. 8 sq.: VENDITIO | LOCATIO · AEDILIS · ESTO · QVEM · QVOM · QVE · VEICVS · FVRFENS · FECERNT h. e. *venditio locatio aedilis esto, quemquomque veicus Furfensis fecerint* etc.; et lin 15: ID · QVE VEICVS · FVRF (*idque veicus Furfensis*).

?MAИ✱ϘV8 (furznaś). Vide MAИ✱ϘV8VИ nufurznas.

FVRINA. Vide FVRRINA.

FVRINVS, adiect. ad furem pertinens. Plaut. *Pseud.* III, II, 1 sq.: « Forum coquinum qui vocant, stulte vocant. Nam non coquinum 'st, verum furinum 'st forum ». — Furina est nomen mulieris apud Grut. 677, 10. Gentilitium Furinius exstat apud eundem (78, 3; 617, 3; 661, 7).

FVRIO -onis, *qui furit.* Est cognom. rom. in titulo apud Grut. 84, 4 (C · NVNNIVS C · F · SA · FVRIO).

FVRCILLES sive furcilla, quibus homines suspendebant. Ita Paulus pg. 88.

FVRCILLO vel forcillo. Plaut. *Pseud.* II, II, 36: « Vae tibi! tu inventus vero, meam qui forcilles fidem ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v.

FVRCVLAE Caudinae. Vide CAVDIVM.

FVRO, *—um?*, = VꓷV8 furu, subst. umbricum, fortasse acc. sg., quod legitur in tab. eugub. VIIa 52 (Aufr. et Kirch. I 55, II 297; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 28 et § 34 nt. 66). Grotefend *Rud. l. u.* V, 18 explicat *φόρον* s. *debita sacra.*

FVRRINA vel Furina vel Forina, dea apud Romanos eadem quae Furia, teste Cic. *De nat. deor.* III, 18. Varro *De l. l.* VI, 19 pg. 80: « Furrinalia Furrinae, quod ei deae feriae publicae dies is, quoius deae honos apud antiquos. Nam ei sacra instituta annua et flamen attributus: nunc vix nomen notum paucis ». Cic. ad *Q. fr.* III, I, 2 = n. 146: « ab eo ponticulo, qui est ad Furinae, Satricum versus ». Cf. Mart. Capel. § 104 pg. 219, ubi codd. nonnulli Furinna. In kalendario allifano apud Mommsen n. 4741 (Orell. II 395): [FERI]AE FVRRINAE. Forinarum fit occurrit in lapide apud Orell. n. 49: I · O · M · H · AVG · | SACR · GENIO FORINARVM | ET CVLTORIBVS HVIVS | LOCI etc.; et in alio apud Mommsen n. 6892 (Orell. n. 2551, Grut. 333, 2): P · POETELLIVS · P · L | SYRVS | LANISTA · AD · AR · FORIN|AR · ROM · DD · VIX | ANN · XLIIX | H · S · E. — Furinalia sunt sacra et feriae deae Furinae (Varr. loc. cit.). Paul. pg. 88: « Furnalia † sacra Furrinae, quam deam dicebant ». Varro *De l. l.* V, 84 pg. 33: « Horum (*Flaminum*) singuli cognomina habent ab eo deo quod sacra faciunt; sed partim sunt aperta partim obscura. obscura Dialis et Furinalis, quom Dialis a Iove sit, Diovis enim, Furinalis a Furina quoius etiam in fastis Furinales feriae sunt ». Adde VII, 45 pg. 138 (vide FALACER). In kalend. Maff. mens. iul. (Orell. II, 394): F · FVR ·, in Pinc. F · FVR · N LVDI | FER | FVRR. Cf. Gori *Mus. etr.* II 192, et Maff. *Osserv. lett.* IV 164.

FVRRIVS, *Furius*, n. pr. m. in titulo capuano apud Mommsen n. 3566 (L · FVRRIVS · L · L DION).

VꓷV8 (furu), *—um?*, = FVRO, subst. umbricum, fortasse

acc. sg., quod legitur in tab. eugub. Ib 42 (Aufr. et Kirch. I 55, II 297). De Grotefendii interpretatione vide FVRO.

ꓷꓤIИƎꟽ⊗ƎƧVꓷV8 (furusehmeniar). Lege: VꓷV8 furu ꓷꓤIИƎꟽ⊗ƎƧ sehmeniar in tab. eugub. Ib 42.

FVS, *fuerit*, futur. exact. 3 pers. sg., pro FVST, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 82, 143, II 227). Tab. eugub. VIb 40: PESNIS · FVS = *precatus fuerit;* quod Grotefend *Rud. l. u.* VI 22 (cf. II 29, V 27, VIII 38) vertit *precatus fueris.*

ꓤI⊦V8 (fusíd), *fuerit*, futur. exact. 3 pers. sg. apud Oscos, recentiori orthographia FVST (= umbr. ꓕƧV8 fust), e rad. -V8 (FV-), rom. *fu-ere* (Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3; Bugge et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 59, V 9; cf. Peter *Sprach und schr.* etc. s. 65). Alii exponunt *erit* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 298; Corssen in *Zeitschr.* cit. V, 85; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 359, 372). Occurrit in cipp. abell. n. 2783 lin. 19.

FVSICIVS, *fusilis* (qui fundi et liquefieri potest), adiect. Not. Tiron. pg. 62: « Fusicius, fusilis ».

FVSIVS, *Fusius*, gentilitium rom. (= etr. MIꟼVΦ phuriś) antiquiori orthographia (e FVSVVS = *furvus*), teste Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 13 (vide VALESIVS). Livius I, 24: « Fetialis erat M. Valerius; patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput capillosque tangens ». Cic. in *Verr.* II, I, 42: « Cedo mihi leges Atinias, Furias Fusias ». Gentem Fusiam memorant lapides (Q · FVSIVS · Q · F · BAL, apud Murat. 476, 6 = Mommsen n. 5037; cf. Murat. 1313, 4), unde Fusinius (Grut. 126 col. 4) et Fusidius (Murat. 2039).

FVSCIANVS, ad fuscum pertinens. Est cognom. rom. in tabula marmorea apud Grut. 126 col. 1 (C · ALLIVS · C · F · FVSCIANVS). Cognomen Fuscenus invenitur in titulo rom. apud eundem (338, 4).

FVSCICVLENVS, derivativum fusci. Est cognom. rom. apud Mart. *Epigr.* II, 74.

FVSCILLA, diminutivum fuscae. Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 711, 4 (VALERIA · FVSCILLA).

FVSCINILLA, diminutivum fuscinae (cf. fuscinula in *Vulg. interpr. Exod.* XXVII, 3). Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 1141, 1 (FABIAE · FVSCINILLAE).

FVSCINVS, adiect. ad Fuscum pertinens, quod est cognom. rom. Seneca *Suasor.* cap. 4: « Et quia soletis mihi molesti esse de Fusco, quid fuerit, quare nemo videretur dixisse cultius ingeram vobis Fuscinas explicationes ». Cognom. Fuscinus et Fuscina inveniuntur in titulis apud Gruterum.

FVSCVLVS et Fuscula, diminutiva fusci et fuscae. Sunt cognom. rom. in tabella marmorea apud Grut. 525, 5 (L · ANFV'STIVS · L · F · SVB · FVSCVLVS · MAIOR), et in titulo apud Fabr. cap. III n. 8 pg. 119 (CORVNCANIA FVSCVLA). — Gentilitium Fuscius legitur in titulis apud Grut. et Murat.

ƎꓘMV8 (fuśle), fortasse *fuerit* (= osc. ꓤI⊦V8 fusíd vel FVST et umbr. ꓕƧV8 fust), pro fuś-et, cum ꓘ euphonico (cf. IꟼƎꓘMV8 fuśleri), e rad. etr. -V8 (fu-), rom. *fu-ere*, in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 13. Alii aliter interpretantur, ut Vinc. et Sec. Campanarii in *Giorn. arcad.* XXX 302, XXXIV 52 et *Tav. perus.* pgg. 7, 40, quibus fuśle est *tribus* ἀπὸ τῆς φυλῆς. Migliarinius *Zibaldone* mss. pg. 37 italice vertit *parente* vel *parenti*. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 100.

IꟼƎꓘMV8 (fuśleri), fortasse *fuerint*, cum ꓘ euphonico (vide ƎꓘMV8 fuśle = *fuerit?*), e rad. etr. -V8 fu-, in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 4. — Alii tamen exponunt φυλή h. e. *tribus*, *curia*, *fratria* (Vinc. Campanarius *Dell'urna di Arunte* pg. 47 et in *Giorn. arcad.* XXX, 302, 324; Sec. Campanarius *Tav. perus.* pgg. 11, 25). Migliarinius *Zibaldone* etc. mss. pg. 26 italice vertit *i posteri*, *i discendenti*, *gli eredi*.

FVSSVS, *fusus*, particip. a *fundo*, per duo *s* apud veteres, teste Mar. Victor. pg. 2456 P. (vide AVSSVS = *ausus*).

ꟸƧV8 (FVST), *fuerit*, futur. exact. 3 pers. sg. (cf. ꟼИƎꓷV8 furenr pro furent = *fuerint*), quod minus recte scribitur FVS, apud Umbros, e rad. -V8 (FV-), rom. *fuere* (Lanzi I 362 = 282; Müller *Die Etr.* I, 55; Grotefend *Rud. l. u.* II 28, V 27, VIII 28; Aufr. et Kirch. I 55, 57, 91, 99, 143, 146, II 61, 228 sq., 299, 315, 321, 367; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 27; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 369; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 48. Cf. Passeri *Paralip.* pg. 326). Tab. eugub. Ib 7: ꟸƧV8 : ꟸꓤ⊗Iꓘ (pihaz fust) = tab. VIb 47 PIHOS · FVST h. e. *piatus fuerit;* tab. Ib 39, Va 18 sq.: ꟸƧV8 : VꟸIꟸꓷVꓘ (purtitu fust) = tab. VIIa 45 PVRDITOM · FVST et tab. VIb 42 PVRDITO · FVST h. e. *porrectum fuerit;* tab. VIb 39: PERSNIS · FVST et tab. VIb 40, 41 PESNIS · FVST = *precatus fuerit.* Item tab. eugub. III 5 sq.: ꓕƧV8 : ƧVƧꓷƎꟽ : Vꓷꓕꓤꓷ8 | : ƎꟼVꓘ (pure fratru mersus fust) = *qui fratrum —bus fuerit;* tab. Va 3 sq., 10 sq.: ꓕƧV8 | : ƎꓘΛVꓘ : IƧIꓘ : ꓷVꓕꓷƎ8ꟼꓤ (arfertur pisi pumpe fust) = *adfertor quicumque fuerit;* tab. Va 20: ꓕƧV8 : V8ꓤꓘƧ : ꓤꓷ8VƧ : Ǝꓘꓤ (ape subra spafu fust) = *postquam supra —um fuerit;* tab. VIa 7: SVE · MVIETO · FVST = *si mugitum fuerit;* tab. VIIb 1: PANVPEI FRATREXS · FRATRVS ATIERSIER · FVST = *quandoque magister fratribus Attidiis fuerit.* Occurrit etiam in compositis ꟸƧV8ꓤꟼƎꟸꓤ (a-tera-fust) = ANDERSAFVST vel ANDIRSAFVST h. e. *circumdederit.* Pro FVST tabulae eugub. VIb 47 legendum EFVST = *i-verit.*

FVST, *fuerit*, futur. exact. 3 pers. sg. apud Oscos (cf. FVID = *fuat*) = umbr. ꟸƧV8 (FVST), e rad. FV-, rom. *fu-ere* (Guarini *Comm.* V, 149. 173. *In comm. V exc.*

pg. 40 sq., *Lex. osco-lat.* pg. 23; Müller *Die Etr.* I 31 nt. 62 et s. 55; Klenze *Phil. abhandl.* s. 43 nt. 62, s. 44 nt. 67, s. 54 nt. 116 et nt. 119; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 18; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 61, 65, 72; Aufr. et Kirch. I 146, II 61; Corssen, Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 15, 23, III 218, V 8; Kirchhoff *Stadtr. von Bantia* s. 27, 31; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 112, 359, 372 sq.; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 48. Cf. Ebel in *Zeitschr.* cit. II, 58). *Erit* exponit Mommsen *Die unterit. dial.* s. 298. Tab. Bant. n. 2897 lin. 19: PIS · CEVS · BANTINS · FVST = *qui civis Bantinus fuerit;* lin. 22: PAEI EIZEIS · FVST · PAE ANCENSTO · FVST = *quae illius fuerit, quae incensa fuerit;* lin. 23: SVAE · PRAEFVCVS · POD · POST · EXAC · BANSAE · FVST = *si praefectus aliquando posthac Bantiae fuerit;* lin. 28: NEI · SVAE · Q · FVST = *nisi q. fuerit*, NEI · SVAE · PR · FVST = *nisi pr. fuerit.* Adde lin. 1, 29 et 30. Cf. Mommsen op. cit. s. 145, 148, Kirchhoff op. cit. s. 80, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88. — Franchinio in *Giorn. arcad.* LXXXIII, 309 FVST est rom. *sit.*

FVSTEREC. Lege FVST EREC (tab. eugub. VIIb 1).

FVSTIARIVS, h. e. qui fuste verberat. Gloss. apud Labb.: « Fustiarius, ξυλοκόπος, ὁ τύπτων ξύλῳ ». In inscr. apud Fabr. cap. VII n. 382 pg. 529: FVSTIARIO SVPPLICIO SE NOVERIT ESSE SVBDENDVM; ubi Grut. 1114, 6 habet FVSTVARIVS. Vide vocc. sqq.

FVSTIGATVS, participium a *fustigo.* Gloss. apud Labb.: « Fustigatus, βακλισθείς ».

FVSTIGO, *fuste percutio* (vide FVSTIARIVS et FVSTIGATVS). Gloss. apud Labb.: « Fustigo, ξυλοκοπῶ, τὸ τύπτω ξύλῳ », et « Fustigo μαστιγόω »

FVSTIFE. Lege FVST IFE (tab. eugub. VIb 39).

FVSTSERSE. Lege FVST SERSE (tab. eugub. VIb 41).

FVSVRARIVS, *fusor*, h. e. qui fusuram facit. Not. Tiron. pg. 62: « Fusura, fusurarius ».

FVSVVS, *furvus*, adiect. apud veteres. Hinc FVSIVS = *Furius.* Scaurus pg. 2252 P. (vide LASES = *Lares*): « Item *furvos* dicimus, quos antiqui fusvos ».

FVTAVIT. Vide FVTO § 2.

FVTIO, *fundo.* Prisc. pg. 131 = 631 P.: « futio (ex quo compositum effutio) futilis ». Gloss. apud Labb.: « Futio, ἐκχέω ».

[ꓘAИ+V8] (futnal), *Fotiniâ* (vel *Fotia?*, cum И euphonico), nomen muliebre abl. sg. (= ?ꓘИAИꓘV8 futnanl et AИ+V8 futna), fortasse ἀπὸ τοῦ φῶς, φωτός, *lux*, ut coniecit Lanzius II 367 = 296 n. 99. Ossuarium etr. n. 399: [ꓘAИ+V8 ƎꓘИƎƆ OqAꓘ] (larth cvenle futnal) = *Lars Cilnius Fotiniâ* natus. Conferenda sunt tamen in lapidibus rom. Fotidius et Fotidia (1), Fututia (2), Foto (1), Phota (2), Photis (3), Photus (4), Photius (5), Photinus (6).

AИ+V8 (futna), *Fotiniâ*, ut mihi videtur pro ꓘAИ+V8 futnal. Ossuarium etr. n. 376: AИ+V8 · ƎꓘИƎƆ Aꓘ (la cvenle futna) = *Lars Cilnius Fotiniâ* natus.

?ꓘИAИꓘV8 (futnanl), *Fotiniâ*, meliori orthogr. ꓘAИꓘV8 futnal. Olla etr. n. 387: ꓘИAИꓘV8 : [ƎꓘИ]ƎƆ : VA (au cvenle futnanl) = *Aulus Cilnius Fotiniâ* natus.

FVTO, *arguo.* Paul. pg. 89: « Futare *arguere* est, unde et confutare. Sed Cato hoc pro *saepius fuisse* posuit ». Gloss. Isid. « Futo, ἐλέγχω ». Gloss. apud Labb.: « Futo, ἐλέγχω »; et « Futat, ἐλέγχει ».

§ 2. *Futo*, *saepe sum*, quod usurpavit Cato, teste Paul. pg. 89 (vide § praeced.). Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III 463: « futavit, *fuit* »; et pg. 264: « futavere, *fuere* ».

FVTORVS, *futurus*, participium, ab antiquo *fuo* (sum). Grut. 311, 2: IN · FVTORO · PERSEVERET.

ꟻƎЯTV8 (futreí), quod et scribitur ꟻƎЯTVV8 fuutreí, dat. sg., nomen est deae cuiusdam apud Oscos, fortasse eiusdem quae Venus Fisica (in lapide pompeiano apud Orell. n. 1370 = Mommsen n. 2253), h. e. Dea Dia vel Libera vel Ceres, a φύω, *gigno*, *creo* (cf. FRVTIS et FRVTINAL), secundum Henzen (in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 398) et Mommsen (*Ann.* cit. pg. 420 sg., et *Die unterit. dial.* s. 310 sq.). Tab. Agnonis n. 2875 *A* lin. 4: ꟻNIꟻЯЯƎK · ꟻƎЯTV8 (futreí kerríiaí) = *Veneri* (?) *geniali* (Mommsen s. 128), vel *Fetri* (*deae faeturae*) *augustae* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 3, 8). In eadem tab. *B* lin. 5 legitur ꟻƎЯTVV8 fuutreí = *Veneri.* Fortasse futreís (. . ƎЯTV8 futre. .) genit. sg. legendum in titulo beneventano n. 2895 (Mommsen op. cit. s. 176 et 310; Huschke op. cit. s. 156 sq.). Cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 127 sqq., Kirchhoff et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* I 42, III 419, VI 26.

V+V8 (FVTV), *esto*, imperat. 2 pers. sg. (cf. FVTVTO = *estote*), apud Umbros, e rad. -V8 (FV-) = rom. *fuere* (Lanzi I 375 = 293; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 31; Grotefend *Rud. l. u.* II 28, IV 17, 23; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 36; Aufr. et Kirch. I 55, 57, 91, 143, II 138, 161, 246). Tab. eugub. VIa 30, 33, 40: FVTV · FOS vel FVTV · FONS (tab. VIa 42, 50, 52, VIb 11, 13, 32, 34, VIIa 13, 17, 31, 49) = *esto volens* [*Die Grabovie* vel *Fisovi Sancie* vel *Tefre Iovie* vel *Praestita Cerfia* vel *Tursa Iovia*]. Lanzius II 753 sgg. = 661 sgg. *fito* vel *fias* exponit.

(1) Grut. 684, 9; 872, 1; — Doni cl. XIV n. 6; — Murat. 1168, 3; 1510, 4; 1780, 32.

(2) Mommsen n. 5579 = Murat. 1558, 3

(1) Grut. 922, 10.

(2) Doni cl. VII n. 19, = Murat. 944, 2, et Mommsen n. 5453.

(3) Murat. 1011, 11; 1619, 28.

(4) Grut. 916, 6; Murat. 1000, 3.

(5) Grut. 617, 1.

(6) Grut. 650, 7; Murat. 971, 3.

Pessime Passerius *Paralip.* pg. 326: « Haec vox *lucem* et *virum* significat; fortasse idem ac *Lucesius* ».

§ 2. *Esto*, imperat. 3 pers. sg. (Grotefend *Rud. l. u.* VII 20 sq., 28; Aufr. et Kirch. I 143, II 212, 246, 377). Tab. eugub. II a 21 sq.: V+V8 : ƎΑqƎ1 | VИVƧƎ (esunu perae futu) = *sacrificium* — *esto*, pro *sacrificium fito* (Corssen *De Volscor. lingua* pg. 21). Tab. eugub. II a 42 sq.: V+V8 : V+I+ΩV1 | VИVƧƎ (esunu purtitu futu) = *sacrificium porrectum esto;* tab. eugub. II a 43: V+V8 : ƧИΑƧɅƎ1 : VƆIΑƧΑ : ɅƎ+ΑƆ (katel asaku pelsans futu) = *catulus cum ara —andus esto;* tab. III 14: V+V8 : VИVƧƎ : ƆIVΩƎ (eruk esunu futu) = — *sacrificium esto;* tab. IV 31 sq.: VYV8 | : VYIYΩV1 (purtitu futu) = *porrectum esto.* — Lanzius II 744 = 652: « Futu, *da* futare, augere; *ond'è* mactus, i. e. magis auctus. *È usato sustantivamente e può corrispondere al* magmentum *dei Latini: così diceasi ogni sacrificio, e ogni oblazione, supponendosi essere per gli Dei un aumento di onore* ».

FVTVTO, *fitote* (estote), imperat. 2 pers. pl. (cf. FVTV = *esto*), apud Umbros, e rad. FV- = rom. *fu-ere* (Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 48; Grotefend *Rud. l. u.* II 28, IV 23; Peter *Sprach und schr.* etc. s. 36; Aufr. et Kirch. I 55, 61, 143, II 246; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 478). Tab. eugub. VI b 61: FVTVTO · FONER = *estote volentes.* Cf. FVTO § 2. — Fututia est nomen mulieris in titulo apud Mommsen n. 5579 (FVTVTIAE STATORINAE).

FVVI, *fui*, praeter. (vide FVAM). Ennius *Ann.* vs. 440 apud Cic. *Orat.* III, 42: « Nos sumu' Romani, qui fuvimus ante Rudini ». Alii legunt fuimus, ut Wahlen. — Fuvimus pro *fuimus* dixit ipse Ennius *Ann.* vs. 241 sq. apud Aul. Gell. XII, 4: « magnam cum lassu' diei Partem fuvisset ». Alii legunt fuisset. Cf. Plaut. *Poen.* prol. vs. 110: « Quo genere gnata, qui parentes fuverint ». Cf. ADFVVISSEMVS.

ꟷƎΩTVV8 (fuutreí), in tab. Agnonis n. 2875 *B* lin. 5, = ꟷƎΩTV8 (futreí), quod vide.

Z

I, littera solitaria in nummis quibusdam ad Veliam et Peteliam spectantibus (Carelli tab. CXLIII n. 80, 89, 90, et tab. CLXXXI n. 27). Invenitur etiam in nummis marsicis (Avellino in *Bullett. arch. nap.* IV, 71, Riccio *Repert.* etc. agg. ad nt. 11. Cf. Friedlander *Osk. münzen* s. 27).

I, praenomen virile, per compendium scriptum, fortasse Salvius (cf. SEPPIVS). In titulo samnitico n. 2876: ƧIITΩVB · I (z. húrtiis) = Z. Hortius (cf. Mommsen in *Bull. arch. nap.* V, 44, et *Die unterit. dial.* s. 174 et 261). — Salvius est praenomen in titulo beneventano (Garrucci *Monum. de' Liguri Baeb.* pg. 26, Mommsen n. 1448): SAL · CVRTIO · L · F · STEL | LEG · XXX · ET | CVRTIAE · VXORI | CVRTIA · SAL · F | POLLA · VIXIT · ANN · XII.

?Αꟷ (za), in lapide tuscaniensi n. 2125. Alii legunt va, pro *Varia* sive *Fausta* (Sec. Campanarius in *Giorn. arcad.* CXIX, 332), vel pro *Vala* (Oriolius in *Giorn* cit. CXX, 237).

ΖΑΓΚΛΗ vel ζάγκλον, δρέπανον (falx), apud Siculos, teste Thucyd. VI, 4 (τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσιν). Adde Steph. Byz.; et vide ZANCLE.

?ƧMΜΩOΑꟷ (zathrms), *triginta?*, nomen numerale, e ɅΑ✱ zal = *ter* derivatum, in sarcophago etrusco n. 2070 (Oriolius in *Album* XIX, 155 sg., et 173 sg.). Vide ƧMΜΩOΑꟷMƎI› (ciemzathrms).

ɅΑ✱ (zal), ad literam *ter* pro *tres* (sanscr. tri, gr. τρεῖς), nomen numerale apud Etruscos, quod nonnulli trahunt ad hebr. שלש schalosch (Dux de Luynes in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 60. Cf. *Archäol. Zeitung* VI, 375). Apte Oriolius in *Bull.* cit. pg. 141: *E vorrei che l'ingegnosa analogia trovata dal sig. duca di Luynes fra lo* tzal *e l'ebraico* schalosch, *fosse non ristretta a un solo dei numeri, per via meglio persuadermi ch'ella è tanto reale quanto al primo aspetto ha dovuto sembrare a tutti. Ma dopo un secondo esame, ho io invece creduto vedere in questo* tzal *un ancor più manifesto rapporto col* ter *latino, fatto più aspro il* t *per la sua trasformazione nella doppia* ✱, *cioè nella* tsade, *fatta più aperta la vocale e colla sostituzione dell'* a *per una specie di doricismo già in assai casi avvertito dal nostro Lanzi; e mutata la* r *nella sua principale affine.* Cf. Alfred Maury in *Revue germanique* V = 1859 pg. 646. Quae mihi scripsit Migliarinius huc refero: zal *o* ssal, *derivato anch'esso dall'arameo si volge*

in varie guise; però è da osservarsi la strana combinazione di rincontrarsi similissimo nell'etiopico volgare sals [ሠለሰት፡ ሠለስ፡ ሠልስ፡ (1)]. *In quanto allo* schelschah שלשה, *giustamente indicato dal sig. duca de Luynes, osservisi che la* schin *dura presto si addolci come nel siriaco* tholota [ܬܠܬ teloth], *arabo* thalate, *maltese* tlièta: *induri maggiormente nell'indiano* त्रय traja, *e nello slavo* tri; *ma tornò ad essere* s *dolce nel persiano* si [سه sah]. Invenitur in tesseris etruscis (n. 2552), quas primus edidit Sec. Campanarius (*Tav. perus.* pg. 44, et in *Bull.* cit. pgg. 59, 74). Legitur etiam in titulo viterbiensi n. 2056 lin. 5 (Orioli in *Bull.* cit. an. 1850 pg. 43, et in *Album* XIX 155 sg. et 175).


IAMAΘI (zamathi), quod legitur in fibula etr. n. 806, Sec. Campanario est *Samatiae*, nomen mulieris, genit. sg. (*Bull. dell'Inst. arch.* an. 1851 pg. 46). De Secchii hariolatione, qui legit IAMAΘIMA zamathima et explicat *composita*, cf. *Bull.* cit. an. 1846 pg. 11.

ZANCLE, Ζάγκλη, urbs Siciliae ad fretum (inde Messana), ita denominata a ζάγκλη, quod Siculis est *falx*, διὰ τὸ ἐκεῖ Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι, ᾧ τὰ τοῦ πατρὸς ἀπέκοψεν αἰδοῖα (Steph. Byz. Cf. Macrob. *Sat.* I, 8). Thucyd. VI, 4 sq.: Ζάγκλη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικίᾳ Χαλκιδικῆς πόλεως λῃστῶν ἀφικομένων ᾠκίσθη, ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείμαντο τὴν γῆν· καὶ οἰκισταὶ Περιήρης καὶ Κραταιμένης ἐγένοντο αὐτῆς, ὁ μὲν ἀπὸ Κύμης, ὁ δὲ ἀπὸ Χαλκίδος. Ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὴν ἰδέαν τὸ χωρίον ἐστί, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσιν· ὕστερον δ' αὐτοὶ μὲν ὑπὸ Σαμίων καὶ ἄλλων Ἰώνων ἐκπίπτουσιν, οἳ Μήδους φεύγοντες προσέβαλον Σικελίᾳ, τοὺς δὲ Σαμίους Ἀναξίλας Ῥηγίνων τύραννος οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκβαλὼν καὶ τὴν πόλιν αὐτὸς ξυμμίκτων ἀνθρώπων οἰκίσας Μεσσήνην ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τὸ ἀρχαῖον πατρίδος ἀντωνόμασεν (cf. Pausan. *Messen.* XXIII, 7 sq.). Quam etymologiam confirmat Strabo VI, II, 3 (vide MESSANA) his verbis: κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, καλουμένη Ζάγκλη πρότερον διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων (ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν), Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα τῶν πρὸς Κατάνην. Alii tradunt Ζάγκλην appellatam fuisse a Zanclo Siciliae rege, quem memorat Diod. Sic. IV, 85 (vide voc. sq.); alii a Zanclo Gegenis filio, vel a fonte Zancle (ἀπὸ Ζάγκλου τοῦ Γηγενοῦς, ἢ ἀπὸ κρήνης Ζάγκλης; Steph. Byz.). — Herod. VII, 164 (cf. VI, 22 sq.): Ὁ δὲ Κάδμος οὗτος πρότερον τούτων παραδεξάμενος παρὰ πατρὸς τὴν τυραννίδα Κῴων εὖ βεβηκυῖαν, ἑκών τε εἶναι καὶ δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενὸς, ἀλλ' ἀπὸ δικαιοσύνης ἐς μέσον Κῴοισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν οἴχετο ἐς Σικελίην, ἔνθα μετὰ Σαμίων ἔσχε τε καὶ κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τὸ οὔνομα. Sil. Ital. XIV, 48:

(1) A. Dillmann, *Grammatik der äthiop. sprache* s. 288.

« Nec Zanclaea gerunt obscuram moenia famam
Dextera quam tribuit posito Saturnia telo ».

Et I, 662: « Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni Iuvisse egregium ». Ovid. *Metam.* XIV, 5: « Liquerat et Zanclen, adversaque moenia Rhegi ». In nummis n. 3061 *a* legitur DANKLE, dorica orthographia (cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* I, 187 et 219), cum qua forma comparanda est glossa Hesychii (*Lexic.* I, 871), Δάγκλον (codd. δάγκολον), δρέπανον. — Incolae appellabantur Ζαγκλαῖοι (Herod. VI 23 sq., VII 154; Paus. *Messen.* XXIII, 7, 8). Strab. VI, I, 6: Ὥς δ' Ἀντιοχός φησι, Ζαγκλαῖοι μετεπέμψαντο τοὺς Χαλκιδέας καὶ οἰκιστὴν Ἀντίμνηστον συνέστησαν ἐκείνων. Idem VI, II, 3: Ταυρομένων δὲ τῶν ἐν Ὕβλῃ Ζαγκλαίων. Et VI, II, 6: ὧν τὴν μὲν Ἱμέραν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι. Diod. Sic. XI, LXXVI, 5: Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ Ῥηγῖνοι μετὰ Ζαγκλαίων τοὺς Ἀναξίλου παῖδας δυναστεύοντας ἐκβαλόντες ἠλευθέρωσαν τὰς πατρίδας. — Zancle pro Sicilia usurpatur ab Ovidio *Metam.* XV, 290 (« Zancle quoque iuncta fuisse Dicitur Italiae »).



ZANCLVS, Ζάγκλος, Siculorum rex, teste Diod. Sic. IV, LXXXV, 1, cuius verba sunt: Κατὰ μὲν γὰρ τὴν Σικελίαν κατασκευάσαι Ζάγκλῳ τῷ τότε βασιλεύοντι τῆς τότε μὲν ἀπ' αὐτοῦ Ζάγκλης, νῦν δὲ Μεσσήνης ὀνομαζομένης, ἄλλα τε καὶ τὸν λιμένα προσχώσαντα τὴν ὀνομαζομένην Ἀκτὴν ποιῆσαι.

?IИƧΑ✱ (zasni), fortasse *Casnia* vel *Casinia* (cf. IИƧΑƆ casni), mutata Ɔ in ✱ (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 161), in titulo etr. n. 121.

ΑƎ✱ (zea), quod legitur in cippo perus. n. 1914 *B* lin. 11, Vinc. Campanario (in *Giorn. arcad.* XXXV, 173) et Sec. Campanario *Tav. perus.* pg. 19 idem est ac ΑI✱ zia. Migliarinius autem zea pro gr. γέα = γῆ (terra) sumi posse arbitratur (*Zibaldone* mss. pg. 43). Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 115.

ƆƎ✱ (zec), θηκε (ἔθηκε), *posuit* (*dedit*), idem ac ƎƆƎ+ tece, e radice etr. -Ǝ+ te-. In aeneo signo etr. n. 1930: ƆƎ✱MƎЯƎ˥8 (fleres zec) = ƎƆƎ+ : MƎЯƎ˥8 (fleres tece, n. 1922) h. e. *votum* (donum) *dedit* vel *sacrum fecit*. — Vermigliolio *Inscr. per.* pg. 45 [x]ec est gr. Ζεύς *Iupiter*.

?ƆΙΑ˥Ǝ✱ (zelarv), idem est ac ƆƆΑ˥Ǝ✱ zelavc, in sarcophago viterbiensi n. 2110. Vinc. Campanarius *Urna di Arunte* etc. (cf. *Giorn. arcad.* XXVIII, 256) explicat *illustris*, a gr. σέλας (lumen). Cf. Orioli in *Album* XIX, 174.

?[Ɔ]ƆΑ˥Ǝ✱ (zelavc), idem est ac ƆΙΑ˥Ǝ✱ zelarv (quod exponitur *illustris*), in titulo viterbiensi n. 2058. Cf. Orioli in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1850 pg. 43, et in *Album* XIX, 174. Vide .. ЯV˥Ǝ✱ zelur.., ΘΑ˥I✱ zilath cet.

. . ꟼVꓲƎ⚹ (zelur. .), quod legitur in titulo perusino n. 1915 lin. 3, comparatur cum etr. ƆƎꓯꓲƎ⚹ zelavc, OꓯꓲI⚹ zilath cet. Vinc. Campanarius *Urna di Arunte* etc. pg. 60 exponit *splendor*, a σέλας (lumen). Cf. Orioli in *Album* XIX, 174.

OVꟻꓤИƎ⚹ (zenatuo), idem ac s e n a t u o s = *senatus*, genit. sg. In aere falisco nuper invento, n. 2441 lin. 3: . . ИƎꟻИƎƧ · OVꟻꓯИƎ⚹ (zenatuo senten. . .) = DE · SENATVOS · SENTENTIAD (in S. C. de Bacch. lin. 8) h. e. *de senatus sententiā*.

-ꟼƎ⚹ (zer-), radix umbrica, = SERS-, rom. *sed-ere*. Vide voc. sq.

ƎꓕЯƎ⊗ (herte), *vultis?*, indic. praes. 2 pers. pl. (in tab. eugub. Va 6, 8, 10) pro ЯƎꓕЯƎ⊗ her-ter, Umbrorum linguâ, e rad. -ЯƎ⊗ (HER-), rom. *velle* (Aufr. et Kirch. I 43, 140, II 300, 316, 320, 335). *Rite* exponit Lanzius II 704 sg. = 612 sg., a rehte *recte* vel ab *horctus*. Vide ЯƎꓕЯƎ⊗ herter.

HERTEI, *vultis?*, indic. praes. 2 pers. pl. (in tab. eugub. VIIb 2) pro ЯƎꓕЯƎ⊗ her-ter, apud Umbros, e rad. HER-, rom. *velle* (Aufr. et Kirch. II 300 sq.). Vide ЯƎꓕЯƎ⊗ herter.

ЯƎꓕЯƎ⊗ (herter), *vultis?*, indic. praes. 2 pers. pl. (in tab. eugub. II a 40 et III 1), quod etiam scribitur ƎꓕЯƎ⊗ her-te, HERTEI et HERTI, Umbrorum linguâ, et fortasse pro rom. *libet* vel *licet* usurpatum, e rad. -ЯƎ⊗ (HER-), rom. *velle* (Aufr. et Kirch. I 43, 104, 140, II 300 sq., 366, 387; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 96, 288, 343, 387). Lanzius I 369 sg. = 288 sg., II 694 sg. = 602 sg., 711 = 619, 767 = 675 herter pro *Herto*, sacerdotis nomine, accipiendum censuit. Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI 61, 65, et Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* LXXXI, 101 nt. 2 sg. — *Sacrificium* exponit Grotefend *Rud. l. u.* III 7, VI 30, VII 8, 11, 26, VIII 13, 22 (herter = *sacrificii*, herte, herti et hertei = *sacrificio*), ut χάρις pro *munus* apud Graecos.

HERTI, *vultis?*, indic. praes. 2 pers. pl. (in tab. eugub. Vb 8, 11, 13, 16) pro ЯƎꓕЯƎ⊗ her-ter Umbrorum linguâ, e rad. HER-, rom. *velle* (Aufr. et Kirch. I 32, 140, II 300 sq., 335). Vide ЯƎꓕЯƎ⊗ herter.

ꟷИИIKVЯƎB (herukinaí), Ἐρυκίνης (Herucinae vel Erucinae pro *Herycinae* vel *Erycinae*), dat. sg. 1 decl., ita Venus appellata, quod in Eryce oppido templum habuit (Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 39, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 24, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 262 sq., Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 171, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 29; cf. Peter *Sprach und schr.* s. 44, 62, 79). In ara herculan. n. 2784 *A*: ꟷИИIKVЯƎB · ꟷƎTИTИƎЯƎB (herentateí herukinaí) = *Veneri Herucinae*. Vide ꟷƎTИTИƎЯƎB (herentateí), et ERVCINA.

HERVS, *dominus*, ut HERA = *domina*. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

HERVVM, *ervum* vel *herbum*, genus leguminis. Edict. Dioclet. pg. 21 (Zell n. 1706 pg. 316): « ciceris, hervi, avenae ».

ƎꓶꓶЯƎB (herchle), Ἡρακλῆς (Hercules), quod saepius scribitur ƎꓶƆЯƎB hercle, apud Etruscos, in quodam speculo n. 2489, ubi et menerva h. e. *Minerva* (cf. Gerhard *Etr. spieg.* ad tab. CXL).

? ƎƧƎΘ (hese), in ossuarii clus. operculo n. 537.

HESPERIA h. e. Italia, quam Virg. *Aen.* I 569 magnam Hesperiam vocat. Adde Virg. *Aen.* I 530 sqq.:

> « Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
> Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae:
> Oenotri coluere viri: nunc fama minores
> Italiam dixisse ducis de nomine gentem ».

ꓶAVƧƎB (hesual), *Vesiâ*, nomen mulieris abl. sg., mutato *v* (Ǝ) in *h*, ut mihi videtur, pro vesual (vide MIƧƎƎ vesís = *Vesius*). Ossuarium perusinum num. 1880: ·ƆƎM : ꓶAVƧƎB : MIƎꓶAM : IꓶꝉIƎ : IꝉƧAB (fasti vitli salvis hesual sec) = *Fausta Vitelia Salvii* uxor *Vesiâ* nata (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 164).

? IƎꝉƎH (hetei), in ossuario perusino n. 1336 (cf. Passeri *Paralip.* pg. 119, et *De archit. etr.* in Gori *Mus. etr.* III, 121; Vermigl. *Inscr. perus.* pg. 184 n. 43).

HETERNALIS, *aeternalis*, adiect. In titulo sepulcrali apud Murat. 1837, 11 (Perret *Catac. de Rome*, pl. XXIX, n. 71): SOMNO HETERNALI.

HETRICVLVM, Italiae oppidum in Bruttiis, cuius meminit Livius XXX, 19, ubi codd. Heraculum, Hotriculum, Hocraculum, Hocriculum, Ocriculum, Otriculum cet. Cf. OCRICVLVM.

HETRVRIA. Vide ETRVRIA.

HETTA, *res minimi pretii*, quasi hieta, id est hiatus hominis atque oscitatio. Alii *pusulam* dixerunt esse, quae

in coquendo pane solet assurgere, a qua accipi rem nullius pretii, quum dicimus, non hettae te facio. Haec Paulus ex Festo pg. 99.

ꜰH, fortasse ꜰηραχλῆς (Hercules), in nummis Tarentinis et Metapontinis apud Carelli tab. CIII n. 8, CIV n. 20, 24, CVIII n. 86, CLIV n. 110.

ꜰHP, fortasse ꜰηραχλῆς (Hercules), in nummo Metapontino apud Carelli tab. CLVIII n. 36.

ꜰHPA = ꜰHPAKΛHIΩN, in nummis ad Heracleam Lucaniae pertinentibus. Vide HERACLEA § 1.

ꜰHPAK, ꜰHPAKΛ et ꜰHPAKΛHI = ꜰHPAKΛHIΩN in nummis Heracleae Lucanorum. Vide HERACLEA § 1.

ꜰHPAKΛHIΩN, ꜰHPAKΛHΩN et ꜰHPAKΛEIΩN in nummis ad Heracleam Lucanorum pertinentibus. Vide HERACLEA § 1.

HI, *ii*, pronom. demonstr. masc. nominat. pl. (vide EIS = *is*), sicut his et hiis pro *iis* abl. pl., saepe legitur in Erfurtensi Ciceronis codice, teste Osann *De pronom. tertiae pers.* pg. 46 nt. 1.

? AIΘ (hia), praen. fem. perperam scriptum aut descriptum, fortasse pro AI+ΖA8 (fastia), ex titulo perus. n. 1871 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 304 n. 347).

HIEMPS, *hiems*, subst. fem. apud veteres. Ennius *Ann.* vs. 406: « Aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps fit ». Et vs. 481 sq.: « viresque valentes Contudit crudelis hiemps ». Adde kalend. fragm. apud Grut. pg. 136; et cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *hiems.*

HIERA. Vide HIERONESOS.

HIERO -onis, Ἱέρων, nomen virile apud Syracusanos. Vide Forcell. *Lex.* s. h. v.

HIERONESOS, Ἱερὰ νῆσος (Ptol. III, 4; Strab. VI, II, 10 sq.; Thucyd. III, 88), nunc *Maretimo*, insula prope Siciliam, cuius meminit Plin. III, XIV, 6. Cf. Mela II, VII, 18 (Hiera) et Solinus cap. 6.

HIETO et hiato, frequentativum ab *hio.* Diomed. pg. 345 = 336 P.: « Hiare et hietare veteres dixerunt [Plaut. fragm.]: *si qua forte contio est, Ubi eum hietare nondum in mentem venit.* Cn. Mattius XX Iliados: *Ille hietans herbam moribundus detinet ore.* Item Caecilius: *Sequere me. praei hercle tu, qui mihi oscitans Hietansque restas.* Laberius etiam in Tauro passivo modo enuntiavit: *Hietantur fores*, inquit, pro eo sane quod est hietant, id est *patent* ». Plaut. *Menaech.* III, I, 3 sq.: « In concionem mediam me immersi miser: Ubi ego dum hieto, Menaechmus se subterduxit mihi ».

HIIS, *iis*, pronom. demonstr. abl. sg., apud Cic. *De rep.* II, 4 (« in hiis vitiis inest illa magna commoditas »). Vide HI = *ii.* Cf. Osann *De praen. tertiae pers.* pg. 46 nt. 1.

HICELVS, ἴκελος (similis), adiect. Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Fabr. cap. x n. 417 pg. 720.

..AJIH (hila..), in antiqua inscr. n. 2625, comparandum cum IЯAJIH (hilari) n. 1989.

ꟼAJIΘ (hilar), *Hilarii?*, n. pr. m. genit. sg. in marmore etr. n. 937 (cf. Lanzi II 460 = 389 n. 458, et Orioli in Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* ed. 2.ª pg. 133).

IЯAJIH (hilari), *Hilarii?*, n. pr. m. genit. sg. in vasculo vitreo n. 1989. Vide ..AJIH (hila), ꟼAJIΘ (hilar) et HILARVS; et cf. Orioli in *Monum. Ann. e Bull. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. 54.

HILARIA, feriae Matris Deûm, quas Romani celebrabant VIII kal. aprilis (Macrob. *Sat.* I 21). Cf. Pitisc. *Lexic. antiq.* et Forcell. s. h. v.

HILARINVS, ad hilarum pertinens. Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 845, 10 (T · CAESIVS · HILARVS ET | SEX · CASSIVS · HILARINVS etc.).

HILARITVDO, *hilaritas*, subst. fem. Plaut. *Cist.* I, I, 56: « tam abhorret hilaritudo »; *Rud.* II, IV, 8: « Ut in ocellis hilaritudo est! »; et *Mil.* III, I, 82: « Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine». Cf. Non. II, 399 = pg. 120.

HILARVS, cognomen etruscum et romanum. Vide CRISPINVS.

HILLAE, intestina animalium (praeter ovis), priora et minutiora; diminut. ab hira. Plin. XI, LXXIX, 1: « Ab hoc ventriculo lactes in homine et ove, per quas labitur cibus: in caeteris hillae a quibus capaciora intestina ad alvum hominique flexuosissimis orbibus ». P. Gonella de Terdona *De vocabulis* (mss. in taurinensi Biblioth.): « Hille vulgo dicuntur *salcicie* [*salsiccia, salsicce*] ». Cf. HILVM atque HIRA, et Forcell. *Lexic.* s. v. *hillae.*

HILLVS, cognomen rom., iocose pro Hirrus. Cic. *Ep. fam.* II, 10 = n. 226: « Cum esset tanta res, tantae gratulationis; de te, quia quod sperabam; de Hillo (balbus enim sum), quod non putaram ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

HILVM putant esse, quod grano fabae adhaeret, ex quo nihil et nihilum. Ita Paulus pg. 101. Cf. Müller, et vide Forcell. *Lexic.* s. h. v.

HIMELLA, fluvius Sabinorum, qui in Tiberim labitur. Virg. *Aen.* VII, 714: « Flumen Himellae »; ubi cf. Servius.

HIMERA, Ἱμέρα (Strab. VI, II, 1; Ptol. III, 4; Diod. Sic. XII, VIII 4, XIX, CIX 4; Polyb. VII, IV 2, V 7; Plutarch. in *Timol.* XXIII 4, *Apopht. Gelonis* n. 1), fluvius Siciliae (1) in ora occidentali (Plin. III, XIV, 4). Liv. XXIV, 6 (ex Polyb. VII, IV, 2): « Himera amnis, qui ferme insulam dividit, finis regni Syracusani ac Punici imperii esset ». Mela II, VII, 17: « De amnibus Himera referendus, quia in media admodum ortus in diversa decurrit, scindensque eam utrinque, alio ore in Libycum, alio in Tuscum mare devenit ». Solinus V, 17: « Himeraeum coelestes mutant plagae; amarus


(1) Himera meridionalis nunc est *Fiume salso* vel *Fiume di Licata;* Himera autem septentrionalis dicitur *Fiume Grande* (v. Dom. duca di Serradifalco *Antich. della Sic.* I, 80).


denique est dum in aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur ». Cf. Vib. Sequester *De flum.* pg. 11; Antig. *Mirab.* c. 148 (133 W.); Atanae Syracus. fragm. n. 2; Vitruv. VIII, 3; Ovid. *Fast.* IV, 475; Eckhel *Doctr. num. vet.* I, 212. Sil. Ital. XIV, 232 sq.:


« Litora Thermarum, prisca dotata Camena,
Armavere suos, qua mergitur Himera ponto
Aeolio; nam dividuas se scindit in oras;
Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus ».

Himerae fluvio divini dati sunt honores, uti constat ex inscr. apud Torremuzza *Inscr. di Palermo* pg. 322 (*Inscr. Sicil.* cl. I, pg. 4 n. 11, *Sicil. vet. nummi* pg. 35) = Boeckh n. 5747, quae est: ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ ΙΜΕΡ ΠΟΤΑΜ | ΟΔΑΜΟΣ ΤΙΣ ΝΙΣΙΣ | ΣΟΤΗΡΣΙΝ i. e. Ἀσκληπιῷ καὶ Ἱμέρ[α] ποταμ[ῷ] ὁ δᾶμος τ[ο]ῖς Νίσ[σας] σ[ω]τῆρσιν. Vide § sq.

§ 2. Oppidum Siciliae (Plin. III, XIV, 4; Mela II, VII, 17; Cic. *Verr.* II, II 35, IV 33. Cf. Thucyd. VI 65, VII 1; Diod. Sic. XI 20 sq., 68, XIII 59) (1), a Zanclaeis conditum (Strab. VI, II, 6; Thucyd. VI, 5), ita dictum a flumine Himera. Vib. Sequest. loc. cit.: « Himera oppido Thermitanorum dedit nomen Himerae ». Steph. Byz.: Ἱμέρα, πόλις Σικελίας . . . Ὁ πολίτης Ἱμεραῖος. Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἱμέρας, ὡς Νικάνωρ. In nummis graece inscriptis n. 3073*a* legitur ΑΡƎΜΙ, ΑЯƎΜΙ =









HIMEPA, et IM in argenteo nummo n. 3026*c* (concordia cum Crotone), de quo loquitur Minervinius in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V, 50. — Incolae appellantur Himeraei, Ἱμεραῖοι (Thucyd. VII 58; Diodor. Sic. XI 20 sq., 48 sq., XIII 4, 12, 63, XIV 56; Plutarch. in *Pomp.* X, 5), ut in nummis n. 3073*b* ИΟΙΑΡƎΜΙ (ΙΜΕΡΑΙΟΝ), ИΩΙΑΡƎΜΙ (ΙΜΕΡΑΙΩΝ)






(1) « *Himera città sita sopra un colle, che sovrasta la pianura di Bonfornello, tra il fiume Grande e la collina di Sangiacinto* ». Dom. duca di Serradifalco *Antich. della Sic.* I, 77.

et HIMEPAION = Ἱμέραιων. Himeraeum agrum, Ἱμεραίαν, meminit Thucyd. III, 115. De nummis Himerensium locutus est Aristot. apud Poll. IX, 80. — Ad Himeram calidae aquae salsae memorantur a Strab. VI, II 9, et a Diod. Sic. IV, XXII 1, V, III 4. — Hinc oppidum Thermae Himerenses vocitatum, αἱ Θερμαὶ αἱ Ἱμεραῖαι (Polyb. I, XXIV, 4), Θερμαὶ Ἱμεραῖαι πόλις (Ptol. III, 4), et simpliciter Therme vel Therma (Polyb. I, XXXIX, 13), hodie *Termini*. Steph. Byz.: Θερμά, χωρίον Σικελίας, Φίλιστος τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Θερμαῖος. In nummis Thermitanorum n. 3073*c* legitur Θ, ΘΕΡΜΙΤΑΝ, ΘΕΡΜΑΙ ΙΜΕΡΑΙΩΝ et ΘΕΡΜΙΤΩΝ ΙΜΕΡΑΙΩΝ.





HIMI, *emi*, perf. indic. 1.ª pers. sing., barbarâ orthographiâ, in titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXXII n. 4 pg. 189 (EGO ASITIVS CRISCIS HIMI LOCVM A FOSSORE).

-ΟИΙΒ (hinth-), radix etr. = scr. vid, gr. Fιδ- (εἴδ-ω), rom. *vid-eo*, in voc. ΑΟИΙΒ (hinth-a), ΑΙΟИΙΒ (hinth-ia) = ЈΑΙΘИΙΒ (hinth-ial) h. e. ἴνδαλμός (εἴδωλον), et VΙΟИΙΒ (hinth-iu).

ΑΟИΙΒ (hintha), quod traxerim ad rad. -ΟИΙΒ (hinth) = gr. Fιδ- et rom. *vid-eo*, legitur in cippo perusino n. 1914 *A* lin. 14. — Nonnullis est gentilitium etr., sive *Quintius*, sive *Hintius* vel *Intius* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 100, Vinc. Campanari in *Giorn. arcad.* XXXIV, 55). Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 40 legit hinthac (cum Oriolio), quod sumit pro *haecce*, a gr. pronom. οὗτος derivatum.

ΑΙΟИΙΒ (hinthia), ἸΝΔΑΛμός vel ἴνδαλμα = εἴδωλον (simulacrum, imago), idem ac ЈΑΙΘИΙΒ hintial, quod vide. In vase etr. n. 2147: ƧΑƆ | VΜΘVΓ ΑΙΘИΙΒ (hintia thurmucas) = εἴδωλον —ας.

ЈΑΙΘИΙΒ et ΒΙΝΟΙΑΡ (hintial), ἸΝΔΑΛμός vel ἼΝΔΑΛμα = εἴδωλον (simulacrum, imago, spectrum), apud Etruscos, e rad. sanscr. vid (gr. Fιδ, εἴδ-ω = *vid-eo*), inserta nasali, ut in gr. ἰνδάλλομαι = εἰδάλλομαι h. e. *appareo* (cf. Benfey *Griech. wurzell.* I, 369). In parieti sepulcri volcentis (n. 2162) conspicitur Patrocli umbra cum scriptione ƧƎЈƆVΘΤΑΊ : ЈΑΙΘИΙΒ (hinthial patrucles) = εἴδωλον Πατρόκλου (cf. ψυχὴ Πατροκλῆος apud Hom. *Il.* XXIII, 65) h. e. *spectrum Patrocli*, ital. *l'ombra di Patroclo* (Noel des Vergers in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1857 pg. 121 sgg.). Item in volcente speculo n. 2144 *Ulyxes* (VOVIE uthuze), qui alloquitur animam thebani vatis *Tiresiae*, ΒΙΝΟΙΑΡ ΤΕDΑSΙΑΜ (hinthial te-

rasias) h. e. εἴδωλον Τειρησίου (cf. ψυχὴ Τειρεσίαο apud Hom. *Od.* X 492, XI 90), *spectrum Tiresiae*, *l'ombra di Tiresia* (Bunsen in *Bull.* cit. an. 1835 pg. 159 et an. 1836 pg. 170; vide TEDASIAM terasias). In alio eiusdem artis etruscae monumento n. 2475 quaedam dea, coram *Helenam*, quae appellatur malavisch (↓ℨIƎAↃAM) speculum dextrâ manu tenet (1), cum scriptione ↿AIOИIB (hinthial), h. e. εἴδωλον Ἑλένης, *imago Helenae*, *il sembiante di Elena.* — Aliis hinthial est nomen deae cuiusdam sive unius ex Gratiis (De Witte *Antiq. Durand* pg. 419, et Braun in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIII = 1851 pg. 150 nt. 1). Cf. Raoul-Rochette, Secchi, Braun et Bunsen in *Annali* cit. VI = 1834 pg. 277, VII = 1835 pg. 123, VIII = 1836 pgg. 77 sg., 95, 175, 286, De Witte *Antiq. Beugnot* pg. 55, Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* s. 524 et anm. 80, 90, Sec. Campanari in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* VII, 11.

VIOИIB (hinthiu), quod legitur in titulo perusino n. 1915 lin. 1, trahi potest ad rad. -OИIB (hinth-), gr. Fιδ-, rom. *vid-eo*, unde ↿AIOИIB (hinth-ial) = εἴδωλον. — Alii aliter interpretati sunt. Cf. Lanzi II 516 = 440, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 121.

HINNA, femina hinni (ἴννου), apud Non. II, 409 = pg. 122.

HINNIBVNDE, adverb. ab hinniendo, idem ac hinnienter. Non. II 411 = pg. 122: « Hinnibunde pro *hinnienter*, ab eo quod est hinno. Claudius annalibus lib. XXI. *Equi hinnibunde inter se spargentes terram calcibus* ».

HINNIENTER. Vide HINNIBVNDE.

HINNITO, frequentativum ab hinnio. Gloss. apud Labb.: « Hinnitat, χρεμετίζει ».

? MИIH (hins), in vasculo vitreo n. 1989.

HIP-, pro HAB-, radix osca in verbis HIPID = *habeat*, et HIPVST = *habuerit*. Vide HAB-.


HIΠAΔEΣ, in lapide messap. n. 2961.

HIPID, *habeat*, coniunct. praes. 3 pers. sg. (Peter *Sprach und schr.* etc. s. 62, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 263, Aufr. et Kirch. I 107 nt. 3), vel *habuerit*, perf. coniunct. (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 56, 66, 75, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 39, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 419, V 5, 9, VIII 39), apud Samnites, e rad. HIP-, *habere* (cf. Klenze *Phil. abhandl.* s. 48 nt. 87, Ebel et Schweizer in *Zeitschr.* cit. II 58, III 563 sq.). Tabula Bantina n. 2897 lin. 7 sq.: IZIC · EIZEIC · ZICEꟼ[EI] COMONO NI · HIPID = *is illo die comitia ne habuerit* (Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange op. cit. s. 87); lin. 14 IZIC · COMONO NI · HIPID = *is comitia ne habuerit* (Kirchhoff et Lange locc. cit.), quod vertit Mommsen s. 146 *is agrum ne habeat;* et lin. 17 COMONOM · NI HIPID = *comitia ne habuerit* (Kirchhoff s. 79, Lange s. 88). Vide PRVHIPID = *pro-hibeat* vel *pro-hibuerit*, et HIPVST = *habuerit*. — Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12 et 14 hipid sumit pro *petit*, praes. indic.; et Huschkius *Die osk. und sab. spr.* s. 85 sq. exponit *intersit*. Pessime Guarinius *Lex. osco-lat.* pg. 39: « hipid, *nihil quidquam* (cf. *Tab. oppid. lex.* pg. 151) ».


(1) Braun in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIII = 1851 pg. 150 nt. 1. Cf. tamen De Witte *Antiq. Durand* n. 1969 pg. 419.

HIPPARINVS, Ἱππαρῖνος (Diod. Sic. XVI, VI, 2), filius Dyonisii senioris, Syracusarum tyranni. Corn. Nep. in *Dion.* cap. 1.

HIPPARIS, Ἵππαρις (Pind. *Olymp.* V, 27; Nonnius *Dionys.* XIII, 317), fluvius Siciliae, Camarinae moenia alluens; hodie *Fiume di Camarina.* Eius caput adspicitur in nummo argenteo urbis Camarinae n. 3060 bis (Eckhel *Doctr. num. vet.* I, 200, Torremuzza *Sic. vet. nummi* pg. 16), cum scriptione ƸIЯAΠΠI. Cf. Sil. *Ital.* XIV, 230.



HIPPO vel Hipponium (?), Ἱππώνιον (Strab. VI, I, 5; Diod. Sic. XIV, CVII 2, XVI, XV 2; Plutarch. in *Cic.* XXXII, 1), Bruttiorum urbs, a Locris condita (Strab. loc. cit.), quam Romani Vibonem Valentiam appellaverunt (Plin. III, X, 2, Mela II, IV, 9). — Incolae dicti sunt Ἱππονιᾶται (Diod. XV 24, XXI 8), in nummis n. 3031 graece inscriptis ИΩƎIИΩΠIƎ (ειπωνιεων)



genit. plur. Steph. Byz.: Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἣ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱππονιάτης. Τοῦτο δὲ τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἱππωνία. Ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἱππώνιον ἔδει Ἱππώνιος, ἢ Ἱππωνιεύς. — Hipponiates sinus, Ἱππωνιάτης κόλπος = Vibonensis sinus, memoratur a Ptolem. III, 1 et a Strab. VI, I 4.

HIPPONA. Vide EPONA.

HIPPORVM, oppidum Bruttiorum, ut legitur in Antonini *itiner.* pg. 115.

HIPVST, *habuerit*, ut PRVHIPVST = *prohibuerit*, futur. exact. 3 pers. sg. apud Samnites (vide HIPID = *habeat*), e rad. HIP-, *habere* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 263; Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 23, III 419; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 15. Cf. Ebel et Schweizer in *Zeitschr.* cit. II 58, 207). Tab. Bantina n. 2897 lin. 11: SVEPIS · CONTRVD · EXEIC · FEFACVST · AVTI · COMONO · HIPVST = *si quis contra hoc fecerit aut comitia habuerit* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79,

Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87; cf. Mommsen op. cit. s. 146).

HIRA, quae diminutive dicitur hilla, quam Graeci dicunt νῆστιν, intestinum est, quod ieiunum vocant. Ita Paul. ex Festo pg. 101. Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 470: « Herasintina (lege: *hira intima*), intestina, quorum diminutio [hilla] dicuntur ». Cf. Macrob. *in somn. Scip.* I, vi pg. 45, et Plaut. *Curc.* II, ii, 23.

HIRETVM, vox originis et significationis ignotae, quae legitur in lapide vestino n. 2737. *Hirtum* exponit Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 255 sq. Lanzio II 619 = 534 ad n. 15 est *Heretum* vel *Eretum* vicus Sabinorum. Silet Mommsen *Die unterit. dial.* s. 343.

HIRMINIVM flumen, vel Hirminius fluvius in Sicilia, iuxta Camarinam (Plin. III, xv, 4 flumen Hirminium): hodie dicitur *Fiume Mauli* vel *Fiume di Ragusa* (Dom. duca di Serradifalco *Antich. di Sic.* I, 80).

HIRNEA, genus vasis vinarii. Cato *De r. r.* cap. 81: « Indito in hirneam fictilem, eam demittito in aulam aheneam aquae calidae plenam. ita coquito ad ignem. Ubi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito ». Alii *irneam* legunt, alii *urneam*. Plaut. *Amph.* I, i, 275 sq.: « Mira sunt, nisi latuit intus illic in illac hirnea. Factum 'st illud, ut ego illeic vini hirneam ebiberim meri ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *hirnea*, Vide IRNELA.

HIRPEX. Vide IRPEX.

HIRPI, populi Sabinorum, qui in agro Falisco ad montem Soractem habitabant; ita dicti ab hirpus = *lupus*, quasi *Lupi*. Serv. in *Aen.* XI, 785, qui Hirpos cum *Hirpinis* confundit, haec narrat: « In hoc autem monte (*Soracte*) cum aliquando Diti Patri persolveretur (nam Diis manibus consecratus est) subito venientes lupi exta de igni rapuerunt. quos cum diu pastores sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam, halitum ex se pestiferum emittentem: adeo ut iuxta stantes necaret: et exinde est orta pestilentia: quia fuerant lupos secuti: de qua responsum est, posse eam sedari, si lupos imitarentur, id est, rapto viverent. Quod postquam factum est, dicti sunt populi Hirpini Sorani: nam *lupi* Sabinorum lingua hirpi vocantur: Sorani vero, a Dite: nam Dis Pater Soranus vocatur: quasi lupi Ditis Patris: unde memor rei Virgilius Aruntem paullo post comparat lupo: quasi Hirpinum Soranum ».

§ 2. Hirpi vel Hirpiae, familiae quaedam ex Hirpis populis, in Faliscorum agro. Plin. VII, ii, 11: « Haud procul urbe Roma in Faliscorum agro familiae sunt paucae, quae vocantur Hirpi: hae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur. Et ob id perpetuo senatusconsulto militiae omniumque aliorum munerum vacationem habent ».

HIRPINI vel Irpini, Ἱρπῖνοι (Strab. VI, i, 12; Polyb. III, xci, 9; App. *De bell. civ.* I, 39 et 51), populi Italiae,

inter Samnites (Plin. II, xcv 3, III, xvi 1), quorum caput Beneventum; ita dicti ab Hirpis (vide HIRPI) sive ab HIRPVS h. e. *lupus*, Samnitium Sabinorumque linguâ. Strabo loc. cit.: Ἑξῆς δ' εἰσὶν Ἱρπῖνοι, καὐτοὶ Σαυνῖται τοὔνομα δ' ἔσχον ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου λύκου τῆς ἀποικίας· ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον. Paul. ex Festo pg. 106: « Irpini appellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites; eum enim ducem secuti agros occupavere ». Adde Serv. in *Aen.* VII, 785 (vide HIRPI). — Livius XXII, 13: « Hannibal ex Hirpinis in Samnium transit ». Lib. XXII, 61: « Defecere autem ad Poenos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites praeter Pentros, Bruttii omnes, Lucani ». Lib. XXIII, 1: « Hannibal, post Cannensem pugnam, — adcitus in Hirpinos a Statio, pollicente se Compsam traditurum ». Lib. XXIII, 37: « Et in Hirpinis oppida tria, quae a populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium praetorem [u. c. an. dxxxvii] ». Et lib. XXVII, 15: « Iisdem fere diebus [u. c. an. dxliii] et ad Q. Fulvium consulem Hirpini et Lucani et Volcentes, traditis praesidiis Hannibalis, quae in urbibus habebant, dediderant sese, clementerque a consule cum verborum tantum castigatione ob errorem praeteritum, accepti ». Cf. Sil. Ital. XI, 11. Hirpinos montes memorat Plinius III, xvi, 3, fundum et agrum hirpinum Cicero *Agr.* III, 2. Sil. Ital. VIII, 569 « Hirpinia pubes ». — Hirpinus est etiam cognom. rom. (cf. Grut. 338, 1). Plin. IX, lxxii, 1: « Fulvius Hirpinus » = VII, lxxviii, 2 « Fulvius Lupinus ». Varro *De r. r.* III, xii, 1: « Q. Fulvius Lupinus ». Inscr. aeclanensis apud Mommsen n. 1174: ANNIDIAE | HIRPINAE. Cf. IRPINIA AVIA apud eundem n. 292, et M · MALLIVS HERPINVS apud Grut. 240 col. 3. Gentilitia Hirpidius et Hirpineius inveniuntur apud Murat. 707, 2 et Corradini *Vet. Lat.* II 209 sq.

HIRPVS vel irpus, *lupus*, subst. masc., apud Sabinos et Samnites; hinc populi HIRPI vel HIRPINI, fortasse e rad. rap- (rapio), gr. ἁρπ-άζω (cf. *Zeitschr. f. die. vissensch.* I, 139). Serv. ad *Aen.* XI, 785 (vide HIRPI): « *Lupi* Sabinorum lingua hirpi vocantur ». Paul. pg. 106: « quem (*lupum*) irpum dicunt Samnites ». Et Strabo VI, i, 12: « ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον ». — Döderlein *De voc. aliquot* etc. pg. 7 scripsit: « Hirpum dicebant *lupum* sive Sabini sive Samnites; eodem nomine ἔριφος, quo Graeci hoedulum vocabant. Nam aspiratas Graecorum saepius tenui exprimebant Sabini; unde alpus i. e. *albus* ἀλφός; *crepusculum* κνέφας. Ab eodem nomine derivatum est Latinorum *ibex*, quod graece scripseris ΕΡΙΦΑΣ, emollita litera *r*, ut in ἰφύς· ὀφρύς apud Suidam ». Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 263.

HIRQVINVS, *hircinus*, adiect. ab hirquus = *hircus*. Plaut. *Poen.* IV, ii, 50 sq.: « Iam his duobus mensibus Volucreis

tibi erunt tuae hirquinae ». Et *Pseud.* IV, II, 12: « Heus tu, qui cum hirquina adstas barba, responde quod rogo ».

HIRQVVS, *hircus* (caper), subst. m. (cf. Plaut. *Casin.* III, II, 20), unde adiect. hirquinus, quod vide.

§ 2. Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Svetonium Tranquillum, in vitiis corporalibus. Haec Servius in Virg. *Ecl.* III, 8 (« transversa tuentibus hirci »). Cf. Gloss. apud Labb. « hirquus, κανθὸς ».

HIRRIO seu irrio, proprium est vocis canum, quum provocantur. Gloss. apud Labb.: « Hirio, ὑλακτῶ »; « Hirric (lege *hirrit*), κυνὸς ἀπειλὴ ὅτε ὑλακτεῖ »; et « Hirrit, ὅταν κύνων ἀπειλῇ ὑλακτῶν ». Sidon. *Ep.* VII, 3: « Veluti est canibus innatum, ut, etsi non latrant, tamen hirriant ». Paulo pg. 101 hirrire est *garrire*, « quod genus vocis est canis rabiosae ». Cf. Lucilius apud Charis. pg. 125 = 100 P.: « Inritata canes quam homo, quam planius dicit ». — Hinc hirritus vox canum, quum irritantur. Sid. *Ep.* IX, 16: « Prodat hirritu rabiem canino ». Vide voc. sq.

HIRRVS, qui hirrit, vel vultum habet ringenti similem (Furlan. in Forcell. *Lexic.* s. v.). Est cognom. rom. apud Cic. *Ep. fam.* VIII, 8 = n. 223 (C. Lucceius C. f. Pup. Hirrus). Gentilitium Hirrius saepe occurrit in lapid. rom. Vide HILLVS.

HIRTICVLVS, adiect. diminut. hirti (hirsuti). Gloss. apud Labb.: « Hirticulus, δασύπρωκτος ».

HIS, *iis*, pronom. demonstr. abl. pl. (vide HI = *ii*), in codd. Cic., et constanter in codice Probi artis saeculo VI vel VII scripto, ut docet Osann *De pron. tertiae pers.* pg. 46 nt. 1. Sic hisdem pro *iisdem*, quod vide.

HISBO, vir rutulus, quem finxit Virg. *Aen.* X, 383.

HISDEM, *iisdem*, ab HIS = *iis*, pronom. demonstr. abl. pl., in *Fragmentis iur. civ.* editis ab A. Maio pg. 14, et constanter in cod. Probi artis saeculo VI vel VII scripto, ut monet Osann *De pron. tertiae pers.* pg. 46 nt. 1. Cf. Madvig ad Cic. *De fin.* pg. XVI, Orell. in Cic. IV, II pg. 23.

HISCE, *hice*, pro HEISCE, pronom. demonstr. nominat. pl. apud veteres. In tab. genuate (App. n. I) lin. 13: HISCE · FINIS · VIDENTVR · ESSE. Cf. Osann *De pron. tertiae pers.* pg. 59 sq.

HISPELLVM, Εἰσπέλλον (Strab. V, II, 10) vel Ἴσπελον (Ptol. codd. III, 1 Ἰσπόλιον, Ἴσπολον, Ἱσπελλον, Ἰσπελιον), oppidum Umbriae, et colonia Romanorum (Plin. III, XIX, 2), nunc *Spello*. Cf. Sil. Ital. VIII, 457. Inscr. apud Grut. 351, 1 (Orell. n. 3885): ALFIVS C · F · LEM · RVF · II VIR · QVIN | COL · IVL · HISPELLI etc. In rescripto imp. Caes. Fl. Costantini Max. apud Henzen n. 5580: CIVITATI HISPELLO AETERNVM VOCABVLVM NOMENQ VENERANDVM DE NOSTRA NVNCVPATIONE CONCESSIMVS SCILICET VT IN POSTERVM PRAEDICTA VRBS FLAVIA CONSTANS VOCETVR. Adde inscr. apud Orell. n. 2170 et Henzen n. 6858 *a*. — Incolae appellantur Hispellates. Inscr. apud Vermigl. *Inscr. per.* pg. 282 (Orell. n. 92): FINCOL | HISPELL h. e. *fines coloniae Hispellatium* vel *Hispellatis*. Adde inscr. apud Murat. 1800, 1 (Vermigl. op. cit. pg. 300, Orell. n. 98), ubi legitur HISPELLATES. Plin. *Epist.* VIII, 8: « Balineum Hispellates, quibus illum locum divus Augustus dono dedit, publice praebent, praebent et hospitium ». Cf. Hygin. *De limit.* pg. 163 ed. Goes.: « in Umbria finibus Spellatium ». — Sil. Ital. IV, 187: « Hispellatemque Metaurum ». Cf. inscr. apud Vermigl. op. cit. pg. 146 = Orell. n. 90 (II · VIR · HISPELLATI), et Iuven. *Sat.* XII, 10 (« pinguior Hispulla trahebatur taurus »). — Gentilitium Hispellatius invenitur in lapid. rom.; nempe L · HISPELLATIVS SABINIANVS (Fabr. cap. IX n. 132 pg. 615; Doni *Cl.* V n. 70; Murat. 725, 4), et HISPELLATIA · PROCVLA (Murat. 1204, 5; Mommsen n. 3335).

HISPIRITVS, *spiritus*, subst. m. barbarà orthographià, quod et scribitur ISPIRITVS. In titulo chr. apud Boldetti *Osservaz.* etc pg. 419: HISPIRITO SAN · MARCIANETI | CARISSIME COIVGI QVE VIXIT | ANNIS XXX. Inscr. edita in *Giorn. arcad.* XXXII, 95: SEXTO ACERRE | VRSO SANCTO | QVI VIXIT | ANNIS · VI | MENSES · VIII | DIEBVS · VII | FILIO DVL|CISSIMO | VRBANVS | ET IVSTINA | PARENTES | SANCTO HISPIRITO | VRSO IN PACE. Cf. Lupi pg. 169.

HISTER, *ludio*, unde rom. *histrio* (ital. *istrione*), subst. m. Etruscorum linguà. Liv. VII, 2: « Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. imitari deinde eos iuventus, simul inconditis inter se iocularia fundentes versibus, coepere; nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo *ludio* vocabatur, nomen *histrionibus* inditum: qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis iaciebant; sed inpletas modis saturas, descripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant ». Val. Max. II, IV, 2: « Et quia *ludius* apud eos (Etruscos) histrio appellabatur, scenico nomen *histrionis* inditum est ». Scripsit Plutarchus *Quaest. rom.* cap. 107: « Διὰ τί τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ἱστρίωνας Ῥωμαῖοι καλοῦσιν; » Ἡ δὲ ἣν αἰτίαν Κλούβιος Ῥοῦφος ἱστόρηκε; φησὶ γὰρ ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς χρόνοις Γαΐου τε Σουλπικίου καὶ Λικινίου Στόλωνος ὑποτευόντων, λοιμώδη νόσον ἐν Ῥώμῃ γενομένην, πάντας ὁμαλῶς διαφθεῖραι τοὺς ἐπὶ σκηνὴν προερχομένους· δεηθεῖσιν οὖν αὐτοῖς ἐκ Τυῤῥηνίας ἐλθεῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τεχνίτας, ὧν τὸν πρωτεύοντα δόξῃ καὶ χρόνον πλεῖστον ἐνευημεροῦντα τοῖς θεάτροις, Ἴστρον ὀνομάζεσθαι·

καὶ διὰ τοῦτο πάντας ἱστρίωνας ἀπ' ἐκείνου προσαγορεύεσθαι. Alii tamen putabant, Histriones dictos, quod primum ex Histria venerint, ut docet Paulus ex Festo pg. 101. — Hister est cognom. rom. apud Grut. (128, 1; 167, 12; 447, 4, 5) et Plin. X, 16.

HISTONIESIS, histoniensis, adiect. ad Histonium pertinens, in lapide apud Mommsen n. 5252. Vide voc. sq.

HISTONIVM, Ἱστόνιον (Ptol. III, 1), oppidum Frentanorum (Plin. III, xvii, 1; Mela II, iv, 6): hodie dicitur *il Vasto d'Aimone*. Inscr. apud Mommsen n. 5254: ...VFO · AED | ...DIC · HISTON | ...ECVND. Antonini *itiner.* pg. 314 « Histonios »; Tab. Peuting. segm. Ve « Istonium »; et Frontin. *De col.* ed. Goes. pg. 126: « Istoniis colonia ». Cf. Ἰστώνη, ὄρος προσεχὲς τῇ Κερκύρᾳ apud Steph. Byz. et Polyaen. VI, 20, quorum accolae Ἰστωναῖοι (inscr. Corcyr. apud Boeckh n. 1874). Ἱστών -ῶνος Graecis est *textrina*. — Incolae dicuntur Histonienses, ut in lapide apud Mommsen n. 5252 (MVNICIPIVM HISTONIESIVM), et in alio apud Henzen n. 6432 (M. Paquius Aulanius actor MVNICIPI HISTONIENSIVM). Adde inscr. apud Mommsen n. 5171 sq.

HISTRICVLVS, parvus hister. Gloss. apud Labb.: « Histriculus, λογοποιός ».

ꟼIИVƧI⊗ (hisunia), fortasse *Vesonià*, nomen mulieris, abl. sg. pro hisunial (genit. sg. ƧꟼIИVƧI⊘ hisunias). Inscr. clus. n. 620: ꟼIИVƧI⊗ : IƎИIꟼϽ : ꟼ8 (fa cainei hisunia) = *Fausta Caia Vesonià* nata.

ƧꟼIИVƧI⊘ (hisunias), fortasse *Vesoniae*, nomen mulieris, genit. sg. (abl. sg. ꟼIИVƧI⊗ hisunia pro hisunial), in ossuarii clus. operculo n. 717.

HITALIA, *Italia*, cum aspiratione (osc. VI⅃ƎTIƆ viteliú). Est cogn. muliebre. Inscr. brundisina apud Mommsen n. 526: POMPONI|A HITALIA | V · A · L | H · S.

HITTA, membrana mali granati, idem ac ciccus (Furlan. in Forcell. *Lexic.* s. v.). Gloss. apud Labb.: « Hitta, ὑμὴν ».

HITTIO, est verbum proprium canum vestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione (Scalig. ad Fest. in v. *hetta*). Gloss. apud Labb.: « Hittio, ἰχνεύω ». Vide voc. sq.

HITTVS, vox canis vestigia indagantis. Gloss. apud Labb.: « Hittus, φωνὴ κυνός ».

? VIH (hiu), *heic*, adverb. in titulo falisco n. 2446 (cf. Orioli in *Bull. dell'Inst. arch.* 1854 pg. xxi).

ƧꟼIИVI⊘ (hiunias), fortasse *Iuniae*, nomen mulieris genit. sg., in ossuarii clus. operculo n. 810.

? ⅃ꟼI⅃⊗ (hlial). Vide ⅃ꟼI⅃ƎB helial.

HIFAHIAS, in lapide messap. n. 2955.

IƎИ⅂⅃B (hlpnei), quod extat in lapide urbevetano n. 2040, Vermigliolio (*Lett. a L. Gualterio* mss. pg. 17) h[a]lpnei, pro *Alfana*, *Alfenia* vel *Alphenia*, nomen mulieris.

V⅃⊖ (hlu), quod legitur in lamella plumbea volaterrana n. 315, Lanzio II 464 = 393 n. 469 est *Helii* praenom. m. genit. sg., ab Ǝ⅃Ǝ⊘ hele = *Helius*.

HMIΛAMION, μέρος (pars), apud Messapios, teste Hesych. *Lexic.* I, 1633.

HOBITVS, *obitus*, subst. masc. In titulo apud Zell n. 587: POST HOBITVM EORVM. Adde inscr. apud Grut. 527, 2.

HOIER, *Hoii?*, nomen virile genit. sg., apud Umbros in tab. eugub. VIa 14 (Aufr. et Kirch. II 79 sq. et in ind.). — *Hostiae* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VI 13, qui hoiam ὁσίην κρεάων interpretatur, cum verbo *hostire* fortasse ab ὁσίη derivatum.

HOIC, *huic*, pronom. demonstr. dat. sg. = HOICE (cf. HOIVSCE = *huiusce*), teste Mar. Victorino pg. 2459 (vide POPOLVS).

HOICE, *huice* (huic), pronom. demonstr. dat. sg. = HOIC. Lex Acilia *De repet.* (App. n. LVI) cap. 4, lin. 26: HOICE LEEGEI.

HOIVSCE, *huiusce*, pronom. demonstr. genit. sg. (cf. HOIC et HOICE = *huic* dat. sg.). Lex Servil. *De Repet.* (App. n. LX) cap. 17: AVT · NISEI · DE · SANCTIONI · HOIVSCE · LEGIS · ACTIO · NEI · E[STO]. Adde leg. *de magistris aquar.* apud Egger *Lat. serm. reliq.* pg. 359. Inscr. vestina (App. n. LXII): HOIVSQVE · AEDIS.

HOC, *huc*, adverb. (Maffei *Ver. ill.* II 542). Virg. *Aen.* VIII, 423: « Hoc tunc ignipotens coelo descendit ab alto »; ubi Servius: « Hoc tunc: id est *huc tunc*: et hoc pro *huc* posuit secundum antiquum morem: nam ante hoc adverbium loci fuit, quod nunc abolevit: nam crebro in antiquis lectionibus invenitur, sicut in epistolis probat Verrius Flaccus, exemplis, auctoritate, ratione, dicens: *In adverbiis pro* u, o *plerumque maiores ponere consuetos*: et sic pro *huc*, hoc veteres dicere solebant: sicut pro *illuc*, illo dicimus: unde etiam hoc, o longum esse apparet, sicut illo, quod pro *illuc* ponitur ». Adde Plaut. *Amph.* I, i, 11, *Capt.* II, ii, 79 (« Nunc hoc animum advortito ») et III, i, 20, *Merc.* II, ii, 40. In titulo sepulcrali apud Grut. 816, 8 (Mommsen n. 3804): INFERRI · HOC · NON · LICET. Inscr. apud Maffei *Osserv. lett.* I, 220: V · T · LATINIVS · TI · L · DOR ... | Θ · AGRASIA · T · L · RVFA | HOC MANSVM · VENI · IIII · K · SEPT | P · SVLPICIO C · VALERIO · RVFO | CONSVLIBVS.

HOCE, *hocce* (hoc), pronom. demonstr. n. acc. sg. S. C. *de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 25 sq.: ATQVE · VTEI HOCE · IN · TABOꓘAM · AHENAM · INCEIDERETIS.

HOCTAVIVS et Hoctavia, *Octavius* et *Octavia*, gentilitium rom. (= osc. ꓘIƆИTBV et VBTИCIꓘ úhtavis. etr. ƎƎꟼ+BV uhtave). Inscr. apud Murat. 1499, 12: M · SVIO · A · L | C · VIIACIVS | VIITTO IIT · L · HOCTAVIVS | MARVS. Alia apud Grut. 1053, 7:

HOCTAV|IE · COIVGI | NEOFITE | BISOMVS · MA|RITVS · FE|CIT.

HOL-, radix umbrica in voc. HOLTV, quod vide.

HOLITOR, *olitor*, subst. m. Inscr. apud Marini *Arval.* pg. 529 (Orell. n. 2861, Zell. n. 1148): DIS MANIBVS | ARIARATHES | HOLITORIS.

HOLTV, —*to*, partic. perf. pass. abl. sg., e rad. HOL-, fortasse eadem cum sanscr. bar vel har (*tollere*, *rapere*), et comparandum cum rom. *ab-ol-eo* (Aufr. et Kirch. I 54, 60, 62, 80, 118, 146, 147 nt. 1, II 267 sq.). Invenitur in tab. eugub. VIb 60 et tab. VIIa 49. — Aliis est rom. *halitu* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126). Grotefend *Rud. l. u.* III 25, IV 22 sq., VIII 31 hondu holtu abl. verbal. explicat ἡλίωσιν sive *siderationem*.

HOMELTIVM, pilei genus. Paul. ex Festo pg. 103, ubi Müller: « vox obscurissima ». Alii legunt homelium, ut Forcell. s. v.

HOMONES, *homines*, apud veteres (vide HEMO = *homo*). Prisc. pg. 206 = 683 P.: « Vetustissimi tamen etiam homo homonis declinaverunt. Ennius [*Ann.* vs. 141]: « *Vulturus in silvis miserum mandebat homonem.* »

HOMONVS, *hominibus*, subst. mas. dat. pl. 3 decl. (vide HOMONES = *homines*), apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VII, 11 sq., Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 12, Aufr. et Kirch. I 49, 54, 80, 105, 128, II 357; cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 123). Tab. eugub. Vb 10 et 15: HOMONVS · DVIR = *hominibus duobus.* — Lanzio II 711 = 619 est nomen proprium virile.

HOMVLLVLVS, *homunculus*, subst. m. diminut. hominis. Prisc. pg. 109 = 614 P.: « homo, homunculus — dicitur tam et homuncio et homullus et homullulus ». — Homullus est cogn. rom. in titulo capuano apud Grut. 478, 10 = Mommsen n. 3609 (M · VALERIO | HOMVLLO | COS | PATRON · COL | D · D).

HON-, radix umbrica. Vide HONDV.

HONDE, *Hondo*, dat. sg. 2 decl. (antiquioribus literis ƎꝈИVꝊ hunte), Umbrorum deus (Aufr. et Kirch. I 53, 96, II 232 sq., 265, 379. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* III 15, VI 22, VIII 17, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33 et nt. 37). Tab. eugub. VIb 45: VITLV · TORV · TRIF · FETV · HONDE · SERFI · FETV · POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR · TOTAPER · IIOVINA = *vitulos tauros tres facito, Hondio Cerfio facito pro populo civitatis Iguvinae, pro civitate Iguvina.*

HONDOMV, *ultimo* (infimo) = sanscr. uttama, goth. hindumist, adiect. superlat. abl. sg. 2 decl. ab HONDRA = ꟼꝊꝈVꝊ hutra h. e. *ultra* (Aufr. et Kirch. I 53, 60, 63, 81, 96, 117, 130, II 68 sq.; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122. Cf. Bugge et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 36, 243, 288). Tab. eugub. VIa 9, 10: ANGLVTO · HONDOMV = *ab angulo infimo*, quod non bene pro *in bono aquilae augurio* sumit Grotefend *Rud. l. u.* III 15, VI 6, 10, VIII 22.

HONDRA, *ulteriore* (ultra), antiquioribus literis ꟼꝊꝈVꝊ hutra, abl. sg. 1 decl. = sanscr. uttara, gr. ὕστερος, goth. hindar (Aufr. et Kirch. I 53, 63, 67, 80, 96 sq., 107, 111, 130, 154, II 69, 81, 83, 297. Cf. Zeyss *De subst. umbric. decl.* nt. 28 et nt. 66, Bugge et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 36, 243, 288). Tab. eugub. VIa 15: HONDRA · ESTO · TVDERO = *infra istos fines* (Aufr. et Kirch. II, 84); et tab. VIIa 52: HONDRA · FVRO · SEHEMENIAR · HATVTO = *infra — —are —nto.* — *Dehinc* exponit Grotefend *Rud. l. u.* V 26, VI 7, 15, 29, 32, VII 37.

HONDV, —*to*, particip. perf. pass. abl. sg. 2 decl., e rad. HON- fortasse eadem cum sanscr. han (ferire, occidere), gr. φεν- (Aufr. et Kirch. I 54, 62, 96, 118, 146, II 268, 408), in tab. eugub. VIb 60 et tab. VIIa 49. — Grotefendio autem (*Rud. l. u.* III 15, 25, IV 22 sq., VIII 31 sq.) hondu holtu ἡλίωσιν sive *siderationem* significare videtur. Huschkio *Die osk. und sab. spr.* II 122 est *fundito.*

HONESTITVDO, *honestas*, subst. fem. Accius vs. 501 ed. Ribbeck apud Non. II, 401 = pg. 120 (s. v. honestitudo pro *honestas*): « Horrida honestitudo Europae principium primo ex loco ». Et vs. 16: « tua honestitudo Danaos decepit diu ».

HONC, *hunc*, pronom. demonstr. m. acc. sg. (vide HOIC et HOICE = *huic*, HOIVSCE = *huiusce* et HOC = *huc*). In titulo n. 2708 ex Scipionis sepulcro: HONC · OINO · PLOIRVME · COSENTIONT · R..... | DVONORO · OPTVMO · FVISE · VIRO | LVCIOM · SCIPIONE · FILIOS · BARBATI etc. = *Hunc unum consentiunt Romani bonorum optimum fuisse virum Lucium Scipionem filium Barbati* etc.

HONOR vel honos, deus ab Romanis cultus, ut honorarentur (August. *De civ. Dei* IV, 21, ubi codd. nonnulli « *deo Honorino* »). Valer. Max. I, 1, 8: « Quum Marcellus quintum consulatum gerens templum Honori et Virtuti, Clastidio prius, deinde Syracusis potitus, nuncupatis debitum votis consecrare vellet, a collegio pontificum impeditus est, negante, unam cellam duobus diis recte dicari; futurum enim, si quid prodigii in ea accidisset, ne dignosceretur, utri rem divinam fieri oporteret: nec duobus nisi certis diis una sacrificari solere. Ea pontificum admonitioni effectum est, ut Marcellus, separatis aedibus, Honoris et Virtutis simulacra statueret ». Cf. Cic. in *Verr.* II, IV, 54, Ovid. *Fast.* V, 23 sqq., Horat. *Carm. saec.* vs. 57. In titulo arretino apud Gori *Inscr. ant.* II, 248 = Orell. n. 543 AEDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR FECIT (C. Marius C. fil. cos. VII). Inscr. apud Grut. 100, 4 Orell. n. 1842: VIRTVTI | ET | HONORI L | VLPIVS MARCELLVS | LEG · AVG | PR · PR · PAN-

NON · INF | V · S. Alia apud Henzen n. 5820: HONORI | ET \AVORI (Favori vel Pavori?) | SATVRN[I]NIVS · LVPVLVS. Adde kalend. amitern. mens. aug. apud Orell. II, 397, et cf. inscr. apud eundem n. 1702, 2034 et Henzen n. 5793. HONORVS antiquâ orthographià pro honoris invenitur in tab. puteolana (App. n. LI).

HONORALIS, *honorabilis*, adiect. Est cognomen rom. Inscr. apud Murat. 1259, 12: IANVARIVS | HONORALI | MATRI · PIAE | P · S · PQ · S.

HONORATIANVS, ad Honoratum pertinens. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 517, 4 (Q · RANIO · TERENTINA · HONORATIANO FESTO etc.).

HONORINVS, adiect. ad honorem pertinens. Honorina est nomen mulieris in titulo apud Murat. 1030, 7.

HONOROSVS, adiect. Isid. *Orig.* X in lit. H: « Honorosus plus est quam *honoratus*, sicut scelerosus plus est quam *sceleratus* ».

HONORVS = *honoris*, genit. sing. apud veteres. Vide HONOR.

HONVS, *onus*, subst. n. apud veteres, teste Aul. Gellio II, 3. In lapide edito in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 73: C · PACCI · FELICIS C PACCIO FELICI PAT · OMNIB · HONORIB · ET · HONERIBVSVE FVNCTO etc.

HONVSTVS, *onustus*, adiect. apud veteres, ut docet Aul. Gellius II, 3.

HOΠAKOA⅁⅁OI, in titulo messap. n. 2970. Cf. n. 2966 lin. 1.

HORA vel Ora, dea iuventutis, ab ὥρα (pulchritudo). Ennius *Ann.* vs. 121 (ed. Vahlen) apud Non. II, 394 = pg. 120: « Quirine pater veneror Horamque Quirini ». Cf. Forcell. *Lexicon* s. h. v., et vide HERSILIA.

HORANVS, ad horam pertinens. Est cognom. rom. in titulo apud Cancell. *De secret.* IV, 1760.

HORATIO, *oratio*, subst. fem. In titulo sepulcr. apud Nicolai *Basil. di S. Paolo* pg. 135 n. 188 (Perret *Catac. de Rome* pl. LX n. 19): POTESTATE CRISTO HORATIONE FACET AGAPE etc.

HORDA, idem ac forda, h. e. *praegnans*. Paul. pg. 102: « Horda praegnans, unde dies, quo gravidae hostiae immolabantur, Hordicidia ». Varro *De r. r.* II, v, 6: « Quae sterilis est vacca, taura appellata; quae praegnans, horda. ab eo in fastis dies hordicalia nominantur, quod tunc hordae boves immolantur ». Vide FORDA.

HORDICALIA. Vide voc. praec.

HORDICIDIA. Vide HORDA et FORDICIDIVM.

HORIA vel oria, *navicula piscatoria* (Non. XIII, 3 = pg. 564), ab ὅριος, *terminalis*. Plaut. *Rud.* IV, II, 15 sqq.:

« Neptuno has ago meo patrono gratias,
Qui salsis locis incolit pisculentis,
Quom me ex suis polchre ornatum expedivit
Templis reducem, plurima praeda onustum,
Salute horiae, quae in mari fluctuoso
Piscatu novo me uberi conpotivit ».

Et IV, III, 81: « Mea opera, labore, et rete, et horia? ». Adde Aul. Gell. X, 25, ubi legitur oria. — Horia est etiam cogn. muliebre in titulo sepulcrali apud Grut. 1144, 9 (PONTIA · HORIA). Vide voc. sq.

HORIOLA vel oriola, diminut. horiae. Plaut. *Trin.* IV, II, 100 sq.: « Imo horiola advecti sumus; usque aqua advorsa per amnem ». Adde Aul. Gell. X, 25, ubi legitur oriolia. Vide HORIA.

HORILOGIVM, *horologium*, subst. n. in titulo apud Grut. 237, 6.

HORITVR, *hortatur*. Ennius *Ann.* vs. 409 apud Diomed. pg. 382 = 378 P.: « . . . prandere iubet horiturque ».

HORIVNDVS, *oriundus*, ab *orior*, in titulo sepulcrali apud Grut. 529, 7.

HORCONIA, subst. f., genus vitis in Campania, teste Plinio XIV, IV, 12.

HORCTVS vel forctus, adiect. apud veteres (vide FORCTES). Paul. pg. 102: « Horctum et forctum pro *bono* dicebant ». Alii legunt horctem et forctem.

HORMIAE. Vide FORMIAE.

HORNAMENTVM, *ornamentum*, subst. n., in titulo apud Grut. 451, 6.

HORRIFICABILIS, *horrificus*, adiect. Accius vs. 617 (ed. Ribbeck) apud Non. III, 231 = pg. 226: « Nam etsi opertus squalitate est luctuque horrificabili ».

HORSE, *Hodio*, antiquioribus literis ƎIꟼVꝎ hurie, dat. sing. 2 decl.: est epitheton Martis apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 117, II 232; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33 et nt. 40). Tab. eugub. VIb 43: MARTE · HORSE FETV = *Marti Hodio facito*. Marte horse *Marti Horsio* exponit Grotefend, qui *Martem Horsium* non tam ὅριον, quam ὡραῖον vel χορταῖον, hortorum praesidem Priapum interpretatur (*Rud. l. u.* III 25).

HORSVM, *versus hunc locum* (ab *hoc* et *versum*), adverbium apud veteres. Plaut. *Mil.* II, III, 33: « Horsum ad stabulum recipiat se e pabulo »; et *Rud.* I, II, 83: « subrexit; horsum se capessit ». Terent. *Hec.* III, IV, 36: « At at, eccum Phidippum et patrem Video: horsum pergunt ».

HORTA vel Hortanum, oppidum Etruriae, nunc *Orte*. Plin. III, VIII, 3 (« Hortanum »), et Paul. Diac. *Langob.* IV, 8 (« Horta »). Cf. Virg. *Aen.* VII, 716 « Hortinae classes ». Ὄρθη, Orthe, est oppidum Thessaliae (Strab. IX, V, 19; Plin. IV, XVI, 1). Vide voc. sq.

HORTENSES, incolae Hortae, urbis in Latio, apud Plin. III, IX, 16. Vide art. praeced.

HORTESIVS, *hortensius*, adiect. ad hortum pertinens (cf. umbr. ⅁VI+И∃+ꓷVꓭ hurtentius). Vel. Long. pg. 2237 « Sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum quod

quasdam literas levitatis causa omiserunt, sicut Cicero qui Foresia et Megalesia et Hortesia, sine *n* litera libenter dicebat ». In titulo sepulcrali apud Grut. 518, 5: T · HORTESIO MVCRONI etc. Inscr. apud Fabr. cap. VII n. 241 pg. 516: EX PREDIO HORTESI PAVLI etc.

HORTICVLANVS pagus in Campania memoratur in tab. apud Mommsen *Inscr. neap.* n. 1354 = Henzen n. 6664.

HORTILIO, *horti custos*, in Gloss. Isid.

HORTINVS. Vide HORTA.

HORVNC, *horunce*, pronom. demonstr. m. genit. pl. In titulo sepulcrali apud Grut. 769, 9 (Orell. n. 4848): GNATOS · DVOS CREAVIT · HORVNC · ALTERVM | IN · TERRA · LINQVIT · ALIVM · SVB · TERRA LOCAT.

HOS-, radix umbrica = osc. -ꓘVB hús-, etr. -ꓘVΘ hus- (cf. rom. *hos-tis* = gr. ἐχθ-ρός?), in verbis HOSTATIR et ANHOSTATIR vel ANOSTATIR, HOSTATV et ANHOSTATV vel ANOSTATV.

ꓘOB (hos), in lapide euganeo n. 28. Cf. ◇◇ꓘ (thos) et vide voc. sq.

ꓘOꓘABIOꓘOB (hosthihavos), in lapide euganeo n. 28.

HOSPITAALITAS, *hospitalitas*, subst. fem. Inscr. in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1859 pg. 61: HOSPITAALITAS INTERPROMINI.

HOSPITIANVS, adiect. ad hospitem pertinens. Est cogn. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 1057, 6 (FL · HOSPITIANVS).

HOSTATIR, *—tis*, particip. perf. pass. dat. plur. 2 decl., cui opponitur ANHOSTATIR (an-hostatir) et sine aspiratione ANOSTATIR (an-ostatir), e themate verbali hosta (Grotefend *Rud. l. u.* IV 26, VIII 32, Aufr. et Kirch. I 54, 119, 147, II 152, 267; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 16). Tab. eugub. VIb 62, VIIa 13, 14 sq., 28, 50: IOVIES HOSTATIR ANHOSTATIR (vel ANOSTATIR) = *—ibus —atis in—atis*, quod Grotefend (*Rud. l. u.* IV 22) vertit *nobilibus hostiatis, non hostiatis.*

HOSTATV, *—tos* (?), particip. perf. pass. accus. pl. 2 decl., cui opponitur ANHOSTATV (an-hostatu) et sine aspiratione ANOSTATV (an-ostatu) = *in—tos*, a themate verbali hosta, cum rom. hostis et hospes comparandum, e rad. HOS- (Aufr. et Kirch. I 147, 152, II 267). Tab. eugub. VIb 59 sq. et VIIa 48: IOVIES · HOSTATV ANHOSTATV = *—es —atos in—atos*, quod Grotefend (*Rud. l. u.* IV, 22) vertit *nobili hostiato, non hostiato*, et Huschke (*Die osk. und sab. spr.* s. 122) *iuvines hastatos, non hastatos.* Cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 11.

HOSTIA. Vide OSTIA.

HOSTIATVS, particip. ab inusitato *hostio* (hostiis instruo). Plaut. *Rud.* I, v, 11 sq.: « Ergo aequius vos erat Candidatas venire hostiatasque ».

HOSTIFICE, *hostiliter*, adverb. Accius vs. 52 sq. (ed. Ribbeck) apud Non. III 203 = pg. 224: « Cum patre parvos patrium hostifice Sanguine miscere suo ».

HOSTIFICVS, *hostilis*, adiect. Accius vs. 80 (ed. Ribbeck apud Non. VIII, 15 = pg. 485: « Θ divum hostificumque diem ».

HOSTICAPAS, *hostium captor*. Paul. pg. 102, ubi alii legunt *hosticapax*.

HOSTICVLVS, diminut. hostis. Not. Tiron. pg. 79: « Hostis, hosticulus ».

HOSTILINA, dea apud Romanos. Aug. *De civ. Dei* IV, 8: « Cum segetes novis aristis aequantur, quia veteres *aequare* hostire dixerunt, deam Hostilinam (*praefecerunt*) ».

HOSTILIVS. Vide HOSTVS.

HOSTIMENTVM, *aequatio*, subst. n. ab antiquo hostio h. e. *aequo*. Paul. pg. 102: « Hostimentum beneficii pensatio ». Non. I, 11 = pg. 3: « Hostimentum est *aequamentum;* unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa caussa pugnam ineunt ». Plaut. *Asin.* I, III, 20: « Par pari datum hostimentum 'st, opera pro pecunia ». Adde Enn. in Cresphonte (*Trag.* vs. 154) apud Fest. pg. 270 (vide HOSTIO).

HOSTIO, *aequa reddo*, *aequo*, apud veteres. Festus *Qu.* XIII, 8 pg. 270: « Redhostire, *referre gratiam.* Naevius in Lupo: *Ubi Veiens regem salutant iubeo Albanum Amulium comiter senem sapientem contra redhostit Maenalus.* et Accius in Amphitryone: *cedo ecquid te redhostit ut cum ea se oblectet facilius.* nam et hostire pro *aequare* posuerunt. Ennius in Cresphonte: *Audi atque auditis hostimentum adiungito.* et in Hectoris lytris: *quae mea cominus machaera, atque hasta hospius manu* (lege hostibit e manu). et Pacuvius in Teucro: *Nisi coerceo protervitatem, atque hostio ferociam* ». Paul. pg. 271: « Redhostire est *gratiam referre*, nam et hostire pro *aequare* posuerunt ». Fest. *Qu.* XIV, 20 pg. 314: « Status dies † vocatur qui iudici causa est constitutus cum peregrino. eius enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari iure cum populo R., atque hostire ponebant pro *aequare* ». Serv. in Virg. *Aen.* II, 156 (« quas hostia gessi »): « Hostia vero victima est dicta, quod dii per illam hostientur, id est, *aequi et propitii reddantur.* unde hostimentum, *aequationem* ». Plaut. *Asin.* II, II, 110: « Quin promitto in quam hostire contra, ut merueris ». Gloss. Isid.: « Hostit, *aequat*, *adplanat* » Et Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 470: « Hosita (lege *hostita*), *aequata, lenita* ». Cf. HOSTILINA, HOSTIMENTVM et HOSTORIVM.

§ 2. Hostire, *ferire*, apud veteres. Paul. pg. 102 « Hostia dicta est ab eo, quod est hostire, *ferire* » Et Non. II, 405 = pg. 121: « Hostire — *offendere, caedere.* Pacuvius Erotopaegnion lib. ij: *Hunc, quod meum admissum nocens hostit voluntatem tuam* ».

IIOVINAM, *Iguvinam*, = IOVINAM, minus recte IIOVINA, adiect. fem. acc. sg. 1 decl., ad Iguvium pertinens (Lanzi II 823 = 732; Lassen *Beitr.* etc. s. 26; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 24; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21; Aufr. et Kirch. I 110, II 45). Tab. eugub. VIa 49, 51, VIb 33, VIIa 16, 29: TOTAM IIOVINAM = *civitatem Iguvinam* (vide TOTAM).

IIOVINAR, *Iguvinae*, = IOVINAR et antiquiori orthographiâ ƧAИIƎVII iiuvinas, adiect. fem. genit. sg. 1 decl. ad Iguvium pertinens (Lanzi II 755 = 663, 765 = 673, 823 = 732; Lassen *Beitr.* etc. s. 26, 30, 54; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 24; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 19; Aufr. et Kirch. I 104, 106, II 47, 157; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 122). Tab. eugub. VIa 32, 39, 42, 49, 52, VIb 32: TOTAR · IIOVINAR · NOME = *civitatis Iguvinae nomen;* tab. VIb 43, 45, VIIa 3, 6, 10, 19, 21, 24, 26, 32, 35, 37, 41: POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR = *pro populo civitatis Iguvinae;* tab. VIb 61, VIIa 14, 17, 27, 31, 53: POPLE · TOTAR · IIOVINAR = *populo civitatis Iguvinae;* tab. VIIa 28: TOTAR · IIOVINAR NERVS = *civitatis Iguvinae principibus;* tab. VIIa 15, 29: SALVOM · SERITV · POPLOM · TOTAR · IIOVINAR = *salvum servato populum civitatis Iguvinae;* et tab. VIIa 16, 30: SALVOM · SERITV · POPLER · TOTAR · IIOVINAR · TOTAR · IIOVINAR · NOME etc. = *salvum servato populi civitatis Iguvinae, civitatis Iguvinae nomen.*

IIOVINE, *Iguvinae*, = IOVINE vel IIOVEINE et antiquiori orthographiâ ƎИIƎVꓘI ikuvine, adiect. fem.

dat. sg. 1 decl., ad Iguvium pertinens (Lassen *Beitr.* etc. s. 19, 31 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 24; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 20; Aufr. et Kirch. I 53, II 45, 147, 190). Tab. eugub. VI a 18, 24, 31, 40, 43, 50, 53, VI b 7, 11, 14, 29, 33, 34, 51, 62, VII a 14, 18, 27, 31: TOTE · IIOVINE = *civitati Iguvinae.* — Lanzius II 823 = 732: « iiovine *per la posizione pare secondo caso; in altri contesti si espone per terzo o sesto caso* ». Cf. Lassen op. cit. s. 39, et Zeyss op. cit. § 24.

IIOVINVR, *Iguvini*, = IOVINVR, antiquiori orthographià ƧVИIƆVꓘI (ikuvinus), incolae Iguvii, ab ƧИIƆVꓘI (ikuvins) = *Iguvinus* (Aufr. et Kirch. I 75, 149, II 271 sq.). Tab. eugub. VI b 62 sq.: ENO | DEITV · ETATO · IIOVINVR = *tum dicito: Itatum Iguvini.* — Lanzio II 823 = 733 est genit. plur., et Grotefendio *Rud. l. u.* V 25 accus. plur.

ꟻIꟻ (iiv), quod invenitur in lapide samnitico n. 2878, Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 150 est homer. ἶφι, *valde, cum vi* (ἴς = *vis*).

IVꟼƎIXOVII (iiuotivlui), in lapide n. 2.

ƧƎII (iivs), in vase volcente n. 2196. Cf. ƧƎIIƆƎVꟼ (luvciivs).

IIVSTΛ (iiusta), *Iusta*, fortasse nomen mulieris, in lamella aenea n. 2733 (Lanzi II 619 = 533 ad n. 14).

-ƆVII (iiuv-). Vide -ƆVI (IVV-).

ꓯИIƆVII (iiuvina), *Iguvinâ*, adiect. abl. sg. 1 decl. (recentiori orthographia IIOVINA et IOVINA), ad Iguvium pertinens (Lanzi II 699 sgg. = 607 sgg., 723 = 631; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 24; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 23; Aufr. et Kirch. II 45, 47, 364). Tab. eugub. I b 5: ꓯИIƆVII : ꓷƎꟼꓯꝈVꝈ (tutaper iiuvina) = tab. VI b 45: TOTAPER · IIOVINAR (lege: iiovina) h. e. *pro civitate Iguvina*; tab. III 24 sq. et 30 sq.: ꓯИIƆVII : ꓷƎꟼIꓭƎꓷꓘ : ꓯИIƆVII : [ꓷ]ƎꟼꓯꓘVꓘ (tutaper iiuvina trefiper iiuvina) = *pro civitate Iguvina, pro tribu Iguvina.*

ƧꓯИIƆVII (iiuvinas), *Iguvinae*, recentiori orthographià IIOVINAR et IOVINAR, adiect. genit. sg. 1 decl. ad Iguvium pertinens (Lanzi II 723 = 631; Grotefend *Rud. l. u.* V, 7; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 19; Aufr. et Kirch. I 75, 104, 106, 111, II 45). Tab. eugub. I b 2 et 5: ƧꓯИIƆVII : ƧꓯꝈVꝈ : ꓷƎꟼVꟼꟼVꟼ (pupluper tutas iiuvinas) = tab. VI b 43 et 45: POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR h. e. *pro populo civitatis Iguvinae.*

IC, *hic* (heic), adv. in titulo sepulcrali apud Grut. 697, 2 (IC · SITA · EST).

ꟼꟼꓯƆI (icapl), in lamella plumbea volaterrana n. 314 *A* lin. 9. Lanzius II 387 = 316 n. 176 legit ꟼIƎИIꟼꟼꓯƆI (icaplineil), quod vertit *Gabeineilla* = *Gabiniâ*, nomen mulieris.

?..ƎƆI (ice..), in tegula clusina n. 847 bis.

ICHANA, Ἴχανα, oppidulum Siciliae, cuius incolae Ichanenses (Plin. III, xiv, 5). Steph. Byz.: Ἴχανα, πολίχνιον τῆς Σικελίας, διὰ τὸ τῇ αὐτοῦ ἁλώσει πολλὰ προσλιπαρῆσαι τοὺς Συρακουσίους· Ἰχανᾶν δὲ τὸ ἐπιθυμεῖν. Τὸ ἐθνικὸν Ἰχαννῖνος.

?ꟼꓯIꝈИꓯꟼƆI (ictantial), fortasse perperam scriptum pro ꟼꓯIꝈИꓯꟼƆ (clantial), in ossuariis etr. n. 968-969.

ICTIMVLI, Ἰκτούμουλοι, vicus Italiae superioris, iuxta Vercellas, auri fodinas habens, quae fuerunt ad montem medio aevo *Vittomulo*, hodie *della Bessa* nuncupatum (cf. Durando *Del Vercellese* pg. 82). Plin. XXXIII, xxi, 12: « Extat lex censoria Ictimulorum aurifodinae, Vercellensi agro, qua cavebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent ». Strab. V, i, 12: ἐπὶ καὶ ἐν Οὐερκέλλοις Χρυσωρυχεῖον ἦν· κώμη δ᾽ ἐστὶ πλησίον Ἰκτουμούλων, καὶ ταύτης (τῆς) κώμης, ἄμφω δ᾽ εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν.

-ƆVꓘI (ikuv-), = -ƆVII iiuv-, IOV- et IIOV-. Vide -ƆVI (IVV-), IGVVIVM et ƧИIƆVꓘI ikuvins; et cf. Passeri *Paralip.* pg. 179.

IKVVIN (ikuvin)?, in aeneo nummo n. 79. Vide IGVVIVM.

ꓯИIƆVꓘI (ikuvina), *Iguvinâ*, = ꓯИIƆVII iiuvina (vitiose ꓯꟼИIƆVꓘI ikuvinpa in tab. I a 32-33) et recentioribus literis IIOVINA vel IOVINA, adiect. fem. ablat. sg. 1 decl. ad Iguvium pertinens (Lanzi II 717 sgg. = 625 sgg.; Grotefend *Rud. l. u.* III 9 sq., VII 36; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 23; Aufr. et Kirch. I 111, II 47). Tabula eugub. I a 5, 8, 12, 15, 19, 21, 25, 29, 31, I b 2: ꓯИIƆVꓘI : ꓷƎꟼꓯꝈVꝈ (tutaper ikuvina) = tab. VI a 23 etc. TOTAPER · IIOVINA h. e. *pro civitate Iguvina.*

ƎИIƆVꓘI (ikuvine), *Iguvinae*, recentiori orthographià IIOVINE vel IOVINE et IIOVEINE, adiect. fem. dat. sg. 1 decl., ad Iguvium pertinens (Grotefend *Rud. l. u.* V, 7; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 20; Aufr. et Kirch. I 53, 111, II 47; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 31). Tab. eugub. I b 13: ƎИIƆVꓘI : ƎꝈVꝈ (tute ikuvine) = *civitati Iguvinae.*

IИIƆVꓘI vel IKVFIИI (ikuvini), in nummis aeneis n. 79. Vide IGVVIVM.

ꓯꟼИIƆVꓘI (ikuvinpa), vitiose pro ꓯИIƆVꓘI (ikuvina), in tab. eugub. I a 31.

?[Ƨ]ИIƆVꓘI (ikuvins), *Iguvinus*, adiect. m. nominat. sg. 2 decl., ad Iguvium pertinens (ab Iguvio et suffixo -ino), fortasse legendum in aeneis nummis n. 79 pro ΓNIƎVꓘI, ‹NIƆVꓘI et ‹ИIƆVꓘI (Aufr. et Kirch. I 116, 120, II 45 amn. 1, 47, 261). Aliis casibus: ƧꓯИIƆVII (iiuvinas), IIOVINAR et IOVINAR = *Iguvinae* (genit. sg.); ƎИIƆVꓘI (ikuvine), IIOVINE et IIOVEINE vel IOVINE = *Iguvinae* (dat. sg.); IIOVINAM et IOVINAM = *Iguvinam*, ꓯИIƆVꓘI (ikuvina) et ꓯИIƆVII (iiuvina) vel IIOVINA et IOVINA = *Iguvinâ*, IOVINEM = *Iguvinâ* (loc. sg.), ƧVИIƆVꓘI (ikuvinus) vel IIOVINVR et IOVINVR = *Iguvini* (nominat. plur.). Vide IGVVIVM.

VИIƎVꓘI (ikuvinu), *Iguvini*, = ƧVИIƎVꓘI (ikuvinus), nominat. plur. 2 decl., incolae Iguvii oppidi (Aufr. et Kirch. I 105, 119, II 261). Tab. eugub. Ib 19 sq.: VИIƎVꓘI : VИAꓷƎ+Aꓘ | : VИAИЯA : ꓘƎИVИƎ (enumek armanu kateramu ikuvinu) = tab. VIb 56: ENO · DEITV · ARSMAHAMO · CATERAHAMO · IIOVINVR h. e. *tum dicito: —amur —amur Iguvini.* — Aliis est genit. vel accus. plur. (Grotefend *Rud. l. u.* V, 8, 25, 29), et aliis nominat. sg. (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 380).

ƧVИIƎVꓘI (ikuvinus), *Iguvini*, minus recte VИIƎVꓘI (ikuvini) et recentiori orthographiâ IIOVINVR vel IOVINVR, ab ƧИIƎVꓘI (ikuvins) = *Iguvinus*, adiect. ad Iguvium pertinens (Aufr. et Kirch. I 25, 73, 75, 106, 118, 149, 163, II 45, 271 sq.). Tab. eugub. Ib 21 sq.: :V+⊗ƎꓷЯИA:ꓷƎꓷVIIꓷꓘ:ƧVИIƎVꓘI:V+A+Ǝ:ꓘƎИVИƎ :ƧVИIƎVꓘI:V+A+Ǝ:ꓷƎꓷVIIꓷ+:VИIИƧƎꓷ:ꓷƎꓷVIIꓷ+ (enumek etatu ikuvinus triiuper amprehtu | triiuper pesnimu triiuper etatu ikuvinus) = *Tum* [*dicito*]: *Itatum, Iguvini! Ter ambito, ter precator, ter: Itatum, Iguvini* (Aufr. et Kirch. II, 275). Aliter interpretatus est Grotefend, cui ikuvinus est acc. plur. (*Rud. l. u.* V 8, 25, 29).

AᒧI (ila), in lapide Italiae superioris n. 1 *a*.

ILARITAS, *hilaritas*, subst. f. Est nomen muliebre in titulis sepulcral. apud Lupi pgg. 37, 114 (Murat. 1688, 3), sicut Ilara (Grut. 790, 4; 891, 13), Ilarius (Murat. 759, 4), et Ilario (Grut. 730, 10; 742, 5; Murat. 1095, 8).

IꓶAV?, in gemma clusina n. 798bis. Cf. T · ILAVIVS ACATHOPVS apud Murat. 1325, 10.

?AIƎꓷVAᒧI (ilaupeia). Vide AIƎꓷV (upeia).

ILIA, eadem ac Rhea Silvia, Numitoris Albanorum regis filia. Virg. *Aen.* I, 273 sq.:

« donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem ».

Adde *Aen.* VI, 778; Ovid. *Fast.* II, 698; Horat. *Od.* I, II 17, III, IX 8, IV, VIII 22, *Sat.* I, II 126. Ilia est nomen muliebre apud Grut. 914, 7, et 988, 9. Cf. ILIVS.

ILIA, dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima. Ita Paul. pg. 104; et pg. 61: « Exiles et ilia a tenuitate *inarum*, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta ».

ILICIENSES vel Ilicitani, incolae oppidi, nunc *Lerici* dicti, in ora ligustica, ut censuit Muratorius ad inscr. 522, 1 (Orell. n. 4055), ubi legitur: NOMINA COLLEGI · FABRVM ILIC.

ILIVS, vir rutulus, de quo Virg. *Aen.* X, 400 sq. Gentilitium Ilius invenitur apud Murat. 1688, 4 et 5. Cf. ILIA.

ILIVS, *illius*, praenom. demonstr. genit. sg., in fragmento lapidis apud Grut. 1029, 13.

..ƎꓘᒧI (ilce..), in sepulcro tarquiniensi (inscr. n. 2338).

ILLA, *illac*, adverb. Plaut. *Mil.* II, III, 17: « Atque ego illa aspicio Philocomasium etc. ». Adde Tac. *Hist.* III 8, et *Ann.* II 17.

ILLAE, *illius*, pronom. demonstr. fem. genit. sg. Lucr. IV, 1053: « Hinc illae primum Veneris dulcedinis in cor Stillavit gutta »; et IV, 1076: « rabies unde illae germina surgunt ». Inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 368, 9: PATRONVS · EMIT · SIBI · ET ILLAE · ET · SVEIS.

§ 2. *Illi*, fem. dat. sg. Plaut. *Pseud.* III, I, 17: « Eheu! quam illae rei ego etiam nunc sum parvulus ». *Stich.* IV, I, 54: « Filiae illae dederat dotem ». Adde *Mil. glor.* II, I, 32.

ILLAEC, *illa haec*, pronom. demonstr. fem., invenitur apud Terentium (*Ad.* III, V, 63) et saepe apud Plautum. Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

ILLAEVS, *illius*, pronom. demonstr. genit. sg. In titulo helvetico apud Mommsen n. 296: SOROR · ILLAEVS.

ILLAC, *illâ*, pronom. demonstr. fem. abl. sg., apud Plaut. *Amph.* I, I 275, II, II 186, et *Poen.* II, 25 (« de illac pugna »). Cf. Ovid. *Fast.* VI 395, et Forcell. *Lex.* s. h. v.

ILLANC, *illam*, pronom. demonstr. fem. acc. sing., sequente vocali, saepe usurpatum a Plauto.

ILLEI, *illi*, pronom. demonstr. Lucil. *Sat.* fragm. IX, 6 (ed. Lugd. Batav. 1597): « Hoc illi factum est uni: tenue hoc facies *i*, Haec illei fecere: addes *e*, ut pinguiu' fiat ».

ILLI, *illius*, pronom. demonstr. genit. sg. Prisc. 229 = 694 P.: « Illi pro *illius*. Cato in M. Caelium: *ecquis illi modi esse vult?* ». Cf. inscr. apud Murat. 2088, 3 (Mommsen n. 3196), ubi legitur ILLVI pro *illius*.

§ 2. Illi pro *illic*, ablat. vel dat. sg., quod nonnulli legunt in Terent. *Hec.* II, I, 20: « Multo melius hic quae fiunt, quam illi, ubi sum assidue, scio ». Saepe invenitur apud Plautum. Cf. Forcell. *Lex.* s. h. v.

ILLIBVS, *illis*, pronom. demonstr. dat. et abl. pl. Glossar. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 495: « Ibulsis (lege *illibus* cum Ursino), idest *illis* ». Cf. Osann. *De pronom. tertiae pers.* pg. 64.

ILLOC, *illuc*, adverb. Plaut. *Truc.* III, I, 3: « Illoc veni ».

§ 2. *Illo*, abl. m. sg., apud Plaut. *Bacch.* II, III 77, *Most.* V, I 21, *Men.* II, I 26, IV, I 10, *Poen.* II, III 66, III, V 22, et Terent. *Eun.* V, IX, 53.

§ 3. *Illud*, pronom. demonstr. n. Plautus *Bacch.* IV, VIII, 29: « Hem illoc paciscere, si potes ».

ILLORSVM, *versus illum locum*, adverb. Cato apud Festum pg. 27. Vide ALIORSVM. Iul. Valer. *Res gest. Alex.* I, 12 (ed. Mai pg. 15): « Eundem advehi illorsum iubet ».

ILLVI, *illius*. Vide ILLI § 1.

ILLVNC, *illum*, pronom. demonstr. masc. acc. sg., saepe usurpatur a Plauto.

ILLVT, *illud*, pronom. demonstr. n. nominat. et acc. sg.

in titulo panormitano apud Noto *Inscr. palerm.* I 61 et Torremuzza *Inscr. di Palermo* pg. 17 n. 31; et constanter in Cic. *De republ.* (I, 16). Cf. Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 7 et 310, et Garrucci *Inscr. gravées sur les murs de Pompéi* pg. 34.

ILLVVIOSVS, *illuvie plenus*, adiect. apud Non. IV, 466 = pg. 413.

✱1↓I.. (..ilpz), in ossuario perus. n. 1681 et in olla n. 1975.

[?ᗅI1↓I (ilpia), in titulo etr. n. 2633.

ILVA, Ἰλούα (Ptol. III, 1), insula Italiae, nunc *Elba*, in mari Tusco (Mela II, VII, 19), a Graecis Aethalia appellata (Strab. II, V 19, V, II 6 et 8, Plin. III, XII 2; vide AETHALIA). Virg. *Aen.* X, 172 sqq.:

> « Sexcentos illi dederat Populonia mater
> Expertos belli iuvenes: ast Ilva trecentos
> Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis ».

Liv. XXX, 39: « Populonios inde quum pervenisset (*Ti. Claudius consul*), stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exsaeviret, Ilvam insulam, et ab Ilva Corsicam, a Corsica in Sardiniam traiecit ». Cf. Serv. ad *Aen.* l. c., Plin. XXXIV, XLI, 4, Rutil. *Itin.* I 351, Lanzi II 26 = 21, 70 sgg. = 57 sg., Niebuhr *Hist. rom.* I 180 rem. 388. — Ilvinus vel Ilvinius est nomen virile apud Grut. 562, 8.

ILVATES. Vide IRIA.

ƆIИ3Ǝ↓I.. (..ilvenic), in lapide etr. n. 2646.

?VIƧƆꓷV↓I (ilurcsiu), in sigillo etrusco n. 2590 bis.

IM, *in*, praep., mutatâ nasali propter literas sequentes, *m* vel *p*. Inscr. apud Doni cl. I n. 21: MATRI · DEVM PORTICVS · IM MEMORIAM etc. Alia apud Fabr. cap. IV n. 445 pg. 323: LARONI COPARI BIRGINIO QVI | BIXIT ANNVS MECV XX VII | IM PACE. In titulo coemeteriali apud Lupi pg. 126: MARCELLA CESQVAT IM PACEM. Adde inscr. amerinam apud Grut. 1088, 4 (IMPERPETVVM), titulum sepulcr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. IX n. 18 (IM PACE), et Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II 340 (« im meo »). Cf. IMFANTIA et IMFELIX.

IM, *eum*, pronom. demonstr. masc. acc. sg., = EM, vedicum im (*eum, id*), gr. ἵν apud Hesychium (*Lexic.* II, 49: ἵν, αὐτὴν, αὐτόν Κύπριοι). Paul. ex Festo pg. 103: « Im ponebant pro *eum*, a nominativo *is* ». Charis. pg. 133 = 107 P.: « Im pro *eum*. nam ita Scaurus in arte grammatica disputavit, antiquos im ques hunc eundem significare consuesse et declinari ita, is eius ei eum vel im, numero plurali is ». Adde Paul. pg. 47 (vide CALLIM). Lex XII Tabul. (IX, 12): Sei nox furtum factum esit, si im occisit ioure caisus esto; in quibus verbis id etiam notandum, inquit Macrobius *Saturn.* I, 4, quod ab eo quod est *is*, non *eum* casu accusativo, sed *im* dixerunt. In alia lege ex iisdem Tab. (X, 9) apud Cic. *De leg.* II, XXIV, 60: « Quoi auro dentes vincti escunt, ast im cum illo sepelive urereve, se fraude esto ». In lege Siliorum apud Fest. *Qu.* XII, 16 pg. 246: « Sive quis im sacrum iudicare voluerit liceto ». Plautus *Poen.* I, II, 74 (ed. Bothii, adprobante Lindemanno pg. 95): « Non enim quaestus consistet, sumtus si im superat, soror ». Et *Mil. glor.* V, V, 31 (ed. cit. et Th. Vallaurii): « Verberone etiam an, im omittis ». Gloss. apud Labb. pg. 87: « Im, αὐτὸν, εἰς αὐτὸν »; et « im eum, τὸν αὐτὸν », ubi legendum imem, τὸν αὐτὸν, = emem, quod vide. Cf. Lauremb. *Antiq.* pg. 216, Voss. *Aristarch.* VI, 5, Osann *De pronom. tertiae pers.* pg. 10, et Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 356.

?ᴙᗅИᛖI (imad). Vide voc. sq.

И3ᴙИᛖI (imaden), fortasse *in ima*, adiect. fem. abl. sg. 1 decl., legendum in lapide pompeiano n. 2785 lin. 10 (И3ᴙИᛖI · ᴙIꓘƆ3ᴎ3Ƨ serevkid imaden), ab imad et praep. en. Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I, 6 = XVIJ: « imad pro *nova* accepi, nam quae *ima* seu extrema et ultima sunt, *nova* maxime dici queunt. Igitur serevkid imad ego *silici nova* vulgavi, tituli natura ductus, qui aliquarum viarum curam terminationemque designat ». Alii legunt И3ᴙИᛖᴙIꓘƆ3ᴎ3Ƨ (serevkidmaden).

IMARITATA, *maritata*, particip. a *marito*. In titulo ex coemeterio S. Saturnini apud Lupi pg. 170 (= Perret *Catac. de Rome* pl. XIII n. 3): FVIT IMARITATA · ANN · DVOBVS · M · IIII · D · VIIII.

IMBALNICIES, *sordes, squalor, illuvies*, h. e. balnei seu lotionis privatio (Forcell. *Lex.* s. v.). Lucilius lib. XXVJ apud Non. II, 437 = pg. 125: « Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnicie, imperfundite, incuria ».

IMBARBESCERE, *barbatum fieri* (Paul. pg. 109).

IMBITATOR, *invitator*, subst. m. Inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 284, 3: TI · CLAVDI · AVG | LIB · AVITI · IMBITATORIS etc.

IMBITO, *ineo, ingredior*, ab *in* et antiquo bito = *eo*. Plaut. *Epid.* I, II, 42: « Meam domum ne inbitas ». Alii legunt *inbetas*.

IMBRINIVM, locus in Samnio. Liv. VIII, 30: « exercitu instructo paratoque profectus ad Imbrinium (ita vocant locum), acie cum Samnitibus conflixit (*Q. Fabius*) ». Alii legunt Imbrivium. Cf. Drakenborch ad Liv. loc. cit., Niebuhr *Hist. rom.* V 263 rem. 338, Garrucci *Liguri Baeb.* pg. 20; et vide SIMPRIVIVM.

IMBVRVOM, vasis genus. Varro *De l. l.* V, 127 pg. 50: « Imburvom fictum ab *urvo*, quod ita flexum, ut redeat sursum versus; ut in aratro, quod est *urvom* ».

IMDEPREENSIVILIS vel imdeprehensivilis, *indeprehensibilis*, adiect. in titulo apud Orell. n. 1912.

IMEM = *emem*. Vide IM = *eum*.

ИOIAꟼƎMI (IMEPAION) = ИΩIAꟼƎMI (IMEPAIΩN), in nummis Himeraeorum. Vide HIMERA § 2.

IMFANTIA, *infantia*, subst. fem. ab IM = *in* et *for* (loquor). Inscr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXXIV n. 44: LEONTI | SPIRITOBONOETIMFANTIAE.

IMFELIX, *infelix*, adiect. ab IM = *in* et *felix*. In titulo appulo apud Mommsen n. 997: ALLIA · HEROIS MATER · IMFELIX.

IƎVIMI (imilei), fortasse *Aemilia*, nomen mulieris, in ossuario perus. n. 1691 (Oriolius in *Monum. et Ann. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. 53).

IMITO, *imitor*. Varro apud Non. VII, 46 = pg. 473: « Tuum opus nemo imitare potest ». Et Livius apud eundem loc. cit. « Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis ».

IMPELIMENTVM, *impedimentum*, apud veteres teste Paulo ex Festo pg. 108.

IMPESA, *impensa*, subst. fem. In lapide apud Grut. 173, 1: SOLARIA · DE · SVA IMPESA · FECERVNT. Adde inscr apud Doni cl. XVII n. 13 pg. 454 (vide TITLVM).

IMPESCERE, in laetam segetem pascendi gratia immittere. Ita Paul. ex Festo pg. 108.

IMPITE (?), *impetum facite*. Paul. ex Festo pg. 109 ubi Müller: « dubium, imperativusne positus fuerit a Festo *impetite* (quod etiam poterat esse *impitite* vel *impitte*, ut Doederlein *Syn. et Etym.* T. VI pg. 166 autumat, qui cette et forte comparat), quae Scaligeri est sententia: an ablativus *impete*, quem Glossar. Labb. interpretatur ὁρμηδόν, ac proxima verba mutanda sint in: *impetu facto*, ut censet Lindemann. Illud tamen probabilius est ».

IMPLAGIVM, *minus rete*, subst. n. Isid. *Orig.* XIX, 5: « *Minus* autem *rete* implagium dicitur a *plagis;* nam *plagas* proprie dicimus funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem ».

IMPOMENTA, quasi *imponimenta*, quae post coenam mensis imponebant. Ita Paulus ex Festo pg. 108, ubi cf. Müllerus. Adde Glossar. apud Barth. *Advers.* XXVIII, 19: « impomentum, cibus qui mensae extremus imponitur, qui et bellarium dicitur ».

IMPORCITOR, qui porcas in agro facit arando. Ita Paulus ex Festo pg. 108.

§ 2. Deus apud Romanos. Servius in Virg. *Georg.* I, 21: « Quod autem dicit: *Studium quibus arva tueri*, nomina haec numinum in Indigitamentis inveniuntur, id est in libris Pontificalibus: qui et nomina deorum, et rationem ipsorum nominum continent; quae etiam Varro dicit: nam, ut supra diximus, nomina numinibus ex officiis constat imposita. Verbi causa, ut ab *occatione*, deus Occator dicatur: a *sarritione*, deus Sarritor: a *stercoratione*, Sterculinius: a *satione*, Sator. Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat flamen, sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: Vervactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem ».

IMPORCO, *porcas* in agro facio. Glossar. apud Labb.: « Imporco, αὐλακίζω ».

IMPROLVS vel improlis, qui nondum esset adscriptus in civitate. Ita Paulus ex Festo pg. 108. Glossar. apud Labb.: « Improlis, lus, ἄγονος »; et « Inproles, ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνιβος, ἀφῆλιξ, μήπω πολιτευομένος ». Mar. Victor. pg. 2465 P.: « Improles est, qui nondum vir est ».

IMPVDICATVS, *stupratus, impudicus factus*. Ita Paulus ex Festo pg. 109. Cf. depudicavit, pro *stupravit*, apud A. Gell. XVI, 7.

IMPVLSTRIX, quae incitat ad aliquid faciendum. Non. II, 631 = pg. 150 (vide POSSESTRIX).

IMS, in vase volcente n. 2235. Cf. ƧИI (ins).

IN, *enim* (et), particula coniunctiva, = EIN pro INIM (ИIИIꓘ ínim), apud Samnites, in tabula Bantina n. 2897 lin. 12, 15, 16, 19, 21, 22, 26, 28 bis (Grotefend *Rud. l. o.* pgg. 12, 18, 50; Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 393; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 264; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 5 sq., 20, 71; Lange *Die osk. inschr.* s. 87 sq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 65 sqq.). Cf. Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 151 et *In comm. V exc.* pg. 35, cui est praepos. *in*. Vide INEI.

ИI (ín), *in*, praep. apud Samnites in voc. ИIꓕQVB (húrt-ín) = *in horto*, ИIIꓘQQƎꓘ (kerríi-ín) = *in —i*. Cf. ИIꓕƧVΠ (púst-ín), cuius ín pro *eum* (= IONC) sumit Mommsen (*Die unterit. dial.* s. 265).

ИI (in), fortasse *in*, praep. apud Etruscos in titolo tarquin. n. 2279 lin. 2.

INALESCO, *una cresco*. Not. Tiron. pg. 110: « Inalescit, inaluit ».

INALPINVS, qui est in Alpibus, adiect. Plin. III, VII, 1: « Populique Inalpini multis nominibus ». Suet. *Aug.* cap. 21: « Domuit Vindelicos ac Salassos, gentes inalpinas ». — Inalpini absolute pro *populi inalpini*. Plin. III, v, 6: « ex Inalpinis Avanticos, atque Bodionticos, quorum oppidum Dinia ». Adde Cic. *Ep. fam.* XI, 4 = n. 761.

INANIA, *inanitas*, subst. fem., teste Nonio II, 421 = pg. 123. Plaut. *Aul.* I, II, 5 sq.: « Nam heic apud nos nihil est aliud quaesti furibus: Ita inaniis sunt obpletae (*aedes*) atque araneis ».

INANIMENTVM, *res inanis*, subst. n. Plaut. *Stich.* I, III, 19: « Inanimentis explementum quaerito ».

INARIME, insula maris inferi in ora Campaniae, et sinu Puteolano (vide AENARIA).

INARCVLVM, virgula erat ex malo Punico incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat. Ita Paulus ex Festo pg. 113, ubi cf. Müller.

INASSERO, *asseribus contego*. In tab. puteolana (Append. n. LI: INASSERATO · ASSERIBVS · ABIEGNIEIS.

INBICTVS, *invictus*, adiect. Inscr. florent. apud Gori *Inscr. ant.* I, 112 (Grut. 35, 1): SOLI INBICTO MITRE (Orell. n. 1918 « invicto »).

INGAVNVM. Vide ALBINGAVNVM.

INGENICLA, *ingenicula*, per syncopen dixit Manil. V, 645 (« ingenicla imago »).

INGENIOSITAS, *ingenium*, subst. fem. In titulo apud Perret *Catac. de Rome* pl. XLVII n. 21: DALMATIO FILIO DVLCISSIMO TOTIVS INGENIOSITATIS AC SAPIENTIAE PVERO etc.

INGENVILIS, *ingenuus*, adiect. Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 538, 9 (AVVR · INGENVILIS).

INGENVINVS, adiect. ad ingenuum pertinens. Est cognom. rom. in titulo apud Grut. 8, 7 (M · INGENVIVS · INGENVINVS).

INGENVS, *ingenuus*, adiect. Est cognomen rom. In titulis apud Mommsen: C · NVMISIVS · INGENVS (n. 3011), Q · CAFRANIVS INGENVS (n. 6769); et apud Gruterum: Q · INGENVS · MAXIMIANVS (306, 7), Q · CAERANIVS INGENVS (640 col. 3), IANVARIVS INCENVS (104, 8). Cf. Grut. 2, 6, et 542, 7.

INGENVVA, *ingenua*, adiect. Est cognomen mulieris in titulo campano apud Murat. 867, 1 = Mommsen n. 3543 (PLINIAE · INGENVVAE).

INGLVVIOSVS, *gulosus*, adiect. Paul. pg. 112: « Ingluvies a *gula* dicta. Hinc et ingluviosus et gluto, gulo, gumia, guttur, gutta, gutturosus et gurgulu ».

INDEPISCI, *assequi*, *adipisci* (Paul. ex Festo pg. 106). Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *indipiscor*.

INDEPTARE, *consequi* (Paul. pg. 106).

INDIGENS, *indiges* (plur. indigetes), subst. masc., legitur in lapide pompeiano apud Mommsen n. 2188. Cf. Avellino in *Bull. arch. nap.* III, 35.

INDIGES, *indigens*, participium ab *indigeo*. Pacuv. vs. 328 sq. (ed. Ribbeck) apud Cic. *Orat.* II, 46: « quom aetate exacta indigem Liberum lacerasti orbasti extinxti ».

INDIGETES, qui ex hominibus dii facti sunt, « quasi in diis agentes », ut docuit Servius in Virg. *Georg.* I, 498. Idem Servius in *Aen.* XII, 794 ita scribit: « Indigetes dii, duplici ratione dicuntur, vel secundum Lucretium, quod nullius rei indigeant, qui ait II, 649 *Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri:* vel quod nos Deorum indigamus: unde quidam omnes deos indigetes appellari volunt. Alii patrios deos, indigetes dici debere tradunt: alii ab invocatione indigetes dictos volunt; quod indigeto est *precor* et *invoco*. Vel certe indigetes sunt dii ex hominibus facti: et indigetes, quasi in diis agentes ». Paul. pg. 106: « Indigetes dii, quorum nomine vulgari non licet »; et paulo post: « Indiges indigetis facit. Hoc nomine Aeneas ab Ascanio appellatus est, quum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset; in cuius nomine etiam templum construxit ». Virg. *Georg.* I, 498: « Di patrii Indigetes, et Romule Vestaque mater »; et *Aen.* XII, 794 sq.: « Indigetem Aenean scis ipsa, et scire fateris Deberi coelo ». Cf. Liv. VIII, 9; Hesiod. apud Macrob. *Somn. Scip.* I, 9; Aul. Gell. II, 16; Arnob. III, 125; Glossar. apud Labb. pg. 90 (« Indigetes, ἡμίθεοι, κουρῆτες. δαίμονες »); Forcell. *Lexic.* s. h. v.; et Corssen *De Volscor. lingua* pgg. 4, 18.

INDIGETO vel indigito, *invoco*, apud veteres (vide INDIGETES et INDIGITAMENTA). Paul. pg. 114: « Indigitanto, *imprecanto* ». Macrob. *Sat.* I, 17: « Virgines Vestales ita indigetant: APOLLO . MEDICE . APOLLO . PAEAN ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

INDIGITAMENTA, appellantur libri pontificales, qui deorum nomina et eorum invocandorum rationem ritusque continent, ut docet Servius in *Georg.* I, 21. Paul. pg. 114: « Indigitamenta, incantamenta vel indicia ». Cf. Arnob. II, 85, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

INDIPISCO, *indipiscor*, apud veteres (cf. INDEPISCI). Plaut. *Asin.* II, II, 13: « Nunquam, edepol, quadrigis albis indipiscet postea ». Cf. Non. II, 460 = pg. 128.

INDORMIS, *insomnis*, adiect. Glossar. apud Labb.: « Indormis, ἀκοίμητος ».

INDOSTRVVS, *industrius*, adiect. apud veteres. Paul. pg. 106: « *Industrium* antiqui dicebant indostruum, quasi qui, quicquid ageret, intro strueret et studeret domi ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *industrius*.

INDOTVETVR vel indutuetur, *intuetur*, apud veteres. Ennius *Ann.* vs. 73 (ed. Wahlen) apud Non. IV, 385 = pg. 378: « Indo tuetur ibi lupus femina ». Alii legunt endotuetur.

INDOVCERE, *inducere*, ab *in* et *douco* = *duco*. In S. C. de Tiburtibus (Append. n. XXXVIII): NOS · ANIMVM · NOSTRVM NON · IN · DOVCEBAMVS (lin. 5 sq.); ANIMVM · NOSTRVM · INDOVCIMVS (lin. 10); ANIMVM · VOSTRVM · INDOVCERE (lin. 13).

INDV, *in*, praep. apud veteres, qui etiam ENDO proferebant (cf. messap. INΘI). Ennius *Ann.* vs. 243 apud A. Gell. XII, 4: « indu foro lato sanctoque senatu »; et vs. 425 apud Macrob. *Sat.* VI, 2: « Indu mari magno fluctus extollere certant ». Lucilius apud Lact. *Inst.* V, 9: « iactare indu foro se omnes ». Cf. Glossar. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 476: « Indu te, *erga te*, vel *ante te* ». Vide INDVGREDIOR = *ingredior*, INDVPERATOR = *imperator*, INDVPEDIRI = *impediri*, INDVPERANS = *imperans*, INDVPERO = *impero*, INDVPEDITVS = *impeditus*, INDVPETRO = *impetro*, INDVTVETVR = *intuetur*, INDVVOLANS = *involans*. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

INDVGREDIOR, *ingredior*, apud veteres, ab INDV = *in* et *gradior*. Lucr. IV, 319: « Indugredi porro pariter simulacra etc. »; et IV 367 sq.: « Aëra si credas privatum lumine posse Indugredi etc. ». Alii legunt endogredior, quod vide.

INDVCVLA, vestis interioris genus, ab induendo dicta. Plaut. *Epid.* II, II, 39 sq.: « Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? Inpluviatam? ut istae faciunt vestimentis nomina ».

INDVPEDIRI. Vide ENDOPEDIRI.

INDVPEDITVS, *impeditus*, particip. ab antiquo INDV = *in*. Lucr. II, 101: « Indupedita suis perplexis ipsa figuris »; et V, 873 sq.: « lucroque iacebant Indupedita suis fatalibus omnia vinclis ». Alii legunt endopeditus, quod vide.

INDVPERANS, *imperans*, particip. ab indupero = *impero*. Ennius *Ann.* vs. 413: « Navorum imperium servare est induperantum ».

INDVPERATOR, *imperator*, subst. m. apud veteres. Gloss. apud Mai *Class. auct.* VI, 528: « induperator, *imperator* ». Ennius *Ann.* vs. 86: « Omnibus cura viris uter esset induperator »; vs. 332 sq.: « Insece Musa manu Romanorum induperator Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo »; vs. 350: « horitatur induperator »; et vs. 552: « Cum legionibus quom proficiscitur induperator ».

INDVPERO, *impero*, apud veteres. Hygin. *Fab.* n. 221: « Cecropiusque Solon, nequid nimis, induperabit ». Gloss. apud Mai *Class. auct.* VI, 528: « induperatur, *imperatur* ». Glossar. apud Labb.: « Indupero, ἐπιτάττω »; et « induperat, ἐπιτάσσει ».

INDVPETRO, *impetro*, apud veteres (vide INDV = *in*). in fragm. libri *de schematibus* (επιπλοχη vs. 64): « Cum suasissem, abii; simul atque abii, indupetravi ».

INDVSTRIA, oppidum Ligurum, ad dexteram ripam Padi, quod meminit Plinius III, VII 3, et XX 8 (vide BODINCVM), fortasse fuit ubi nunc *Casale* (cf. Ricolvi *Il sito dell'antica città d'Industria* pgg. 1-47). — Incolae appellantur Industrienses. Tab. aenea reperta in vico *Monteu di Po* (apud Orell. n. 62): GENIO ET · HONOR[I] | L · POMPEI · L · F · POL · HEREN|NIANI · EQ · ROM · EQ · PVB · | Q · AER · PET · ALIM · AEDIL · | IIVIRO · CVRATORI · | KALENDARIOR · REI · P · | COLLEGIVM · PASTO|PHORORVM · INDVS|TRIENSIVM · PATRO|NO · OB · MERITA.

INDVTVETVR. Vide INDOTVETVR.

INDVVOLANS, *involans*, apud veteres (vide INDV = *in*). Ennius *Ann.* vs. 397 sq. apud Macrob. *Sat.* VI, 1: « tamen induvolans secum abstulit hasta Insigne ». Alii legunt endovolans.

INEI?, fortasse pro INIM = *enim* (et), in tabula Bantina n. 2897 lin. 22 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 264; cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 67).

INEMITABILIS, *inimitabilis*, adiect. In titulo sepulcrali apud Passionei pg. 64 n. 19 (Perret *Catac. de Rome* pl. XXXV n. 104): MIRE BONITATIS ADQVE INEMITABILIS SANCTITATIS etc.

ꓘƎИƎИI (inenek), vitiose pro ꓘƎИVИI inunek (in tab. eugub. III 20), quod vide.

INEPTITVDO, *ineptia*, subst. f. Caecil. apud Non. II, 455 = pg. 128: « Quid homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus es ».

INERMAT, *armis spoliat.* Paul. ex Festo pg. 110.

INERSITVDO, *inertia*, subst. fem. Glossar. apud Labb.: « Inersitudo, ἀδρανία ».

ꓶMƎИI (inesl). Vide ꓶMƎИIOVM (śuthineśl).

INESSA, Ἴνησσα vel Ἴννησα, oppidum Siciliae, postea Aetna vocitatum. Diod. Sic. XI, LXXVI, 3: καὶ τὴν νῦν οὖσαν Αἴτνην ἐκτήσατο, πρὸ τούτου καλουμένην Ἴνησσαν. Strab. VI, II, 3: Οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρήσαντος τὴν Ἴννησαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνη. Thucyd. III, 103: ἐπ' Ἴνησσαν τὸ Σικελικὸν πόλισμα. Incolae dicti sunt Ἰνησσαίοι (Thucyd. VI, 94).

INFANS, *infandus*, adiectiv. Accius vs. 189 (edit. Ribbeck) apud Non. I 275 = pg. 56, et IV 478 = pg. 416: « Prius quam infans facinus oculi vescuntur tui ».

INFAS, *infans* (qui fari nescit), adiect. In titulo apud Fabr. cap. IV n. 186 pg. 28 (Gud. 231, 1; Mommsen n. 5376): HIC · IACET · OPTATVS · PIETATIS · NOBILIS · ИFAS. Inscr. apud Grut. 688, 2: QVAM · DI · AMAVE|RVNT · HAEC · MORI|TVR · INFAS · ANNO|RVM · III · MENS · SEX | D · XIIII · ISIATI · FILIAE | B · N · M · ANTINOVS | ET PANTHIA · PAR. Alia apud eundem 717, 13: RAPTA · SINV · MATRIS · IACET · HIC · MISERABILIS · INFAS etc. Adde titul. sepulcr. apud Gori *Inscr. ant.* pg. 299 n. 27: FL · ROMVLIANVS | INFAS · Q · VIXIT · AN | VI · ET · M · VII etc.

§ 2. Infas pro *nefas*. Gloss. apud Forcell. *Lexic.* s. h. v.: « Infas, ἀθέματον ».

INFELICO, *infelicem facio*. Caecil. apud Non. II, 443 = pg. 126: « Ut te dii omnes infelicent cum male monita memoria ». Plaut. *Rud.* IV, VI, 21: Hercules istum infelicet cum sua licentia ». *Epid.* I, I, 11: « Di inmortaleis infelicent, ut tu es gradibus grandibus! ». *Rud.* III, VI, 47: « Di te infelicent ». Et *Casin.* II, III, 30: « Di me et te infelicitent ». Adde Glossar. apud Labb.: « Infelixent, ἀπιστοῦσιν ».

INFENDO, *inquiro in rationes alicuius*. Glossar. apud Labb.: « Infendere, ἐπιτεῖναι, ἐνκληματίσαι »; et « Infenditor, σύνδικος ».

INFERA, *infra*, praep. In lapide aletrino (Append. n. XL): HAEC QVAE INFERA SCRIPTA SVNT.

INFERENT, *inferrent*, in titulo apud Grut. 608, 4.

INFERILIA, *inferiae* seu *infernalia*. Glossar. apud Labb.: « Inferilia, καταχθόνια ».

INFERMENTVM, id quod fermentatum non est, subst. n. Glossar. apud Labb.: « Infermentum, ἀφύρατον, τὸ μὴ ἐζυμωμένον ».

INFIDIBVLVM, *infudibulum* (infundibulum), subst. n. apud Cat. *De r. r.* X 1, XI 2, XIII 3, Pallad. VII 7, et Vitr. X 10, 12 sq.

INFIMAS, qui ex infima plebe est. Plaut. *Stich.* III, II, 36 sq.: « Ergo oratores populi, summateis viri, summi adcumbent, ego infimatis infimus ». Cf. Prisc. pg. 587 = 943 P.

INFITERI, *non fateri*. Paul. ex Festo pg. 112, ubi cf. Müller. Cf. etiam Glossar. apud Labb.: « Infitentes, ἀρνούμενοι ».

INFRAFORANVS, qui infra forum est, adiect. In lapide beneventano apud Mommsen n. 1529: COLLEGIVM · MARTENSIVM INFRAFORANVM.

INFVDIBVLVM, *infundibulum*, subst. n., quod aliqui legunt in codd. nonnullis, ubi alii infidibulum, quod vide.

INFVLGERAT, *fulgerat* seu *fulgurat* (valde fulgurat). Not. Tiron. pg. 18: « fulgerat, infulgerat ».

INFVLLONICATVS, qui fullonicam pilam non est expertus, adiect. Gloss. apud Labb.: « Infullonicatus, ἄκναφος ».

INFVMVS, *infimus*, adiect. apud veteres (cf. Aufr. et Kirch. II, 69). In tab. genuate (Append. n. I) lin. 10: VSQVE · AD · RIVOM · VINELASCAM · INFVMVM; lin. 14: INDE · EDE · FLOVIO · SVRSVORSVM · IN · MONTEM · LEMVRINO · INFVMO; et lin. 19 sq.: IN · MONTEM · BERIGIEMAM INFVMO.

INFVSVRA, *intrita*, subst. fem. Gloss. apud Labb.: « Infusura, τρίμμα προσφαγίου ».

INHISCO, *intuo*. Gloss. apud Labb.: « Inhisco, ἐπιχαίνω ».

INΘI (ινθι), quod legitur in lapide messap. n. 2995 lin. 3, 5, 6, 7, comparari potest cum gr. ἔνθεν, rom. *inde*, sive cum syracus. ἐνδοῖ = ἔνδον, rom. inde vel endo (*in*). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 84.

⊦И⊦ (íní), *enim* (et), pro ꟽ⊦И⊦ (INIM), particula coniunctiva apud Samnites (Peter *Sprache und schrift der Umbrer und Osker* s. 61; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 264; Minervini, Garrucci et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 14, 34, 88; Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I, 6 = XV; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 188 et 351). Inscr. pompeiana n. 2795: VИ⊦ꓷꓤꙅ|ꓷƎƎ · ⊦И⊦ · IIX · ⊦ꓷꓷVIT · ꓷƎTИꓤ = n. 2796: VИIꓷꓤꙅVꓷƎƎ | ⊦И⊦ · IIX · ⊦ꓷꓷVIT · ꓷƎTИꓤ (anter tiurrí XII íní ver[u]sarinu) h. e. *inter* (ad) *turrim XII et forum* (Fiorelli op. cit. pg. 10 = XXIX; cf. Mommsen s. 185). Adde inscr. pompeian. n. 2785 lin. 8, in qua bis legitur ⊦И⊦. — Grotefend exponit *tum* (*Rud. l. o.* pg. 30 et 50). Cf. Rosini *Diss. isag.* pg. 40.

?IИI (ini), in vase etr. n. 2664.

INICIO, *iniicio*, in *fragm. iur. civ.* apud Mai pg. 2. Cf. SVBICIO = *subiicio*.

ꟽ⊦И⊦ (ínim) et INIM, *enim* (et), particula coniunctiva, graecâ orthographiâ EINEIM (= umbr. EINEM pro ENEM), quae minus recte scribitur ⊦И⊦ (íní), et per compendium IN vel EIN, e stirpe pronominali I apud Samnites (Grotefend *Rud. linguae oscae* pgg. 12, 43, 50; Peter *Sprache und schrift* etc. s. 61; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 264; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 136, 160, II 73; Minervini, Garrucci et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 14, 34, 88; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 5 sq., 17, 35; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 351. Cf. Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 151, *In cipp. osco-abell. div.* pgg. 31, 34, 40, 44, *In comm. V exc.* pg. 28, *Lex. osco-lat.* pg. 41; Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III, 219; Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 5, 9). Antiquior forma (ꟽ⊦И⊦) invenitur in cippo abellano n. 2783, lin. 3, 6, 7, 12, 18, 20, 37, 39, 43, 51, 55; recentior autem (INIM) in tabula Bantina n. 2897 lin. 6, ubi saepius IN. Adde inscr. n. 2873 ter:

ꙅƎTƎИꙅ[·ꙅI]ꓷꓷƎꟽ ....[·ꙅI]ИƎTꙅ

TVꓷT[ꓘ]ꙅ · VꓤꙅAИИAꟽ ꓷƎꓷƎꓷ

ꓷƎTTAꓤꓭVꓷꓷ · ꟽ⊦И⊦

lege: stenis .... meddís | túvtíks úpsannam deded | íním prúfatted = *Stenius* .... *meddix tuticus operandam dedit atque probavit* (cf. Minervini in *Bull. arch. nap.* nv. sr. VI, 191).

INIOVRIA, *iniuria*, subst. fem. (cf. IOVS = *ius*). In tab. genuate (App. n. I) lin. 43: OB · INIOVRIAS · IVDICATI · AVT · DAMNATI · SVNT.

INIQVO, *iniquum facio*. Laberius apud Non. II, 444 = pg. 126: « Aequum animum indignanti iniquat contumelia ».

INITO, frequentat. ab *ineo*. Pacuv. vs. 1 (ed. Ribbeck) apud Diomed. pg. 345 = 336 P.: « loca horrida initas » Gloss. apud Labb.: « Inito, ἐμβατευῶ ».

INIVGES hostiae, quae nunquam domitae, aut iugo subditae sunt (Macrob. *Sat.* III, 5). Paul. pg. 113: « Iniuges boves, qui sub iugo non fuerint ». Glossar. Isidori: « Iniux, bos, nondum iuga iunctus ». Manil. Chrestus apud Fulg. Planc. *De prisco serm.* (s. v. *iniuges boves*) ait « Minervae iniuges boves sacrificari, id est iugum nunquam ferentes, illa videlicet de caussa, quod et virginitas iugum nesciat maritale et virtus nunquam sit iugo prementi subiecta ».

INIVRO, *non iuro*. Inscr. apud Marini *Arval.* pg. 70: EX · H · L · MAGISTER MAGISTRIVE · IVDICIVM · DANTO · QVI INIVRAVERIT .... RIS · RECVPERATOREM VNVM COMMVNEM · ADEVNTO SIMVLQVE IVRANTO.

INIVRVM, *periurum*. Paul. ex Festo pg. 110 (alii legunt *iniurium*). Cf. INIVRVS, quod sequitur.

INIVRVS, *iniurius* vel *iniustus*, adiect. Plaut. *Pers.* III, 4: « Impure, inhoneste, iniure, labes populi ».

INCALATIONES, *invocationes*. Vide INCALO.

INCALATIVE, *vocative*. Vide INCALO.

INCALO, *invoco*. Paul. pg. 114: « Incalanto, *invocanto* »; et Gloss. apud Barth.: « Incalare, *invocare* ». Hinc: incalationes, *invocationes* (Paul. pg. 107); et incalative, *vocative* (Paul. pg. 114).

INCEIDO, *incido*, antiquo scribendi more. S. C. *de Bacch.* (App. n. LVIII) lin. 25 sq.: ATQVE · VTEI | HOCE · IN · TABOVAM · AHENAM · INCEIDERETIS.

INCENSIT, *incenderit*, apud veteres, teste Paulo pg. 107.

INCEPS, *deinceps*, apud veteres, teste Paulo pg. 107.

INCEPSIT, *incoeperit*, apud veteres, teste Paulo pg. 107.

INCIENS, femina praegnans, propinqua partui, ita dicta, ut docet Paulus pg. 97, quod incitatus sit fetus eius. Cf. Varr. *De r. r.* II, II, 8, Plin. XI, LXXXIV, 2, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

INCICVR, *non cicur* (immansuetus), adiect. Paul. pg. 108: « Incicorem, *immansuetum* et *ferum*. Pacuvius [vs. 386 ed. Ribbeck]: *Reprime incicorem iracundiam* ». Cf. CICVR.

INCINGVLVM, *cingulum*, subst. n. apud Non. I, 234 = pg. 47.

INCIPESSO, *incipisso* (incipio), apud veteres. Plaut. *Capt.* II, I, 19: « brevem orationem incipesse ».

INCIPISSO, *incipio*, apud veteres. Plaut. *Capt.* III, III, 16 sq.: « maxumas Nugas ineptiasque incipisso ». *Capt.* IV, II, 22: « Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis? ». *Mil.* II, II, 83: « Nunc sic rationem incipissam ». *Trin.* IV, II, 42: « Magnum facinus incipissis petere ». *Mil.* II, II, 23: « Magnam rem incipissis ». Vide INCIPESSO.

INCITABILIS, qui *incitari* potest. Gloss. apud Labb.: « Incitabilis, παροξυντικός ».

INCITABVLVM, *incitamentum*, subst. n. Aul. Gell. XV, 2: « Fomitem esse quemdam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret ». Cf. Macrob. *Sat.* II, 5, ubi legitur « *ignitabulum ingenii virtutisque* ».

INCLVTVS, *inclitus*, adiect. apud Grut. 152, 8. Est cognomen rom. in titulis apud Mommsen n. 737 et n. 1532. Est etiam nomen equi apud Grut. 342 col. 3 (INCLVTO RVFO).

INCNOMINIA, *ignominia*, subst. fem. Lex Iulia municip. (apud Mazochi *Tab. heracl.* pg. 423) cap. 8: QVOIVE APVT · EXERCITVM · IN[C]NOMINIAE CAVSSA · ORDO · ADEMPTVS · EST · ERIT · QVEMVE · IMPERATOR · INCNOMINIAE · CAVSSA · AB · EXERCITV · DECEDERE · IVSET.

INCOHATVS, *inchoatus*, partic. Inscr. apud Orell. n. 783: IMP · CAESAR DIVI | NERVAE F · NERVA | TRAIANVS GERMANICVS | PONT · MAX · TRIB · POT · VI | IMP · II · COS · IIII · P · P · | INCOHATAM A DIVO NERVA | PATRE SVO PERFICIENDAM | CVRAVIT. Vide INCVHANDVS = *inchoandus*.

INCOMES, *sine comite*, adiect. Paul. pg. 107. Cf. *incomitatus* in Forcell. *Lexico*.

INCOMITIARE significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum, venire. Plautus [*Curc.* III, 30]: « *Quaeso ne me incomities* ».

INCOMPARAVILIS, *incomparabilis*, adiect., quod saepe invenitur in titulis sepulcralibus, apud Fabr. cap. IV n. 50 pg. 253 (INCOPARAVILI PVDICITIAE), apud Grut. 840, 3 (COIVGI INCONPARAVILI), et apud Mommsen n. 291, 1172, 3228, 5284, 6491.

INCONPABILIS, *incomparabilis*, vitiose in titulo apud Murat. 1139, 3 (AVRELIO ARTEMIDORO FILIO INCONPABILI etc.).

INCONSPRETVS, *non improbatus*, adiect. apud Paul. pg. 107.

INCOPARAVILIS, *incomparabilis*. Vide INCOMPARAVILIS.

INCVHANDVS, *inchoandus*, gerund. Tab. XXXII col. 1 lin. 22 fratrum Arvalium (apud Marini pg. CXLIV): OPERIS INCVHANDI CAVSA. Vide INCOHATVS = *inchoatus*.

INCVMPARABILIS, *incomparabilis*, adiect. in titulo beneventano apud Grut. 754, 5 = Mommsen n. 1549 (CONIVGI INCVMPARABILI).

INCVRRERE, in carm. fratr. Arval. n. 2692, ter repetitum (cf. Lanzi I 144 = 110, Galvani *Delle genti* etc. pg. 121).

INCVRSATIO, *incursio*, subst. fem. apud Non I, 213 = pg. 44.

INLARGIO, *largior*. Cato apud Non. VII, 19 = pg. 470: « Pecuniam inlargibo tibi ».

INLIBATVS, *illibatus*, adiect. in titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* pg. 162 n. 116.

INLICITATOR, *emptor*, subst. m. Paulus ex Festo pg. 113, ubi cf. Müller.

INLVSORIVM, *illusio*, subst. n. Gloss. apud Labb.: « χλεύη, *inlusorium*, *ludibrium* ».

INLVSTRIS, *illustris*, adiect. in lapide rom. apud Grut. 28, 5; 422, 1 (OB · INLYSTRIA · IPSIYS MERITA). Cf. Gloss. apud Labb. s. v. *inlustra* sqq.

INMIRABILIS, *admirabilis*, adiect. in titulo sepulcrali apud Perret. *Catac. de Rome* pl. XXVIII n. 165.

INNOFITVS, νεόφυτος (neophytus), adiect., in titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXVIII n. 66.

INNOCA, *innocens*, adiect. fem. (cf. INNOCIA). Inscr. apud Fabr. cap. IV n. 39 pg. 252 = cap. VIII n. 162 pg. 576 (Perret *Catac. de Rome* pl. VII n. 10): HIC

POSITA EST ANIMA DVLCES | INNOCA SAPIENS ET PVLCRA NOMINE | QVIRIACE etc.

INNOCENCIA, *innocentia*. Vide INNOCIA.

INNOCES, *innocens*, adiect. (cf. INNOCA). Inscr. edita in *Revue archéol.* XIII, 167 (*Catac. de Rome* pl. XLII n. 1): DVLCIS ET INNOCES HIC DORMIT SEVERIANVS IN SOMNO PACIS etc. Adde titulum sepulcr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXXVI n. 110.

INNOCIA, *innocentia*, subst. fem. (cf. INNOCA), in Gloss. apud Salmas. ad *Solin.* pg. 325. Cf. Gloss. apud Labb.: « Innocencia, ἀβλάβεια ».

INNOX, *innoxius*, adiect. in monumentis Christianorum, apud Reines. cl. XX n. 144, 145 (PETRVS INNOX) et n. 317 (HERCVLIVS INNOX), et apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXXIX n. 130 *ter* (TERTVLLA INNOX).

INNVLGENTIA, *indulgentia*, subst. fem., mutato *d* in *n* propter nasalem praecedentem. Inscr. campana apud Mommsen n. 1952: AB INNVLGEN · MAX · PRINCIPIS.

INOBAVDIENTIA, *inobedientia*, subst. fem. apud Tert. *adv. Marc.* IV, 17. Vide voc. sq.

INOBAVDIO, *inobedio* (non obedio), apud Tert. *adv. Marc.* 16 ex *Exod.* XXIII, 21.

INODIATVS, *minime exosus*, adiect. Not. Tiron. pg. 77: « Odiosus, inodiatus, perosus, perodiatus ».

INOM, *—um* (?), vox osca originis et significationis ignotae, fortasse acc. sg. 2 decl. (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 264). *Veniam* vel *licentiam* exponit Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 10, e rad. *i-* = *i-re* (cf. Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 72, et Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 220); in tab. Bantina n. 2897 lin. 16 INOM DIDEST = *veniam dabit.* Alii aliter legunt (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 16, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 102); et Guarinius *inibi* adv. vel *in eum* vertebat (*Tab. oppid. Lexic.* pg. 152, *Lexic. osco-lat.* pg. 41). Cf. inscr. n. 2694 lin. 4, cum Huschke op. cit. s. 259.

INORIS et inorus, qui est sine ore, adiect. Paul. pg. 114: « Inori inores ». Cf. Turpil. vs. 23 apud Non. III, 152 = pg. 216, et Gloss. apud Labb.: « Inora, ἄστομα ».

INPOENE, *impune*, apud veteres. Cato *Orat.* fragm. apud Front. *Epist. ad Anton.* I, 2 pg. 151: « Ita inductum est, male facere inpoene; bene facere non inpoene licere ».

INPOSIVI, *imposui*, apud veteres (cf. POSEIVI = *posui*). Cato *Orat.* fragm. apud Fronton. *Epist. ad Anton.* I, 2 pg. 150: « Num quos praefectos per sociorum vestrorum oppida inposivi, qui eorum bona, liberos diriperent? ».

INQVID, *inquit*, ab inquio (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *inquio*), apud Cic. *De Rep.* I, 9, 12, et *Fragm. iur. civ.* apud Mai pgg. 24, 88.

INQVINABVLVM, *inquinamentum*, subst. n. Gloss. apud Labb.: « Inquinabulum, μόλυμμα ».

ƧИI et ƧИI (INS), in vasis italicis n. 2195*a*, 2195*b*, 2665*a*, 2665*b*. Cf. IИI (ini) et IMS.

INSECE, *inseque* (dic, narra), apud veteres. Ennius *Ann.* vs. 332: « Insece Musa etc. ». Cf. Aul. Gell. XVIII, 9; et vide voc. sqq.

INSEXIT, *dixerit*, apud veteres. Vide INSEQVE.

INSEQVE, *insece* (dic, narra), apud veteres. Paul. pg. 111: « Inseque apud Ennium *dic.* Insexit *dixerit* ». Gloss. apud Labb.: « Inseque, εἰπέ ». Vide INSECE.

INSERINVNTVR, *inseruntur*, apud veteres. Fest. *Qu.* XV, 28 pg. 352 ex Odyssia vetere: « millia alia in isdem inserinuntur ». Cf. Müller in Festo pg. 397.

INSICIOLVM vel isiciolum (insicium vel isicium minutum), subst. n. apud Apic. V, 4.

INSICIA vel insicium, isicia vel isicium (cf. umbr. ƧƎИƎꟼƎƧI i-seśe-[t]es), genus farciminis, apud veteres. Varro *De l. l.* V, 110 pg. 44: « Insicia ab eo quod *insecta* caro, ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nam *prosectum* ». Macrob. *Sat.* VII, 8: « Dicas, quaeso, quae causa difficile digestu facit isicium: quod ab *insectione* insicium dictum (amissione enim litterae postea, quod nunc habet nomen, obtinuit) cum multum in eo digestionem futuram iuverit tritura tam diligens, et quicquid grave erat carnis assumpserit, consummationemque eius multa ex parte confecerit ». Flav. Caper pg 2246 P.: « Inscitia (*sic*) dicendum, non isicia; quia nusquam sine *n* pronunciatur ». Donat. ad Ter. *Eun.* II, II, 26: « Fartores, qui insicia et farcimina faciunt ». Vide *insiciarius*, *insiciatus* vel *isiciatus*, *insiciolum* in Forcell. *Lex.*; et cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 34, Schneider *Gram. lat.* I 565, Aufr. et Kirch. II 374.

INSITIVM, *interpositio*, subst. fem. Gloss. apud Labb.: « Insitium, ἔνθεσις ».

INSITOR, deus apud veteres. Vide IMPORCITOR.

INSOBRES. Vide INSVBRIA.

INSTEIVS, gentilitium samniticum. Insteius Cato, dux Italicorum in bello marsico, memoratur a Vell. Paterc. II, 16. Occurrit etiam in lapidibus lucanis et campanis apud Mommsen. Inscr. vibonensis (Momms. n. 55): D · M | Q · INSTI | FLORIN.

INSTIPVLOR, *stipulor* (cf. umbr. ANSTIPLATV = *instipulator*). Plaut. *Pseud.* IV, VI, 6 sq.: « Mimae viginti sanae ac salvae sunt tibi, Hodie quas abs te inde et instipulatus Pseudolus ». *Rud.* V, III, 25: « Ni dolo malo instipulatus sis ».

INSVASVM appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. Ita Paulus pg. 111. Plaut. *Truc.* II, II, 16: « Quia tibi insuaso infecisti, propudiosa, pallulam ». Cf. SVASVM.

INSVBLVM. Vide INSVBVLVM.

INSVBRIA, regio Italiae, in Gallia transpadana (Strab. V, I 6, 9, VII, I 5), cuius caput Mediolanum (Strab. V, I, 6; Polyb. II, XVII, 4, XXVIII 3, III, LVI 3; Plutarch. in *Marc.* III 1; Plin. III, XXI, 2). Populi appellantur Insubres (Cicero pro *Balbo* cap. 14), Ἴνσουβροι (Ptolem. III, 1; Strabonis codd. V, I 9 et 12 Σύμβροι), vel Ἴσομβρες (Polybius locc. infra cit.), vel Ἴνσοβροι (Polyb. XVI, XL 1 apud Steph. Byzant.), vel Ἴνσομβρες (Plutarch. locc. cit.), qui ex Gallia venere. Liv. V, 34: « Ibi quum velut septos montium altitudo teneret Gallos, circumspectarentque, quanam per iuncta coelo iuga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit, quod adlatum est, advenas quaerentes agrum ab Salyum gente obpugnati. Massilienses erant hi, navibus a Phocaea profecti. Id Galli fortunae suae omen rati adiuvere, ut, quum primum in terram egressi occupaverant, locum patentibus silvis communirent. ipsi per Taurinos saltusque invios Alpes transcenderunt: fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quum, in quo consederant, agrum Insubrium adpellari audissent, cognomine Insubribus pago Aeduorum: ibi, omen sequentes loci, condidere urbem: Mediolanum adpellarunt ». Plin. III, XXI, 3: « Caturiges Insubrum exsules ». Cf. Liv. XXI 25, XXX 18, XXXI 10, XXXII 7, XXXIV 46; Plin. X, XLI, 3; Polyb. II 22, 28 sqq., 30, 32, 34 sq., III 40, 60; Strab. V, I 9; Plutarch. in *Marc.* III 4, VI 2. Steph. Byz.: Ἰνσόβαρες, ἔθνος Κελτικὸν πρὸς τῷ Πάδῳ, οὓς καὶ Ἰνσόβρας φασίν. Ἴνσοβροι, ἔθνος ἰταλικόν. Πολύβιος. Cf. Varr. *De r. r.* II, IV, 11, ubi Turmb. *Advers.* IV, 6 legit Insubres, et Insobreis Scaligerus pg. 221, scribens: « Insobreis autem pro Insubris scribere solitos illos veteres, nemo paulo harum literarum peritior ignorat ». — Insuber adiect. est ad Insubriam pertinens. Cf. insuber eques (Liv. XXII, 6).

INSVBVLO. Vide voc. sq.

INSVBVLVM, ital. *subbio*, textoris instrumentum, sic dictum, quod infra et supra sit, vel quia insubulatur (Isid. *Orig.* XIX, 29). Gloss. apud Labb.: « Insublum, ἀντίον; - Insubula, ἀντίον καὶ ἀντία; - Insubulum, ἀντίον ».

INTECRVM, *integrum*, adiect. Tab. Heracl. cap. 8 (apud Mazochium pg. 423): NEQVE · IN INTECRVM · RESTITVS (sic) · EST.

INTELLEGO, *intelligo*, in fragm. iuris civ. apud Mai *Iur. civ. reliq.* pgg. 67, 74, 85, 87. Cf. *Comm. vet.* in *Cic. Orat.* apud Mai *Class. auct.* II 3 et 160.

q3MAM3+NI (intemamer), quod invenitur in cippo perusino n. 1914*A* lin. 18 sq., in duo dispertiunt interpretes. Vinc. Campanarius in *Giorn. arcad.* XXX 303, et XXXIV 63 (cf. *Dell'urna di Arunte* pg. 46) habet intem pro *quintum*, Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 48 pro *statuito* ab ἵστημι, Migliarinius *Zibald.* etc. mss. pgg. 28, 30 legit inte mamer. Silet Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 105. Vide q3MA (amer).

INTEMELIVM. Vide ALBINTIMILIVM.

pellata (1) », Columella VI praef. § 7: « Nec dubium, quin, ut ait Varro, caeteras pecudes bos honore superare debeat, praesertim [autem] in Italia, quae ab hoc nuncupationem traxisse creditur, quod olim Graeci tauros ἰταλοὺς vocarent ». Aul. Gellius XI, 1: « Timaeus in historiis, quas oratione graeca de rebus populi romani composuit, et M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de graeco vocabulo appellatam scripserunt, quoniam boves graeca vetere lingua ἰταλοὶ vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit: bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima ». Servius ad Virg. *Aen.* I 532 sq. (« nunc fama, minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem »): « Italus, rex Siciliae, ad eam partem venit, in qua regnavit Turnus, quam a suo nomine appellavit Italiam: unde est XI 317 *Fines super usque Sicanos.* Non usque ad Siciliam; (nec enim poterat fieri) sed usque ad ea loca, quae tenuerunt Sicani, id est Siculi, a Sicano, Itali fratre. Alii Italiam a bubus, quibus est Italia fertilis: quia Graeci ἰταλοὺς, nos *vitulos* dicimus. Alii a rege Ligurum, Italo: alii ab eodem Molossio: alii a quodam augure, qui cum Siculis in hac loca venerit, quamquam his regionem inauguraverit * plures alare tenar in pote desatura. Minois reges Cretensium filiam Italiam dictam ». Et ad illud *Aen.* VIII 328 (« Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae »): « Hi (*Sicani*) duce Siculo venerunt ad Italiam, et eam tenuerunt, exclusis Aboriginibus. Mox ipsi pulsi ab illis, quos ante pepulerant, insulam vicinam Italiae occupaverunt, et eam Sicaniam a gentis nomine, Siciliam vero a ducis nomine dixerunt: quanquam Thucydides lib. VI 2 dicat de Sicilia Italum regem venisset, et ab eo esse Italiam appellatam. Alii sic distinguunt Sicanae; et subiungunt *Saepius et nomine posuit Saturnia tellus.* Semel enim Sicani ex Hispania in Italiam venisse dicuntur; at Italia plura nomina habuit, dicta est enim Hesperia, Ausonia, Saturnia, Vitalia ». Cf. Dionys.



(1) Adde Paul. *De gestis Langob.* II, 23: « Italia quoque — ab Italo Siculorum duce, qui eam antiquitus invasit, nomen accepit. Sive ab hoc Italia dicitur, quia magna in ea *boves*, hoc est *Itali* habentur. Ab eo namque quod est Italus per diminutionem licet una littera addita, altera immutata, *vitulus* appellatur ». Cf. Aristot. *Polit.* VII, 10.



Halic. I, 35, cit. s. v. ITALVS et VIИЕТIƎ viteliú. — Italia est nomen muliebre in titulis apud Grut. 938, 9, Murat. 1470, 13 (ITALIA METTIA), 1596, 4, Gori *Columbar.* pg. 209 n. 268, et cognomen apud Grut. 614, 6 (DOMITIA ITALIA). Cf. HITALIA.

ITALICA, Ἰταλική (Strab. V, IV, 2), urbs Pelignorum, ita Corfinium appellatum bello italico seu marsico, seu sociali, quod Marsi, Picentes, Peligni, Vestini, Lucani, Samnites cet. cum populo romano gesserunt (Vell. Paterc. II, 16). Cf. ITALIVM, et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 260. — Italĭca, gr. Ἰταλική, est urbs Hispaniae Baeticae, de qua Plin. III, III, 7, et Appian. *De bello hisp.* cap. 38 (ἣν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἰταλικὴν ἐκάλεσε). — Italicus et Italica sunt cognomina rom. in lapidibus apud Grut., Murat. cet. Cf. Italicene nomen mulieris apud Murat. 1174, 9.

ITALIS, idem ac Itala vel Italica. Virg. *Aen.* XI, 655 sqq.:

« Larinaque virgo,
Tullaque, et aeratam quatiens Tarpeia securem,
Italides ».

Cf. Mart. *Epigr.* XI, 53; Sil. Ital. VII, 429; Ovid. *Pont.* II, III, 84. — Italis est nomen mulieris in titulo apud Grut. 971, 2.

ITALIVM, oppidum Siciliae, in agro Catinensi (?). Diod. Sic. XXIV, 6 (Exc. Hoeschel. pg. 508): Εἰς δὲ τὸν Λόγγωνα Κατάνης φρούριον ὑπῆρχε, καλούμενον Ἰτάλιον. Ὅπερ πολεμήσας Βάρκας ὁ Καρχηδόνιος..... — *Itala* nunc est vicus Siciliae in districtu messinensi.

ΙΤΑΛΟΣ. Vide voc. sq.

ITALVS, Ἰταλός (vitulus), subst. m. apud veteres. Hesych. *Lex.* II, 81: Ἰταλός· Ῥωμαῖος· ταῦρος. Paul. ex Festo pg. 106: « *Vituli* ab Italis itali sunt dicti ». Tzetzes in Lycophr. vs. 1226 sqq.: ἰταλὸν γὰρ Τυῤῥηνοὶ τὸν ταῦρον καλοῦσιν; et *Hist. chil.* II, 36 (*de Herc.* vs. 94): οἱ Τυῤῥηνοὶ γὰρ ἰταλὸν καλοῦσι πῶς τὸν ταῦρον. Apollod. *Biblioth.* II, 5 pg. 69 (ed. Berolin. 1789): Τυῤῥηνοὶ γὰρ Ἰταλὸν τὸν ταῦρον ἐκάλεσαν. Varro *De l. l.* V, 96 pg. 37 (cf. *De r. r.* II, v, 3): « Vitulus, quod graece antiquitus ἰταλὸς, aut quod plerique vegeti, vigitulus ». Cf. Scalig. in Festo s. v. *Italia*, Voss. *Etym.* s. v. *vitulus*, et Niebuhr *Hist. rom.* I 20.

§ 2. Italus, Ἰταλὸς, rex Siciliae antiquissimus, a quo nonnulli dicunt Italiam appellatam fuisse (Servius ad Virg. *Aen.* I, 532; cf. Paul. pg. 106). Thucyd. II, 2: Εἰσὶ δὲ καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί, καὶ ἡ χώρα ἀπὸ

Ιταλοῦ βασιλέως τινὸς Σικελῶν, τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος, οὕτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη. Vide SICILIA, et cf. Niebuhr *Hist. rom.* I 20 suiv., Müller *Die Etr.* I 17 anm. 31, Galvani *Delle genti* etc. pg. 148 sg., ***Bullett. dell'Inst. arch.*** an. 1843 pg 93.

§ 3. Alius fuit Italus, vir potens, rex Italiae veteris, de quo scripsit Antiochus Syracusanus. Dionys. Halic. I, 35: Ἰταλία δὲ ἀνὰ Χρόνον ὠνομασθη, ἐπ' ἀνδρὸς δονατοῦ, ὄνομα Ἰταλοῦ. τοῦτον δὲ φησιν Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος ἀγαθὸν καὶ σοφὸν γεγενημένον καὶ τῶν πλησιοχώρων τοὺς μὲν λόγοις ἀναπείθοντα, τοὺς δὲ βίᾳ προσαγόμενον, ἅπασαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν γῆν, ὅση ἐντὸς ἦν τῶν κόλπων τοῦ τε Ναπητίνου καὶ τοῦ Σκυλητίκου· ἣν δὴ πρώτην κληθῆναι Ἰταλίαν, ἐπὶ τοῦ Ἰταλοῦ. ἐπὶ δὲ ταύτης ἐγκρατὴς ἐγένετο, καὶ ανθρώπους πολλοὺς εἶχεν ὑπηκόους, αὐτίκα τῶν ἐχομένων ἐπορέγεσθαι, καὶ πόλεις συνάγεσθαι πολλάς· εἶναι δ' αὐτὸν Οἴνωτρον τὸ γένος. Aristot. ***Polit.*** VII, 10: Φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων Ἰταλόν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς Οἰνωτρίας, ἀφ' οὗ τό τε ὄνομα μεταβαλόντας Ἰταλοὺς ἀντ' Οἰνωτρῶν κληθῆναι καὶ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης Ἰταλίαν τοὔνομα λαβεῖν, ὅτη τετύχηκεν ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ Σκυλλητικοῦ καὶ τοῦ Λαμητικοῦ. . . . . . Τοῦτον δὴ λέγουσι τὸν Ἰταλὸν νομάδας τοὺς Οἰνωτροὺς ὄντας ποιῆσαι γεωργούς, καὶ νόμους ἄλλους τε αὐτοῖς θέσθαι καὶ τὰ ἀπ' ἐκείνου καταστῆσαι πρῶτον. Cf. Virg. *Aen.* VII 178 « Italusque paterque Sabinus etc. ».

§ 4. Rex Liguriae, teste Servio in Virg. *Aen.* I 532 (vide ITALIA).

§ 5. Est cognomen et nomen rom. in titulis apud Grut. 949, 3 = 987, 10 (HOSTORIVS ITALVS) et apud Murat. 2068, 10 = Nicolai *Basil. di S. Paolo* pg. 81 n. 48 (AFRODITE · ITALO · CONIVGI etc.).

ꓥƎ⅃ꓥVꓥTI (itaualea), in lapide piceno n 2683. Caiet. de Minicis (*Le iscriz.* etc. ad n. 336): *Potrebbe in via di semplice congettura interpretarsi* ita valeas.

ƎTI (ite), Ἴδας (Idas), pater Cleopatrae (uxoris Meleagri), qui fortissimus terrestrium fuit virorum, et contra Apollinem sumsit arcum, gratiâ pulcherrimae Marpessae, ut cecinit Homerus *Iliad.* IX, 553 sqq. his versibus:

Ἀλλ' ὅτε δὴ Μελέαγρον ἔδυ χόλος, ὅστε καὶ ἄλλων
οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονεόντων·
ἤτοι ὁ μητρὶ φίλῃ Ἀλθαίῃ χωόμενος κῆρ,
κεῖτο παρὰ μνηστῇ ἀλόχῳ, καλῇ Κλεοπάτρῃ,
κούρῃ Μαρπήσσης καλλισφύρου Εὐηνίνης,
Ἴδεω θ', ὃς κάρπιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
τῶν τότε – καὶ ῥα ἄνακτος Ἐναντίον εἵλετο τόξον
Φοίβου Ἀπόλλωνος, καλλισφύρου εἵνεκα νύμφης.

Hanc fabulam exhibet speculum etr. n. 2479 (Caiet. De-Minicis *Congett. sopra uno specchio etr.* pg. 5 sgg., Braun et O. Iahn in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1838 pg. 128 et an. 1840 pg. 90; cf. *Giorn. arcad.* LXXV, 381), in quo sculpta est *Marpessa* (ϨIꟽꝹAꟽ marmis) inter *Idam* et *Apollinem* (V⅃V⅂A apulu). Cf. Ovid. *Metam.* VIII 215, *Fast.* V 701, Hygin. *Fab.* n. 14 et n. 80, Propert. I, II 17 sq., Apollod. II, 7.

ꓘƎꓦI (itek), *ita*, adverb. apud Umbros, e stirpe pronominali *i-* (Grotefend *Rud. l. u.* II 12, VI 32, VII 28, 37; Aufr. et Kirch. I 33, 152, II 377; Huschke *Die iguv. taf.* s. 439). Tab. eugub. IV 31: ꓦϨVꓘA8 : ꓘƎꓦI : ⅂A (ap[e] itek fakust) = *postquam ita fecerit.*

ITEM, *idem*, pronom. demonstr. m. nominat. sg., in lege Thoria (App. n. LIX) cap. 14.

ITER iteris (itineris), subst. n., contractum ab itiner, quod vide. Charis. pg. 83 = 63 P.: « Iter iteris debet facere, non itineris, ne adversus rationem genetivus nominativo maior duabus syllabis inveniatur, praesertim cum itiner quoque dixerint veteres, cuius genetivus itineris erit. plurali tamen numero itinera semper dicemus. non enim, sicut huius iteris dixit, et haec itera potuit dicere ». Naevius vs. 38 (ed. Ribbeck): « Ignotae iteris sumus ». Accius vs. 627 apud Non. VIII, 13 = pg. 485: « Studiumque iteris repprime »; et vs. 499: « nam te longo ab itere cerno huc vadere ». Lucr. V, 651 sq.: « atque suos efflavit languidus igneis Concussos itere ».

ITERO, *iterum*, adverb. Inscr. apud Fea *Framm. de' fasti consol.* tav. x n. 26: CONSVLIBVS · TVNC · NATVS · ERAM · ITEROQVE · SEVERO · PARITER · QVO · COEPI · DVLCIS · HABERI (an. a Chr. n. CXX).

ITHACESIAE insulae inferioris Italiae, in mari Tusco, nunc *Torricella*, *Praca*, *Brace.* Plin. III, XIII, 3: « Contra Vibonem parvae (*insulae*), quae vocantur Ithacesiae, ab Ulyssis specula ». Cf. Solin. III, 2, et Mart. Cap. § 645 pg. 528.

ITINER, *iter*, subst. n. apud veteres, teste Charisio pg. 83 = 636 P. (vide ITER). Ennius *Trag.* vs. 383 (ed. Vahlen) = vs. 292 (ed. Ribbeck): « Deumque de consilio hoc itiner credo conatum modo ». Pacuvius vs. 44 sq. ed. Ribbeck: « dolet pigetque magis magisque me Conatum hoc nequiquam itiner... »; vs. 121: « ad stabula haec itiner contuli »; et vs. 226: « Cedo quorsum itiner tetinisse aiunt? ». Accius vs. 457: « Laborem aut minuat itiner ingressum viae »; et vs. 500: « coniugium Pisis petere atque huc ad te itiner tendere ». Turpilius vs. 207 ed. Ribbeck: « Age age egredere, atque utinam istuc perpetuum itiner sit tibi ». Plaut. *Merc.* V, II, 72: « Ut, si haec non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exsequar »; et vs. 88: « Quin tu ergo itiner exsequi meum me sinis? ». Varro apud Non. VIII, 2 = pg. 482: « Luna spectant Adria se itiner longum sermone levare ». Lucret. VI, 338: « Obvia, discutiat plagis, itinerque sequatur ». Adde Manil. I, 88.

IИOИITI (itinthni), in etrusco speculo n. 2506. Cf.

Gerhard *Ueber die metallspiegel* n. 1646, et *Etr. spieg.* ad taf. CCXXXII.

ITIS, vox tusca, de qua sic Macrob. *Sat.* I, 15: « Iduum porro nomen a Tuscis, apud quos is dies itis vocatur, sumptum est. item autem illi interpretabantur *Iovis fiduciam.* nam cum Iovem accipiamus lucis auctorem, ut et Lucetium Salii in carmine canunt, et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant; ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut diei patrem: in re hic dies Iovis fiducia vocatur ».

ITCIRCO, *idcirco*, adverb., ab it = *id* et circo, in lapidibus rom. apud Grut. 23, 12, et 229, 1 (Orell. n. 2490). Adde *Fragm. iur. civ.* apud Maium pg. 68.

ITITO, frequentat. ab *ito.* Naevius apud Calp. Pison. (Merula ad fragm. Ennii pg. 117): « Caesum funera agitant, exsequias ititant, Temulentiamque tollunt festam ».

ITO, frequentativum, ab eo. In edicto censorio apud Suet. *De rhet.* cap. 1: « Et quos in ludos itare vellent ». Adde Cic. *Ep. fam.* IX, 24 = n. 705, et Aul. Gell. III, 18.

§ 2. Usurpatur pro simplici *eo.* Plaut. *Most.* I, II, 48: « Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt ».

AΝVΘΝI (itruta), in ossuario etr. n. 986. Cf. Ianssen *Inscr. etr.* pg. 17.

ITVS, *eidus* (idus), subst. f. apud Etruscos (Varro *De l. l.* VI, 28 pg. 85, cit. s. v. EIDVS). Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 24: Τὰς δ' Εἰδοῦς, ἢ διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ εἶδος, ὁλοκλήρου καθισταμένης τῆς σελήνης, ἢ τῷ Διὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀποδιδόντες. Vide EIDVS, IDVS et ITIS; et cf. Lanzi I 43 = 34, Müller *Die Etr.* I, 64, Galvani *Delle genti* etc. pg. 344.

?MAƎVꟻI (ituvas), in columella perusina n. 1988.

?IVꟼΘ↓ꟻI (itchrrui), in etr. speculo n. 2510.

ΙΤΩΝΗ, Siciliae oppidum. Steph. Byz.: ἔστι καὶ πόλις Ἰτώνη ἐν Ἠπείρῳ, καὶ Ἰταλίας, καὶ Βοιωτίας, καὶ Λυδίας· ὁ πολίτης, Ἰτώνιος. — Incolae sunt Ἰτωνεοί, de quibus Thucyd. V, 5.

-VI (iu-), radix etrusca pro iuv- = diuv-, *splendere*, in voc. IƆIИVI iu-nici = *Iunicia.*

ƎI (iv), in titulo clusino n. 748 (pro ƎA = *Aula*). Adde n. 2625, et cf. vocc. sqq.

?IAƎI (ivai), in titulo volcente n. 2167.

ꟻVIIAƎI (ivaiiup), in casside etr. n. 60.

IVBENALIS, *Iuvenalis*, cognomen m. in titulo sepulcrali apud Lupi *Epist. Sev.* pg. 159 (SEPTIMIVS IVBENALIS).

IVBELLIVS, nomen virile apud Campanos. Decius Iubellius (Liv. *Epit.* lib. XII, et lib. XXVIII 28, ubi cf. Drakenborch; Val. Max. II, VII, 15) = Δέκιος Καμπανός (Polyb. I, VII 7), Δέκιος τὸ γένος Καμπανός (Diod. Sic. XXII, I, 2), Δέκιος (Appian. *De reb. samn.* IX, 1, Dion. fragm. n. 40); et Iubellius Taurea (Liv. XXIII, 8; Cic. in *L. Corn. Pis.* cap. 11) vel Cerrinus Iubellius cognomine Taurea (Liv. XXIII 46 sq., XXVI 15, ubi cf. Drakenborch) vel T. Iubellius Taurea (Val. Max. III, II ext. 1). Cf. P · IVBEILIVS P · L · SELEVCVS apud Murat. 504 col. 1.

IVBENIS, *iuvenis*, subst. m., mutato *v* in *b*. In titulo apud Doni cl. XII n. 24: L · TITEDIO · FORTVNATIANO · IVBENI PROBISSIMO. Cf. Iubennius (?) Marcellinus apud Murat. 1213, 4.

IVBENTVS, *iuventus*, subst. f. In nummo Gallieni imp.: IVBENTVS AVG (Eckhel *Doctr. num. vet.* VII, 408). Adde inscr. apud Grut. 607, 1, in qua legitur: EX · LONGO TEMPORE · PRIMAE · IVBENTVTIS. Cf. L · IVBENTIVS L · F · TER · SEVERVS · AVG · N · DISPENSATOR (Grut. 50, 4), P · IVBENTIVS · ANCHARIVS (Grut. 96, 4), Q · IVBENTIVS 7 L LIBER (Grut. 251 col. 1), Iubentius Celsus (Grut. 607, 1; Murat. 572, 1) et C · IVBENTIVS V · C · (Murat. 265, 5).

IVBILARE est rustica voce *inclamare.* Ita Paul. ex Festo pg. 104. Varro *De l. l.* VI, 68 pg. 99: « Ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum; itaque hos imitans Aprissius ait: *io bacco! quis me iubilat? Vicinus tuus antiquus* ». Cf. Labb. *Gloss.* pg. 101 col. 4: « iubilatus, ὀλολυγμὸς ἀχροίκων. κραυγὴ ἀγροίκων ».

IVBIVS (?), nomen virile apud Campanos. Zonara IX, 6: Ἰούβιος τις Οὐίριος = Vibius Virrius apud Liv. XXIII 6, XXVI 13 et 14, ubi cf. Drakenborch.

IVGARIVS vicus dictus Romae, quia ibi fuerat ara Iunonis Iugae, quam putabant matrimonia iungere (Paulus ex Festo pg. 104). Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 476: « Iugi Iunoni, a qua vicus iugarius. ara ibi sita est ». At Nibbyus *Del foro rom.* pg. 103 putat, ita fuisse appellatum, quia prope iugum montis Capitolini erat: haec enim narrat Livius XXXV, 31: « Saxum ingens, sive imbribus, sive motu terrae leviore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum, in vicum Iugarium ex Capitolio procidit, et multos obpressit ». — Iugarius est cognomen rom. in titulo apud Grut. 800, 6 (M · LICINIIO IVGARIO).

IVGATINVS, deus coniugii praeses apud veteres. August *De civ. Dei* VI, 9: « Cum mas et femina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus ».

§ 2. Erat etiam iugorum montium praeses. August. op. cit. IV, 8: « Iuga montium deo Iugatino ».

IVGES, *eiusdem iugi, pares.* Paul. pg. 104: « Iuges eiusdem iugi pares. Unde et coniuges et seiuges ». Gloss. Labb.: « Iuges, ὁμόζυγες ».

IVGRVM, *iugerum*, subst. n. Lex Thoria (App. n. LIX) cap. 10: IN AGRI IVGRA SINGVLA.

IVGVS, *coniunctus*, adiect. Cato *De r. r.* cap. 10 (et Varro *De r. r.* I, 22): « vasa olearia instructa iuga V ».

?IISOƎHHИAƎI (ivdaiieosii), fortasse nomen virile, in titulo pompeiano n. 2807. Alii tamen aliter legunt. Cf.

Mommsen *Die unterit. dial.* s. 263, Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I, 87, Fiorell. *Monum. epigr. pomp.* I, 12 = xxxv, Huscke *Die osk. und sab. spr.* s. 196.

[I]VDEX (?), *iudex*, subst. m. apud Samnites, in tabula Bantina n. 2897 lin. 32. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 267.

IVDICASSIT, *iudicaverit*, ab *iudico*, in lege *De magistris aquar.* apud Marini (Egger *Lat. serm. reliquiae* pg. 359).

ꓤꓘƎꓱI (iveka), *iuvencam*, subst. f. acc. sg. 1 decl., pro ivekam, apud Umbros, ab *iuven-is* = sanscr. juvan (cf. IVENIS) et suff. -ka (Grotefend *Rud. l. u.* V, 9, Aufr. et Kirch. I 25, 39 sq., 44, 73, 96 sq., II 143, 295 sq., Quaranta *Di una inscr. osca* pg. 4, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 27; cf. Lanzi II 823 = 732, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI 160, et Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 30 nt. 30, cui videtur casus instr. pl.). Tab. eugub. Ib 40 sq.: ꓤꓘƎꓱI:ꓤƎꓤꓘꓤƎ:ꓱVƧƎ... (iveka perakre tuse[t]u super umne arfertur) = *iuvencam —em torreto super —mine adfertor*, quibus respondent tab. eugub. VIIa 51 verba haec: ENOM · IVENGA · PERACRIO · TVRSITVTO = *tum iuvencas —es torrento.*

§ 2. *Iuvencas*, accus. pl. 1 decl., recentiori orthographia IVENGA, pro ivekaf et *ivengaf* (Aufrecht et Kirchhoff I 113, 134, II 143, 295 sqq., Huschke *Die iguvischen tafeln* s. 293; cf. Lanzi II 823 = 732). Exemplum praebet tabula eugubina Ib 42 sq.: Ǝꓤꓭ IꓱƎꓘꓤ | ƎꓱꓘƎꓤVꓠIƎ : ꓭƎ+V : +VƧƎ IVIƎ (eaf iveka tre akerunie fetu tuse iuvie; et tab. eugub. VIIa 52 sq.: EAF · ACERSIONEM · FETV · TVRSE · IOVIE) = *eas iuvencas tres Aquiloniae facito Tursae Ioviae.* Grotefendio II 16 est abl. pl. (*Rud. l. u.* II, 16).

IVENGA, *iuvencas*, subst. f. acc. pl. 1 decl. (nominat. pl. IVENGAR = *iuvencae*), antiquiori orthographia ꓤꓘƎꓱI iveka, quod vide (Grotefend *Rud. l. u.* VI 29, Aufrecht et Kirchhoff I 25, 39, 44, 73, 97, 113, II 295 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 293; cf. Lanzi II 764 = 672, et Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 30, cui videtur casus instr. pl.). Tab. eugub. VIIa 51: ENOM · IVENGA · PERACRIO · TVRSITVTO = *tum iuvencas —es torrento.*

IVENGAR, *iuvencae*, subst. f. nominat. pl. 1 decl. (acc pl. IVENGA = *iuvencas*, quod vide), ab iveka (Grotefend *Rud. l. u.* VI, 30; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 25; Aufr. et Kirch. I 73, 97, 104, 106, 113, II 195, 300. Cf. Passeri *Paralip.* pg. 326 et *Lett. Roncagl.* n. xvi pg. 280, Lanzi I 390 = 306, II 767 = 675, 823 = 733). Tab. eugub. VIIb 2: PONNE·IVENGAR·TVRSIANDV = *quum iuvencae torreantur.*

IVENIS, *iuvenis*, subst. m. in titulo pompeiano stylo exarato, edito in *Bullett. arch. nap.* I, 67. Ivenis est etiam nomen mulieris in titulo sepulcrali apud Murat. 2092, 12 (IVENI | SEX · L | FLORAE | IN FR · P · XVI | IN AGR · P · XX). Cf. sanscr. iuvan = *iuvenis* (unde *iunior* et *iunius*) quod in casis debilissimis est iûn.

IVENTIVS et Iventia, *Iuventius* et *Iuventia*, nom. pr. m. et f. Inscr. perus. n. 1358: C · IVENTIVS · C · F = *Caius Iuventius Caii filius.* Alia inscr. n. 2704: IVENTIA · PR · N · IVN = *Iuventia pridie nonas iunias* (cf. Lanzi I 162 = 124 n. 14). Alia apud Grut. 876, 1: D · M | L · IVENT · IANVAR | AMIC · OPT | FECIT · ONESIMA | V · A · LX. Cf. P · IVENTIO · P · F · IOVENTIVLLO (Grut. 1135, 2), SEX · IVENT · SVAVIS (Murat. 37, 5); et vide IOVENTIO.

? ꓤƆƧƎꓠꓳƎI (ivthnesca), in ossuario clus. n. 813.

IVI (iui), in titulo etr. n. 1*b* et n. 986.

ƎꓠꓤƆƧƎIVI (iuieskane), *Iuiescanis* (?), adiect. m. dat. et abl. pl. 2 decl. pro ƧƎꓠꓤƆƧƎIVI iuieskanes, quod sequitur (Grotefend *Rud. l. u.* VII 13, VIII 10; Aufr. et Kirch. I 119, II 339 sq., 409). Occurrit in tab. eugub. IIb 5.

ƧƎꓠꓤƆƧƎIVI (iuieskanes), *Iuiescanis* (?), adiect. m. dat. et abl. pl. 2 decl., minus recte ƎꓠꓤꓘƧƎIVI (iuieskane), apud Umbros, fortasse e quodam oppido iuies-ka et suff. -ano (Grotefend *Rud. ling. umbr.* III 11, VII 12 sq., VIII 16; Aufrecht et Kirchhoff I 119, 130 nt. 1, II 339 sq., 409). Tabula eugubina II 5 sq.: ƧƎꓠꓤƆƧƎIVIƎꓤ+Ǝ | : ƎꓠꓤƆƧƎIVI (iuieskane etre iuiescanes) = *Iuiescanis, alteris Iuiescanis.* — Iuiescane (ita Lanzius II 729 = 637) *da iuvies e iuviescu, che in latino sarebbono* Iovis *e* Ioviscus, parvus Iupiter, *deità antichissima de' Latini. . . . . . Alcuni han trovato in questa famiglia i* Vesionicates *di Plinio* (III, xix, 2). Cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 317.

ꓘVꓱ (iúk), *ea*, pronom. demonstr. f. nominat. sg. (cf. IOC = *ea* nominat. sg., et IONC = *eum*), e stirpe pronominali *i*-, in cippo abellano n. 2743 lin. 37 et 42 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 265; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 134, 166 sq., II 160 nt. 1; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 42, 338 sq.; Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* V, 2. Cf. Ebel in *Zeitschr.* cit. II, 60). Grotefendio tamen est abl. sg. = *eo* (*Rud. l. o.* pg. 36). Cf. Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 41, et *In cipp. osco-abell. div.* pgg. 31, 44, et Peter *Sprache und schrift* etc. s. 49, 57.

ꓤꓘVI (iuka), *—a*, subst. n. acc. pl. 2 decl. (acc. sg. VꓘVI iuku) in tab. eugub. III 28 (Aufr. et Kirch. I 20, 119, II 350, 372). Vide voc. sq.

VꓘVI (iuku), *—um*, subst. n. acc. sg. 2 decl. pro iukum (cf. ꓤꓘVI iuka), comparandum cum rom. *iocus* (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 55; Aufr. et Kirch. I 117, II 349 sq., 372). Tabula eugubina IIb 23: V+Ǝꓭꓤꓨ : VꓘVI : V+ƧƎ (estu iuku habetu) = *istud —um habeto.* — Alii interpretati sunt iuku = *iecur*, iuka = *iecora* (Lanzi II 701 = 609, 735 = 643, 823 = 732); aliique *iubilum* (ἰυγμόν) et *iubila* (Grotefend *Rud. l. u.* VII 14, 17, 31), vel *orationem* sive *carmen* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 336).

IVCVDVS, *iucundus*, adiect., in sigillo amphorae fictilis apud Lupi *Epit. Sev.* pg. 45.

IVCVNDILLA, diminut. *iucundae.* Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 704, 8 (VETTIAE IVCVNDILLAE).

IVCVNDINVS, diminut. *iucundi.* Est cognom. rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 1153, 6 (MEMORIAE · C · ABIENI · C · F · IVCVNDINI).

?ƎƚꟼVƆVI (iucurte), Ἰουγούρθα (Iugurtha)?, nomen virile in lapide clusino n. 615. Cf. *Mus. chius.* vol. II ad n. 30.

IVLIA tribus una fuit ex antiquis XXXV romanis tribubus, sed mutato nomine, Iulia dicta a senatu in honorem Augusti (Dio XLIV 5, LI 20). Cf. Orell. *Inscr. lat.* II, 15 ad n. 23, et Henzen Suppl. ad Orell. pg. 92.

IVLIVS mensis, et Iulius absolute est Quinctilis, ita dictus in honorem C. Iulii Caesaris. Macrob. *Sat.* I, 12: « Sequitur Iulius, qui cum, secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium, Quintilis a numero vocaretur; nihilominus tamen etiam post praepositos a Numa Ianuarium ac Februarium, retinuit nomen; cum non videretur iam quintus esse, sed septimus. sed postea in honorem Iulii Caesaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio consule, Iulius appellatus est; quod hoc mense a. d. quartum Idus Quintiles Iulius procreatus sit ». Plutarch. in *Numa* XIX, 5: εἶτα ὁ πέμπτος ἀπὸ Καίσαρος τοῦ καταγωνισαμένου Πομπήιον, Ἰούλιος. Cf. Suet. in *Tib.* cap. 35, et Martial. *Epigr.* X, 62, XII 32.

?ƧVƚɅVI (iultus), —*tus*, cognomen virile apud Etruscos, fortasse vitiose scriptum pro pultus (vide ꟼƧIɅꟼVƚɅVꟼ pultualisa), in titulo clusino n. 639. Cf. Orioli in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1849 pg. 182.

IVLVS, Ascanii filius et Aeneae nepos, quem gens Iulia auctorem sui sanguinis credi voluit. Virg. *Aen.* I, 286 sq.:

« Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,

. . . .

Iulius, a magno demissum nomen Iulo ».

Cf. Valer. Flacc. I, 8. — Alii ipsum Ascanium binominem fuisse putant, et Iulum quoque dictum; unde Virg. *Aen.* I, 267 sq.: « At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur etc. »; ubi Servius: « Et occiso Mezentio, Ascanium, Iulum coeptum vocari, vel quasi Iuloni, id est sagittandi peritum vel a prima barbae lanugine, quam ἴουλον Graeci dicunt, quae ei tempore victoriae nascebatur ».

IVM, *eum*, pronom. demonstr. m. (cf. lat. ant. IM et EM), in titulo sepulcrali apud Orsato *Marm. erud.* pg. 335 (CVM · IVM = *cum eum*, h. e. *cum eo*).

?OƎИVI (iuneo), in lapide falisco n. 2451. Cf. Orioli in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. XXII.

ƆIИVI (iunici), *Iunicia*, n. pr. f. apud Etruscos, e rad. iu- pro diuv-, *splendere* (vide IVENIS = *iuvenis*, IVNIVS et IVVENA). In operculo ossuarii volaterrani n. 320 bis*b*: ƆIИVI : IOꟼAɅ (larthi iunici) = *Lartia Iunicia.* Cf. Iunitia (Iunicia?) Moschis in titulo sepulcr. apud Grut. 734, 1 = *Marm. Taurin.* n. 128.

IVNIVS, ἰούνιος, sextus ex mensibus anni, a iunioribus dictus (Varro *De l. l.* VI, 33 pg. 86), quos Romulus voluit regio corpore adesse et armis rempublicam defendere. Alii tamen putant, ut Censorinus *De die nat.* cap. 22, nomen accepisse « a Iunone potius, quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habeantur ». Plutarch. in *Numa* XIX, 4 (cf. *Quaest. rom.* cap. 86): τὸν δὲ Ἰούνιον ἀπὸ τῆς Ἥρας. Εἰσὶ δὲ τινες οἱ τούτους ἡλικίας ἐπωνύμους εἶναι λέγοντες πρεσβυτέρας καὶ νεωτέρας μαϊώρης γὰρ οἱ πρεσβύτεροι παρ' αὐτοῖς, ἰουνιώρης δὲ οἱ νεώτεροι καλοῦνται. Paul. ex Festo pg. 103: « Iunium mensem dictum putant a Iunone. Iidem ipsum dicebant Iunonium et Iunonalem ». Iunius, ait Macrobius *Sat.* I, 12, Maium sequitur aut ex parte populi, ut supra diximus, nominatus, aut ut Cincius arbitratur, quod Iunonius apud Latinos ante vocitatus, diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus sit: adeo ut, sicut Nisus in commentariis fastorum dicit, apud maiores quoque nostros haec appellatio mensis diu manserit: sed post detritis quibusdam litteris ex Iunonio Iunius dictus sit; nam et aedes Iunoni Monetae kalend. Iuniis dedicata est. Nonnulli putaverunt Iunium mensem a Iunio Bruto, qui primus Romae consul factus est, nominatum: quod hoc mense, id est, kalendis Iunii, pulso Tarquinio sacrum Carnae deae in Caelio monte voti reus fecerit. Cf. Ovid. *Fast.* VI, 1-100.

IVNCETVM, locus iuncis consitus (ital. *giuncheto*). Varro *De r. r.* I, VIII, 3: « Primum genus quod dixi, maxime quaerit salicta. secundum arundineta. tertium iunceta, aut eius generis rem aliquam ».

IVNCXIT, *iunxit*, in lapide apud Grut. 462, 1. Cf. CONIVNCX = *coniux.*

IVNO, gr. Ἥρα, etr. ꟼИɅꟼO thalna, filia Saturni, soror et coniux Iovis: ita dicta quasi *Diu-no*, e rad. *diov-* pro div-, *splendere* (cf. Pott *Etym. forsch* I, 100, Corssen in *Zeitschrift f. vergl. sprachf.* II 26), non a *iuvando*, ut putat Cicero *De natura deorum* II, 26. In etrusco-romano speculo n. 2483 legitur IVNO, quae saepe in rom. inscriptionibus memoratur (Orell. n. 547, 732, 1173, 1278 sq., 1393, 2418, 2700, 3016; Henzen n. 6134, 6134a, 6142, 7112), et dicitur Albana (Orell. n. 1288), Augusta (Orell. n. 1290), coelestis (Orell. n. 1291), Curis (Orell. n. 1303; Henzen n. 5659) vel Quiris (Orell. n. 1304 sq.), Feronia (Orell. n. 1314), Gaurana (Henzen n. 6119), Hera (vide HERA), Lanumvina (Orell. n. 1292), infera vel inferna h. e. Proserpina (Virg. *Aen.* VI, 138; Stat. *Silv.* II, I, 147), Lucina (Orell. n. 874, 1294 sq., 1297 sq., 3148; Henzen n. 6983), Moneta (kalend.

vet. apud Orell. II, 393), **Moneta regina** (Orell. n. 1299), **Patulcia Sispita** (Orell. n. 1300), **placida** (Orell. n. 1281), **Populona** (Henzen n. 5660 sq.; Mommsen n. 3983), **Populona praeses sacrorum publicorum** (Henzen n. 6103), **Pronuba** (Orell. n. 1302), **Regina** (Orell. n. 33, 339, 925, 947, 1046, 1243, 1276 sq., 1280, 1307, 1315, 2185, 2269, 3627, 4977 sq.; Henzen n. 5241 sqq., 5271, 5655, 6914, 7419), **Regina Populona** (Orell. n. 1306), **sancta** (Orell. n. 945), **seispes mater regina** (Henzen n. 5659a), **Regina sispita** (Orell. n. 1309), **sispita mater regina** (Orell. n. 1308, 2503, 3324, 4014), **Stygia** (Orell. n. 1310). **Iunone** pro *Iunoni* invenitur in lapide pisaurensi n. 76. Servius in Virg. *Georg.* II, 325 (cf. Cic. loc. cit.): « Interdum pro *aëre* **Iuno**, et pro *aethere* **Iuppiter** accipitur . . . . . **Iuno** vero pro *terra* et *aqua* ». — Apud veteres **Iuno** feminarum genius erat. Plin. II, v, 3: « Quamobrem maior caelitum populus etiam quam hominum intelligi potest, quum singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciant, **Iunones Geniosque** adoptando sibi ». In tab. XLIII fratr. Arv. (apud Marini pg. CLXVII) IVN · D · D (lin. 8) = IVNONI DEAE DIAE (tab. XXXII col. 2 lin. 1, et 10, tab. XLI a lin. 2); ISIDI VICTRICIS IVNONI (Orell. n. 1882), IVNONI FAVSTINAE AVG · (Orell. n. 849), IVNONI AEMYLIAE HERACLIANAE (Orell. n. 1319), IVNONI DORCADIS IVLIAE AVGVSTAE L · (Orell. n. 1320), IVNONI IVNIAE (Orell. n. 696), IVNONI IVSTA N (Orell. n. 1321) h. e. *Iustae nostrae* sc. *patronae*, IVNONI CISSONIAE (Orell. n. 1702), IVN · SATVRNIAES (Orell. n. 1723), IVNONI TYCHES IVLIAE AVGVSTAE VENER · (Orell. n. 1328), IVNONI HISTORIAE (Orell. n. 1327) h. e. *Genio Historiae* sc. *Musae Cliûs*. Cf. **Iuno pagi Fortunensis** (Orell. n. 1325), IVNONIBVS SACRVM (Orell. n. 1322 sq., Henzen n. 6120), **Hercules et Iunones** (Orell. n. 1562 sq.), **Iunones matronae** (Orell. n. 1326), **Iunones Gabiae** (Orell. n. 2083 sq.), **Iunones montanae** (Orell. n. 1324). Cf. etiam adiect. *Iunonalis* (Ovid. *Fast.* VI, 63), IVNONIGENA et IVNONICOLA.

IVNONALIS, idem ac iunonius, adiect. Ovid. *Fast.* VI, 63: « **Iunonale** leges tempus ».

IVNONIA **colonia**, urbs Faliscorum, prope hodiernam *Civita castellana*. Frontin. *De col.* pg. 113 (cf. pg. 130): « **Colonia Iunonia**, quae appellatur **Faliscos**, quae a III viris est assignata ». Vide IVNONICOLA.

IVNONIGENA, Volcanus, filius Iunonis. Ovid. *Metam.* IV, 173: « **Iunonigenaeque** marito Furta tori, furtique locum monstravit ».

IVNONICOLA, qui **Iunonem colit**. Ovid. *Fast.* VI, 49: « Adde senem Tatium, **Iunonicolasque Faliscos** ».

IVXERINT, *iunxerint*, ab *iungo* (e rad. **iung-** = sanscr. **iug'-**), in tabula rom. apud Cardinali *tav.* XXIV (IVXERINT et IVNX*erint*).

IVXTIM, *iuxta*, praep. Sisenna apud Non. II, 451 = pg. 127: « **Iuxtim** Numicium flumen obtruncatur ». Livius Andr. vs. 11 ed. Ribbeck (Non. loc. cit.): « Clytemnestra **iuxtim**, tertias natae occupant ». Lucr. IV, 504 sq.: « Cur ea, quae fuerint **iuxtim** quadrata, procul sint Visa rotunda ». Adde Iul. Valer. *Res gest. Alex. M.* I, 27 (28).

ᗡƎ+A1VI (iupater), *Iupiter* (Ζεὺς πατήρ, *Iovis pater*, sanscr. djaus pitâ), deus apud Umbros (Ǝᗡ+A1ƎƎVI **iuvepatre** = *Iupiteri* vel *Iupitri* h. e. *Iovi patri*), voc. sg. 3 decl., ab ƎƎVI **iuve** = *Iove*, et ᗡƎ+A1 **pater** = *pater* (Gorius *Lex. etr. et pelasg.* mss.; Passerius *Paralip.* pg. 326; Lanzius II 733 = 641, 823 = 732; Aufr. et Kirch. I 19 sq., 55 sq., 127 sq., II 341, 350; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III, 273). Tab. eugub. IIb 24: V+ƧƎƧ : Vᗡ8VƎ : Vᒧ+IƎV+ƧƎ : Ǝ8Ǝ+ : ƎdAƧ : ᗡƎ+A1VI (iupater saśe tefe estu vitlu vufru sestu) = *Iupiter*, *Sance, tibi istum vitulum —um sisto*. Cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 334.

IVPITER vel Iuppiter, umbr. ᗡƎ+A1VI **iupater**, gr. Ζεὺς πατήρ, rex deorum et hominum, apud veteres (inscr. apud Orell. n. 270, 356, 547 sq., 568, 732, 961, 1278 sq., 1417, 1678, 1805, 1812, 1891, 1893, 1960, 1993, 2118 sq., 2144, 2267, 2270, 2390, 4220; Henzen n. 5359, 5638, 5716, 6117, 6445, 7421; cf. Kalend. Venus. apud Orell. II, 381), ab antiquo nominativo *Iovis* et *pater* (Aul. Gell. V, 12, Varro *De l. l.* VIII 33, 49, X 65; cf. DIESPITER et DIOVIS = IOVIS), non ab *iuvare*, quasi *iuvans pater*, ut dixit Cic. *De nat. deor.* II 25. Prisc. pg. 229 = 695 P.: « Inveniuntur tamen apud vetustissimos haec ancipitis genitivi: hic **accipiter** huius **accipiteris** et **accipetris**, **Opiteris** et **Opitris**, **Maspiter Maspiteris** et **Maspitris**, **Diespiter Diespiteris** et **Diespitris**. sic etiam **Iuppiter Iuppiteris** et **Iuppitris**, ut Caesellio Vindici placet, debuit declinari. nam **Iovis** nominativo quoque casu invenitur ». In titulis rom. **Iupiter** appellatur **Optimus Maximus** (Orell. n. 64, 267 sqq., 320, 339, 343, 465, 509, 599, 805, 815, 900, 907, 925, 931, 972, 1075, 1173, 1210 sqq., 1217, 1276 sq., 1280, 1370, 1393, 1458, 1480, 1650 sq., 1665, 1675, 1677, 1683, 1692, 1799, 1806, 1809, 1890, 1894, 1947, 1960, 1993, 2054, 2056, 2121 sq., 2196, 2226, 2269, 2490, 2526, 2776, 3016, 3088, 3205, 3235, 3264 = 4011, 3342, 3399, 3412, 3515, 3627, 3665, 3781, 3855, 3946, 4018, 4064 sq., 4083, 4138, 4905, 4945, 4977 sq.; Henzen n. 5107?, 5111, 5237, 5241, 5243, 5249, 5271, 5274, 5278, 5403, 5406, 5481, 5490, 5560a, 5631, 5653 sqq., 5657, 5773, 5806, 5884, 6143, 6502, 6688 sq., 6690 sqq., 6706, 6710, 6750, 6780, 6835, 6867 sq., 7012, 7041, 7237, 7302, 7419), **Opt. max. Addus**

(Henzen n. 5610), Adoneicus (Henzen n. 5611), opt. max. aeternus (Orell. n. 3146), Aezanticus (Henzen n. 6955b), Africus (Henzen n. 5430), opt. max. Agganaicus (Henzen n. 5612), Alanninus (Orell. n. 1220), altus summanus (Orell. n 1216), Apeninus (Orell. n. 1220), opt. max. Appenninus (Henzen n. 5613), Arkanus (Orell. n. 2391, 3045), opt. max. Arubianus (Orell. n. 1221, Henzen n. 5614), Augustus (Orell. n. 3989), opt. max. autor bonarum tempestatum (Henzen n. 5615), Balmarcodes (Henzen n. 5616 sq.), Brar... (Orell. n. 1220), Cacunus (Orell. n. 1208 sq.), opt. max. caelestinus (Orell. n. 1223), caelestis (Henzen n. 5618), Caelius (Orell. n. 1559), Capitolinus (Orell. n. 2603, 3674), Casius (Orell. n. 1224), Cernenius (Henzen n. 6087), opt. max. Cingiduus (Orell. n. 1207), opt. max. conservator (Orell. n. 1219 = 4904, 1225, 1629, 3511, 3904, 4982, 5619a), conservator omnium rerum (Orell. n. 1226), opt. max. conservator possessionum *Rosciorum* (Henzen n. 5619), custos (Orell. n. 1227, 1682), custos conservator (Orell. n. 1228 = 3726), Damascenus (Orell. n. 1229), depulsor (Orell. n. 1230 sq., Henzen n. 5620 sq., 6754), Dianus (Henzen n. 5622), Dolichenus (Orell. n. 945, Henzen n. 5623 sq., 5627 sq., 6753), opt. max. Dolichenus (Orell. n. 1214, 1232-1235, 2493, 2504, 4959, Henzen n. 5625 sq., 5626, 5643, 6549, 6681), opt. Dolichenus (Orell. n. 67), opt. max. augustus Dolichenus (Orell. n. 1283), opt. max. domesticus (Orell. n. 1236), Eiazzus vel Eiazius (Orell. n. 1237), opt. max. fatorum arbiter (Henzen n. 5609), Feretrius (Orell. n. 5604, 5053), fulgerator vel fulgurator (Orell. n. 828, 1238), fulgurator pater deorum omnium (Orell. n. 1238), Fulgur fulmen (Henzen n. 5629), fulminaris (Henzen n. 5630), optimus max. fulm. ful. (Orell. n. 1239 = n. 3346), fulmin. fulg. tonans (Orell. n. 1241), Geminus (Orell. n. 1242), Hammon (Orell. n. 1244), opt. max. Hammon (Orell. n. 1243, Henzen n. 5631), opt. max. Heliopolitanus (Orell. n. 1245 sq., Henzen n. 5485, 5633), opt. max. Heliopolitanus augustus (Orell. n. 49, 1712, Henzen n. 5632), Hortensens (Orell. n. 2396), Iurarius (Henzen n. 5633a), Iuventus (Orell. n. 1249, Henzen n. 5634 sq.), Latiaris opt. max. (Orell. n. 1247), Latius (Henzen n. 7415), Liber (Orell. n. 1249, 2488), opt. max. Liber (Henzen n. 5656), Libertas (Orell. n. 1249, 1282, Henzen n. 5636), opt. max. lit. (Orell. n. 1286), Maius (Henzen n. 5637), monitor conservatorque (Orell. n. 1248), obsequens (Orell. n. 1249, Henzen n. 5638 sq.), Olbius (Henzen n. 7416), Olympius (Henzen n. 5453), paganicus (Orell. n. 1250, Henzen n. 6132), opt. max. pater deum magnus? (Henzen n. 5640 = 6088; cf. Orell. n. 1238), opt. sanctus pater deorum? (Henzen n. 5063), opt. max. paternus (Orell. n. 1251), pluvialis (Henzen n. 5641), Poeninus (Orell. n. 230, 235 sq., 243, 1252, 5028, Henzen n. 5642), opt. max. Poeninus (Orell. n. 231, 233 sq., 241), praestantissimus (Henzen n. 5640), praestes? (Orell. n. 1253), propugnator (Orell. n. 42, Henzen n. 6057), opt. max. purpurio (Orell. n. 1255), redux (Orell. n. 1256), opt. max. restitutor (Orell n. 1258), Sabazius (Orell. n. 1259), opt. max. salutaris (Orell. n. 760, 1260), opt. max. Saranicus conservator (Orell. n. 1261), opt. max. Serapis caelestis (Henzen n. 5645), Serenus (Orell. n. 1262, 1281, 4310), opt. max. servator conservator (Orell. n. 1821), Stator (Orell. n. 33, 1263, 2155), opt. max. Stator (Orell. n. 1264, Henzen n. 5644), Striganus (Henzen n. 5646), Stygius (Orell. n. 1265), opt. max. summus excellentissimus (Orell. n. 1267), opt. max. summus exsuperantissimus (Orell. n. 1268, 1270), opt. max. summus exsuperantissimus divinarum humanarumque rerum rector fatorumque arbiter (Orell. n. 1269), opt. max. Tanarus (Orell. n. 2054), opt. max. Tavianus (Orell. n. 1284 sq.), opt. max. tempestatium divinarum potens (Orell. n. 1271), Terminalis (Henzen n. 5648), sanctus territor (Henzen n. 5647), tonans (Orell. n. 2159, Henzen n. 5649, et in *Kalend. amit.* apud Orell. II 398), Trebulanus (Henzen n. 5451), tutor (Henzen n. 5650), Vesuvius (Orell. n. 1274), victor (Henzen n. 6139), victor pacifer (Orell. n. 1275), opt. max. Vixellinus s. Viscellinus (Henzen n. 5651), opt. max. ultor (Orell. n. 1275), Xenius (Henzen n. 5652). Cf. Iovis tutela (Henzen n. 5608), et Genius Iovis Liberi (Orell. n. 2488).

IVRANDVM, *iusiurandum* (ital. *giuramento*), subst. n. Plaut. *Cist.* II, I, 26: « Ubi quaerere, ubi iurando tuo satis sit subsidii ».

IVRASSIT, *iuraverit*, ab *iuro*, in lege *De magistris aquar.* apud Egger *Lat. serm. reliquiae* pg. 359.

IVRGATIO, *iuris actio*, subst. f. Paul. ex Festo pg. 103, ubi cf. Müllerus.

IVRNVS, *diurnus* (dies, ital. *giorno*), vox plebeia, de qua Maffeius *Ver. ill.* lib. XI (I, 534 ed. Mediol.).

IVSIT, *iussit*, antiquiori orthographia IOVSIT, apud veteres (vide IOVBEO). Invenitur in lege Thoria capp. 1, 38 (Append. n. LIX), in lege Servilia cap. 19 (Append. n. LX), et in titulo apud Maffei *Mus. ver.* pg. 108. Quint. *Inst. orat.* I, VII, 21: « Atqui paulum superiores etiam illud, quod nos gemina *s* dicimus, iussi, una dixerunt ». Cf. IVSET, pro *iussit*, in tab. Heracl. cap. 8 (apud Mazochi pg. 423).

IVSCVLVM, subst. n. diminut. iuris, liquor eorum, quae coquuntur. Cato *De r. r.* cap. CLVI, 7: « postea

inde iusculum frigidum sorbere, et ipsam brassicam esse oportet ».

IVSSITVR, *iubetur*, apud veteres. Cato *De r. r.* cap. 14: « Villam aedificandam si locabis novam ab solo, faber haec faciat oportet. Parietes omnes (uti iussitur) calce et cementis, pilas et lapide angulari etc. ».

IVSSO, *iussero*, apud poëtas. Cf. Virg. *Aen.* XI, 467, et Sil. Ital. XII, 175.

IVSSOR, *qui iubet*, subst. m. Gloss. apud Labb.: « Iussor, κελευστής ».

V⸮⸮Vꟷ (íussu), *eisdem* (iidem), pronom. demonstr. m. nominat. pl., ab ꟿIVꟼIꟼꟷ ísídum = ꟿIVꟼIꟼƎ (ESIDVM) h. e. *idem*, apud Samnites (Kirchhoff apud Henzen in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1852 pg. 89 sgg., Garruccius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I 82, Fiorellius *Monum. epigr. pomp.* I 6 = xv sq., Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 425, V 2, Huschke *Die osk. und sab. sprachdenkmäler* s. 183; cf. Quaranta *Di una inscr. osca* pgg. 25-33 = *Memorie dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 75-83, qui exponit *ipsi*). Tab. pompeiana n. 2785 lin. 5 sq.: ⸮ИƎTTꟼИꟿƎ|ᗡƎT · ꟼИꟼIIꟼПꟿVП · ꟼꟷƆ · V⸮⸮Vꟷ (íussu vía púmpaiiana teremnattens) = *iidem viam pompeianam terminaverunt;* et tab. eiusdem lin. 10 sq.: ⸮ИƎTTꟼ8VᗡП · ⸮IꟻIꟼꟷꟼ · V⸮[⸮V]ꟷ (íussu aídilis prúfattens) = *iidem aediles probaverunt.* Male Minervinius in *Mem.* cit. pgg. 12, 18, et Aufrecht in *Zeitschr.* cit. II 57 *iussu* a *iubeo* vertebant. Cf. Henzen loc. cit.

IVST, *iverit*, futur. exact. 3 pers. sg., e rad. I- = rom. *i-re*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 33, 145 sq., II 31, 58, 237, 264). Tab. eugub. VIa 6 sq.: PORSI · ANGLA · ANSERIATO | IVST = *qui —as observatum ierit.* Grotefend *Rud. l. u.* VI, 6 habet iust pro fust = *fuerit.*

IVSTI, *iussisti*, apud veteres. Ter. *Eun.* V, I, 15: « Quid facerem? Ita ut iusti, soli credita 'st ».

IVSVM, ital. *giuso*, adverb. (cf. SVSVM = *sursum*). August. *Tract.* VIII 2 *in Epist. Iohan.* cap. 4: « Quod susum, faciens iusum; quod deorsum, faciens sursum ». Et *Tract.* X 8: « Susum me honoras, iusum me calcas ».

IVTVRNA, Ἰουτούρνη, fons saluberrimus iuxta Numicium fluvium, nunc *Lago di Turno.* Serv. ad *Aen.* XII, 139: « Iuturna fons est in Italia saluberrimus, iuxta Numicum fluvium, cui nomen a *iuvando* est inditum. Cum enim naturaliter omnis aqua noxia sit aegrotorum corporibus, hic omnibus saluberrimus fons est. De hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua adferri consueverat. Bene ergo Virgilius Turno fingit sororem, quae laborantes iuvare consuevit. Huic fonti propter aquarum inopiam sacrificari solet: cui Lutatius Catulus primus templum in campo Martis fecit: nam et *Iuturnae ferias* celebrant, qui artificium aqua exercent: quem diem festum Iuturnalia dicunt. Varro Rerum divinarum quartodecimo, ait: *Iuturna inter proprios deos Nymphasque ponitur* ». Varro *De l. l.* V, 71 pg. 28: « Lympha Iuturna, quae iuvaret; itaque multi aegroti propter id nomen hanc aquam petere solent ».

§ 2. Iuturna nympha Numicii fluminis, Dauni filia, et Turni Rutulorum regis soror (Virg. *Aen.* XII, 146, 154, 222, 244, 448, 468, 477, 485, 798, 813, 844, 854, 870).

§ 3. Fons Romae, prope templum Castoris Pollucisque (Ovid. *Fast.* I 463 et 708).

-ƆVI (IVV-) et IOV-, vel IIOV- pro diuv- (osc. -ƆVI iúv- et -ƆVIꟼ diúv-), sanscr. div- (splendere), radix umbrica. Vide ƎƆVI (IVVE) = *Iovi*, ƎIƆVI iuvie = *Ioviae*, IƆVI iuvi, et VIƆVI iuviu = *Iovio.* Cf. etrusc. -VI (iu-).

-ƆVI (iúv-), radix osca (umbr. -ƆVI iuv-), pro -ƆVIꟼ diúv- vel DIOV-, = sanscr. div- (splendere). Vide ⸮ꟷƎƆVI iúveís = *Iovis*, ꟼIIƆVI iúviia = *Iovia*, ꟷVꟷIꟼꟷƆVꟷ iúvkiíúí = *Iovicio.*

IVVATE, *iuvate*, imperat. 3 pers. pl. Carmen fratr. Arval. n. 2692 lin. 1 sq.: ENOSLASESIVVATE | [E]NOSLASES IVVATE ENOS LASES IVVATE = *nos Lares iuvate* (ter). Vide voc. sq.

IVVATO, *iuvato*, imperat. 3 pers. sg. Carmen fratr. Arval. n. 2692 lin. 6: ENOSMARMORIVVATO ENOS MARMOR IVVATO ENOS MAMOR IVVATO = *nos, Mamuri* (al. *Mavors*), *iuvato*, ter repetitum.

ƎƆVI (IVVE), *Iovi*, dat. sg. 3 decl., ab Iovis, deus apud Umbros, e rad. -ƆVI iuv- pro diuv- (Gorius *Lex. etr. et pelasg.* mss.; Passerius *Lett. Roncagl.* n. xxvi pg. 369; Lanzius II 713 = 621, 749 = 657; Müller *Die Etr.* I 50 sq.; Grotefend *Rud. l. u.* V 30, VII 10 sq.; Aufr. et Kirch. I 49, 55 sq., 87, 128, II 129). Tab. eugub. Ia 3: V+Ǝ8 : 8VꟼƎᗡ+ : IƆVꟻꟼᗡK : ƎƆVI (iuve krapuvi tre buf fetu) = tab. VIa 22: IVVE · GRABOVEI · BVF · TREIF · FETV h. e. *Iovi Grabovio tres boves facito.* — Saepe iungitur cum voc. patre = *patri*: Ǝᗡ+ꟼꟻƎƆVI iuvepatre (tab. eugub. IIa 5, IIb 17, 22, 26, III 22) vel Ǝᗡ+ꟼꟻ : ƎƆVI iuve patre (tab. IIb 7) = *Iovi patri*, vocat. ᗡƎ+ꟼꟻVI iupater = *Iupiter* h. e. *Iovis pater.*

⸮ꟷƎƆVI (iúveís), *Iovis*, genit. sg. 3 decl. apud Samnites, e rad. -ƆVI iúv- pro -ƆVIꟼ diúv- (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 255; Guarinius in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V, 308; Aufr. et Kich. I 21 nt. 3, II 129; Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II, 57; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 327 et s. 402). Inscr. frentana n. 2844: ⸮ꟷƎᗡ8ƆVꟻ | ⸮ꟷƎƆVI (iúveís lúvfreís) = *Iovis Liberi* (Mommsen op. cit. s. 170, Huschke op. cit. s. 141). In lapide pomp. n. 2785 lin. 7: ⸮ꟷƎIIKꟷꟻƎƎꟿ · ⸮ꟷƎƆVI (iúveís meelíkiieís) = Διὸς μειλιχίου, *Iovis Meilichii* (Garruccius, Minervinius et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 18, 33, 38, 128; Fiorellius *Monum. epigr. pomp.* I, 5 = xi; Huschke op. cit. s. 180, 184).

IVVENA, *iuvenis*, subst. f. In titulo sepulcrali apud Maffei

Mus. ver. 369, 5: QVOD · SI · IVVENAE NON FECERINT · RESTITVER · DEBEB VICANIS etc.

IVVENALIA fingebantur Dianae simulacra, quia ea aetas fortis ad tolerandam viam. Diana enim viarum putabatur dea. Ita Paulus ex Festo pg. 104.

IVVENCILLA, diminutivum *iuvencae*. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 1247, 12 (OCTAVIDIA · IVVENCILLA).

IVVENILITAS, *aetas iuvenilis* (iuventus), subst. f. Varro apud Non. II 418 = pg. 123 et V 42 = pg. 433: « Quam dereliquit multicupida iuvenilitas ».

IVVENILLA, diminutivum *iuvenis*. Est cognomen rom. in titulo sepulcrali apud Grut. 570, 11 (ASINIAE · C · F · IVVENILLAE).

IVVENIO, diminut. *iuvenis*. Est cognom. libert. Inscr. apud Grut. 310, 3: IVNIAE C · SILANI F | TORQVATAE VIR VEST | MAXIMAE | IVVENIO L.

IVVENIOR, *iunior*, comparat. *iuvenis*. Est cognom. rom. Inscr. apud Murat. 706, 1: C · HERENNIVS | C · F · IVVENIOR | VI VIR · IVN etc.

IVVENTVS vel Iuventas et Iuventa, gr. Ἥβη, dea apud veteres (Serv. in Virg. *Aen.* V, 134; Hesiod. *Theog.* vs. 922 et vs. 950), quae iuventuti seu florenti aetati praeesse putabatur. Liv. XXXVI, 36: « Item Iuventatis aedem in circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir dedicavit [an. U. C. DLXI]. Voverat eam sexdecim annis ante M. Livius consul, quo die Hasdrubalem exercitumque eius cecidit ». Victor. in descr. Romae reg. oct. prope Capitolium: « delubrum Minervae; aedicula Iuventae ». Cf. Plin. XXXV, XXXVI, 44. Cic. *Tusc.* I, 26: « Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Iuventate pocula ministrante, laetari arbitror ». Et *De nat. deor.* I, 40: « Ac poëtae quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, et aut Iuventatem, aut Ganymedem pocula ministrantem ». Ovid. *Pont.* I, x, 11 sq.:

« Nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum,
Det mihi formosa nava Iuventa manu ».

Inscr. apud Orell. n. 2213: D · M | SEX · IVL · CONDIANI DEF · ANN · XXV | FLAMINIS IVVENTVTIS etc. Alia apud eundem n. 4096: IVVENTVTI ARTANORVM POSVIT COLLEGIVM. Alia apud Henzen n. 5821: IVVENTVTI | C · M · S | M · Q · GLYCERVS | D · D. Adde titulum apud eundem n. 5359; et cf. IVPITER IVVENTVS (Orell. n. 1249, Henzen n. 5634 sq.).

IVVENTIVS, dux italicus bello marsico, fortasse e Samnio. Oros. *Hist.* V, 18: « Decem et octo millia Samnitium eo praelio caesa sunt; Iuventium quoque, Italicum ducem, et magnum ipsius populum persecutus occidit (*Sulla*) ».

IVVETVS, *iuventus*, subst. fem. In titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* pl. VI (Murat. 2046, 6): QI VIXIT IN IVVETVTE SVA · ANNIS XXI.

ƎꟼƎTAꟼƎVI (iuvepatre), *Iovi patri* (*Iupitri* vel *Iupiteri*), dat. sg. 3 decl. apud Umbros, ab ƎVI iuve = *Iovi* et ƎꟼTAꟼ patre, unde etiam ꟼƎTAꟼVI iupater = *Iupiter* (Passeri *Paralip.* pg. 326; Lanzius II 731 = 639, 739 = 647; Grotefend *Rud. l. u.* VII, 10 sq.; Aufr. et Kirch. I 128, II 346, 364, 380). Tabula eugubina IIb 7: VTƎ8 : ƎꟼTAꟼ : ƎVI : ƎNVMꟼA (armune iuve patre fetu) = — *Iovi patri facito;* tabula IIb 17: VMINƧƎꟼƎDA : ƎꟼTAꟼƎVI : IƧAƧ : VTVAꟼ (vaputu sasi iuvepatre prepesnimu) = — *Sanco Iovi patri praefamino;* tabula IIb 22: eruhu tišlu sestu iuvepatre (ƎꟼTAꟼƎVI : VTƧƎƧ : VꟼIT : VOVꟼƎ) = *eodem —ulo sistito Iovi patri;* et tab. IIb 26: ƎꟼTAꟼƎVI : VIƎ8 (fe[t]u iuvepatre) = *facito Iovi patri.* Adde tab. eugub. IIa 5 et tab. III 22; et cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 321, 333. — Pluries Lanzius II 698 sq. = 606 sq., 733 = 641, 735 = 643 sumit iuvepatre pro *Iupiter* vocat. sg.

KIMƧƎVI (iuvesmik). Vide KIMƧƎ (esmik) et VIIV8ATƧ (stafliiuv?).

IVI (iuvi), *Iovio*, adiect. m. dat. sg. 2 decl., = ƎIVI iuvie et recentiori orthographia IOVI = IOVIE, e rad. -VI iuv-, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I, 117). Tab. eugub. Ia 28: VTƎ8 : IVI : IꟼƎ8T (tefri iuvi fetu) = *Tefro Iovio facito*, quod Grotefend *Rud. l. u.* V, 6 vertit *Tefrae Ioviae facito.* Cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 625.

ƎIVI (iuvie), *Ioviae*, adiect. fem. dat. sg. 1 decl., recentiori orthographia IOVIE, e rad. -VI iuv-, apud Umbros (Lanzius II 716 sqq. = 724 sqq.; Aufrecht et Kirchhoff I 53, 111, II 180 sq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 610. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 18, VIII, 11, 33). Tab. eugub. Ia 8: ƎIVI : ƎƎꟼT (trebe iuvie) = tab. VIa 58: TREBE IOVIE h. e. *Trebae Ioviae* (Trebo Iovio?); et tab. Ib 43: ƎIVIƎꟼVT (tuše iuvie) = tab. VIIa 53: TVRSE IOVIE h. e. *Tursae Ioviae.*

§ 2. *Iovio*, masc. dat. sg. 2 decl., recentiori orthographia IOVI (Aufr. et Kirch. I 117, II 211). Tab. eugub. Ia 24: ƎIVI : Ǝꟼ8ƎT (tefre iuvie) = tab. VIb 22: TEFREI · IOVI h. e. *Tefro Iovio.* Tab. eugub. IIa 20, 35: ƎIVI : ƎTNVO (hunte iuvie) = *Hondo Iuvio* vel *Hondae Ioviae* (Aufr. et Kirch. II 379). Adde tab. IIa 6, 8, 10, ubi ꟼIVI iuvip pro iuvie.

ꟼIIVI (iúviia), *Ioviam*, adiect. f. acc. sg. 1 decl. pro iúviiam, e rad. -VI iúv- = -VIꟼ diúv- apud Samnites (Minervinius, Garruccius et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 16, 23, 88; Fiorellius *Monum. epigr. pomp.* I 6 = XV; Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II, 57; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 180, 184). In tab. pomp. n. 2785 lin. 8: ꟼIIVI · ꟼIƎ · ꟼIꟼ (íní vía iúviia) = *et viam ioviam.*

ꟼIVI (iuvip), vitiose pro ƎIVI iuvie, in tab. eugub. IIa 10.

VIVI (iuviu), *Iovio*, adiect. m. abl. sg. 2 decl., recen-

tiori orthographia IOVIV, e rad. -ƎVI iuv- et suff. -iu, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 117, II 232). Tab. eugub. Ib 1: VIƎVI ИVꓘVꓘVƎ (vukukum iuviu) = tab. VIb 43: VOCVCOM IOVIV h. e. *in —o Iovio*, quod Grotefend *Rud. l. u.* VII, 6 vertit *cum foco Iovio*, et Huschke *ad focum Iovium* (*Die iguv. taf.* s. 202).

ꟷVꟷIꓘƎVꟷ (iúvkiiúí), *Iovicio* (?), cognomen virile dat. sg. 2 decl., e rad. -ƎVꟷ iúv-, apud Samnites, in cippo abell. n. 2783 lin. 4 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 267, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 33, 402; cf. Peter *Sprache und schrift* etc. s. 44, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* V, 9, et Corssen *De Volscor. lingua* pg. 36). Cum rom. *Iovio* comparant Aufrecht et Kirchhoff I 21 anm. 3, 164, II 48.

IVVS, *ious* (ius), subst. n. apud veteres. In tab. aenea apud Murat. pg. 581 (Grut. 628 sq., Egger *Lat. serm. rel.* pg. 286 sqq., Zell n. 1681) lin. 38 sq.: DEQVE EIS · VIATORIBVS · Q · OMNIVM · RERVM · IVVS · LEXQVE · ESTO; et lin. 67: VICARIVM DARE SVBDERE IVVS ERIT LICEBIT.

ΑΦI (ipha), in vase etr. n. 2196. Cf. Α⊗I itha.

↓I (ich), quod invenitur in cippo perus. n. 1914 B lin. 20, ἐκεῖ, *hic*, exponit V. Campanarius in *Giorn. arcad.* XXXV, 178, quem sequitur Vermigl. *Inscr. per.* pg. 117. Sec. Campanario *Tav. perus.* pg. 61 est *habeat* vel *habeto*, ab ἔχω.

?ΛIMV↓I (ichunia), in titulo etr. n. 1009.

?Ǝ↓V↓I (ichuche), in cippo perus. n. 1914 *B* lin. 21-22. Vide Ǝ↓V↓ (chuche) et Ǝ↓V↓I✱A↓ƎƆAƆ (cacechazichuche).

K

ꓘ (K) et C, *Caius*, praenomen m. apud Umbros (Aufrecht et Kirchhoff II, 310; Huschke *Die iguv. taf.* s. 689), = etr. Ɔ (C) pro ƎAƆ cae. Tab. eugubina Va 15: ꓷƎIIƎVꓘꓘ · ꓔ · ꓘ · ƎIꓔƎꓷꓔꓷV (uhtretie k. t. kluviier) = *auctoritate Caii Cluvii T. fil.* (cf. K · AEMILIVS K · F · QVIRINA VARRIVS in titulo apud Spon *Miscell.* sect. II art. X pg. 50, et K · IOVΛIOΣ apud Murat. 595, 1). In lapide umbr. n. 81 lin. 3: C · V · VISTINIE = *Caii Vistinii V. fil.* (Aufr. et Kirch. II 392, Huschke *Die iguv. taf.* s. 509 et in *Rhein. mus.* n. f. XI = 1856 s. 344; cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 3, et Grotefend *Rud. l. u.* III 13).

§ 2. Τὸ K, quod nonnulli legunt in lapide umbr. n. 81 lin. 5, exponitur *kardo;* PROPARTK = *pro parte kardinis* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 9 sg., Grotefend *Rud. l. u.* III 13). Alii legunt PROPARTIE, quod vide.

C, = rom. C, *centum*, nota numeralis apud Umbros (Lanzius II 768 = 676, Grotefend *Rud. l. u.* II 16, Aufr. et Kirch. I 131, II 307). Tab. eugub. VIIb 4: FRATRECI MOTAR · SINS · A · CCC = *magistro multae sint asses CCC.*

K, littera solitaria in nummis Italiae inferioris, qui pertinent ad Compulteriam (Carelli tab. LXI n. 12), ad Neapolim (Carelli tab. LXXV n. 71 sqq., 78; tab. LXXVIII n. 114), ad Metapontum (Carelli tab. CLIV n. 108), ad Veliam (Carelli tab. CXXXIX n. 42), ad Locros (Carelli tab. CXCI n. 51), ad Caelium (Carelli tab. XCVII n. 13), ad Rubos (Carelli tab. XCV n. 2), ad Brundusium (Carelli tab. CXX n. 25).

Ɔ (C), = rom. C, *centum*, nota numeralis apud Samnites. In titulo pompeiano n. 2806 IIXƆ = CXII. Cf. ΛƆƆ = CCV (?) in lapide n. 2883 (cf. Garrucci in *Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 166.

Ɔ (C), *Caius*, gentilitium etr. pro ƎAƆ cae. In ossuario etr. n. 941: Ɔ · ⅃ (l. c.) = *Lars Caius* (Lanzi II 436 = 365 n. 376, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 69) vel *Lartia Caia*.

§ 2. Praenomen virile. In sarcophago tuscaniensi n. 2099: IIꟼA : Ɔ (c. arii) = *Caius Arrius* (S. Campanari in *Giorn. arcad.* CXIX, 336; cf. Orioli in *Giorn. cit.* CXX, 240); et in titulis etrusco-rom.: C · CASSIVS (n. 460), C · IVENTIVS (n. 1358), C · CASCELLIVS (n. 2004), C · SOCCONIVS (n. 2010 sq.), C · TARQVITI = *Caius Tarquitius* (n. 2349), C · REMIS = *Caius Remius* (n. 2696), C · POMPONIO (n. 2706). Adde n. 1091.

§ 3. *Caii*, praenomen virile genit. sg. In titulo bilingui arretino n. 460: ИA⅃Ɔ · Ɔ · I✱AƆ · Ǝ (v. cazi c. clan) = *Velius Cassius Caii filius* (C · CASSIVS · C · F · SATVRNINVS). In titulis etrusco-rom.: L · POMPONIVS · C · F · (n. 1280), ABVRIA · C · F | RVFA (n. 2352), LATINIA · C · F (n. 2372), [TA]RQVITI · C · F (n. 2390), C · CLODIS · C · L · (n. 2695). Cf. inscr. etr. n. 185, 715, 2279 lin. 6

§ 1. *Caia*, praenomen muliebre, pro ᗅIᗅↃ caia. In ossuario Hortano n. 2266: ᗅqqᗅↃ (c arra) = *Caia Arria*. Cf. n. 941. — Recentior forma (C) invenitur in titulis etr. n. 953 et n. 2442.

Ↄ (C), fortasse pro ИᗅᒧↃ clan = *gnatus*, legendum in titulis etr. n. 420, 2347, 2370, 2378. Cf. n. 2279 lin. 6.

ꓘ (K), in monumentis artis etruscae n. 2232 bis (ꓘ) et n. 2656 (K).

<ᗅ, *Caius*, praenomen virile apud Umbros, per compendium scriptum, = etr. ƎᗅↃ cae (vide volsc. <Λ = *Caii*). In tegula tuderte n. 97: <ᗅ PVPᒥE<E = *Caius Publicius* (Lanzius II 383 = 312 n. 159; Aufr. et Kirch. II, 396; Oriolius in *Album* XXII 196, XXIII 76; Huschke *Die iguv. taf.* s. 510, et in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 s. 357).

KA et CΛ, in nummis n. 2926 et n. 2936 ad Canusium et Caelium pertinentibus. Vide CAELIVM et CANVSIVM.

...ᑎꓘ (ka...), —*us*, cognomen virile apud Samnites, in tab. nolana n. 2769 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 267, Aufr. et Kirch. I 68, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 163). *Carus* supplet Mommsenius op. cit. s. 178.

<Λ, *Caii*, praenomen virile genit. sg. apud Volscos, per compendium scriptum, sicuti umbr. <ᗅ = etr. ƎᗅↃ cae, h. e. *Caius* (Lanzius II 618 = 532, Mommsen s. 320, 325). In tab. veliterna n. 2736 lin. 4: MΛ : <Λ : TΛFΛNIEƧ = *Marcus Caii* fil. *Tafanius* (Guarinius *Comm.* I, 14, 23; Aufr. et Kirch. II, 311; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 261. Cf. Corssen *De Volscor. lingua* pgg. 5, 9). Male catafanies legit Grotefend *Rud. l. u.* III 12, V 8, et vertit *Catafanius*.

ᗅↃ (ca), *Caius* (?), praenomen virile, compendiatim pro ƎᗅↃ, apud Etruscos, in lapide n. 2563. Vide umbr. <ᗅ et volsc. <Λ.

§ 2. *Caii*, praenomen virile genit. sg., compendiatim pro MƎᗅↃ caeś vel MIᗅↃ caiś e ƎᗅↃ = *Caius*. In operculo ossuarii perus. n. 1322: ᗅↃ · I8ᒧᗅ · ᗅИᗅO (thana alfi ca) = *Tannia Alfia Caii filia*. Adde n. 176*a*, 601 bis*c*, 1127, 1167.

§ 3. *Caio*, dativ. sing. In titulo falisco n. 2449: OIIИIↃIIV · ᗅↃ (ca veciniio) = *Caio Vecinio*.

§ 4. *Caia*, praen. fem., pro ᗅIᗅↃ caia. In titulo falisco n. 2451: ᗅIИOↃᗅ ᗅↃ (ca aconia) = *Caia Aconia*. Adde n. 2449.

§ 5. Fortasse ᗅↃ usurpatur pro ИᗅᒧↃ clan = *gnatus* in operculo ossuarii clusini num. 618, ubi legitur: ᗅↃ : ᒧᗅИOƎ1 : ƎᗅↃ : Oᒧ (lth cae pethnal ca) = *Lars Caius Pelinià gnatus* (?).

ᗅↃ (ca), idem quod ᗅↃƎ eca, pron. demonstr., sive pro *hoc* sive pro *hace* a Tuscis usurpatum (cf. Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* V = 1833 pg. 49, in *Giorn. arcad.* CXX 226, in *Album* XXIII 151, in Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* ed. 2.ª pg. 135 sgg., et Fabretti apud Vermigl. op. cit. pg. 139). Invenitur in marmor. perusinis n. 1932 et n. 1933 lin. 1 et 5. Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 132 hanc vocem comparat cum gr. κα vel κε. Cf. Ǝ↓V↓I⊕ᗅ↓ƎↃᗅↃ (cacechazichuche).

ᒧᑎᑎꓘ (kaal), *Calavius*, praenomen sive nomen virile apud Samnites (cf. gentilitium CALAVIVS et ƧIƎVᒧᑎꓘ kaluvis). In aere frentano n. 2843: ƧIIЯIƧV8 · ᒧᑎᑎꓘ (kaal húsidiis) = *Calavius Hosidius* (Garruccius in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I 42, Kirchhoff in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 133).

MᗅИ⊕1ᗅᗅↃ (caapznaś), *Capenii*, gentilitium etr. genit. sg., pro MᗅИ⊕1ᗅↃ (capznaś). In titulo perus. n. 1613: MᗅИ⊕1ᗅᗅↃ · IИOMᗅ (amthni caapznaś) = *Antenia Capenii* uxor.

KABAΛΛ, oppidum Siciliae, ad quod Dionysius Magonem proelio vicit (Diod. Sic. XV, xv, 3).

CABALLVS, καβάλλης (equus castratus). Est etiam cognomen rom. Mart. *Epigr.* I, 42:

> « Qui Galbam salibus et ipsum
> Possis vincere Sextium Caballum.
> Ludit qui stolida procacitate,
> Non est Sextius ille, sed caballus ».

Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v., et Maffei *Ver. ill.* P. I lib. IV pg. 534 (ed. Mediol. 1825).

CABARDIACENSIS. Vide voc. sq.

CABARDIACVS fundus, in agro Velleiate. Tab. Alim. Vell. II 47 (De Lama pg. 113): FVNDVM · AESTINIANVM ANTISTIANVM CABARDIACVM; et II 65 (De Lama l. c.): FVND · CABARDIACVM VETEREM IN AGRO VELEIATE. Cabardiacensis est cognomen Minervae in titulis apud Orell. n. 1423 et De Lama *Inscr. ant.* pg. 34.

CABATOR, *cavator*, h. e. qui cavat. Inscr. apud Grut. 622, 1 (Orell. n. 4155, Zell n. 739): D · M | DECIMIORVM FAVSTI | ET FORTVNATI CABATORES | DE VIA SACRA FECERVNT | SIBI ET LIBERTIS LIBERTA|BVSQVE · POSTERISQVE EORVM.

CABINVS, *Gabinus*, adiect. ab oppido Gabii (Varr. *De l. l.* V, 33 pg. 13). Mar. Victor. pg. 2459 P.: « pro agro *Gabino* Cabino; pro *lege* lece; *acna* pro agna ». Decr. coloniae Pisanae primum lin. 24 apud Norisium: CINCTI CABINO RITV. Cabiae pro Gabiae invenitur in hoc titulo apud Grut. 24, 5 (Murat. 16, 7; Orell. n. 2084): IVNONI|BVS CABIA|BVS | MASIVS VOTVM | RETVLIT.

CABRINER, *caprini*, adiect. m. genit. sg. 2 decl. apud Umbros (in tab. eugub. Vb 12, 17), compositum e cabro = *capro* (cf. VƆ8ᗅꓘ kabru) et suffixo -ino. (Grotefend *Rud. l. u.* III 18, VII 12; Aufr. et Kirch. I 26, 98, 118, II 346, 360; Huschke *Die iguv. taf.* s. 475. Cf. Passeri *Paralip.* pg. 334, Maffei *Osserv. lett.* VI 63, et Lanzi II 712 = 620, 814 = 723).

VƆ8ᗅꓘ (kabru), *caprum*, subst. m. acc. sg. 2 decl., pro kabrum, meliori orthographia VƆ1ᗅꓘ kapru pro

ꟽVD1Яꓘ kaprum, Umbrorum linguâ (Lanzi II 733 = 641, 814 = 723; Grotefend *Rud. l. u.* VII, 13; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 43; Aufr. et Kirch. I 18, 68, 98, 162, II 278, 346, 360; Huschke *Die iguv. taf.* s. 330 sq.). Tab. eugub. IIb 17: V+Ǝꟻ : V+DV1VD8ЯꓘI (kabru purtuvetu) = *caprum porricito.* Vide VD1ЯꓘI kapru.

V+DV1VD8Яꓘ (kabrupurtu), legendum VD8Яꓘ (kabru) et [V+Ǝꟻ]V+DV1 (purtuvetu), in tab. eugub. IIb 17.

ΚΑΓΧΑΛΟΣ, κρίκος (cardo, ital. *ganghero*), apud Siculos. Hesych. *Lexic.* II, 97: Κάγχαλος· κρίκος, ὁ ἐπὶ ταῖς θύραις· Σικελοί.

ΚΑΓΧΑΜΟΣ, κισσὸς (hedera), apud Crotoniates. Hesych. *Lexic.* II, 97: Κάγχαμος· κισσὸς, ὑπὸ Κροτωνιατῶν.

KADAMITAS, *calamitas*, subst. f. apud veteres. Mar. Victor. pg. 2456 P.: « Gneius Pompeius et scribebat et dicebat kadamitatem pro *kalamitatem* ».

CADATIA (?), oppidum Campaniae, memoratur a Frontino *De col.* pg. 233 ed. Lachmann. Cf. CAIATIA et CALATIA.

CADEIS, —*i*, subst. genit. sg. 2 decl. apud Samnites, in tab. Bantina n. 2897 lin. 6 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 267, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 64 sq.). *Calumniae* exponit Lange *Die osk. inscr.* etc. s. 35 (cf. Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 211, 219); *edicti* vel *pronunciati* particip. perf. pass. genit. sg. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 85; *cadis* dat. vel abl. pl. (κάδος, *cadus*) Guarinius *Tab. oppid. lex.* pg. 137, *In comm. V exc.* pg. 28 et *Lex. osco-lat.* pg. 25.

CADVCITER, *praecipitanter*, adverb. Cato apud Non. II, 172 = pg. 91: « Aut frigidos nimbos aquai caduciter ruentis Pertimuerint aquatilis querquetulae natantes ».

ƎЯↃ (cae), *Caius* (Gaius), praenomen virile, recentiori orthographiâ ƎIЯↃ caie (unde MƎЯↃ caes et MƎIЯↃ caies vel MIЯↃ cais = *Caii* genit. sg.), femin. ЯIЯↃ caia = *Caia*, apud Etruscos (Lanzius II 282 = 223), quod Osci ꟻIИꟻЯꓘ gaavis et ꓘИꟻIIꟻ gaviis, Romani Caius, Caiius, Gaius (1), Graeci Γαΐος scripserunt; dictum, ut fertur, a gaudio parentum (*Auct. de nom. rat.*), sc. a γαίω (glorior). Boppius tamen *Gâia* comparat cum sanscr. gâja (e rad. gan, = gignere), quod *uxor* significat (*Gloss. scr.* pg. 138; cf. Benary *Die röm. lautlehre* s. 52). Fuit autem celebre apud Romanos praesertim in nuptiis, in quibus *sponsus* Caius, *sponsa* Caia sollemni appellatione vocabatur. Cum enim sponsa ad viri domum pervenerat, ante ipsas fores interrogabatur, quaenam esset: illa ominis causa se Caiam esse (cf. Paul. pg. 96; et vide TANAQVIL), respondebat inquiens: *Ubi tu Caius, ego Caia.* Plutarch. *Quest. rom.* cap. 30: « Διὰ τί τὴν νύμφην εἰσάγοντες, λέγειν κελεύουσιν Ὅπου σὺ Γάϊος, ἐγὼ Γαΐα; » Πότερον, ὥσπερ ἐπὶ ῥητοῖς εὐθὺς εἴσεισι τῷ κοινωνεῖν ἁπάντων καὶ συνάρχειν; καὶ τὸ μὲν δηλούμενόν ἐστιν, Ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα. Sic Cicero pro *Mur.* cap. 12 dixit Caias vocari omnes mulieres « quae coemptionem facerent ». Scripsit Fr. Creuzer in *Ann. dell'Inst. arch.* VII = 1835 pg. 105: « Neque a Romanorum fabulis ritibusque aliena est agriculturae inventae memoria solemnis nominibus inclusa. Argumento est nuptialis appellatio, qua sponsum Caium s. Gaium, sponsam Caiam (Gaiam) nuncupabant. Inerat enim bovis appellatio (cf. Γαῖος· ὁ ἐργάτης βοῦς apud Hesych. *Lex.* I, 791; Eustath. in *Iliad.* II, 140; *Etym. magn.* pg. 223 Heidelb.) ». Caius et Caia (Gaius et Gaia) igitur comparari possunt cum sanscr. go (nominat. gâus) h. e. *bos* masc. et fem., ad quod etiam *terram* significans gr. γαῖα (γῆ) trahit Boppius op. cit. pg. 108. In titulis etruscis: VƆIƆ · ƎЯↃ (cae cicu, n. 157) = *Caius Caecius*, V⊀ЯИЯꟼ : ƎЯↃ (cae ranazu, n. 692 bis) *Caius* . . . . ., I+Яꟻ · ƎЯↃ (cae vati, n. 2572 bis) = *Caius Vatius.* Cf. umbr. ꓘ (K) et <Я ca, volsc. <Λ, etr. Ↄ (C) et ЯↃ ca = *Caius.*

§ 2. *Caius*, gentilitium etr. (Lanzius II 282 = 223). In titulis sepulcralibus: ƎЯↃ · ƎИЯ (ane cae, n. 985) = *Anius Caius;* ƎЯↃ · +ИDЯ (arnt cae, n. 550) = *Aruns Caius;* ƎЯↃ · ƎꓶVЯ (aule cae, n. 137) = *Aulus Caius;* ƎЯↃ Яꓶ (la cae, n. 135 sq.) vel ƎЯↃ : Oꓶ (lth cae, n. 616, 618), vel ƎЯↃ OꟼЯꓶ (larth cae, n. 885 bis) = *Lars Caius;* ƎЯↃ · ꓶꟻ (vl cae, n. 617) vel ƎЯↃ · ꓶƎꟻ (vel cae, n. 562 bis*a*, 1143) = *Velius Caius.* Adde inscr. bilinguem n. 935 ƎЯↃ ꓶ (l. cae) = LART CAII h. e. *Lars Caius;* et cf. ƎЯꓘ · ꓶ+ (tl cae, n. 431), et ƎЯↃXЯꓶ (lat cae, n. 138), in quibus fortasse legendum lart cae. Cf. etr. Ↄ (C) § 1.

ЯƎЯↃ (caea), *Caia*, praen. fem. pro ЯIЯↃ caia, in lapide etr. n. 2037.

CAEDIAE vel Cediae, urbs Campaniae excisa, prope Sinuessam. Plin. XIV, VIII, 3: « Faustinus (*ager*) autem circiter quatuor milliaria vico prope Cedias, qui vicus a Sinuessa VI millibus abest ». Incolae dicuntur Caedici (Plin. III, XVII, 2) vel Caediciani, ut in lapide apud Mommsen n. 4021 (Grut. 448, 4) COLONIS · SENVSIANIS · ET · CAEDICIANEIS. Cedicium campum memorat Plinius XI, CXVII, 1. — Gentilitium Caedius occurrit in marm. rom. apud Grut. 304, 4, 379, 5, 765, 6 (?), Murat. 1284, 8, Furlan. *Lap. pat.* pg. 152 n. 142 (Murat. 1086, 1), pg. 324 n. 379 (Grut. 964, 2), Mommsen n. 1569, 4767 (Grut. 409, 1); 5474, 5821 (Murat. 1648, 6 = 2087, 7). Caedicius est gentilitium rom. in lapidibus frequens. Fuit etiam iudicis severissimi nomen apud Iuven. *Sat.* XIII, 197. Hinc Caedicianus cognomen rom. apud Grut. 23, 4. Vide vocc.

(1) Quintil. *Inst. orat.* I, VII, 28: « Quid? quae scribuntur aliter, quam enunciantur? Nam et Gaius C littera notatur, quae inversa Ↄ mulierem declarat, quia tam *Caias* esse vocitatas, quam *Caios*, etiam ex nuptialibus sacris apparet ».

sqq., et cf. Caedianus (Grut. 491, 1), et Caeditius (Grut. 251 col. 3, Murat. 605 col. 3).

CAEDICVS, miles etruscus. Virg. *Aen.* X, 746: « Caedicus Alcathoum obtruncat ».

§ 2. Alter Caedicus fuit Remuli hospes, de quo Virg. *Aen.* IX, 358 sqq.:

« Tiburti Remulo ditissimus olim
Quae mittit dona, hospitio quum iungeret absens
Caedicus ».

CAEDITIAE tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae. Ita Paulus ex Festo pg. 45. Vide CAEDIAE, et cf. CAEDICVS.

CAECILIA, nomen proprium mulierum rom., ut Caia Caecilia, Tarquinii Prisci uxor, prius Tanaquil dicta (vide TANAQVIL). Cf. L · CAEICILIVS Q · F · in marmore apud Furlan. *Lap. pat.* pg. 78 n. 81.

CAECINA vel Cecina et Cecinna, Etruriae amnis iuxta vada Volaterrana: nomen antiquum retinet et dicitur *Cecina.* Plin. III, VIII, 1: « Vada Volaterrana: fluvius Cecinna, Populonium Etruscorum quondam hoc tantum in littore ». Cf. Mela II, IV, 9 (Cecina), et vide ΚΑΙΚΙΝΗΣ.

§ 2. Gens etrusca (AИƆIƎƆ ceicna), ex Volaterris, ab Cecina amne appellata; unde cogn. rom. in gente Licinia, ut P. Licinius Cecina (Plin. XX, LXXI, 3) et A. Licinius Caecina, pro quo exstat Ciceronis oratio. Tac. *Ann.* XIII, 20: « Fabius Rusticus auctor est scriptus esse ad Caecinam Tuscum codicillos mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burro retentam ». Et *Hist.* III, 38: « Apud Caecinam Tuscum epulari multos, praecipuum honore Iunium Blaesum nuntiatur ». Dio LXXXIII, 18: Τι δ' ὅτι Καικίναν Τοῦσκον ὑπερώρισεν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, ἐλούσατο ἐν τῷ βαλανείῳ, ὃ ἐκείνῳ ὡς καὶ ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἥξοντι, ἐποιήθη. Cf. *Giorn. arcad.* XXXI, 209. Vide AИƆIƎƆ ceicna, IƎИƆAƆ cacnei, IИƆAƆ cacni, ⅃AИIƎƆAƆ caceinal; et cf. Dempst. *Etr. reg.* I 231 sqq., Maffei *Osserv. lett.* VI 128 sgg.

CAECINVS, adiect. ad caecum pertinens. Est cognom. rom. apud Murat. 1283, 4 (C · VALERIO C · F · CAECINO). Gentilitium Caecinius saepe occurrit in marm. rom. Vide CAECINA § 2.

CAECVBVM, Καίκουβον (Strab. V, III, 6), locus palustris in confinio Campaniae ad sinum Caietanum Fundis et Amyclis vicinus (Plin. XIV, VIII, 2; Martial. *Epigr.* XIII, 115), in quo optima vina nascebantur et apud Romanos celebratissima (Columella III, VIII, 5). Strabo V, III, 5: τὸ δὲ Καίκουβον, ἑλῶδες ὂν εὐοινοτάτην ἄμπελον τρέφει, τὴν δενδρῖτιν. Plin. II, XCVI, 2: « Quaedam insulae semper fluctuant, sicut in agro Caecubo ». Cf. Caecuba vina (Horat. *Sat.* II, VIII, 15) et Caecubae vites (Plin. XVII, III, 6).

CAECVLTARE est caecos imitari. Ita Paul. ex Festo pg. 45. Idem pg. 62: « Caecultant caecis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus: *Numnam mihi oculi caecultant. Estne hic noster Hermio?* ». Gloss. apud Labb.: Caeculco (*sic*), αμφλυώττω (leg. ἀμβλυώττω) ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *caeculto.*

CAECVLVS, Latini regis filius, qui Praeneste condidit. Virg. *Aen.* VII, 678 sqq.:

« Nec Praenestinae fundator defuit urbis
Volcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus ».

Ubi Servius: « Erant etiam illic (*Praeneste*) duo fratres, qui *divi* appellabantur. Horum soror dum ad focum sederet, desiliens scintilla eius uterum percussit: inde dicitur concepisse. Postea enixa pecorum iuxta templum Iovis abiecit: quem virgines aquarum euntes iuxta ignem inventum sustulerunt: qui haud longe a fonte erat: unde Vulcani dictus est filius. Caeculus autem ideo, quia oculis minoribus fuit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic postea, collecta multitudine, postquam diu latrocinatus est, Praenestinam civitatem in montibus condidit. Et cum ad ludos vicinos populos invitasset, coepit eos hortari, ut secum habitarent: et pro gloria iactare se filium esse Vulcani. Quod cum illi crederent, invocato Vulcano, ut cum filium comprobaret, omnis illius multitudinis coetus est flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes simul habitaverunt, et Vulcani filium esse crediderunt ». Paul. pg. 44: « Caeculus condidit Praeneste. Unde putant Caecilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos ».

CAEL, *caelum*, subst. n. ab Ennio usurpatum (*Ann.* vs. 561). Auson. *Technopaegn.* idyll. XII (*Grammaticom.* vs. 17): « Unde Rudinus ait, Divum domus altisonum cael? ».

CAELES. Vide CAELIVS.

CAELESTINI, incolae cuiusdam oppidi Italiae, in Umbria, quorum meminit Plinius III, XIX, 3. Cf. Iuppiter caelestinus (caelestis) apud Orell. n. 1223. — Caelestinus est nomen virile in titulis apud Grut. 1164, 2, 1171, 5, et Murat. 601, 1.


CAELINA, Italiae oppidum, in Venetis, teste Plinio III, XXIII, 4. Vide CILINA.

CAELIOLVS. Vide CAELIVS § 2.

CAELIOMONTANVS. Vide COELIOMONTANVS.

CAELIVM vel Coelium, Κελία (Strab. VI, III, 7) vel Κέλια (Ptol. III, 1), oppidum Apuliae, hodie *Ceglie* appellatum. Plin. III, XVI, 3 (Coelium). Ager Caelinus memoratur a Front. *De col.* pg. 262 ed. Lachm. — Incolae sunt Caelini, ut in nummis n. 2936 KA, KAI et





ΚΑΙΛΙΝΙ, ΚΑΙΛΙΝΟΝ vel ΚΑΙΛΙΝΩΝ et ΚΑΙΛΕΙΝΩΝ h. e. *Caelinorum.* Cf. *Bull. arch. nap.* I 130, II 54, et nv. sr. III 145-156.

CAELIVS vel Caeles, cognomine Vibenna (vide VIBENNA et MASTARNA), dux gentis Etruscae, qui Caelio vel Coelio monti nomen dedit (cf. etr. ⅃AИIИIAƆ cailinal = *Caelenniā* et AIИIƎƆ ceilia). Vide § sq.; et cf. Müller *Die Etr.* I, 116 sq., Alph. de Boissieu *Inscr. ant. de Lyon* pg. 140.

§ 2. Caelius vel Coelius mons Romae, dictus est a Caele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversus Sabinos praebuit, eo quod in eo domicilium habuit (Paul. pg. 44). Varro *De l. l.* V, 46 pg. 18: « In Suburanae regionis parte princeps est Caelius mons, a Caelio Vibenno Tusco duce nobili, qui cum suà manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem: hinc post Caelii mortem, quod nimis munita loca tenerent neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuscus, et ideo ibi Vortumnum stare, quod is deus Etruriae princeps. De Caelianis qui a suspicione liberi essent, traductos in eum locum, qui vocatur Caeliolus, cum Caelio nunc coniunctum ». Tacit. *Ann.* IV, 64 sq.: « Nondum ea clades exoleverat, cum ignis violentia urbem ultra solitum adfecit, deusto monte Caelio ... Adduntur sententiae ut mons Caelius in posterum Augustus adpellaretur, quando cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies, sita in domo Iunii senatoris, inviolata mansisset ... Haud fuerit absurdum tradere, montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis silvae frequens fecundusque erat, mox Caelium adpellitatum a Caele Vibenna, qui dux gentis Etruscae cum auxilium adpellatum ductavisset, sedem eam acceperat a Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit: nam scriptores in eo dissentiunt. cetera non ambigua sunt, magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitasse, unde Tuscum vicum e vocabulo advenarum dictum ». Vide MASTARNA et VIBENNA. Dionys. Halic. II, 36: Διαγγελούσης δὲ τῆς φήμης πολλαῖς πόλεσι τήν τε κατὰ πολέμους γενναιότητα τοῦ ἡγεμόνος, καὶ πρὸς τοὺς κρατηθέντας ἐπιείκειαν, ἄνδρες τε αὐτῷ προσετίθεντο πολλοὶ καὶ ἀγαθοί, δυνάμεις ἀξιοχρέους πανοικίᾳ μετανισταμένας ἐπαγόμενοι, ὧν ἐφ' ἑνὸς ἡγεμόνος ἐκ Τυῤῥηνίας ἐλθόντος, ᾧ Καίλιος ὄνομα ἦν, τῶν λόφων τὶς, ἐν ᾧ καὶ καθιδρύνθη, Καίλιος εἰς τόδε χρόνου καλεῖται· καὶ πόλεις ὅλαι παρεδίδοσαν ἑαυτὰς, ἀπὸ γῆς Μεδουλλίνων ἀρξάμεναι, καὶ ἐγίνοντο Ῥωμαίων ἄποικοι. — Additus fuit Urbi a Tullo Hostilio, et Albanis datus est (Liv. I, 33). Liv. I, 30: « Coelius additur urbi mons; et, quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiae coepit, ibique habitavit ». At Cicero *De rep.* II, 18: « Atque idem (*Ancus Marcius*) Aventinum et Caelium montem adiunxit urbi ». Cf. Dionys. Halic. II 50, III 1, Propert. IV, I 29, II 49 sqq., et Serv. in Virg. *Aen.* VI, 784. — De orthographia Caelius vel Coelius (Liv. II, 11) scripsit Niebuhr *Hist. rom.* II rem. 140: *Je remarquerai ... que la diphtongue* oe, *dans le nom de la colline et dans celui de chef étrusque et de la famille romaine, est une faute, et qu'il faut toujours écrire* Caelius. *Je remarquerai encore que dans le manuscrit de Florence porte* Caele *au lieu de* Coelio, *ce qui paraît avoir échappé à Victorius.* Cf. inscr. in *Giorn. arcad.* XXIII, 353: D · VIEI · V · CAELII.

§ 3. Caelius, Tuscorum linguâ, *september* mensis, teste Papia.

CAENALVS, cognomen virile, fortasse a caenando. Inscr. apud Murat. 1080, 5: C · IVLIVS C · F | CAENALVS | EQVES ROMANVS | EX HISPANIA | CITERIORE | SEGOBRICEN.

CAENE, Καινή, insula Siciliae adiacens, Africam versus (Plin. III, XIV, 6). Nummi n. 3050 habent ΚΑΙΝΟΝ et ΚΑΙΝΩΝ (Eckhel *Doct. num. vet.* II, 269). Cf. Καινὴ πόλις vel Καινήπολις apud Paus. *Lac.* XXI 7 et XXV 9.

CAENINA, Καινίνη (Dionys. Halic. I, 79 et alibi), urbs Latii clara (Plin. III, IX, 16), quae fuit vicina Romae, a Caenite conditore appellata (Paul. pg. 45). Aliam originem tradit Dionys., qui scripsit (II, 35): Καινίνη μὲν δὴ καὶ Ἄντεμνα πόλεις οὐκ ἄσημοι, γένος ἔχουσαι τὸ Ἑλληνικόν· Ἀβοριγῖνες γὰρ αὐτὰς ἀφελλόμενοι τοὺς Σικελοὺς κατέσχον, Οἰνώτρων μοῖρα τῶν ἐξ Ἀρκαδίας ἀφικομένων, ὡς εἴρηταί μοί πρότερον· μετὰ δὲ τόνδε τὸν πόλεμον, ἀποικίαι Ῥωμαίων ἐγένοντο. Cf. Diod. Sic. VII, III *a*, 7. Ovid. *Fast.* II 135: « Te Tatius, parvique Cures, Caeninaque sensit ». Et Propert. IV, X, 7 sq.:

« Tempore quo portas Caeninum Acronta petentem
Victor in eversum cuspide fundis equum.
Acron Herculeus Caenina ductor ab arce,
Roma, tuis quondam finibus horror erat ».

Incolae appellantur Caeninenses (inscr. apud Grut. 385, 1; Orell. n. 96), gr. Καινῖται (Dionys. II, 33 sqq.)

sive Καινινῆται vel Κενινῆται (Plutarch. in *Rom.* XVI 4 sq.). Liv. I, 9: « Multi mortales convenere, studio etiam videndae novae urbis, maxime proximi quique, Caeninenses, Crustumini, Antemnates ». Et I, 10: « Caeninenses Crustuminique et Antemnates erant, ad quos eius iniuriae pars pertinebat. Lente agere iis Tatius Sabinique visi sunt. Ipsi inter se tres populi communiter bellum parant. Ne Crustumini quidem atque Antemnates, pro ardore itaque Caeninensium, satis se inpigre movent. ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum Romanum impetum facit. Sed effuse vastantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet, vanam sine viribus iram esse: exercitum fundit fugatque: fusum persequitur: regem in proelio obtruncat et spoliat. duce hostium occiso, urbem primo impetu capit ». Cf. Dionys. Halic. II 32-35, et Flor. I, 1. Steph. Byz.: Καινίνη, πολίς Σαβίνων, ἡ ὑπὸ Ῥωμύλου ἁλοῦσα. τὸ ἐθνικὸν Καινίται. De ACRONE REGE CAENINENSIVM vide ACRON. — Caeninianus est cognomen rom. in lapide apud Grut. 551, 11 (TI · MAGIO · CAENINIANO).

CAENYS, Καῖνυς (Strab. cod. vi, II 4; VI, i 5 Κέννυς et Γέννυς), Bruttii promontorium (hodie *Punta del Pezzo*), exadversum Pelorio promontorio (Plin. III, x, 3).

CAEPTIEMA, vallis Liguriae. In tab. genuate (Append. n. i) lin. 8: INDE · RIVO · COMBERANEA · SVSVM · VSQVE · AD · COMVALEM · CAEPTIEMAM.

CAEPVLVS, cognomen rom. Inscr. apud Murat. 1285, 14: M · VIBIO CAEPVLO | C · VIBIVS CAEPVLVS | FILIVS P.

CAERE vel Caeres, Καιρέα (Strab. codd. V, ii, 3 Καιρέα, Κερέα, Κεραῖα) vel Καῖρε (Ptol. III, 1) et Καιρὴ (Steph. Byz.; cf. Καίρητα apud Dionys. Halic. III, 58), hodie *Cervetri*, Etruriae urbs, prope Tarquinios, a Pelasgis condita, et primum Agylla appellata (vide AGYLLA). Strabo V, ii, 3: Ἄγυλλα γὰρ ὠνομάζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα, καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων· τῶν δὲ Λυδῶν, οἵπερ Τυρρηνοὶ μετωνομάσθησαν, ἐπιστρατευσάντων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιὼν τῷ τείχει τις ἐπυνθάνετο τοὔνομα τῆς πόλεως, τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τείχους Θετταλῶν τινος αντὶ τοῦ ἀποκρίνασθαι προσαγορεύσαντος αὐτὸν χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυρρηνοὶ τοῦτον ἁλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν. Eadem narrat Steph. Byz., cuius verba sunt: Ἀγύλλα, πόλις Τυῤῥηνίας. Λυκόφρων· Ἀγύλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασεν. Ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν. μετωνομάσθαι δὲ Καῖρε. Θετταλῶν γὰρ κρατούντων τῆς πόλεως, προσελθὼν τις τῶν ἀπὸ Λυδίας μετοικησάντων Τυῤῥηνῶν, ἠρώτα τί ἂν εἴη τὸ ὄνομα τῆς πόλεως; τὶς δὲ ἀντὶ τῆς ἀποκρίσεως, το χαῖρε εἶπεν. ὅθεν Τυῤῥηνοὶ κρατήσαντες, Καῖρε προσηγόρευσαν. Τὸ ἐθνικὸν Καιρετάνοι, ὡς Στράβων. ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος. Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν. Alii dicunt, non Lydos occasione belli, sed Romanos urbi nomen mutasse. Serv. ad Virg. *Aen.* VIII, 597 (« Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem »): « Agylla civitas est Tusciae, a conditore Agella appellata, cui ex inscitia romana aliud est inditum nomen: nam cum Romani, euntes per Tusciam, interrogarent Agyllinos, quae diceretur civitas; illi, utpote Graeci, quid audirent ignorantes, et optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε: quam salutationem Romani nomen civitatis esse putaverunt: et detracta aspiratione eam Caere nominaverunt, ut dixit Hyginus *De urbibus italicis* ». Cf. Liv. I 2, V 40, 50, VII 22, et Virg. X, 183. Plin. XXXV, vi, 1: « Durant (*picturae*) et Caere, antiquiores et ipsae ». Strabonis aetate, huius urbis tam splendidae et praeclarae vestigia tantum restabant (Strab. V, ii, 3). Dionys. Halic. III, 58: Βασιλεὺς δὲ Ταρκύνιος τρισὶν εἰσβολαῖς χρησάμενος, καὶ τριετῆ χρόνον ἀποστερήσας τοὺς Οὐϊεντανοὺς τῶν ἐκ τῆς σφετέρας γῆς ἐπικαρπιῶν, ὡς ἔρημον ἐποίησε τὴν πλείστην, καὶ ὡς οὐδὲν αὐτὴν ἔτι βλάπτειν εἶχεν, ἐπὶ τὴν Καιρητανῶν πόλιν ἦγε τὴν δύναμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἄγυλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικούντων, ὑπὸ δὲ Τυῤῥηνοῖς γενομένη Καίρητα μετωνομάσθη. εὐδαίμων δ' ἦν, εἰ καὶ τις ἄλλη τῶν ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλεων, καὶ πολυάνθρωπος· ἐξ ἧς στρατιὰ μεγάλη μαχεσομένη περὶ τῆς χώρας ἐξῆλθε, καὶ πολλοὺς μὲν διαφθείρασα τῶν πολεμίων, πολλῷ δ' ἔτι πλείους ἀποβαλοῦσα τῶν σφετέρων, εἰς τὴν πόλιν κατέφυγε. τῆς δὲ χώρας αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι κρατοῦντες ἄφθονα πάντα παρεχομένης συχνὰς διέτριψαν ἡμέρας· καὶ ἐπειδὴ καιρὸς ἀπάρσεως ἦν, ἄγοντες ὅσας οἷοι τε ἦσαν ὠφελείας, ἀπῄεσαν ἐπ' οἴκου. — Incolae dicti sunt Caerites (Liv. V 50, VII 19 sq., XXVIII 45; inscr. apud Orell. n. 378 municipium CAERITVM) vel Caeratani (Val. Max. I, i, 10; inscr. apud Orell. n. 3787) seu Ceretani, gr. Καιρητανοὶ (Strab. loc. cit., et Dionys. Halic. I 20, III 58, IV 27). Inscr. apud Henzen n. 6848: Q · PETRONIO · MELIORI · VIRO | COS · CVR · R · P · TARQVINIENS | ET · GRAVISCANOR · PRAEFECTO · FRVM · DANDI · LEGAT · LEG | XXX · VLPIAE · CVRAT · PYRGENS | ET · CERETANOR · etc. Aul. Gell. XVI, 13: « Primos autem municipes sine suffragii iure Caerites esse factos accepimus; concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent; pro sacris bello gallico receptis custoditisque. Hinc tabulae Caerites appellatae, versa vice; in quas censores referri iubebant, quos notae causa suffragiis privabant ». Cf. Horat. *Ep.* I, vi, 62. Caeretanorum navale fuit Pyrgi, a Dionysio destructum (vide PYRGI). — Caeres adiectivum est ad Caere oppidum pertinens (Liv. VII, 19; Val. Max. loc. cit.). Caeretanus idem est ac Caeres. Plin. III, viii, 2: « Caeretanus amnis, et ipsum Caere intus M. pass. quatuor, Agylla

a Pelasgis conditoribus dictum ». Cf. Caeretanum vinum (Mart. *Epigr.* XII, 124), et aquas calidas Caeretanas (Strab. loc. cit.).

CAERIMONIVM, *caerimonia*, subst. n., quod vulgo dicitur a Caere oppido etrusco (cf. Niebuhr *Hist. rom.* II, 11). Trahitur ad sanscr. cr, *facere* (Bopp *Gloss. scr.* pg. 79). Inscr. apud Fabr. cap. IV n. 524 pg. 342: FLAVIAE | AMMIAE | SACERDOTI | CERERIS | OB · HONOREM | CAERIMONIORVM | HONESTISSIME | PREBITORVM | DECRETO · ORDINIS. Cf. Murat. 164, 1, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MƎAƆ (caeś) et ƧƎAƆ (caes), *Caii* (Gaii), praenomen virile genit. sg., a ƎAƆ cae = *Caius*, apud Etruscos. Cippus tuscaniensis n. 2123: ƧƎAƆ | ꓘAOИꓷA (arnthal caes) = *Caii Aruntiâ* nati. Adde MƎИA · MƎAƆ · OИꓷA (arnth caeś aneś, n. 987) = *Aruns Caii Annii* (cf. Lanzi II 374 = 303, et Janssen *Inscr. etr. Mus. Lugd. Batav.* pg. 16), et MIƎИA : MƎAƆ : AI+ꓘ[A]Ƨ (saltia caeś aneiś, n. 700 bis) = *Saltia Caii Annii* uxor. Cf. etr. Ɔ (C) § 3, et AƆ ca § 2 sq.

§ 2. *Caii*, nomen virile genit. sg. = MIAƆ caiś. In titulis sepulcr.: MƎAƆ · Ƨ (s. caeś, n. 1002) = *Sexta* vel *Setria Caii* uxor; et MƎAƆ · MƎИA (aneś caeś, n. 986) = *Annii Caii* (cf. Lanzi II 373 = 302 n. 123, Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 177, et Janssen *Inscr. etr.* pg. 17).

CAESARIVS, *caesareus*, adiect. a Caesar, in fragm. marm. apud Grut. 41, 10.

CAESENA vel Cesena et Caesana (?), Καισήνα (Strab. V, I, 11; Ptol. III, 1 Καίσαιναν; Procop. *De bello goth.* II 11, 19, 29, III 6), urbs Italiae, in Gallia cispadana, ad Sapin fluvium (Plin. III, XX, 2 « Caesena »; Anton. *itiner.* pgg. 100, 126 « Caesena civitas », et pg. 286 « Curva Caesena (1) »; Tab. Peuting. segm. IV*e* « Curva Cesena » *Itiner.* antiq. apud Henzen n. 5210 col. 1.ª « Cesenam », et col. 2.ª Caesana; *Itiner. Hierosol.* pg. 615 « civitas Cesena »): nunc quoque appellatur *Cesena*. Cf. Agath. *Hist.* I, 20 εἰς Κησσίναν τὴν πόλιν. — Plin. XIV, VIII, 7: « In mediterraneo vero Caesenatia ac Maecenatiana (*vina*) ». Cf. Sidon. Apollin. *Epist.* I, 8, ubi Caesenas vel Cesenas. Vide voc. sq.

CAESENNIA, gens etrusca, ex Tarquiniis (cf. IИƧAƆ casni). Cic. pro *A. Caec.* cap. 4: « Is (*M. Fulcinius*) habuit in matrimonio Caesenniam, eodem e municipio (*Tarquiniensi*), summo loco natam et probatissimam feminam, sicut et vivus multis ipse rebus ostendit, et morte sua testamento declaravit ». P. Caesennius memoratur ab eodem Cic. op. cit. cap. 4, et cap. 10. Vide voc. praeced. — Saepe in lapid. rom. occurrunt gentilitia Caesennius et Caesennia (Fabr. cap. X n. 125, pg. 615; Grut. 64, 9; 651, 6; 756, 7; 765, 8; Doni XIV, 21; Reines.

(1) Cf. Basilio Amati *Delle origini romagnole* pg. 12.

XVII, 31; Murat. 318, 1; 660, 2; 942, 5; 1143, 9; 1246, 3; 1525, 8; 2064, 8; Marini *Arval.* pgg. 38, 166, 405; Mommsen n. 2145 sq.), Caesenius et Caesenia (Grut. 809, 11; Mommsen n. 1191), Caesenus et Cesenus (Grut. 304, 7; Mommsen n. 4884, 5592); unde cognomen Caesennianus (Grut. 306, 4; 651, 6). Cf. gentilitium Caesernius apud Donium (IX 9, XIV 48), Gruterum (36, 14; 301 col. 2; 1089, 5), Muratorium (328, 1; 982, 5; 989, 2; 1171, 6; 1261, 6; 1291, 3; 1738, 5; 1761, 8) et Mommsenium (n. 2733).

CAESER, *Caesar*, cognomen rom., antiquiori orthographia CAISAR, a *caesarie* dictum (Paul. pg. 57, Isidor. *Orig.* I, 1; cf. Car. Sigon. *De nom. rom.* pg. 1438 ed. Gothofredi), quod ad sanscr. ceśa (*coma*), unde ceśara (*iuba leonis*) trahit Boppius. In marmor. apud Gori *Columb. Libert.* etc. n. XIII pg. 81 (FELIX CAESER), Marini *Inscr. alb.* pg. 65 (CASSIO · CAESERIS · N ·, et TI · CAESERIS), Fabr. cap. IV n. 334 pg. 310, et cap. X n. 233 pg. 701 (Gori loc. cit.). Tabella aenea apud Maffei *Mus. ver.* 471, 3: PRO SALVTE | IMP CAESERIS | M AVRELI SEVE|RI ALEXSANDRI | PII FELICIS AVG | IOVI OPTIMO MAXIMO DOLICENO. — Caesarus pro *Caesaris* exstat in glande missili apud Caiet. De-Minicis *Sulle antiche ghiande missili* pg. 43 n. 21, ubi legitur: C · CAIISARVS | VICTORIA.

CAESNA, *caena* (coena), subst. fem. apud veteres, teste Festo *Qu.* X, 21 pg. 205, et X, 25 pg. 209. Vide COENA et SCENSA.

8AƆ (caf), *Cafatii*, nomen virile, compendiatim pro MƎ+A8AƆ cafateś, apud Etruscos. Operculum ossuarii perus. n. 1080: ИꓘVꓕA · ꓘ · AIVꓘ · 8AƆ (caf. puia l. achu[ni]) = *Cafatii vidua Lartia Aconia*. Cf. fragm. n. 1999.

...A8AƆ (cafa...), *Cafatiâ*, nomen muliebre, pro ꓘAI+A8AƆ cafatial, in ossuario perus. n. 1964. Cf. n. 1269.

A+A8AƆ (cafata), *Cafatia*, nomen muliebre, pro cafatia = I+A8AƆ cafati. In ossuario perus. num. 1614: A+A8AƆ · AИAO (thana cafata) = *Tannia Cafatia*.

Ǝ+A8AƆ (cafate), *Cafatius*, gentilitium etruscum (= umbr. ƧƎ+A8AƆ cafates), cuius genit. sg. MƎ+A8AƆ cafateś = *Cafatii*; femin. I+A8AƆ cafati et A+A8AƆ cafata pro cafatia. In titulis perus.: Ǝ+A8AƆ · VA (au cafate, n. 1617) et Ǝ+A8AƆ ƎꓘVA (aule cafate, n. 1616) = *Aulus Cafatius*; Ǝ+A8AƆ · ꓘ (l. cafate, num. 1618), Ǝ+A8AƆ Aꓘ (la cafate, num. 1141) et ƎꓘA8AƆ · ꟼAꓘ (lar cafate, n. 1615) = *Lars Cafatius*; Ǝ+A8AƆ · ƎƧ (se cafate, n. 1619) = *Sextus Cafatius*; Ǝ+A8AƆ · Ǝꟻ (ve cafate, n. 1619 bis) = *Velius Cafatius*. — Gentilitium Cafatius exstat in lapid. rom.: CAFATIVS · SVAVIS (Murat. 1525, 11), L · CAFATIVS MAXIMVS (Marini *Arval.* pg. 325), Q · CAFATIVS · DIADVMENVS (Marini op. cit. pg. 614), CAFATIA

C · L · FAVSTILLA (Murat. 1649, 9). Inscr. perusina apud Vermigl. pg. 24 n. 12: CAFATIAE | L · ADENATIS. Cf. Grut. 993, 10, et Fabr. cap. v n. xii pg. 360.

ƧƎ+Ꭿ8Ꭿↄ (cafates), *Cafatius*, nomen virile apud Umbros (= etr. Ǝ+Ꭿ8Ꭿↄ cafate). In lapide bilingui n. 69: ꟼ˩ · ƧƎ+Ꭿ8Ꭿↄ (cafates lr) = *Lars Cafatius*.

MƎ+Ꭿ8Ꭿↄ (cafateś) et ƧƎ+Ꭿ8Ꭿↄ (cafates), *Cafatii*, nomen virile genit. sg. (breviatim 8Ꭿↄ caf), e Ǝ+Ꭿ8Ꭿↄ cafate = *Cafatius*. In titulis perus.: MƎ+Ꭿ8Ꭿↄ IƎИƧV+Ꭿ (atusnei cafateś, n. 1580) = *Attonia Cafatii* uxor; ƧƎ+Ꭿ8Ꭿↄ · ИᎯI+Ꭿ (atian cafates, n. 1620) = *Attiana Cafatii* uxor; MƎ+Ꭿ8Ꭿↄ · ᎯIᎯↄ (caia cafateś, n. 1140) = *Caia Cafatii* uxor; MƎ+Ꭿ8Ꭿↄ IИᎯ IOꟼᎯ˩ (larthi ani cafateś, n. 1554) = *Lartia Annia Cafatii* uxor; MƎ+Ꭿ8Ꭿↄ · IƎИ8VᎯꟼ (raufnei cafateś, n. 1142) = *Rufenia Cafatii* uxor. Adde ossuarium perus. n. 1999 (= 1554?): . . . M . . . 8Ꭿↄ . . . IИᎯ . . . Ꭿ˩ (la . . . ani caf[ate]ś) = *Lartia Annia* (?) *Cafatii* uxor.

I+Ꭿ8Ꭿↄ (cafati), *Cafatia*, gens etrusca (= Ꭿ+Ꭿ8Ꭿↄ cafata, abl. sg. ˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ cafatial), pro cafatia, arcaice cahatia (˩ᎯI+ᎯBᎯↄ cahatial). In titulis perus.: I+Ꭿ8Ꭿↄ · ᎯO (tha cafati, n. 1181) = *Tannia Cafatia*; I+Ꭿ8Ꭿↄ · IOꟼᎯ˩ (larthi cafati, n. 1139) = *Lartia Cafatia*.

§ 2. *Cafatiâ*, abl. sg. pro ˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ cafatial usurpatum, ut mihi videtur, in ossuario perus. n. 1352: ↄƎƧ | I+Ꭿ8Ꭿↄ·ᎯƧИ˩ᎯOИꟼᎯ·ƧᎯИ+Ǝ⌿VΘ·ᎯIᎯↄ·ᎯIOꟼᎯ˩ (larthia caia huzetnas arnthalisa cafati sec) = *Lartia Caia —ii* uxor *Aruntiâ Cafatiâ* nata.

˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ (cafatial), *Cafatiâ*, nom. pr. fem. abl. sg., minus recte I+Ꭿ8Ꭿↄ cafati (quod et nominat. sg. = *Cafatia*), et mutato *f* in *h* ˩ᎯI+ᎯBᎯↄ cahatial. In marm. perusinis: ˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ | ƎꟻIƧΦᎯ : VᎯ (au aphsive cafatial, n. 1889) = *Aulus —ius Cafatiâ* natus; ˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ · IOVꟼƧ (spuri cafatial, n. 1420) = *Spuria Cafatiâ* nata; ˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ · ꟼᎯ · MИI+ · ꟼᎯ (ar tinś ar cafatial, n. 1351) = *Arrius Tinius Arrii* filius *Cafatiâ* natus. Adde operculum ossuarii perusini n. 1269: [˩ᎯI+]Ꭿ8Ꭿↄ · MƎ+V Ꭿ˩ꟼ · IꟼᎯↄИᎯ · I+ƧᎯ8 (fasti ancari plauteś cafatial) = *Fausta Ancaria Plauti* uxor *Cafatiâ* nata.

ↄᎯM8Ꭿↄ (cafmac), gentilitium etr., quod legitur in titulo perus. n. 1621. *Cammiae* n. pr. fem. genit. sg. exponit Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 300 ad n. 332.

?ƎΘꟼ8Ꭿↄ (cafphe), quod exstat in tegula etr. n. 965, exponitur *Cafatia* = I+Ꭿ8Ꭿↄ cafati (Lanzius II 389 = 318 n. 186, et Maggius in *Lett. di etr. erud.* pg. 86).

˩ᎯIꟼ8Ꭿↄ (cafrial), forlasse *Cafriâ* vel *Cafriae*, nomen mulieris, in vase etr. n. 2584. Cf. Q · CAFRANIVS INGENVS apud Mommsen n. 6769 col. 3.

KAIAREIHI, in lapide messap. n. 2995 lin. 5.

IƧᎯↄ (kazi), *—em*, subst. m. 3 decl. pro kazim, apud Umbros, in tab. eugub. III 16, 18 (Aufr. et Kirch. I 122, II 369). *Coxam* vel *coxendicem* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VII, 30. — Non bene Lanzius II 697 = 605 cavti legit, quod vertit καυτῳ (καυτὸν, *foculus*). Huschke *Die iguv. taf.* s. 404 kazi pro kazum exaratum putat, et κάδιον, *cadum*, exponit.

?I⌿Ꭿↄ (cazi), *Cassius*, gentilitium etr. In ossuario aretino n. 460: I⌿[Ꭿ]ↄ · Ǝ (v. cazi) = *Velius Cassius* (C · CASSIVS).

KAꝉAΣ (Καꝉας), osca vox originis et significationis ignotae, quae legitur in marmore lucano n. 2903, graecis litteris exarato. *Casas* subst. fem. acc. pl., a gr. χαω (χύω), exponit Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 241. Silet Mommsen *Die unterit. dial.* s. 267 et in *Bullett. arch. nap.* V, 43.

˩ᎯI+ᎯBᎯↄ (cahatial), *Cafatiâ*, nomen mulieris, abl. sg. pro ˩ᎯI+Ꭿ8Ꭿↄ cafatial e I+Ꭿ8Ꭿↄ cafati = *Cafatia*, mutato *f* in *h*. Inscr. bilinguis n. 1946 ex Volumniorum sepulcro: ˩ᎯI+ᎯBᎯↄ VᎯ · ᎯИMI˩Ǝꟻ ꟼVꟼ (pup velimna au cahatial) = P · VOLVMNIVS · A · F · VIOLENS CAFATIA · NATVS.

MᎯIИᎯOᎯↄ (cathaniaś), *Catanii* (?), nomen virile, genit. sg. = MᎯИꓘᎯↄ catnaś, in operculo ossuarii perus. n. 1566. *Catheniae* exponit Vermigl. *Inscr. per.* pg. 207 ad n. 83. Cf. Catanus (Grut. 1162, 8), Catenia (Murat. 2079, 3 = Mommsen n. 3460), Cataena cogn. (Murat. 2066, 6 = Mommsen n. 5323), Caetenia (Murat. 684, 6), Caetennius (Grut. 241 = Mommsen n. 6769 col. 4; - Grut. 126; 573, 1; - Murat. 684, 6; 995, 2), Caetennia (Grut. 859, 14; 864, 11; - Murat. 1416, 1; - *Monum. Matth.* cl. x n. 37 pg. 167) et Cetenius (Murat. 1322, 8). Inscr. perus. apud Vermigl. pg. 502 n. 11: D · M | CAETENNIAI.

IᎯↄ (cai), *Caia* (Gaia), praenomen muliebre, pro ᎯIᎯↄ caia, apud Etruscos. In titulis sepulcr.: IИƎꟼƎB · IᎯↄ (cai hereni, n. 128) = *Caia Herennia*, et IOꟼᎯ˩ · IᎯↄ (cai larthi, n. 2269) = *Caia Lartia*.

§ 2. *Caia*, n. pr. fem., pro ᎯIᎯↄ caia. In titulis sepulcralibus:

ᎯИTƧƎↄ · IᎯↄꟼᎯ (ar cai cestná, n. 1144) = *Arria Caia Cestia*. Cf. n. 1147.

ᎯИMꟼVO : IᎯↄ : VᎯ (au cai thurmna, n. 1333) = *Aula Caia Tormena*.

I+Ǝꟻ · IᎯↄ · VᎯ (au cai veti, n. 1150 et n. 1153) = *Aula Caia Vettia*.

IᎯↄ : I+ƧᎯ8 (fasti cai, n. 1158, 1205, 1625) = *Fausta Caia*.

ᎯИ+ƧƎↄ · IᎯↄ · Ƨ˩ (ls cai cestna, n. 1146) = *Lartia Caia Cestia*.

I+Ǝꟻ · IᎯↄ · Ꭿ˩ (la cai veti, n. 1151) = *Lartia Caia Vettia*.

IAƆ · IOΛAꓘ (lathi cai, n. 1897) = IAƆ · IOΓAꓘ (larthi cai, n. 1362, 1441) h. e. *Lartia Caia*.

Iꟻ3ꟻ · IAƆ · 3Ƨ (se cai veti, n. 1152) = *Sexta Caia Vettia*.

Iꟻ3ꟻ · IAƆ · ꓘ3V ([v]el cai veti, n. 1149) = Iꟻ3ꟻ · IAƆ · 3ꟻ (ve cai veti, n. 1155) h. e. *Velia Caia Vettia*.

Adde n. 1626 ꓘAVꟼMVꟼ : IAƆ (cai pumpual) = *Caia Pompia Lartis* filia (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 197 ad n. 55), et cf. n. 1872. Cf. GAILLA nomen mulieris in titulo campano apud Mommsen n. 3451.

§ 3. *Caius*, praenomen virile, ut opinor, pro MIAƆ caiś vel 3AƆ cae. In ossuarii perus. operculo n. 1217: ƧIꟻ3Ɔ3ꓘ · IAƆ (cai lecetis) = *Caius Lucetius*. Adde inscr. n. 1338.

§ 4. *Caius*, nomen virile. In titulis sepulcralibus:

3ИAƆAꓘ · IAƆ · 3Ƨ (se cai lacane, n. 1623) = *Sextus Caius Larcanius* (?).

33AOV : IAƆ : Aꓘ (la cai uthave, n. 1339) = *Lars Caius Octavius*.

Adde inscr. n. 1530 et n. 1611; et cf. n. 1897 bis et n. 1937.

AIAƆ (caia), *Caia* (Gaia), praenomen muliebre apud Etruscos, qui etiam IAƆ cai scripserunt, raro AIIAƆ caiia, et breviatim Ɔ (C). In titulis sepulcralibus: AIЯVƧVЯ AIAƆ (caia rusuria, n. 1729) = *Caia* . . . . .; et IꟻꓘAM · AIAƆ (caia śalvi, n. 1736) = *Caia Salvia*. Vide 3AƆ cae = *Caius*.

§ 2. *Caia*, nomen muliebre, quod saepius scribitur IAƆ cai, abl. sg. ꓘAIAƆ caial = *Caiā*, in titulis sepulcralibus, qui sequuntur:

AIAƆ · AO (tha caia, n. 1145, 1505) = *Tannia Caia*.

AIAƆ · AIOЯAꓘ (larthia caia, n. 1352) = *Lartia Caia*.

IИVꓘV8 · AIAƆ · IOЯAꓘ (larthi caia fuluni, n. 1469) = *Lartia Caia Fullonia*.

AIAƆ · AIꓘI3ꟻ (veilia caia, n. 1898) = *Velia Caia*.

M3ꟻA8AƆ · AIAƆ (caia cafateś, n. 1140) = *Caia Cafatii* uxor.

Quibus addendi sunt n. 1165, n. 1622 et n. 1624.

§ 3. *Caiā*, abl. sg. pro ꓘAIAƆ caial. Operculum ossuarii perus. n. 1363: AIAƆ · AИꓕЯAM Iꟻ Iꟻ · 3ꓘVA (aule titi marchna caia) = *Aulus Titius Marcanius Caiā* natus. Adde n. 1669.

IAIAƆ (caiai), *Caiā*, praenom. muliebre, fortasse abl. sg. pro ꓘAIAƆ caial, in operculo ossuarii perus. n. 1717. Cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 162.

ꓘAIAƆ (caial), *Caiā* (Gaià), praenomen muliebre, abl. sg., antiquiori orthographia ꓘAIIAƆ caiial (CAIIVS = *Caius*): minus recte AIAƆ caia sine casus desinentia (cf. IAIAƆ caiai). In operculis ossuarii perus.: ꓘAIЯ|AИƆ · ꓘAIAƆ · Aꓘ · IИAИA · Aꓘ (la anani la caial cnarial, n. 1093) = *Lartia Anania Lartis* filia *Caiā* (?) nata; et AIꟻꟻ3ꟼ · ꓘAIAƆ · Aꓘ · IИAИA · ЯA (ar anani la caial pelvia[l], n. 1094) = *Arria Anania Lartis* filia *Caiā Petiā* nata. Cf. n. 1102.

§ 2. *Caiā*, nom. pr. femin. In ossuariis etruscis:

ꓘAIAƆ · ЯA · IИAИA · ЯA (ar anani ar caial, n. 1102) = *Arria Anania Arrii* filia *Caiā* nata.

ꓘAIAƆ : Aꓘ : AИꟼAƆ : Aꓘ (la capna la caial, n. 1635 bis) = *Lartia Capenia Lartis* filia *Caiā* nata.

ꓘAIAƆ : ΓA · IИƧAƆ : VA (au casni ar caial, n. 1166) = *Aulus Casinius Arrii* filius *Caiā* natus.

ꓘAIAƆ · IИƧAƆ · 3ЯO3Ƨ (sethre casni caial, n. 1170) = *Setrius Casinius Caiā* natus.

Ɔ3M · ꓘAIAƆ · IꟻꓘAM · IOЯAꓘ (larthi śalvi caial śec, n. 1419) = *Lartia Salvia Caiā nata*.

ꓘAIAƆ : AИIOꓘ3ꟻ : ꟻA (a[u] velthina caial, n. 1838) = *Aula Veltinia Caiā* nata.

Adde inscr. n. 1338, et cf. n. 1957.


? AOIꓘAIAƆ (caialitha), quod vidit Lanzius II 364 = 293 n. 82 in ossuario etrusco n. 423, fortasse legendum AƧIꓘAIAƆ caialisa = *Caiā*. *Caidiā* ipse Lanzius exponit.

AƧIꓘAIAƆ (caialisa), *Caiā* (Gaià), nomen mulieris, abl. sg. = ꓘAIAƆ caial, e AIAƆ caia. In ossuario etr. n. 1008: AƧIꓘAIAƆ : ꓘA|ОИΓA : 3ꓘ3ꟻ : ꓕΓAꓘ (lart vele arnthal caialisa) = *Lars Vettius Aruntiā Caiā* natus. Cf. voc. praec.

Ƨꓠꟻꓠꓘ (kaias), quod legitur in lamella aenea n. 2846, Mommsenio *Die unterit. dial.* s. 267 est acc. pl. 1 decl. — *Terrae* genit. sg., a gr. γαῖα, exponit Huschke *Die unterit. dial.* s. 266. Alii hanc vocem comparant cum Caiatiae urbis nomine (Stier in *Zeitschr. f. die alterthumwiss.* X = 1852 s. 208).

MAIAƆ (caiaś), *Caiae* (Gaiae), nomen mulieris genit. sg., e AIAƆ caia = *Caia* (Gaia), in ossuariis etr. n. 422 *a* et *b*.

KAIATIA et CAIATIA, Samnii urbs cis Vulturnum in via Latina; hodie appellatur *Caiazzo* (cf. Lepsius *Inscr. umbr. et oscae* pg. 113, Mommsen *Inscr. neap.* pg. 203). Confunditur cum Calatia, quae fuit trans Vulturnum (vide CALATIA, et cf. Forcell. *Lexic.* s. v. Caiatinus et Calatinus). Liv. XXIII, 14: « Ipse (*Marcellus*) a Casilino Calatiam petit: atque inde, Vulturno amni traiecto, perque agrum Saticulanum Trebulanumque super Suessulam per montes Nolam pervenit ». Inscr. apud Mommsen n. 3626 (Orell. n. 5155): . . . FAL · RESTITVTO · MILIT · | . . . . KAIATIA MIL · ANN · V · VIXSIT · ANN · XXIIII | . . . . MA · MATER · OPTIMO · FILIO F | . . . . . MENTO · EIVS. — Caiatini sunt incolae Caiatiae, in nummis aeneis n. 2829 ONITAIAƆ (CAIATINO) vel CAIATINΩ (?)



= *Caiatinorum* (Avellinius *Opusc.* II 36, *Ital. vet. num. suppl.* pg. 6; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 108, et apud Fiorelli *Ann. di numism.* I 38; Friedlander *Osk. münzen* s. VI; Aufr. et Kirch. I, 94; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 156. Cf. Carelli pg. 15). Populus CAIATINVS memoratur in lapide apud Mommsen n. 3912 (Henzen n. 5154). Inscr. apud Mommsen n. 3919 (Orell. n. 140): L · PLACIDEIO · L · F · L · NEP · L · PRON | TER · CARPIANO · SPL · EQ · R | MVNITO · SACERD · LANVN · | PAT · MVN · CAIAT etc. Ad Caiatiam, non ad Calatiam, pertinent etiam inscriptiones apud Mommsen; in quibus memoratur municipium CA[I]ATINORVM (n. 3903) et CALATIA pro Caiatia (n. 3921), lineolà additâ ab inscitissimis auctoribus Caiazzi degentibus, ut docet ipse Mommsenius loc. cit. Cf. Liv. XXII, 13; et vide CALATIA. — Gentilitium Caiatius invenitur in titulo campano apud Mommsen n. 4259 (Q · CAIATIVS ... PHILEROS).

ONITAIAƆ (CAIATINO) = *Caiatinorum*, in nummis aeneis n. 2829. Vide CAIATIA.

CAIDO, *caedo*, antiquo scribendi more. In lege Numae regis apud A. Gell. IV, 3: « acnum foeminam caidito ».

ƎIAƆ (caie), *Caius* (Gaius), gentilitium etr., vetustiori orthographia ƎAƆ cae (genit. sg. MƎIAƆ caieś et MIƎIAƆ caieiś (?) = MƎAƆ caeś). In operculo ossuarii clusini n. 485 bis *c*: ƎIAƆ : O⅃ (lth caie) = *Lars Caius.*

?MIƎIAƆ (caieiś), *Caii*, nomen virile genit. sg. pro recentiori forma MƎIAƆ caieś, e ƎIAƆ caie = ƎAƆ cae h. e. *Caius* (Gaius). In urna perusina n. 1719: MIƎ · IAƆ IИVꟼMVꟼ · IOꟼA⅃ (larthi pumpuni caieiś) = *Lartia Pomponia Caii* uxor.

MƎIAƆ (caieś), *Caii*, nomen virile genit. sg. = MƎAƆ caeś et vetustiori orthographia MIƎIAƆ caieiś (?), e ƎIAƆ caie = ƎAƆ cae h. e. *Caius*. In operculo ossuarii perus. n. 1502: MƎIAƆ · AI⅃IƎƎ · IOꟼA⅃ (larthi veilia caieś) = *Lartia Velia Caii* uxor.

CAIETA, Καιήτη (Plutarch. in *Cic.* XLVII, 3), hodie *Gaeta*, oppidum Campaniae prope Formias, ita dictum a καίατα h. e. foveae (τὰ ὑπὸ σεισμῶν καταῤῥαγέντα χωριά h. e. loca a terrae motibus dirupta et hiantia), quo nomine Lacones omnes cavitates afficiunt (Strabo V, III, 6). Alii tradunt ita appellatum fuisse a Caieta Aeneae nutrice. Virg. *Aen.* VII, 1 sq.:

> « Tu quoque litoribus nostris, Aeneïa nutrix,
> Aeternam moriens famam, Caieta, dedisti ».

Ubi Servius: « Lectum tamen est in Philologis, in hoc loco classem Troianorum casu concrematam: unde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν ». Cf. Dionys. Halic. I 44, Aurel. Vict. *Orig. gent. rom.* cap. 10, Ovid. *Metam.* XIV 441 sqq., Solin. II 13. Inscr. apud Grut. 391, 2 (Orell. n. 2951): D · M | TI · CLAVDIO SPECTATORI | AVG · LIB | PROCVRATOR FORMIS · FVNDIS | CAIETAE PROCVRATOR | LAVRENTO AD HELEPHANTOS | CORNELIA BELLICA CONIVGI | B · M. Caieta portus vel Caietae portus celeberrimus atque plenissimus navium, qui antiquitus Aeetes vel Aeta dictus (cf. Lycophr. vs. 1271 sqq., Virg. *Aen.* VI 900, Martial. *Epigr.* V 1, X 20, Sil. Ital. VIII 529, Stat. *Silv.* I, III 83 sqq.), memoratur a Plinio III, IX 6, et Cic. *Leg. Manil.* cap. 12, *Epist. ad Att.* I 3 = n. 8. Diod. Sic. IV, LVI, 6: κατὰ δὲ Φορμίας τῆς Ἰταλίας Αἰήτην τὸν νῦν Καιήτην προσαγορευόμενον. Cf. Καιάτας κόλπος (Strab. loc. cit.); et litora Caietae (Sil. Ital. VII, 410); et vide Cluver. *Ital. ant.* pg. 1064 sqq. — Adiect. Caietanus, ut Caietana villa, exstat apud Valer. Max. I, IV, 5.

AИ⊅IAƆ (caizna), *Caesia*, gentilitium etr. = AИ⊅ИAƆ canzna, unde AƧAИ⊅IAƆ caiznasa = AƧAИ⊅ИAƆ canznasa, in columella perus. n. 1899 (Lanzius II 782 = 690 et Oriolius in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 173). *Cainnia* exponit Vermigl. *Inscr. per.* pg. 154 sg. Cf. AIƧIAƆ caisia et ΣƎIΣIAꓘ kaiśieś.

AƧAИ⊅IAƆ (caiznasa), *Caesii uxor?*; vetustiori orthographia AƧAИ⊅ИAƆ canznasa, nomen mulieris, a coniugio derivatum (vide AИ⊅IAƆ caizna), in columella perus. n. 1899 (Lanzius II 446 = 375, et Oriolius in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 173). *Cainniasâ* exponit Vermigl. *Inscr. per.* pg. 155.

IIAƆ (caii), *Caia*, praen. fem., ut mihi videtur, pro AIIAƆ caiia = AIAƆ, in marmore tuscaniensi n. 2113 (Sec. Campanari et Orioli in *Giorn. arcad.* CXIX 338, CXX 241).

CAII, *Caius*, nomen virile, sive pro CAII[VS] sive pro ƎAƆ cae (II = E). In titulo bilingui n. 935: ƎAƆ · ⅃ (l. cae) = LART · CAII h. e. *Lars Caius.*

AIIAƆ (caiia), *Caia* (Gaia), nom. pr. fem. pro AIAƆ caia (abl. sg. ⅃AIIAƆ caiial = ⅃AIAƆ caial), siculi CAIIVS pro Caius scripserunt veteres, in ossuariis perus. n. 1405 et n. 1627. Occurrit etiam in volcente speculo n. 2180, fortasse pro *Caiâ* = ⅃AIIAƆ caiial vel ⅃AIAƆ caial (Orioli in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 167).

⅃AIIAƆ (caiial), *Caiâ* (Gaiâ), nom. pr. fem. pro ⅃AIAƆ caial, e AIIAƆ caiia pro AIAƆ = *Caia*, in lamellis plumbeis n. 1129 et n. 1131 ex Axiorum perusinorum sepulcro. Cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 94, et vide voc. praeced.

AƧIIAƆ (caiisa), *Caii uxor*, cognomen mulieris e coniugio derivatum (cf. AIIAƆ caiia = AIAƆ caia h. e. *Caia*), in ossuario perusino n. 1628. Cf. Orioli in *Monum. Ann. et Bull. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. 53 sg.

CAIIVS, *Cǎius* (Gâius), praenomen virile, antiquiori ortographia (teste Prisc. pg. 303 = 739 P.; vide EIIVS), sicuti apud Etruscos, qui AIIAƆ caiia, ⅃AIIAƆ caiial

et ΑƧIIΑƆ caiisa scripserunt pro ΑIΑƆ caia, ˥ΑIΑƆ caial et caisa.

CAICILIVS, *Caecilius*, gentilitium ital., unde Caicilianus (Grut. 376, 6) et Caicilinus (Grut. 382, 2). In tab. Genuate (Append. n. I) lin. 28: L · CAICILIO Q · MVVCIO · COS. Sic in rom. inscr. Caicilius (Grut. 376, 6; 377, 5; 863, 1; - Doni cl. VIII n. 11 pg. 318 = Murat. 942, 8) et Caicilia (Doni loc. cit.; - Grut. 862, 12; 964, 6; - Mommsen n. 4794). Vide CACIḶIA = *Caecilia*.

KAIKINHΣ, Italiae fluvius, prope Locros. Aelian. *Var. hist.* VIII, 18: Λέγουσι δὲ τὸν αὐτὸν εὔθυμον καταβάντα ἐπὶ τὸν Καικῖνον ποταμόν, ὅς ἐστι προτῆς τῶν Λόκρων πόλεως, ἀφανισθῆναι. Cf. Pausan. *Eliac. sec.* VI, 4 (τοῦ Καικίνου, et τὸν Καικίνην), Thucyd. III, 103 (τὸν Καικῖνον), et Plin. III, XV, 2, ubi nonnulli legerant Caecinos pro Carcines, quod vide. Cf. CAECINA et KAIKINON.

KAIKINON, oppidum italicum. Steph. Byz.: Καίκινον, χωρίον Ἰταλικόν. Φίλιστος δευτέρῳ Σικελικῶν. Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 1305.

Α˥ꟷИK (kaila), *cella*, subst. f. acc. sg. 1 decl. pro kailam apud Oscos (Garruccius in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 32 sg., Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. sprachforsch.* II 57, Fiorellius *Monum. epigr. pomp.* I 6 = XVII). In tabula pompeiana n. 2785 lin. 6-7: ƧꟷƎIIKꟷ˥ƎƎΜ · ƧꟷƎVI · Ν˥|ꟷИK ꟷИИ (ant kaila iuveis meelikiieis) = *ante cellam Iovis Meilichii* (Garruccius in *Mem.* cit. pg. 38 et in *Bull. arch. nap.* nv. sr. I 82, Henzen in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1852 pg. 90, Fiorellius op. cit. I 5 = XI). *Calam* exponit Quaranta in *Mem.* cit. pg. 84 sg., cum gr. κᾶλον comparatum, « *una palificata da cui circondavasi qualche luogo consacrato a Giove Milichio* » (vide CALA). Alii legunt kavla = *caulam* (Minervinius in *Mem.* cit. pg. 12 sg. et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 184), proprie *septum*, in quo includuntur oves, quod pro *loco cavo* usurpat Lucretius (III 256, 702, IV 620, VI 491), et pro septo et cancellis, quibus cingitur signum aut altare cuiusdam dei, inscriptio apud Murat. 191, 3 (MEMORIAM | P · CORNELII SATVRNINI | MAGISTRALIS | CORNELIA PRIMA VXOR | EX INDVLGENTIA COLLEG | SIGNVM LIBER BASIM | CAVLAS · D · D).

CAPITAL, genus operimenti, quod capiti imponitur. Varro *De l. l.* V, 130 pg. 51: « Item texta fasciola qua capillum in capite alligarent, dictum capital a *capite*, quod sacerdotulae in capite etiam nunc solent habere ». Paul. pg. 57 interpretatur « *linteum*, quo in sacrificiis utebantur ».

§ 2. Item facinus, quod capitis poena luitur (Paul pg. 48). Lucil. apud Non. I, 175 = pg. 38: « Scimus capital esse irascier ». Plaut. *Men.* I, 1, 16: « Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit ». *Merc.* III, IV, 26: « Eutyche, capital facis ». Cf. Cic. *De leg.* II 8, Liv. XXIV, 37, et Iustin. II, 7.

CAPITARIVM aes, quod capi potest. Ita Paulus pg. 65. Cf. Scalig. in Fest., et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CAPITINA, fortasse capistra ad maxillas constringendas, vel ipsae maxillae. In testamento M. Grunii Corocottae apud Brisson. *De form.* lib. VII cap. 157: « Donabo sutoribus setas, rixatoribus capitinas, surdis auriculas ».

CAPITIO, diminut. *capitati.* Est cognomen rom. in titulo sepulcr. apud Murat. 964, 8 (A · MENEMIO · A · F · QVI · CAPITIO).

CAPITIVM vel Capytium, Καπύτιον (Ptol. III, 4, ubi codd. nonnulli Καπίτιον et Καπίτυον), urbs Siciliae mediterranea, nunc *Capizzi* appellata. Cic. in *Verr. act.* II, III, 43: « Tyndaritanam nobilissimam civitatem Cephaloeditanam, Capitinam perditas esse hac iniquitate decumarum intelligetis ».

CAPITODIVM, *Capitolium*, apud veteres, teste Mar. Victor. pg. 2470 P. (vide NOVENSIDES).

KAPITOLIVM vel Capitolium, apud veteres Capitodium, graece Καπιτώλιον et antiquiori orthographia Καπετώλιον (1), unus ex septem Romae collibus, in quo fuit arx Urbis et templum Iovis Capitolini. Antiquitus dictus est Saturnius mons, inde Tarpeius, et denique Capitolium sub Lucio Tarquinio Prisco (cf. Liv. I, 38; Plutarch. in *Rom.* XVII 4, in *Numa* VII 3, in *Popl.* XIV 1). Varro *De l. l.* V, 41 sq. pg. 16: « E quis Capitolium dictum, quod hic, quom fundamenta foderentur aedis Iovis, caput humanum dicitur inventum. Hic mons ante Tarpeius dictus a virgine Vestale Tarpeia, quae ibi ab Sabinis necata armis et sepulta; quoius nominis monimentum relictum, quod etiam nunc

1) ΚΑΠΕΤΩΛΙΩ (Καπετωλίῳ) in marmore apud Osann *Sylloge inscr. ant.* pg. 388 n. XXII lin. 6, 10, 41. Ita tribus Polybii locis (II, XVIII 2, III, XXVI 1, VI, XIX 6) codices mss. Καπετώλιον praebent, quamquam hodie vulgatur latina scribendi ratio per litt. ι (Osann op. cit. pg. 390). Adde Diod. Sic. XIV, 106, et cf. *Thes. gr. ling.* s. v. Καπετωλίς.

eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Hunc autem montem Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo *late Saturniam terram*, ut etiam Ennius appellat ». Ipse Varro op. cit. V, 158 pg. 62 memorat Capitolium vetus (cf. P. Victoris *lib. de region. urbis Romae*), in colle Quirinali positum, his verbis: « Clivos proxumos a Flora susus versus Capitolium vetus, quod ibi sacellum Iovis, Iunonis, Minervae, et id antiquius quam aedis quae in Capitolio facta ». Hinc Martial. *Epigr.* VII, 73:

« Esquiliis domus est, domus est tibi colle Dianae,
Et tua patricius culmina vicus habet:
Hinc viduae Cybeles, illinc sacraria Vestae;
Inde novum, veterem prospicis inde Iovem ».

Sunt qui credunt ab invento capite cuiusdam Oli vel Ioli Capitolium dictum. Servius in Virg. *Aen.* VIII, 345: « Quidam dicunt, cum Capitolii, ubi nunc est, fundamenta iacerentur, caput humanum, quod Oli diceretur, inventum; quo omine sollicitatos conditores, misisse ad Tusciam ad aruspicem illius temporis nominatum, qui iam iudicaverat Argo filio suo, tributum fataliter esse, ut is locus orbi imperaret, in quo illud caput esset inventum. Obvii igitur Argo hi, qui missi erant, ubinam esset pater interrogaverunt, qui, cognita causa itineris eorum, omne responsum patris prodidit, monuitque ut caverent, ne ab eo interrogatione deciperentur. Sed cum Legati ad eum pervenissent, et de significatione inventi capitis quaererent, volens ille dominatum orbis patriae suae potius adscribere, interrogavit: *amne hic*, suum locum ostendens, *invenissent:* illis negantibus, suspicatus proditum esse responsum, quaesivit an quenquam obvium fecissent, illis simpliciter confitentibus occurrisse sibi iuvenem, tunc aruspex conscenso equo sequutus Argum occidit eo loco, ubi nunc Roma est, a cuius caede Argiletum ». Arnob. *Adv. gent.* VI, 7 pg. 194 (= pg. 207 ed. Orellii): « Regnatoris in populi Capitolio qui est hominum, qui ignorat, Oli esse sepulchrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat ex fundaminum sedibus caput hominis evolutum non ante plurimum temporis, aut solum sive partibus caeteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? Quod si planum fieri testimoniis postulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus vobis, et Fabius indicabunt, cuius Olus fuerit filius, gentis et nationis cuius, ut a germani servulis vita fuerit spoliatus et lumine: quid de suis commeruerit civibus, ut ei sit abnegata telluris patriae sepultura. Condiscetis etiam, quamvis nolle istud publicare se fingant, quid sit capite resecto factum, vel in parte qua rei curiosa fuerit obscuritate conclusum: ut immobilis videlicet atque fixa obsignati ominis perpetuitas staret. Quod cum opprimi par esset, et vetustatis obliteratione celari, compositio nominis iecit in medium, et cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit testificatione procedere: nec erubuit civitas maxima, et numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret ex Oli capite Capitolium, quam ex nomine Iovio nuncupare ». Cf. Mart. Capella III § 223 pg. 256. Capitolia plurali num. usurpant poëtae (Virg. *Aen.* VI 836, VIII 347 et 633, Ovid. *Art. am.* III 115, Propert. IV, IV 27; inscr. apud Grut. 45, 13 = Orell. n. 941 KAPITOLIA). — Aliarum quoque urbium magnifica templa et arces Capitolii nomine appellantur. Suet. *Tib.* cap. 40: « Cum Capuae Capitolium, Nolae templum Augusti dedicasset ». Vitruv. III, 2: « Capitolium Pompeianum ». In marmore Faleriensi apud Morcelli *De stilo* II 291 (ed. Patav.): VIA · NOVA · STRATA · LAPIDE · PER · MEDIVM · FORVM · PECVAR · A · SVMMO · VICO · LONGO · AD · ARCVM · IVNCTVM · CAPITOLIO etc. Capitolium Veronense memoratur in marmore apud Maffei *Mus. ver.* pg. 107. Cf. Capitoliada apud Antonini *itiner.* pgg. 196, 198, et Forcell. *Lex.* s. v. *Capitolium.* — Capitolinus, gr. Καπιτωλῖνος, adiect. est ad Capitolium pertinens (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *capitolinus*), unde Capitolinus cognomen gentium Manliae, Quintiae, Sextiae. Cf. C. Bellicius Kapitolinus in inscr. ostiensi apud *Giorn. arcad.* CXLII, 202.

CAPITVLENSES. Vide CAPITVLVM, quod sequitur.

CAPITVLVM vel Capitolum, Καπίτουλον (Strab. V, III, 10), oppidum Hernicorum, fortasse in loco, qui nunc dicitur *il Piglio* (Nibby *Analisi* etc. I 389 sg.). Plin. III, IX, 11: « Capitulum Hernicum ». Strab. loc. cit.: *εἶθ' αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον, ἥ τε Ἑρνίκων πολίχνη Καπίτουλον καὶ Ἀναγνία.* Frontin. *De col.* pg. 232 ed. Lachm.: « Capitulum oppidum, lege Sullana est deductum. iter populo non debetur. ager eius pro merito ..... et quis prout agrum occupavit tenuit. sed postea Caesar limites formari iussit pro merito ». Inscr. apud Zaccar. *Instit.* pg. 139 (Orell. n. 125, Murat. 2049, 4): ... NIO P · F · ANI · VARO | ... EF · FABR · PRAEF · COHORT · GERMAN · | ... EF · EQVIT · TRIB · MIL · LEGIONIS V... | P · F · ANI · VARO · Q · PR · PONTIF · PR · QVINQ | CAPITVLI HERNICO | FIL.... ET SIBI FECIT. — Incolae dicti sunt Capitulenses (Paul. *Dig.* L, x, 8).

VI1AƆ (capiu), quod Migliarinius in *Mus. chius.* II 221 vertit *cavea* (sepulcrum), invenitur in marmore clus. n. 796.

AИ1AƆ (capna), *Capenius*, gentilitium etr., vetustiori orthographià capzna (MAИ‡1AƆ capznaś) vel capsna (ƧAИM1AƆ capśnas), ut IИ1AƆ capni = IƎИ‡1AƆ capznei (cf. ?AƧƎИI1AƆ capinesa et IƎИƧI1AƆ capisnei), ab oppido Capena derivatum. In operculo ossuarii perus. n. 1635 bis: AИ1AƆ : A⅃ (la capna) = *Lars Capenius.* Vide vocc. sqq.

ƧAИ1AƆ (capnas), *Capenii*, nomen virile genit. sg. (vetustiori orthographia MAИ⁎1AƆ capznaś vel ƧAИM1AƆ capśnas), e AИ1AƆ capna = *Capenius.* Ossuarium perus. n. 1752: ƧAИ1AƆ · IꟼBƎƧ (sefri capnas) = *Severia Capenii* uxor.

ƎИ1AƆ (capne), Καπανεὺς (Capaneus), Hipponoi filius, heros Thebanus. Occurrit in gemmis etr. n. 2153, 2536, et in etr. speculo n. 2536 bis. Cf. gentilitium etr. AИ1AƆ capna = *Capenius* (IИ1AƆ capni = IƎИ⁎1AƆ capznei h. e. *Capenia*).



IИ1AƆ (capni), *Capenia*, familia perusina (vide AИ1AƆ capna = *Capenius*), vetustiori orthographia IƎИ⁎1AƆ capznei et IƎИꟼI1AƆ capisnei. Operculum ossuarii perus. n. 1504: IИ1AƆ IOꟼAꓘ (larthi capni) = *Lartia Capenia.*

[ΚΑΠ]ΝΟ (?) vel [ΚΑΠΑ]ΝΟ (?), Καπανεὺς (Capaneus) = ƎИ1AƆ capne, in gemma n. 2535. Cf. Lanzi II 152 sg. = 122.

CAPONIVS, adiect. ad caponem pertinens. Est cognomen rom. in titulo apud Grut. 559, 7 (C · SALLIO CAPONIO). Cf. inscr. apud Murat. 168, 7.

ΚΑΠΠΑΝΟ = ΚΑΜΠΑΝΟ pro ΚΑΜΠΑΝΩΝ, in nummis argenteis n. 2743 *c* ad Campanos pertinentibus. Vide CAMPANIA, et voc. sq.

ΚΑΠΠΑΝΟΣ, Καμπάνος (Campanus)?, adiect. ad Campaniam pertinens, in nummo argenteo n. 2743 *d.* Vide CAMPANIA.

?ꓘ⊦ƧAИ11Aꓘ (kappnastl), in ossuario perusino n. 1732, forte legendum ƧAИ1AƆ capnas = *Capenii* (cf. Passeri *Paralip.* pg. 225, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 230 ad n. 136). Cf. ꓘAI⊦AИꟼAƆ (carpnatial).

ΚΑΠΡΑ, αἴξ (capra), apud Tyrrhenos, teste Hesych. *Lexic.* II, 143 (cf. Maffei *Osserv. letter.* VI, 32). — Capra est cognomen rom., de quo Varro *De r. r.* II, I, 10. Vide etr. MAꟼ1AƆ capraś quod sequitur, et umbr. ꟿVꓷ1AƆI kaprum.

CAPRARIA vel Caprasia insula, Καπραρία νῆσος (Ptol. III, 1, raro in codd. Καπαρία), in mari Tusco, nunc *Capraia,* ita dicta a multitudine caprarum. Plin. III, XII, 2: « Capraria, quam Graeci Aegilon dixere ». Varr. *De r. r.* II, III, 3: « caprae, quas alimus, a capris feris sunt ortae, a queis propter Italiam Caprasia insula est nominata ». Rutil. *Itin.* I, 439: « Processu pelagi iam se Capraria tollit ». — De Capraria insula propter Balearem minorem, et de alia inter Fortunatas vide Plin. III, XII 1, VI, XXXVII 1 et 3. Cf. Avien. *Orb. mar.* vs. 489.

MAꟼ1AƆ (capraś), *Caprii*, nomen virile genit. sg. (cf. tyrrhen. ΚΑΠΡΑ et umbr. Vꓷ1Aꓘ kapru = ꟿVꓷ1Aꓘ kaprum h. e. *caprum*). Inscr. perusina num. 1962: MAꟼ1AƆ · A . . . . IOꟼAꓘ (larthi . . . . a capraś) = *Lartia —ia Caprii* uxor (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 312 ad n. 372).

CAPRASIA insula, eadem ac CAPRARIA.

§ 2. Caprasia est unum ex ostiis Padi, hodie dictum *Porto di Magnavacca.* Plin. III, XVI, 6: « Proximum inde ostium Caprasiae, dein Sagis ».

§ 3. Caprasia vel Caprasiae, oppidum Italiae inferioris in Bruttiis. Tab. Peuting. segm. VI e (Caprasia) et Antonini *itiner.* pgg. 105, 110 (Caprasis).

CAPREA palus, locus prope Romam. Liv. I, 16: « Quum ad exercitum recensendum concionem campo ad Caprae paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius concioni abstulerit. nec deinde in terris Romulus fuit ». Ovid. *Fast.* II, 491:

« Est locus; antiqui Capream dixere paludem;
Forte tuis illic, Romule, iura dabas ».

Is locus postea dictus est Cupralia (al. *cuprilia, caprilia, capralia*). Paul. pg. 65: « Cupralia appellatur ager, qui vulgo ad caprae paludes dici solet ». Cf. Plutarch. in *Cam.* XXXIII, 12 sq., et vide CAPROTINA.

CAPREAE, Καπρέαι (Strab. I, III 19, V, IV 8 sq.; Plutarch. *De exilio* cap. 9), vel Καπρίαι (Strab. I, II 12, II V 19, VI, I 6), et Καπρία (Dio LII 43, LVII 12, LVIII 5, LXII 4) vel Καπρέα νῆσος (Ptol. III, 1), nunc *Capri,* insula in mari Tyrrheno, Campaniae adiacens, ante Minervae promontorium, a quo abrupta quondam est (Strab. I, III 19, VI, I 6). Eam eleganter describit Tacitus *Ann.* IV, 67. Plin. III, XII, 3: « mox a Surrento octo millibus passuum distantes, Tiberii principis arce nobiles Capreae, circuitu XI millium passuum ». Strab. V, IV, 9: Αἱ δὲ Καπρέαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιόν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται δὲ καὶ ταύτην κατέσχον, πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσσας ἀπέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτῆμα καὶ κατοικοδομήσαντος. Cf. Suet. in *Tib.* cap. 40, Dion. LII 43, Serv. ad Virg. *Aen.* VI, 2, Iuven. X 72 et 93. Dicta creditur a quodam Capreo, qui in illa regione potens opibus fuit. Servius in Virg. *Aen.* VII, 735 sq. (Teleboum *Capreas* quum regna teneret Iam senior): « Cum teneret Capreas, regna Teleboarum: nam Teleboae, Capraearum sunt populi, quos Telo suo regebat imperio. Quidam dicunt Capreas a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas ». Idem ad *Aen.* V, 864 etiam a Sirenibus aliquando habitatam fuisse tradit. Cf. Stat. *Silv.* III, I, 128. — Capreensis adiect. est ad Capreas pertinens. Cf. Capreensis secessus (Suet. in *Tib.* cap. 43), et inscr. apud Fabr. cap. II n. 74 pg. 74.

CAPRELLA. Vide CAPREOLA, quod sequitur.

CAPREOLA, *parva capra* (vide CAPRIOLA). Not. Tiron

pg. 175: « capra, caprea, capella, capreola ». Gloss. apud Labb.: « Capreola, δορκάς », et « Caprella, αἶξ ».

ƧƎᗡ1ᗅꓘ (kapres), *capri*, subst. m. genit. sg. 2 decl., e kapru = *capro* (vide Vᗡ1ᗅꓘ kapru), apud Umbros (Passerius *Lett. Roncagl.* n. xv pg. 235, et *Paralip.* pg. 326; Grotefend *Rud. l. u.* VII 13, 16; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 32; Aufrecht et Kirchhoff I 48, 104 sq., 118, II 345; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 123; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 34. Cf. Lanzi I 296 = 228, II 814 = 723). Tab. eugub. IIb 12 sq.: V+IƎƎꟼᗅƎ8I | : V+ƎꟻƎƧVᗡ1 : ƧƎᗡ1ᗅꓘ (kapres pruśetu ife arvẹitu) = *capri prosecta ibi advehito* (Aufr. et Kirch. II, 352).

CAPREVS. Vide CAPREAE.

CAPRICVLANVS pagus, in agro Nolano, memoratur in marm. apud Mommsen n. 1982 (Orell. n. 5165).

CAPRILIA. Vide CAPREA.

CAPRIO, fortasse caprorum deus apud veteres. Inscr. apud Henzen n. 5805: IN·H·D·D | DEO CAPRIONI | L · TEDDIATIVS | PRIMVS.

CAPRIOLA, *capreola*, h. e. parva caprea (cf. CAPREOLA et CAPRIOLVS). Est cognomen mulieris in titulo sepulcrali apud Fabr. cap. IV n. 68 pg. 255 (VALERIAES · CAPRIOLAES). Adde inscr. apud Grut. 536, 7; 605, 2; 608, 10; 659, 2; 770, 1; et apud Murat. 1494, 5.

CAPRIOLVS, *capreolus*, h. e. parvus caper (cf. CAPRIOLA). Est cognomen virile in titulo sepulcrali apud Fabr. cap. IV pg. 262 (COMINI · CAPRIOLE).

CAPRIVS, κάπριος (aprinus), seu qui apri instar rostrum habet (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Est cognomen rom. in titulis apud Mommsen n. 1269 (CAPRIO | MATER...) et n. 5377 = Gud. 129, 9 (C · LVCCEIVS · C · L · CAPRIVS SEVIR · AVG). Cf. Horat. *Sat.* I, IV, 66.

CAPRONAE dicuntur *comae*, quae ante frontem sunt quasi a capite pronae (Non. I, 81 = pg. 22). Lucil. *Sat.* lib. xv: « Aptari caput atque comas fluitare capronas Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis ». — Capronia est nomen mulieris in titulo apud Grut. 343, 1.

CAPROTINA, adiect., ut caprotina Iuno et Nonae caprotinae. Macrob. *Sat.* I, 11: « Nonis Iuliis diem festum esse ancillarum tam vulgo notum est, ut nec origo, nec causa celebritatis ignota sit. Iunoni enim caprotinae die illo liberae pariter ancillaeque sacrificant sub arbore caprifico, in memoriam benignae virtutis quae in ancillarum animis pro conservatione publicae dignitatis apparuit. nam post urbem captam cum sedatus esset Gallicus motus: respublica vero esset ad tenue deducta: finitimi opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati praefuerunt sibi Postumium Livium Fidenatium dictatorem. qui mandatis ad senatum missis postulavit, ut si vellent reliquias suae civitatis manere, matres familiae sibi et virgines dederentur. cumque patres essent in ancipiti deliberatione suspensi: ancilla nomine Tutela seu Philotis pollicita est se cum ceteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram: habituque matrum familias et virginum sumpto, hostibus cum prosequentium lacrimis ad fidem doloris ingestae sunt. quae cum a Livio in castris distributae fuissent; viros plurimo vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes. quibus separatis, ex arbore caprifico quae castris erat proxima signum Romanis dederunt. qui cum repentina incursione superassent: memor beneficii senatus omnes ancillas manu iussit emitti; dotemque iis ex publico fecit, et ornatam quo nunc erant usae gestare concessit; diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit, ab illa caprifico ex qua signum victoriae ceperunt: sacrificiumque statuit annua sollemnitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti praecedentis adhibetur ». Varro *De l. l.* VI, 18 pg. 80: « Nonae Caprotinae quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres sacrificantur, et sub caprifico faciunt; e caprifico adhibent virgam ». Plutarch. in *Rom.* XXIX, 4: Ἡ δ' ἡμέρα, ᾗ μετήλλαξεν, ὄχλου φυγὴ καλεῖται καὶ νῶναι Καπρατῖναι διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὺς ἕλος ἐκ πόλεως κατιόντας· τὴν γὰρ αἶγα κάπραν ὀνομάζουσιν. Cf. eund. in *Cam.* XXXIII, 13.

?IΝꟼ1ᗅƆ (caprti), in lamella plumbea n. 1128.

Vᗡ1ᗅꓘ (kapru), *caprum*, subst. m. acc. sg. 2 decl. (= Vᗡ8ᗅꓘ kabru) pro ꟽVᗡ1ᗅꓘ kaprum (genit. sg. ƧƎᗡ1ᗅꓘ kapres = *capri*), apud Umbros (Passerius *Paralip.* pg. 326; Lanzius II 731 = 639, 814 = 723; Grotefend *Rud. l. u.* III 10, VII 13, VIII 18, 34; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 43; Aufrecht et Kirchhoff I 98, 116, II 278, 317, 346, 360; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 42; Huschke *Die iguv. taf.* s. 324 sq.), quod trahitur ad sanscr. c'hagala vel chagalâ et chagalî, e c'haga = c'hâga (Bopp *Gloss. scr.* pg. 129, Aufr. et Kirch. I 88 anm. 1). Tab. eugub. IIb 10 sq.: V+Ǝ1V : ƎИꓘᗅƎƧ : ƎИꓘ : ᗅᗡƎ1 : Vᗡ1ᗅꓘ (kapru perakne sevakne upetu) = *caprum —em —em —to.*

ꟽVᗡ1ᗅꓘ (kaprum), *caprum*, subst. m. acc. sg. 2 decl., minus recte Vᗡ1ᗅꓘ kapru et Vᗡ8ᗅꓘ kabru, apud Umbros (Maffeius *Osserv. lett.* VI, 71; Lanzius I 296 = 228, II 728 sq. = 636 sq., 814 = 723; Grotefend *Rud. l. u.* VII 13, VIII 34; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34; Aufr. et Kirch. I 116, II 317, 336; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 19; Huschke *Die iguv. taf.* s. 615). Tab. eugub. IIb 1: V+Ǝ1V : ꟽVᗡ1ᗅꓘ (kaprum upetu) = *caprum —to.*

CAPRVNCVLVM, vas fictile. Ita Paulus ex Festo pg. 48, ubi fortasse legendum capunculum vel capedunculum (capeduncula).

CAPSARIA, ancilla, quae lavantis dominae vestes in capsa

servat. Inscr. ex sepulcreto Libertor. Liviae Aug. apud Gorium *Columb.* pg. 125 n. 80 (= Murat. 899, 1): EVTACTVS · LIVIAE | ASIA · LIVIAE CAPSAR | CASCELLIANA. Cf. Capsarius in Forcell. *Lexico.*

ƧAИM⅂AƆ (capśnas), *Capenii*, nomen virile genit. sg. = MAИ✱⅂AƆ capznaś, recentiori orthographia ƧAИ⅂AƆ capnaś, e AИ⅂AƆ capna = *Capenius.* Ossuarium clus. n. 703: ƧAИM⅂AƆ : IƎИꟼOƎƧ AIИAO (thania sethrnei capśnas) = *Tannia Setrenia Capenii* uxor.

CAPSO, capsis, capsit, *cepero -is -erit*, apud veteres. Plaut. *Bacch.* IV, IV, 61: « Si id capso, geritote amicis nostris aurum cordibus ». Accius vs. 453 sq. (ed. Ribbeck pg. 165) apud Non. VIII, 5 = pg. 483: « nunc si me matrem mansues misericordia Capsit ». Plaut. *Pseud.* IV, III, 6: « Si occasionem capsit »; et *Rud.* II, I, 15: « Nisi quid concharum capsimus, incoenati sumus profecto ».


CAPTA, cognomen Minervae apud Romanos. Cf. Ovid. *Fast.* III, 837 sqq.

?ƎIT⅂AƆ (captie). Vide ƎITᐳƎƆ (cectie).

ƆПИK (kapv), *Capua*, in nummis n. 2748. Vide CAPVA et voc. sq.

CAPVA, Καπύη (Ptol. III, 1; Strab. V, III 9, VI, III 7; Diod. Sic. XIX 76, XXXVI 2; Polyb. III 90, VII 1, IX 5, 7, 9, XXXIV 11; Plutarch. in *Fab. Max.* XVII 3), samnitica orthographiâ ƆПИK kapv (in nummis n. 2748), antiquitus Vulturnum appellata, urbs clara olim belloque potens, quae fuit totius Campaniae caput (Paus. *Eliac. pr.* XII, 3. Cf. Cic. in *L. Pis.* cap. 11; et vide CAMPANIA), nunc fere diruta in loco, ubi sunt pagi *S. Maria* et *S. Pietro in Corpo*, tria millia passuum ab amne Vulturno, et ab hodierna *Capua.* Mela II, IV, 2: « Capua a Tuscis ..... condita ». Vell. Paterc. I, 7: « Quidam ..... aiunt, a Tuscis Capuam, Nolamque conditam, ante annos fere DCCCXXX: quibus equidem assenserim. Sed M. Cato quantum differt? qui dicat, Capuam ab eisdem Tuscis conditam, ac subinde Nolam: stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter CCLX. Quod si ita est, quum sint a *Capua* capta anni CCXL, ut condita est, anni sunt fere D. Ego (pace diligentiae Catonis dixerim) vix crediderim, tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse ». Dicta est Capua vel a Capye Troiano (1), vel a Capye Samnitium duce, vel a falcone ave Capye appellato apud Campanos, vel denique (quod verisimilius est) a camporum, in quibus sita est, planitie et latitudine (cf. Liv. IV, 37). Plin. III, IX, 11: « Capua ab campo dicta ». Paul. pg. 43: « Capuam in Campania quidam a Capye appellatam, ferunt, quem a pede introrsus curvato nominatum, antiqui nostri Falconem vocant; alii a planicie regionis ». Polyb. II, 17: Πλὴν ταῦτα γε τὰ πεδία, τὸ παλαιὸν ἐνέμοντο Τυῤῥηνοὶ, καθ' οὓς χρόνους καὶ τὰ Φλέγραια ποτὲ καλούμενα τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην. Et III, 91: Κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πασῶν ποτε μακαρωτάτην γεγονυῖαν πόλιν Καπύην. Alii aliter opinati sunt. Strab. V, IV, 3: δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικίσαντας τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάται Καπύην. Et V, IV, 10: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μὲν ἐστιν ἡ μητρόπολις, κεφαλὴ τῷ ὄντι κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος. Etymol. M. pg. 490, 1 (*Fragm. hist. gr.* III, 70 n. 97): Καπύη, πόλις Ἰταλίας, ἣν Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος υἱοὶ Ἄρεως ἔκτισαν, ὥς φησι Κεφάλων ὁ Γεργίθος. Οὗτος Ὧρος· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωικοῦ. Virg. *Aen.* X, 145: « Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi ». Ubi Servius: « Iste quidem dicit, a Capy dictam Capuam, sicut Ovidius, qui Capyn de Troianis esse commemorat IV *Fast.* 45 *Ille dedit Capyi repetita vocabula Troiae.* Quod et Lucanus sensit III, 393 *Moenia Dardanii tenuit Campana coloni.* Caeliusque Troianum Capyn condidisse Capuam tradidit, eumque Aeneae fuisse sobrinum: alii hunc Capyn filium Capeti volunt esse, Tyberini avum, ex quo fluvius Tyberis appellatus est, eumque Capuae conditorem produnt: alii Capyn Samnitem condidisse Capuam confirmant. Sed Capuam vult Livius a locis campestribus dictam, in quibus sita est. Sed constat, eam a Tuscis conditam, viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur: unde est Capua nominata. Tuscos autem omnem pene Italiam subiugasse manifestum est. Alii quidem retentam, et prius, Alternum vocatam: Tuscos a Samnitibus exactos Capuam vocasse: ob hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt, quemadmodum falcones aves habent, quos vivos Tusci Capuas vocarunt. Varro dicit propter coeli temperiem et cespitis foecunditatem, campum eundem Capuanum sive Campanum dictum, quasi sinum salutis et fructuum ». Cf. Liv. VII, 38. — Dolo occupata est a Samnitibus, anno U. C. CCCXXXII. Liv. IV, 37: « Creati consules sunt C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, sed memoria digna, traditur eo anno facta: Vulturnum, Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam; Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero





(1) Cf. Sil. Ital. I, 30; et Καπύας, Arcadiae oppidum, ἀπὸ Κάπυος θέμενον τοὔνομα τῷ πολίσματι (Strab. XIII, I, 53.

est) a campestri agro adpellatam. Cepere autem, prius bello fatigatis Etruscis, in societatem urbis agrorumque accepti: deinde festo die graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti. His rebus actis, consules ii, quos diximus, idibus decembribus magistratum occepere ». Memoratur in lapidibus apud Mommsen numm. 2627, 3586, 3595, 3630 sqq., 3642, 3645, 3647-3651, 3683, 6276 (= nostrum n. LVII append.), 6747. Cf. Liv. XXIII 18, XXV 13, 20, 22, XXVI 1, 4; Polyb. III, XC 10, XCI 1 sq., VII, I 4, IX, III sq., XXXIV, XI 1; Sil. Ital. I 663, VIII 544 sq., XI 29 sq., XIII 94 sqq., XVI 606, XVII 280, 301. Fuit praefectura romana (Liv. IX, 20), et eo colonia deducta a consule Caesare, anno U. C. DCXCIII (inscr. apud Mommsen: COL · CAPVAE, n. 3683; COLONIA · CAPVA, n. 3594, COL · CAMPANIA, n. 3819), colonia Iulia Felix augusta appellata (Mommsen *Inscr. neap.* n. 3593). Inscr. apud Mommsen n. 3613: CONSECRAVIT | AC DEDICAVIT | CONCORDIA IVLIA | VALERIA · FELIX | CAPVA | VIRIVM GALLVM · V · C · CORR · CAMPANIAE. — Incolae appellantur Capuenses (Mommsen n. 3605), gr. Καπυησιοὶ (Polyb. VII, I, 1) vel Καπυηνοὶ (Polyb. IX, IV 2 sqq. et IX 8), qui et pro Campani usurpantur (Polyb. III, CXVIII, 3). Capuensis adiect. est ad Capuam pertinens, ut ORDO CAPVENSIS (inscr. apud Mommsen n. 3607). Serv. in Virg. *Aen.* VII, 730: « Capuenses dicit, qui ante Ophici appellati sunt ». Capuanus pro capuensis, gr. Καπυανὸς (Steph. Byz.), osc. capvans (cf. .. ꓘꓥꓛꓥ kapva..), etr. ꟼꓯꓥꓲꓯꓛ capuan, legitur in codd. Cic. *Agr.* I, 7 et Liv. VII 30, IX 26 (Drakenborch ad Liv. vol. II pg. 589 et pg. 941; cf. Serv. in Virg. *Aen.* X, 145 supra cit.). Varro *De l. l.* X, 16 pg. 242: « Quare proinde ac simile conferri non oportet ac dicere, ut sit ab Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere Capuanus; quod in consuetudine vehementer notat, quod declinantes imperite rebus nomina imponunt, a quibus cum accepit consuetudo, turbulenta necesse est dicere ».

.. ꓘꓥꓛꓥ (kapva...), *capuanus*, adiect. ad Capuam pertinens (vide ꓛꓥꓘ kapv = *Capua*), in lapide samnit. n. 2751 (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 21, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 177 et s. 268, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 159; cf. Mazocchi in *Dissert. corton.* III 39 sgg., Lanzi II 608 = 521 sg., 802 = 711, Guarini *Lex. oscolat.* pg. 32 sq.).

CAPVAE, Tuscorum lingua, hi sunt, qui pollices pedem curvos habent, ut Servius docet in Virg. *Aen.* X, 145 (vide CAPVA et CAPYS). Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 10.

ꟼꓯꓥꓲꓯꓛ (capuan), *Capuanus* vel *Capuana*, cognom. etr. = osc. .. ꓘꓥꓛꓥ (capva[ns]), in ossuario perus. n. 1616. *Capueniâ*, fortasse pro ꓶꓯꓲꟼꓯꓱꓱꓲꓯꓛ capevanial, exponit Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 255 ad n. 190.

CAPVLVS, *feretrum*, in quo defunctorum cadavera efferuntur, a *capiendo* (Serv. in Virg. *Aen.* VI, 22). Paul. pg. 61: « Capulum et manubrium gladii vocatur, et id, quo mortui efferuntur, utrumque a capiendo dictum ».

CAPYS, *falco*, subst. m. Tuscorum linguâ, teste Servio in Virg. *Aen.* VII, 145 (vide CAPVA). Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 11, et Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I, 85.

§ 2. Capys, gr. Κάπυς, cognomine Silvius, Atys filius, rex Albae (Virg. *Aen.* VI, 768; Liv. I, 3; Ovid. *Metam.* XIV, 613 sq.; Dionys. Halic. I, 71; Serv. in Virg. loc. cit. « sextus est rex Albanorum »). Diod. Sic. excerpta VII, IIIa 8: « Quo defuncto (*Epito Silvio*) regnum delapsum est ad Capyn, idque ei mansit annis duodetriginta ». Ovid. *Fast.* IV, 45: « Ille dedit Capyi recidiva vocabula Troiae ». — De Capye, qui fuit pater Anchisae, cf. Homer. *Il.* XX 239, Diod. Sic. IV, LXXV 5, Serv. in Virg. *Georg.* III 35, et *Aen.* VIII 130, IX 643. Alius est Capys Aeneae socius, de quo Virg. *Aen.* I 183, II 35, IX 573, X 145.

§ 3. Alius est Capys, dux Samnitium, a quo fertur Capua dicta (Liv. IV, 37, Paul. pg. 43, cet. Vide CAPVA).

CAPVTALIS, *capitalis*, adiect. S. C. *De Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 25: EEIS · REM · CAPVTALEM · FACIENDAM · CENSVERE.

-ꓤꓯꓛ (car-), recentiori orthographiâ CARS-, radix umbrica, gr. καλ-εῖν, rom. *cal-are* (cf. sanscr. crand, *clamare*), in verbis Vꓕꓱꓤꓯꓘ kaṛ-etu et Vꓠꓲꓤꓯꓘ kaṛ-itu = CARSITV h. e. *cal-ato*.

ꓱꓶꓢꓳꓯꓤꓯꓛ (carathsle), vox etrusca originis et significationis ignotae, quae invenitur in marmore perus. n. 1933 lin. 3-4 (?) et lin. 8. Cf. Lanzi II 782 = 690 in ind. s. v. carescara, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 137 sg.

CARACALLA, vestimenti genus. Est etiam cognomen rom. Vide Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CARALIS, promontorium Sardiniae. Ptol. III, 3: Καραλὶς πόλις καὶ ἄκρα.

§ 2. Caralis vel Carales et Carala; Κάραλις (Strab. V, II, 7 cod. opt. Κάλαρις) vel Καραλὶς (Ptol. III, 3), nunc *Cagliari*, oppidum Sardiniae primarium cum portu, ab Aristaeo Actaeonis filio conditum, secundum Solinum IV, 2, vel a Carthaginiensibus. Paus. *Phoc.* XVII, 9: ᾤκισαν δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλιν οἱ Καρχηδόνιοι Κάραλίν τε καὶ Σύλκους. Q. Claud. *De bello gild.* vs. 520 sqq.:

« Urbs Libyam contra Tyrio fundata petenti
Tenditur in longum Caralis, tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare: tutaque ventis
Omnibus ingenti mansuescunt stagna recessi ».

Liv. XXIII, 40: « Manlius, navibus longis ad Carales subductis, navalibusque sociis armatis, ut terra rem ge-

reret, et a praetore exercitu accepto, duo et viginti millia peditum, mille et ducentos equites confecit ». Et XXX, 39: « Ita vexata ac lacerata classis Carales tenuit. ubi dum subductae reficiuntur naves, hiems obpressit ». Cf. Ἄραδιν apud Dion. XLVIII, 30. Inscr. apud Della Marmora *Voyage* etc. II 470 n. 12 (= Henzen n. 5191) « a turres KARALES »; II 473 n. 21 (Henzen n. 5192) A · KARALI[BVS]; II 468 n. 7 (Henzen n. 5542) A · KAR · TVRR. Cf. II 491 n. 60 (Henzen n. 7112), Flor. II, VI 35, Antonini *itiner.* pgg. 80 sqq., 494, 514, et *Tab. Peuting.* segm. III*d* (« Caralis »). Caralitani sunt incolae eiusdem oppidi (Caes. *De bello civ.* I, 30). Plin. III, XIII, 2: « Caralitani civium romanorum ». Caralitanus adiect. est ad Caralem pertinens, ut Caralitanus ager (Liv. XXVII, 6), et Caralitanum promontorium (Plin. III, XIII, 1 et 2), Καραλιτανὸς κόλπος (Ptol. III, 3). Inscr. apud Orell. n. 3459 (cf. Henzen pg. 348): C · ACILLI · MARCIANI | CENT · | PRINC · LEG · | XIIII · GEM · CARALITANO | ALVMNO · B · M | C · AVR · ONESIM | C · C.

I+AqAƆ (carati), *Caratiā* (?), nomen mulieris abl. sg. in vase clusino n. 677. Caratius est gentilitium rom. apud Grut. (881, 7; cf. 36, 1) et Murat. (1483, 10).

CARBANIA, insula maris Mediterranei, iuxta Italiam. Mela II, VII, 19.

CARBIA, oppidum Sardiniae, apud Antonini *itiner.* pg. 83.

ΚΑΡΒΙΝΑ, Messapiae oppidum, cuius incolae Καρβινιᾶτοι, apud Athen. XII, 23 (= pg. 522 ed. Lugduni 1612, ubi Καρβινατῶν). Cf. Niebuhr *Hist. rom.* I, 212.

CARDEA vel Carda, dea praeses cardinibus. August. *De civ. Dei* IV, 8: « Cardeam cardini ». Tertull. *De idol.* cap. 15 (IV, 144 ed. Semler): « Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam litteraturae secularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam a *cardinibus* appellatam, et Forculum a *foribus*, et Limentinum a *limine*, et ipsum Ianum a *ianua* ». Et *De cor. milit.* cap. 13 (IV, 310): « At enim christianus nec ianuas suas laureis infamabat, si norit quantos deos etiam ostiis diabolus affinxerit, Ianum a *ianua*, Limentinum a *limine*, Forculum et Cardam, a *foribus* et *cardinibus* ». Cf. eiusd. auct. op. *contra Gnost.* cap. 10 (II, 292), ubi Cardum pro Cardam. Cyprian. *De idol. vanit.* pg. 9 (ed. Oxon. 1700): « Est et Scansus ab *ascensibus* dictus, et Forculus a *foribus*, et a *liminibus* Limentinus, et Cardea a *cardinibus*, et ab *orbitatibus* Orbona. Hi dii Romani ». Eam Carnam appellat Ovid. *Fast.* VI, 101 (vide CARNA, et cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *cardea*).

CARENSES, Καρήνσιοι, incolae Sardiniae, quorum meminit Ptolem. III, 3.

ƧƎqAƆ (cares), vox etrusca originis et significationis ignotae, quae reperitur in marmore perus. n. 1933 lin. 7. Cf. Lanzi II 782 = 690 ad voc. carescara, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 137 sg. Vide IqƧƎqAƆ (caresri).

CARESCO, *careo*. Not. Tiron. pg. 95: « carescit ». Glossar. apud Labb.: « caresco, στέρομαι ».

IqƧƎqAƆ (caresri), quod legitur in titulo perus. n. 1915 lin. 1, Lanzio II 518 = 442, 782 = 690 et Vermigliolio *Inscr. per.* pg. 123 est nomen virile, *Carerius, Caresius* vel *Carisius*.

V+ƎqAꓘ (karetu), *calato* (citato), imperat. 3 pers. sg., idem quod V+IqAꓘ (karitu) et recentiori orthogr. CARSITV, e rad. umbr. -qAꓘ (kar-) = CARS-, *calare*, gr. καλ-εῖν, in tab. eugub. Ib 33 (Aufr. et Kirch. I 142, II 101, 287). *Caedito* exponit Grotefend *Rud. l. u.* V 25. Cf. Lanzi II 725 = 633.

AIqAƆ (caria), *Caria*, nomen mulieris. In olla etr. n. 151: AIqAƆΘqA⅃ (larth caria) = *Lartia Caria*. Alii legunt carta.

ΚΑΠΙΚΙΝΟΙ, populi samnitici, apud Zonar. *Ann.* VIII, 7. Cf. Niebuhr *Hist. rom.* VI, 304.

CARILLA, diminut. *carae*. Est cognomen mulieris in titulo sepulcrali apud Murat. 1273, 8 (PORTIAE CARILLAE). — Carillius est gentilitium rom. in titulo benevent. apud Mommsen n. 1557 (CARILLIO ONESIMO).

CARINAE, Καρίναι (Dio XLVIII, 38; Dionys. Halic. I 68, III 22, VIII 79), vicus Romae in regione quarta, ubi templum fuit Telluris, aedes Iunonis sororiae, domus Ciceronis, Pompeii cet. Virg. *Aen.* VIII, 360 sq.:

« armenta videbant
Romanoque foro, et lautis mugire Carinis ».

Ubi Servius: « Carinae sunt aedificia facta in *Carinarum* modum, quae erant circa templum Telluris. *Lautas* autem dixit, aut propter elegantiam aedificiorum, aut propter Augustum, qui natus est Curiis veteribus, et nutritus in lautis Carinis. Alii dicunt Carinas montem nominatum, quod ager suburbanus ante portas Cariis erat. Alii *lauta loca* legatorum, quae in ea regione instructa accipere consueverant. Alii, quod ibi Sabini nobiles habitaverint, quorum genus irridere et *carinare* solebat. *Carinare* autem est *obtrectare;* Ennius: *contra carinantes, verba atque obscoena profatus.* Alibi: *Neque me decet hanc carinantibus edere chartis.* Alii quod Romani Sabinis instantibus fugientes, eruptione aquae ferventis et ipsi liberati, et hostes ab insequendo repressi: aut quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus *Lautulus* appellatus est ». Varro *De l. l.* V, 47 sqq. pg. 18 sq.: « Huic (*monti Caelio*) iunctae Carinae et inter eas quem locum Ceroliensem appellatum apparet, quod primae regionis quartum sacrarium scriptum sic est: *Ceroliensis*, *quarticeps circa Minervium qua e Caelio monte iter in Tabernola est. Ceroliensis* a Carinarum iunctu dictus *Carinae*, postea *Cerolia*, quod hinc oritur caput Sacrae Viae

ab Streniae sacello ..... Eidem regioni attributa Subura, quod sub muro terreo Carinarum ..... Pagus Succusanus quod succurrit Carinis ». Liv. XXVI, 10: « In hoc tumultu Fulvius Flaccus, porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media urbe per Carinas Exquilias contendit ». Vell. Paterc. II, 77 (cf. Dion. loc. cit.): « quum in navi Caesaremque et Antonium coena exciperat (*Pompeius*), dixit: in Carinis suis se coenam dare; referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur ». Cic. *De har. resp.* cap. 23: « quum in concionibus diceret, velle se in Carinis aedificare alteram porticum, quae Palatio responderet ». Et *Epist. ad Q. fr.* II, 3 = n. 99: « Tuam in Carinis mundi habitatores Lamiae conduxerunt ». Cf. Horat. *Epist.* I, VII, 48. — Carinas adiect. est ad Carinas pertinens (Varro *De l. l.* VIII, 84 pg. 196), unde Carinas cognomen rom. apud Grut. 298, 1. Cf. Καρίνας Σεκοῦνδος apud Dion. LIX, 20, et Καρίννας (Plutarch. in *Pomp.* VII, 1) = Καῤῥίνας (Appian. *De bello civ.* I 87, 90, 92 sq., IV 83, V 26, 112).

CARINARE, *obtrectare*, *illudere* (vide CARINAE). Paul. pg. 47: « Carinantes probra obiectantes, a carina dicti, quae est infima pars navis; sic illi sortis infimae ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *carino.*

KARIO, diminut. *cari.* Est cognomen rom. in titulo apud Fabr. cap. IX n. 134 pg. 616 (L · AEBVTIVS · L · F · OVF · KARIO).

CARISIMVS, *carissimus*, adiect. superlat., antiquiori orthographia carissumus et karissimus (vide KARVS = *carus*). In titulo chr. (*Revue archéol.* XIII, 155): VENERIVS FILIVS CARISIMVS FECIT. Est etiam cognomen rom. in marmore edito a Const. Gazzera in *Mem. dell'Acad. di Torino* XIV, 35 (DIS MANIBVS Q · LVCRETII CARISIMI etc.).

CARISSA, *vafra*, adiect. apud veteres. Paul. ex Festo pg. 46: « Carissam apud Lucilium *vafram* significat ». Alii legunt *caprissa, catissa, carisa.* Glossar. apud Labb.: « Carisa, μαυλιστὴς, πορνοβοσκός ». Gloss. Isid.: « carissa, lena vetus et litigiosa: ancilla dolosa, fallax ». Et gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 449: « Carisa, vetus lana percalida (*lege: lena percallida*), unde et in mimo fallaces ancillae catacarisia appellabantur ». Cf. Müller in Festo loc. cit.

VYIqAK (karitu), *calato* (citato), imperat. 3 pers. sg. = V+ƎqAK (kaṛetu) et recentiori orthographia CARSITV, e rad. umbr. -qAK (kaṛ-) = CARS-, rom. *cal-are*, gr. καλ-εῖν (Aufr. et Kirch. I 18, 85, 142, II 287, 371; cf. Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I, 278). Tab. eugub. III 21: VYIqAK : qAMV⅃KƧOƎ⅃ (persklumaṛ karitu) = *ad sacrificium calato.* Grotefendio *Rud. l. u.* VII 23, 28, VIII 24 est rom. *caedito.* Cf. Gorium (*Mus. etr.* I, LXI), qui explicat *donum*, χάρισμα.

AↄqAↄ (carca), *Carca*, cognomen mulieris, quod et scribitur A↓qAↄ carcha, in ossuario volaterrano n. 335. Adde n. 326. Lanzius II 348 = 277 ad n. 23: Carcus *in Grutero* pg. 819, n. 8 [PRISCVS · BLIONIS · CARCI] *ebbe nome equivalente in Etruria, di cui ci restano* Carca *e* Carcunia: *forse da* cracu (Gracchus) *per metatesi, inesausto fonte di verissime etimologie.* Vide AИↄqAↄ carcna, VↄqAↄ carcu, AIИVↄqAↄ carcunia, ƧVↄqAↄ carcus.

CARCAR, *carcer*, subst. m. = syracus. ΚΑΡΚΑΡΟΝ, e syllaba redupl. car, comparandum cum sanscr. c'ara (e rad. c'ar), cârâ et cârâgâra, *carcer.* Tab. XXIV col. 2 lin. 10 *fratr. Arval.* apud Marini: SVPRA · CARCARES · ESC[ENDIT]. Doederlein *De voc. aliq.* etc. pg. 5: « Carcer perinde ac κάρκαρον reduplicatione natum est eius radicis, quae agnoscitur in circus, circinus, καρκίνος. Est autem ea κείρω, καρίς, *schere*, quo instrumento circumdantur recidenda, antequam secantur et amputantur. Nihil autem congruentius fingi potest legis grammaticae graecae, quam eiusmodi reduplicatione: καρκαίρω a ΚΑΙΡΩ, unde *carmen*, κρίζω, ἀκρίς, *acredula*, κήρηξ, κράζω, κόραξ, κρώζω, κορώνη; - κάρκαρον a χέρσος, *horrere*, ἀχώρ; - μάρμαρον a μαιρω, *märchen*, μάρτυς, ἀμαρυγή, ἦμαρ; - τάρταρος a τείρω, ἀταρτηρός; - γάργαρα ab ἀγείρειν, *gerere*, *greges* ». Cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 307.

ΚΑΡΚΑΡΟΝ, *carcar* (carcer), subst. n., apud Syracusanos. Photii *Lex.* pg. 99 (ed. Lips. 1808): Κάρκαρον, τὸ δεσμωτήριον. οὕτως Σώφρων.

CARCINES, Italiae inferioris flumen, in Bruttiis, in sinum Scylaceum influens (Plin. III, XV, 2). Cf. CAECINA, ΚΑΙΚΙΝΗΣ et CARCINVS.

CARCINVS, oppidum Italiae inferioris, in Bruttiis (Mela II, IV, 8). Vide CARCINES.


AИↄqAↄ (carcna), *Carcania*, nomen mulieris (?), contractum e AIИVↄqAↄ (carcunia), quod a AↄqAↄ carca vel VↄqAↄ carcu derivatum. In olla etrusca n. 149: AИↄqAↄIqA⅃ (lari carcna) = *Lartia Carconia* (*Lars Carconius?*).

VↄqAↄ (carcu), *Carci* vel *Carcii*, nomen virile genit. sg. pro ƧVↄqAↄ carcus. Operculum ossuarii etr. n. 247:



lege: thana vursne[i] carcu (cf. n. 933) = *Tannia Virsinia Carcii* uxor. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 103: « thana vursne l. carcu = *Tannia Virsenia* vel *Versenia Lartis* filia *Carcii* uxor. — Carcus est cognomen rom. in titulo apud Grut. 819, 8.

AIИVↄqAↄ (carcunia), *Carconia*, nomen mulieris, antiquiori orthographia AИↄqAↄ carcna, e AↄqAↄ carca vel VↄqAↄ carcu derivatum. Tegula etrusca n. 150:



= n. 628 AIИYϽЯAϽ · IƎИIAϽ (cainei carcunia) h. e. *Cainnia Carconia.* — Carconia est nomen mulieris in titulo apud Murat. 801, 3.

ƧVϽЯAϽ (carcus), *Carcii*, nomen virile, minus recte VϽЯAϽ carcu, unde AIИVϽЯAϽ carcunia = *Carconia* (vide AϽЯAϽ carca vel A↓ЯAϽ carcha). Tegula etr. n. 933:



lege: vuisinei carcus = *Volsinia Carcii* uxor (cf. n. 247). Adde inscr. clus. n. 700, et cf. Lanzi II 409 = 338 ad n. 253, et 420 = 349 ad n. 309.

CARMEIANVS ager. Vide COLLATIA.

KARMENTA vel Carmenta seu Carmentis, Καρμέντις, mater Evandri, quae fertur graecas literas numero quindecim in latinas commutasse (cf. CASMENA). Virg. *Aen.* VIII, 333 sqq.:

« Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum
His posuere locis: matrisque egere tremenda
Carmentis Nymphae monita, et deus auctor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant, Nymphae priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicae: cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos, et nobile Pallanteum ».

Ubi Servius: « Sed ideo Carmentis appellata a suis, quod divinatione fata caneret (1); nam antique vates *Carmentes* dicebantur; unde etiam librarios, qui eorum dicta perscriberent, *Carmentarios* nuncupatos. Dionys. Halic. I, 31: Ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας Εὔανδρος, Ἑρμοῦ γενόμενος καὶ νύμφης τινὸς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίας, ἣν οἱ μὲν Ἕλληνες Θέμιν εἶναι λέγουσι, καὶ θεοφόρητον ἀποφαίνουσιν· οἱ δὲ τὰς Ῥωμαϊκὰς συγγράφαντες ἀρχαιολογίας, τῇ πατρῴᾳ γλώσσῃ Καρμένταν ὀνομάζουσιν. εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι φωνῇ Θεσπιῳδὸς τῇ νύμφῃ τοὔνομα· τὰς μὲν γὰρ ᾠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμινα. τὴν δὲ γυναῖκα ταύτην ὁμολογοῦσι δαιμονίῳ πνεύματι κατάσχετον γινομένην, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ πλήθει δι' ᾠδῆς προλέγειν. Alii huius comites Porrimam et Postvortam tradunt: quia vatibus et praeterita et futura sunt nota. Alii etiam Tiburtem dictam ». Hygin. *Fab.* 277: « Has autem graecas (litteras) Mercurius in Aegyptum primus detulisse dicitur, ex Aegypto Cadmus in Graeciam, quas Evandrus profugus ex Arcadia in Italiam transtulit, quas mater eius Carmenta in latinas commutavit numero XV ». Cf. Ovid. *Fast.* I, 499 « doctae monitu Carmentis »; et VI, 526 sq. « Hospita Carmentis fidos intrasse penates Diceris, et longam deposuisse famem ». — Carmentalia dicti sunt dies, in quibus sacra Carmentae fiebant (cf. Plutarch. in *Rom.* XXI, 3, Macrob. *Saturn.* I, 16) mense Ianuario (Kalend. Praen. apud Orell. II, 383, ubi vetustiori orthographia KARM ·). Varro *De l. l.* VI, 12 pg. 77: « Carmentalia nominatur, quod sacra tum et feriae Carmentae ». — Carmentalis est adiect. ad Carmentam pertinens. Cf. Flamen Carmentalis (Cic. *Brut.* cap. 14), et vide CARMENTALIS porta.

§ 2. Est nomen aliis quoque deabus commune sc. Postvertae et Prosae (cf. Serv. ad *Aen.* VIII, 335 supra cit.). Varro apud Aul. Gell. XVI, 16: « Quando igitur contra naturam forte conversi in pedes, brachiis plerumque diductis retinere solent: aegriusque tunc mulieres enituntur. huius periculi deprecandi gratia arae statutae sunt Romae duabus Carmentibus: quarum altera Postverta nominata est, Prosa altera; a recti perversique partus et potestate et nomine ».

CARMENTALIS porta, Καρμεντὶς πύλη (Plutarch. in *Cam.* XXV, 4), vel Καρμεντίδες et Καρμεντίναι πύλαι (Dionys. Halic. I 32, X 14), Romae fuit ad ima Capitolini montis, ita dicta a fano Carmentis. Postea dicta est Scelerata. Virg. *Aen.* VIII, 338: « Et Carmentalem Romano nomine portam ». Fest. *Qu.* XV, 7 pg. 334 (cf. *Qu.* XIII, 21 pg. 285): « Scele[rata porta eadem app]ellatur a quibusdam, [quae et Carmentalis]

(1) Idem Serv. ad *Aen.* VIII, 51: « Carmentis dicta est, quia *carminibus* vaticinabatur ». Cf. Ovid. *Fast.* I 467 (« Ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum »), Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 56, et Pott *Etym. forsch.* II 545.

dicitur, quod ei proximum Car[mentae sacellum fuit. scele]rata autem, quod per eam [sex et trecenti Favi c]um clientium millibus [quinque egressi adversus E]truscos, ad amnem [Cremeram omnes sunt inter]fecti. qua ex cau[sa factum est, ut ea porta int]rare, egredive [mali ominis habeatur] ». Solin. I, 13: « Pars infima Capitolini montis habitaculum Carmenti fuit, ubi Carmentis nunc fanum est, a qua Carmentali portae nomen datum est ». Ovid. *Fast.* II, 20: « Carmentis portae dextro in proxima Iano est ». Dionys. I, 32: Καὶ γὰρ Εὐάνδρῳ θυσίας ἔμαθον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιτελουμένας ὅσα ἔτη δημοσίᾳ, καὶ Καρμέντῃ, καθάπερ τοῖς λοιποῖς ἥρωσι καὶ δαίμοσι· καὶ βωμοὺς ἐθεασάμην ἱδρυμένους, Καρμέντῃ μὲν, ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Καπιτωλίῳ παρὰ ταῖς Καρμεντίσι πύλαις. Cf. Liv. II, 49.


CARNA vel Carnea (?), nympha luci Helerni, Grane antiquitus dicta. Ovid. *Fast.* VI, 101 sqq.:

« Prima dies tibi, Carna, datur; dea Cardinis haec est:
Numine clausa aperit, claudit aperta suo.
Unde datas habeat vires, obscurior aevo
Fama; sed e nostro carmine certus eris.
Adiacet antiqui Tiberino lucus Helerni;
Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.
Inde sata est Nymphe, Granen dixere priores,
Nequidquam multis saepe petita procis ».

Macr. *Saturn.* I, 12: « Hoc mense, id est calendis Iuniis [in kalend. Maff. apud Orell. II, 393 CAR] pulso Tarquinio sacrum Carnae deae in Caelo monte voti reus fecerit. Hanc deam vitalibus humanis praeesse credunt. ab ea denique petitur ut iecinora et corda, quaeque sunt intrinsecus viscera, salva conservet. et quia cordis beneficio cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publici status exstitit, hanc deam quae vitalibus praeest templo sacravit. cui pulte fabacia et larido sacrificatur; quod his maxime rebus vires corporis roborentur ». Cf. etr. AИᑫAƆ carna = *Carnia*, et Sec. Campan. in *Giorn. arcad.* LXXXI, 106 nt. 6.

AИᑫAƆ (carna), *Carnius*, gentilitium etr., cuius genit. sg. MAИᑫAƆ carnaś, unde AƧAИᑫAƆ carnasa (vide IƎИᑫAƆ carnei = *Carnia*, unde ᒧAИᑫAƆ carnal). In ossuariis etr. n. 628 bis et n. 888: AИᑫAƆ · OA (ath carna) = *Attius Carnius.* Lanzius II 428 = 357 ad n. 339 est nomen mulieris, *Carinia.* Cf. Sec. Campan. in *Giorn. arcad.* LXXXI, 106, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 212 ad n. 98, et inscr. clusin. apud Lanzi loc. cit. Q · TREBONIVS · C · F · CARINIA · N. — Gentilitium Carnius invenitur in lapid. rom. apud Grut. 385, 3 = Furlan. *Lap. pat.* n. 292 pg. 270 (T · CARNIVS · Q · F · ROM · DECVRIO), et apud Maff. *Mus. ver.* 275, 7. Inscr. apud Mommsen n. 4701: M · POPILLI · C · F | CICERONIS · VIVVS | SIBI · ET · SVIS · FECIT · ET | CARNIAI · T · F | QVARTAI.

ᒧAИᑫAƆ (carnal), *Carniâ*, nomen mulieris abl. sg. e IƎИᑫAƆ carnei = *Carnia.* Tegula etrusca n. 243:



lege: vl. visce aules carnal = *Aulus Vescius Auli* filius *Carniâ* natus. Ossuarium perusinum n. 1117: ᒧAИᑫAƆ · MIƧƆA · OИᑫA (arnth acsiś carnal) = *Aruns Axius Carniâ* natus; cui respondit inscr. n. 1126: ИAᒧƆ | ᒧAИᑫAƆ : ᒧAOᑫAᒧ | MIƧƆA : OИᑫA (arnth acsiś larthal carnal clan) = *Aruns Axius Lartiâ Carniâ* nata. *Cariniâ* exponit Lanzius II 428 = 357 ad n. 342. Cf. Fabr. in Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 93.

MAИᑫAƆ (carnaś), *Carnii*, nomen virile genit. sg., e AИᑫAƆ carna = *Carnius.* Operculum ossuarii perus. n. 1553: MAИᑫAƆ · AИA · AИAO (thana ana carnaś) = *Tannia Ania Carnii* uxor (« *Thanna Annia Carniae* vel *Cariniae* filia », Vermigl. *Inscr. per.* pg. 212 ad n. 98). Cf. Sec. Campan. in *Giorn. arcad.* LXXXI, 106.

AƧAИᑫAƆ (carnasa), *Carnii uxor*, cognomen mulieris, a coniugio derivatum (vide MAИᑫAƆ carnaś e AИᑫAƆ carna = *Carnius*). Inscript. clusina n. 701: AƧAИᑫAƆ : IƎИ+AM : IOᑫAᒧ (larthi śatnei carnasa) = *Lartia Satinia Carnii* uxor. Cf. Sec. Campan. in *Giorn. arcad.* LXXXI, 106.

ƎИᑫAK (karne), *carne*, subst. f. abl. sg. 3 decl., cuius abl. pl. ƧVИᑫAK karnus = *carnibus*, Umbrorum linguâ, in tab. eugub. IIa 1, 3, 30, comparandum cum sanscr. cravja h. e. *caro* (Maffei *Osserv. lett.* VI, 71; Lanzi II 737 sgg. = 645 sgg.; Grotefend *Rud. l. u.* VIII, 36; Aufr. et Kirch. I 127, II 380; Pott *Etym. forsch.* I 85, II 447).

CARNEA. Vide CARNA.

IƎИᑫAƆ (carnei), *Carnia*, familia etr., cuius abl. sg. ᒧAИᑫAƆ carnal (vide AИᑫAƆ carna = *Carnius*). In ossuario clusino n. 628 ter: IƎИᑫAƆ · AI+ƧAΘ (hastia carnei) = *Fausta Carnia.*

CARNEIS, —*is*, subst. genit. sg. 3 decl. apud Samnites (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 65 sq., Schweizer et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 219, IX 144; cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 10). Tab. Bant. n. 2897 lin. 3 et 7: MAIMAS CARNEIS = *maximae partis* (Aufr. et Kirch. II 133 anm. 1 et s. 333, Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 87, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 64; cf. Bugge in *Zeitschr.* cit. II 386). *Cardinis* exponit Mommsen *Die unterit. dial.* s. 268 (cf. Lange op. cit. s. 36 sq., Schweizer in *Zeitschr.* cit. III, 211,

Huschke op. cit. s. 70, Klenze *Philol. abhandl.* s. 52), *carnes* Guarinius (*Comm.* V, 119, 122, *Tab. oppid. Lex.* pg. 137, *In comm. V exc.* pg. 21, *Lexic. osco-lat.* pg. 52), *pascua* Franchinius in *Giorn. arcad.* LXXXIII, 311. Cf. Peter *Sprache und schrift* etc. s. 48.

KADNIXV (karnitu), *—um* (σαρκοφάγον, sepulcrum, ossuarium), subst. n. acc. sg. apud Umbros, e karn (vide ƎИΩAƆI karn-e), rom. *carn-* (Aufr. et Kirch. II 396, Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 s. 355 et *Die iguv. taf.* s. 510). In marm. n. 86 ad Tuder effosso (*A* lin. 7): [KAD]NIXV : ꓘOKAN = *ossuarium* vel *sepulcrum locavit* (Aufr. et Kirch. II 396, Huschke op. cit. s. 352). Occurrit etiam in eiusdem lapide *B* lin. 8.

CARNVFEX, *carnifex*, subst. m., apud veteres (Plaut. *Amph.* I, I 220, *Asin.* II, IV 76, III, III 107, V, II 42, *Pers.* IV, III 77, IV, IX 10). Prisc. pg. 25 = 352 sq. P.: « *I* transit in *u*, carnis carnufex antiqui pro *carnifex*, ut lubens pro *libens* et pessumus pro *pessimus* ».

ꙅVИΩAꓘ (karnus), *carnibus*, subst. f. abl. pl. 3 decl., abl. sg. ƎИΩAꓘ karne, apud Umbros in tab. eugub. IV 7 (Grotefend *Rud. l. u.* IV, 28; Aufr. et Kirch. I 18, 54, 106, 128, II 374; Huschke *Die iguv. taf.* s. 626; cf. Passeri *Paralip.* pg. 326).

AꙅƎ+AИ1ꟼAƆ (carpnatesa), *Carpinatii uxor*, cognomen mulieris e coniugio derivatum (cf. I+И1ꟼAƆ carpnti pro carpnati = *Carpinatia*). Tegula clusina n. 547: AꙅƎ+|AИ1ꟼAƆ | : IVↆA : ꟼAᒧ (lar achui carpnatesa) = *Lartia Aconia Carpinatii uxor*.

ᒧAI+AИ1ꟼAƆ (carpnatial), *Carpinatiā*, abl. sg. e I+И1ꟼAƆ carpnti pro carpnati, nomen mulieris. Ossuarium clusinum n. 612:

ᒧAI+AИ1ꟼAƆ ·V+AᒧƎO ΘA

lege: ath thelazu carpnatial = *Attius Helasius* (?) *Carpinatiā* nata. Alia inscriptio clusina num. 779: ᒧAIИAИ1ꟼAƆVИƎƎ : IᒧIƎ : ꟼᒧ (lr vipi venu carpnatial) = *Lars Vibius Vinius* (?) *Carpinatiā* natus.

I+И1ꟼAƆ (carpnti), *Carpinatia*, nomen mulieris, pro carpnati (abl. sg. ᒧAI+AИ1ꟼAƆ carpnatial = *Carpinatiā*, AꙅƎ+AИ1ꟼAƆ carpnatesa = *Carpinatii* uxor), quod e carpnei = *Carpennia* (Murat. 1247, 10) vel *Carpinia* (Fabr. cap. IX, n. 107 pg. 613). In marmore clusino n. 629: I+И1ꟼAƆ AИAO (thana carpnti) = *Tannia Carpinatia*. Carpinatius est gentilitium rom. apud Murat. 1319, 2 (L. Carpinatius Mercurius, et Carpinatia Edona), et Carpenus apud eundem 1526, 7 (*Raccolta di Opusc. del Calog.* VIII, 296). Cf. Carpinius apud Fabr. cap. IX n. 107 pg. 613, et Carpennia Epicuris apud Murat. 1247, 10.

CARREA, cognomine Potentia, oppidum Liguriae, nunc *Carrara* (ab indigenis dicitur *Carru*). Plin. III, VII, 3: « Carrea, quod Potentia cognominatur ». Cf. Cluv. *Ital. ant.* pg. 86.

CARRISSIMVS, *carissimus*, adiect. superlat. Inscr. apud Fabr. cap. IX n. 96 pg. 611: D · M | CALTIA · TYCHE | L · OPPIO · ALEXANDRO | CONIVGI | BENEMERENTI | CVM · QVO · VIXIT | ANNOS · XXXI | CARRISSIMO · FECIT.

CARS-, rom. *cal-are*, radix umbrica (CARSITV = *calato*). Vide -ꟼAꓘ (kaṛ-).

CARSEOLI, Καρσέολοι (Strab. V, III, 11) vel Καρσίολοι (Ptol. III 1 codd. nonnulli Καλσίολοι, Καλσιολῆ, Βαλσίολοι), oppidum Latii et Romanorum colonia (Liv. XXVII 9, XXIX 15), in Aequis prope flumen Anienem, qui locus nunc dicitur *Piano di Carsoli* (cf. Fabr. *De aquaed.* diss. 2 pg. 89, et Bunsen in *Ann. dell'Inst. arch.* an. 1834 pgg. 105, 126 sq.). Liv. X, 3: « simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat [U. C. an. CDL], quatuor millibus hominum scriptis ». Et X, 13: « Eodem anno [U. C. an. CDLIV] Carseolos colonia in agrum Aequicolorum deducta ». Cf. Frontin. *De col.* pgg. 239, 254 ed. Lachm. (« ager Carsolis » et « Cassiolis ager »), Liv. XLV 42, Flor. III 18, Iul. Obseq. *De prodigiis* cap. 112, Antonini *Itiner.* pg. 309, Tab. Peuting. segm. V *b* (Carsulis), Paul. Diac. *De gest. Langobard.* II 20 (Carsiolis vel Carsilis vel Carsulos). Ovid. *Fast.* IV, 683 sq.:

« Frigida Carseolis, nec olivis apta ferendis,
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager ».

— Incolae dicuntur Carseolani (Plin. III, XVII, 1) vel Carsiolani. Inscr. apud Mommsen n. 5687: S · P · Q · C. In alia apud eund. n. 5695: COLLEGIVM · DENDROPHORVM · CARSIOLANORVM. — Carseolanus adiect. est ad Carseolos pertinens. Ovid. *Fast.* IV, 709 sq.: « nam vivere captam Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat ». Cf. Carseolanus ager (Colum. III, IX, 2; Plin. XVII, XXXV, 49).

CARSITV, *calato* (citato), imperat. 3 pers. sg., antiquiori orthographiā VXIꟼAꓘ (karitu) et V+ƎꟼAƆI (karetu), e rad. umbr. CARS- = -ꟼAꓘ kaṛ-, rom. *calare*, gr. καλ-εῖν (Aufr. et Kirch. I 142, II 36, 104 sq., 287; Huschke *Die iguv. taf.* s. 90). Tab. eugub. VI a 17: ARSFERTVRO · NOMNE · CARSITV = *Adfertorem nomine calato*. Adde tab. eugub. VII a 43. — *Caedito* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VI 6, 28, VII 23.

CARSOME, *ad —um*, subst. m. locat. sg. pro carsomem, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 118, II 78; cf. Lassen *Beiträge* etc. s. 39, et Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 9). Tab. eugub. VI a 13 sq.: CARSOME | VESTISIER = *ad —um Vestisii*; et tab. VI a 14: CARSOME HOIER = *ad —um Hoii*. Alii exponunt *in caede* (Grotefend *Rud. l. u.* V 11, VI 6 sq., 13), aliique *in cadum* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 121), vel *in casam* a gr. χαω (Huschke *Die iguv. taf.* s. 74).

ƧIИIƎƧqAƆ (carsvinis), forlasse legendum carsvinisa = *Carvinii uxor*, vidit Lanzius II 417 = 346 n. 295 in tegula etr. n. 928.

CARSVLAE, Κάρσουλοι (Strab. V, II, 11) vel Κυρσοῦλα (Dionys. Halic. I, 14) (1), Umbriae oppidum, decem millibus a Narnia distans, inter castros *S. Gemini* et *Acquasparta* nuncupatos. Dionys. loc. cit.: Ἀπὸ δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα Ῥεάτου, τοῖς εἰσιοῦσι διὰ τῆς Ἰουρίας ὁδοῦ παρὰ Κόρητον ὄρος Κορσοῦλα νεωστὶ διεφθαρμένη. Cf. Diod. Sic. XX, XXXV, 5 (ubi Καστόλαν), Tacit. *Hist.* III, 60, et Cluv. *Ital. ant.* pg. 638. Incolae dicti sunt Carsulani (Plin. III, XIX, 2; cf. inscr. apud Doni cl. II n. 3 pg. 59). — Carsulanus ager memoratur a Plin. *Epist.* I, 4. Cf. territorius Carsulanus in *Reg. Farf.* apud Galletti *Gabio* etc. pg. 65 nt. 4.

?AYDAƆ (carta). Vide AIDAƆ (caria).

CARTACINIENSIS, *Carthaginiensis*, adiect. ad Carthaginem pertinens, in columnae rostr. inscr. n. 2715 lin. 9.

V+DAƆ (kartu), *—to*, imperat. 3 pers. sg., e rad. -DAƆ kar-, apud Umbros, in tab. eugub. IIa 23 (Aufr. et Kirch. I 142, II 384). — Grotefendio *Rud. l. u.* VII 23, VIII 24 est *caedito* (vide VYIqAƆ karitu = CARSITV), aliisque *praecidito* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 370). Καὶ ἄρτῳ (*et parce*) exposuit Lanzius I 278 = 215, 399 = 313, II 745 = 653, 815 = 724.

VDAƆ (karu), *coram*, fortasse praep. (Aufr. et Kirch. I 19, 158, II 332, 409), apud Umbros, vel potius subst. nominat. sg. = *pars* (Aufr. et Kirch. II 332 sq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 346, 466), comparandum cum osc. CARNEIS = *partis*. Occurrit in tab. eugub. Va 24, 27, Vb 4 (vide VDYAD8 fratru). Grotefendio *Rud. l. u.* VII, 9 est adiect. *carum*, gr. κήδειον. Cf. Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III, 211.

VqAƆ (caru), fortasse *coram* comparandum cum = umbr. VDAƆ karu, praep. etr. (cf. Lepsius *Ueber d. Tyrrh. Pelasg. in Etr.* s. 35). Occurrit in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 3. Alii aliter legunt. Vide ИA‡Ǝ+VqAƆ carutezan.

CARVENTVM vel Carventus (Καρουέντος, Steph. Byz. ex Dionys. Halic.), excisum Latii oppidum. Steph. Byz.: Καρουέντος, πόλις Λατίνων. Διονύσιος β' Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ἔν τισι δὲ γράφεται Καρύεντος, καὶ τὸν ἐθνικὸν Καρυεντανος. Carventanam arcem meminit Liv. IV 53 et 55. Carventanus est cognomen rom. Cf. Borghesi *Nuovi framm. de' fasti cons.* I, 16 sgg.

CARVCIVS, gentilitium etruscum. Macrob. *Saturn.* I, 10: « Hanc (*Accam Larentiam*) regnante Romulo Carucio cuidam Tusco diviti denuptam, auctamque hereditate viri, quam post Romulo quem educasset reliquit: et ab eo parentalia diemque festum pietatis statutum ».

(1) Phleg. Trall. *De longaev.* § 3 (fragm. n. 29): Ἰουλία Μοδεστίνα, πόλεως Κορσιόλων, Πριμοπιλαρίου ἀπελευθέρα, καθ' ἡμᾶς ἔτι οὖσα, πόλεως Βριξέλλων, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι.

KARVS, *carus*, adiect. antiquo scribendi more, vetustiori orthogr. krus, fortasse pro *cam-rus* (cf. sanscr. camra, *libidinosus*, e rad. cam, *am-are*). Saepe occurrit in lapidibus rom., ex. c. KARI · ALVMNI (Grut. 659, 2 = Mommsen 6994), CONIVGI · KARO (Grut. 333, 9), ANNONA · KARA (Grut. 434, 1), KARAE COGNATIONIS (Orell. n. 2417). Hinc superlat. KARISSIMVS et KARISSVMA; ex. c. PATRI · KARISSIMO (Mommsen n. 808, 3251), CONIVGI KARISSIMO (Mommsen n. 2809, 2922, 3649, 6420, 6837), MARITO KARISSIMO (Orell. n. 4415, Momms. 2456), FRATRI · KARISSIMO (Momms. n. 422, 2576), FILIO · KARISSIMO (Momms. n. 813, 1170, 3275, 3293, 3942, 4969, 6036), KARISSIMI · FILI (Momms. n. 2519), FILIS · KARISSIMIS (Momms. n. 3385), LIBERTO KARISSIMO (Momms. n. 6611), MATRI KARISSIMAE (Momms. n. 3401, 5083, 6559), CONIVGI KARISSIMAE (Momms. n. 994, 1680, 2158, 2837, 3426, 4273, 4912, 6929, 6970, 6975, 7130), VXORI KARISSIMAE (Momms. n. 1317), VXORI · ET · FILIAE KARISSIMIS (Momms. n. 513), FILIAE KARISSIMAE (Momms. n. 5111, 5398), BASSEAE STVDIOSAE KARISSIMAE (Momms. n. 1562).

ИA‡Ǝ+VqAƆ (carutezan), quod legitur in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 3, cum gr. χαρυξα, χαρυξαισα, χαρυξασα, e χαρύσσω pro κηρύσσω, comparant Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 89, Migliarinius *Zibaldone* etc. mss. pg. 18, et explicant *proclamavit*, *publicavit*. Sec. Campanarius *Tav. perus.* pgg. 11, 24 exponit *indiderunt*; et Vinc. Campanarius (in *Giorn. arcad.* XXX, 300) χαριτεσαν = *gratos reddidere*, e χαριτόω. Forsan legendum caru tezan.

?A↓qAƆ (carcha), *Carcia*, nomen mulieris (cf. AƆqAƆ carca) in ossuario clusino n. 501 bis *f* (cf. Lanzi II 370 = 299 ad n. 111).

-ƧAƆ (CAS-), rad. umbrica, in voc. Ǝ+A↓ƎƧAƆ (kaselate), CASILATE, CASILER, CASILOS. Cf. §§ sqq.

CAS-, radix sabina, = CASN-, comparanda cum rad. sanscr. can (splendere), in voc. CASCVS = *vetus*, CASINVM, CASILINVM.

-ƧAƆ (cas-), rad. etr. in vocc. ИƧAƆ (casn), IИƧAƆ (casni) = AIИƧAƆ (casnia) h. e. *Casinia*, ↓AIИƧAƆ (casnial), ‡IИƧAƆ (casniz), MIИƧAƆ (casniś). Vide §§ praeced.

ƧAƆ (cas), compendiatim pro DV+ƧAƆ castur, Κάστωρ (Castor), invenitur in volaterr. speculo n. 304.

KASA, *casa*, subst. f., in lapide apud Orell. n. 4360 (vide FVLGERITA).

ΚΑΣΑΛΟΣ κόλπος, Casalus sinus Corsicae in parte occidentali, apud Ptol. III, 2.

Ǝ+A↓ƎƧAƆ (kaselate), *Casilatibus*, adiect. dat. pl. 3 decl., recentiori orthographia CASILATE = *Casilati*, e casilo et suff. at, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 40, 105, 123, 163, II 338, 353 sq.). Tab. eugub. IIb 6:

𐌊𐌀𐌔𐌄𐌋𐌀𐌕𐌄 : 𐌄𐌕𐌓𐌄 𐌊𐌀𐌔𐌄𐌋𐌀𐌕𐌄 : 𐌕𐌄𐌓𐌕𐌉𐌄 𐌊𐌀𐌔𐌄𐌋𐌀𐌕𐌄 (kaselate etre kaselate tertie kaselate) = *Casilatibus, alteris Casilatibus, tertiis Casilatibus.* Aliis est abl. sg. (Grotefend *Rud. l. u.* VII 13), vel nominat. sg. (Lanzi II 729 = 637). Carselatibus exponit Huschkius *Die iguv. taf.* s. 313, 318, 478. Cf. CASILINVM.

CASENTIVM. Vide CASVENTVM.

CASILATE, *Casilati*, adiect. dat. sg. 3 decl. (antiquiori orthographia 𐌊𐌀𐌔𐌄𐌋𐌀𐌕𐌄 kaselate = *Casilatibus*), ad Casilum pertinens (vide CASILOS), quod fortasse fuit vicus in agro Iguvino (Grotefend *Rud. l. u.* III 11, VII 11 sq., VIII 16; Aufr. et Kirch. I 122, II 361 sq.). Tab. eugub. Vb 16: CASILATE · DIRSANS · HERTI · FRATER · ATIERSIVR etc. = *Casilati dent fratres Altidii* etc. Cf. CASILINVM, et Maffei *Osserv. lett.* VI, 61, 72.

CASILER, *Casilii*, adiect. m. genit. sg. 2 decl. ad umbr. Casilum pertinens (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 32, Aufr. et Kirch. I 106, 118, II 356). Tab. eugub. Vb 14: AGRE · CASILER · PIQVIER etc. = *agrii Casilii, Picii* etc. (cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 11).

CASILINVM vel Casilinus, idem ac *Vulturnus*, fluvius Campaniae, a quo Casilinum oppidum appellatum. Vibius Seq. *De flum.* pg. 8 ed. Oberlini: « Casilinum Campaniae, ex quo oppidum. Inscr. apud Mommsen n. 3571 (vide § sq.): AD FLVMEN CASILINO (cf. Avell. *Opusc.* III, 293 sgg.). Scriptores Byzantini utuntur formâ Κασουλῖνος. Agathia *Hist.* II, 4: *Καὶ τοίνυν ἀφικόμενος ἐς Καμπανίαν, στρατοπεδεύεται οὐ πόῤῥω Καπύης τῆς πόλεως, ἀμφὶ τὰς ὄχθας τοῦ Κασουλίνου ποταμοῦ, ὃς δὴ ῥέων ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Ἀπινναίου, καὶ ἀνὰ τὰ ἐκείνῃ πεδιά περιελιττόμενος, ἐς τὴν Τυρσηνικὴν φέρεται θάλατταν.* Const. Porphyr. *De themat.* lib. 2 pg. 28 (= pg. 60 sq. ed. Bonnae 1840): *ὧν ἦρχε Βουτελῖνος ὁ τῶν Φράγγων στρατηγός, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Νάρσης παρὰ τὸν ποταμὸν Κασουλῖνον καὶ τελείως ἠφάνισε, καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει·*

ῥεῖθρα Κασουλίνου ποταμοῦ βεβαρημένα νεκροῖς
δέξατο Τυρσηνῆς ἠϊόνος κροκάλη,
ἡνίκα Φραγκικὰ φῦλα κατέκτανεν Αὐσονὶς αἰχμή,
ὁππόσα δειλαίῳ πείθετο Βουτιλίνῳ.
ὄλβιον ἂν τόδε χεῦμα, καὶ ἔσσεται ἀντὶ τροπαίου
αἵματι βαρβαρικῷ δηρὸν ἐρευθόμενον.

§ 2. Κασιλῖνον (Strab. VI, III 7; alibi Κάσινον, Κασίαιμον et Κασίλιμνον), oppidum Campaniae ad Vulturnum amnem (*Tab. Peuting.* segm. V*f*), duo millia et CCCLXXV passus a Capua distans, ubi nunc *Capua nova*. Strabo V, III, 9: *μέση δ' αὐτῶν ἡ Λατίνη* (via) *ἡ συμπίπτουσα τῇ Ἀππίᾳ κατὰ Κασιλῖνον* (codd. Κάσινον) *πόλιν διέχουσαν Καπύης ἐννεακαίδεκα σταδίους.* Liv. XXII, 15: « Quae urbs (*Casilinum*), Vulturno flumine diremto, Falernum ac Campanum agrum dividit ». Plin. III, IX, 17: « Sunt et morientis Casilini reliquiae ». — De Casilini obsidione nobili multa habes apud Livium XXIII, 17, 19 sq. aliosque romanae historiae scriptores. Strab. V, IV, 10: *Ἐπὶ δὲ Ῥώμης Κασίλινον* (codd. Κασίαιμον et Κασίλιμνον) *ἵδρυται ἐπὶ τῷ Οὐουλτούρνῳ ποταμῷ, ἐν ᾗ πολιορκούμενοι Πραινεστίνων ἄνδρες τετταράκοντα καὶ πεντακόσιοι πρὸς ἀκμάζοντα Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀντεσχον, ὥσθ' ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος † μεδίμνου, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος. ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον (τε) τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην ἐθαύμαζεν, ὡς ἔοικεν, ὁ Ἀννίβας τῆς μακροθυμίας, εἰ ἐλπίζοιεν τέως ἀνθέξειν, ἕως τελεσφορήσειεν ἡ γογγύλη· καὶ δὴ περιγενέσθαι πάντας φασὶ πλὴν ἀνδρῶν ὀλίγων τῶν ἢ λιμῷ διαλυθέντων ἢ ἐν ταῖς μάχαις.* Plin. VIII, LXXXII, 3: « Venisse murem CC denariis, Casilinum obsidente Hannibale: eumque qui vendiderat, fame interiisse, emptorem vixisse, Annales tradunt ». Eadem narrat Frontinus *Stratag.* IV, 5. Plutarch. in *Fab. Max.* VI, 1 sq.: *Μετὰ ταῦτα γίνεται διαμαρτία τοῦ Ἀννίβου. Βουλόμενος γὰρ ἀποστάσαι τοῦ Φαβίου πορῤωτέρω τὸ στράτευμα καὶ πεδίων ἐπιλαβέσθαι προνομὰς ἐχόντων ἐκέλευσε τοὺς ὁδηγοὺς μετὰ δεῖπνον εὐθὺς ἡγεῖσθαι τὸ Κασινάτον. Οἱ δὲ τῆς φωνῆς διὰ βαρβαρισμὸν οὐκ ἐξακούσαντες ἀκριβῶς ἐμβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν φέροντες εἰς τα καταλήγοντα τῆς Καμπανίας εἰς πόλιν Κασιλίνον, ἣν τέμνει ῥέων διὰ μέσης ὁ Λοθρόνος ποταμὸς, ὃν Οὐουλτοῦρνον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν* (cf. Liv. XXII, 13, cit. ad v. CASINVM). Urbs capta est a Romanis anno U. C. DXXXVIII (Liv. XXIV, 19 sq., XXV, 20, 22), et illuc coloniam deduxit Iulius Caesar, et paullo post M. Antonius (Cic. *Philipp.* II, 40, *Epist. ad Att.* XVI, 8 = n. 767; Appian. *De bello civ.* III, 40). Inscr. apud Mommsen n. 3571 (Henzen n. 6112): ADMINISTRANTE ROMANO IVN · SACERDOTE | FERIALE · DOMNORVM SIC | III · NONAS · IAN · VOTA | III · IDVS · FEBR · GENIALIA | KAL · MAIS · LVSTRATIO AD FLVMEN CASILINO etc. — Incolae dicti sunt Casilinates vel Casilinenses, gr. Κασιλιννοὶ (*Excerpta Dionys. Halic.* in *fragm. Hist. gr.* II, XXXIX ed. Paris. 1848). Valer. Max. VII, VI 2: « Eadem Casilinates obsidione Hannibalis clausos alimentorumque facultate defectos, lora necessariis vinculorum usibus subducta, eque scutis detractus pelles, ferventi resolutas aqua, mandere voluisti ». Cic. *Inv.* II, 57: « Nam aliter dicere solemus, *Necesse est Casilinenses se dedere Hannibali;* aliter autem, *Necesse est Casilinum venire in Hannibalis potestatem* ». — Casilinus adiect. est ad Casilinum pertinens. Cf. Casilina limina (Sil. Ital. XII, 426) h. e. *Casilini portae.*

CASILOS, *Casilas*, adiect. m. nominat. sg. 3 decl., ad Casilum pertinens (vide CASILATI dativ. sg., et 𐌊𐌀𐌔𐌄𐌋𐌀𐌕𐌄 kaselate dativ. plur.), quod fortasse fuit vicus Umbrorum in comitatu iguvino, unde AGRE · CASILER = *agri Casilii* (Grotefend *Rud. l. u.* III 7 sq., VII 10, Aufr. et Kirch. I 108, 122, 124, 165, II 353 sq.).

Tab. eugub. Vb 13: CASILOS · DIRSA · HERTI · FRATRVS | ATIERSIR etc. = *Casilas det — fratribus Attidiis* etc. Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 61. — Casilia est nomen mulieris apud Murat. 33, 5.

KASIꓘOS (kasilos), in aureo nummo n. 4.

CASINVM, Κάσινον (Strab. V, III, 9), nunc *S. Germano*, oppidum Latii in Volscis (Plin. III, IX, 11, cf. VII, III, 3; Antonin. *Itiner.* pg. 303; *Tab. Peuting.* segm. V*f*) ad radices montis, qui olim castrum Casinum, fortasse pro Cascinum e cacsus h. e. *vetus* (Varro *De l. l.* VII, 130 pg. 131), nunc *Monte Cassino* appellatur (cf. Cluver *Ital. ant.* pg. 1041 sq.). Strab. loc. cit.: Κάσινον, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος, ὑστάτη τῶν Λατίνων. Liv. XXII, 13: « Sed Punicum abhorrens os ab Latinorum nomine prolatione, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit. » Et XXVI, 9: « Sub Casinum biduo stativa habita et passim populationes factae ». Sil. Ital. IV, 227: « Nebulosi rura Casini ». Varro *De r. r.* III, IV, 2: « Duo sunt ..... ornithonis genera. unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub Casino, quod amatores invenit multos ». Cf. Colum. VIII, VI 3, Varr. op. cit. III, v, 8 et 9. Fuit Romanorum colonia (Frontin. *De col.* pg. 232, ed. Lachm.; Liv. IX, 28 cit. ad v. INTERAMNA § 2). Inscr. apud Mommsen n. 4244: Q · OVIO · L · F · TER · VRSO | II · VIR · I · D · CASINI. Alia apud eundem n. 4250: M · RVBRIO | PROCVLO | AVG · CASINI | CVR · ANN · CAS[I]N | M · RVBRIVS · PROCV|LEIANVS · PATRI · PIIS|SIMO · ET · SERGIA | QVARTILLA | VXOR. Adde inscr. apud eundem n. 4247 et n. 6747, et aliam apud Orell. n. 3885. Scribitur et Cassinum, apud Iul. Obseq. *De prodig.* cap. 71. — Incolae dicti sunt Casinates in lapidibus rom. (Mommsen n. 4242, 4245, 4618, 7236 sq.). Inscr. apud Orell. n. 781 (Mommsen n. 4236): VMMIDIA · C · F | QVADRATILLA | AMPHTHEATRVM · ET | TEMPLVM · CASINATI-BVS | SVA · PECVNIA · FECIT. — Casinas vel Cassinas (?) adiect. est ad Casinum pertinens, ut Casinas ager (Cato *De r. r.* cap. 136; Plin. II, CVI, 7; Varro *De r. r.* II, III 2; Cic. *Agr.* II 27, III 4; Liv. XXII 13, XXVI 9), et fundus Cassinas (Cic. *Philip.* II, 40). Cf. Casinae Nimphae apud Sil. Ital. XII 527 (« Nymphis habitata Casinis »), a Casino oppido ad Lirim fluvium. Cf. fam. etr. ΑΙΝƧΑƆ casnia = *Casinia*, et cognomen Cassinas apud Grut. 770, 2.

ƧOIƧΛK et KΛƧIOS (kasios), in nummis argenteis n. 65 ad Italiam super. pertinentibus.

CASCA, graeca orthogr. Κάσκα, cognomen rom. in gente Servilia. Cf. P. Servilius Casca (Cic. *Ep. ad Att.* XVI, 15 = n 775; *Philip.* XIII, 15), et C. Servilius Casca (Cic. *Philip.* II, 11; Suet. in *Caes.* cap. 82). Adde nummos gentis Serviliae apud Cohen *Méd. consul.* pl. XXIV n. 17 et pl. XXXVIII n. 10.

CASCE, *prisco more*, adverb. (vide CASCVS = *vetus*), apud Aul. Gellium I, 10.

CASCVS, *priscus, antiquus, vetus* (Paul. pg. 47), adiect. Sabinorum linguâ, e rad. CAS- (cf. CASCE h. e. *prisco more*, et Pott *Etym. forsch.* II 109). Varro *De l. l.* VII, 28 sq. pg. 130: « In carmine Priami quod est:

Veteres Casmenas cascam rem volo profari
Et Priamum;

cascum significat *vetus;* eius origo Sabina, quae usque radices in Oscam linguam egit. Cascum vetus esse significat Ennius, quod ait [*Ann.* vs. 25]:

Quam prisci casci populi tenuere Latini.

Eo magis Manilius, quod ait:

Cascum duxisse cascam non mirabile est,
*Quoniam Caron eas * conficiebat nunptias.*

Item ostendit Papini ἐπιγραμμάτιον, quod in adolescentem fecerat Cascam:

Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica,
Fili Potoni, sesquisenex puerum.
*Dice illam * pusam; sic fiet mutua muli;*
Nam vere pusus tu, tua amica senex.

Item ostendit quod oppidum vocatur Casinum; hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerunt, et nunc nostri etiam nunc Casinum forum vetus appellant. Item significat in Atellanis aliquot Pappum senem, quod Osci casnar appellant .....». Auson. *Epist.* n. 415 vs. 27: « Et nunc paravit triticum casco sale ». Casci sunt primi Italiae incolae, qui et Aborigines dicti. Serv. in Virg. *Aen.* I, 6: « Sanfeius *Latium* dictum ait, quod ibi latuerunt incolae, qui quoniam in cavis montium vel occultis, carentes sibi a feris belluis, vel a valentioribus, vel a tempestatibus, habitaverint, Casci vocati sunt, quos posteri *Aborigines* nominaverunt ». — Cf. CASCIA CAPRIOLA in titulo venusino (Fabr. cap. IX n. 109 pg. 613 = Mommsen n. 761), unde gentilitium Cascellius in thes. epigraph. *Fra le voci italiane derivate dalla parola Casci* (ita cl. P. Capei in *Antol.* XXXVIII, 49 nt. 1), *il vocabolario della Crusca nota soltanto* accasciare *ed* accasciato. *Mi è però debito di avvertire come nella Val di Chiana, e segnatamente in Lucignano mia patria, dura sempre la parola* cascio *in senso di* vieto; *e come* casci *o* casce *segnatamente chiamansi quei ramolacci o quelle radici che a Firenze direbbonsi* stopposi *o* stoppose.

CASMENA, *Camena* vel *Camoena*, eadem quae Musa, ita dicta a *canendo* (Paul. pg. 43, Serv. in Virg. *Ecl.* III 59, Macr. *Somn. Scip.* II 3; cf. Hase in *Journ. des sav.* an. 1850 pg. 589 nt. 4, Pott *Etym. forsch.* I 132, 280, II 279, Benary *Die röm. lautl.* s. 291, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 7, cum sanscr. s̄aṁs, *narrare, laudare*). Paul. pg. 67: « Antiqui enim inserebant *s* litteram, et dicebant cosmittere pro *committere*, et Casmenae pro *Camenae* ». Festus *Qu.* X, 21

pg. 205: « Pesnis, *pennis*, ut Casmenas dicebant pro *Camenis* ». Varro *De l. l.* VII, 26 pg. 129: « *Musas quas Grai memorant, nos Casmenarum* [Enn. *Ann.* vs. 2 ed. Vahlen], Casmenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est, alibi *Carmenae* ab eadem origine sunt declinatae ». Et VII, 27 pg. 130: « Quare est Casmena *Carmena*, ut *carmina, carmen; r* extrito *Camena* factum ». Sic vetus poëta in carmine Priami (vide CASCVS = *vetus*):

« Veteres Casmenas cascam rem volo profari
Et Priamum ».

ΚΑΣΜΕΝΗ vel Κασμέναι, urbs Siciliae, a Syracusanis condita. Thucyd. VI, 5: Ἄκραι δὲ καὶ Κασμέναι ὑπὸ Συρακοσίων ᾠκίσθησαν, Ἄκραι μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας, Κασμέναι δ' ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας. Cf. Herodot. VII, 155 (ἐκ Κασμένης πόλιος). Steph. Byz.: Κασμένη, πόλις Σικελίας· Ἡρόδοτος Ζ. ὁ πολίτης Κασμεναῖος καὶ Κασμεναία. Cf. Serradifalco *Antich. della Sic.* I, 76, et *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1832 pg. 177, an. 1842 pg. 124.

CASMILLA. Vide CASMILLVS, quod sequitur.

CASMILLVS et Casmilla, *Camillus* et *Camilla*, h. e. *administer* et *administra* (minister et ministra) antiqua vox, quam Pacuvius usurpavit (vs. 232 ed. Ribbeck) « Caelitum camilla, expectata advenis: salve, hospita ». Ubi Varro *De l. l.* VII, 34 pg. 133: « camillam, qui glossemata interpretati, dixerunt *administram;* addi oportet, in his quae occultiora; itaque dicitur nuptiis camillus, qui cumerum fert, in quo quid sit, in ministerio plerique extrinsecus nesciunt. Hinc Casmilus nominatur Samothrece mysteriis dius administer Diis Magnis. Verbum esse graecum arbitror, quod apud Callimachum in poëmatis eius inveni (vide CASMILVS) ». Paul. pg. 43: « Camillus proprie appellatur *puer ingenuus* ». Idem pg. 63: « Cumeram vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod et camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum κάσμιλον appellant ». Et pg. 93: « Flaminius camillus *puer* dicebatur *ingenuus* patrimes et matrimes, qui flamini Diali ad sacrificia *praeministrabat:* antiqui enim *ministros* camillos dicebant. Alii dicunt omnes *pueros* ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura praeciperet: Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes ». Virg. *Aen.* XI, 542 sq.:

« matrisque vocavit
Nomine Casmillae, mutata parte, Camillam ».

Ad quod Servius (et Macrob. *Saturn.* III, 8): « Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo, ait dixisse Callimachum apud Tuscos Camillum appellari *Mercurium*, quo vocabulo significant *deorum ministrum:* unde Virgilius bene ait, Metabum Camillam appellasse filiam, scilicet Dianae *ministram:* nam et Pacuvius in Medea loqueretur: *Caelitum camilla exspectata advenis: salve, hospita.* Romani quoque *pueros* et *puellas nobiles* et investes Camillos et Camillas appellabant, flaminicorum et flaminum *praeministros* ». Iuba apud Plutarch. in *Numa* VII, 8: Καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτος ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον. Cf. Dionys. Halic. II, 22, Voss. *Etym.* s. v. *Camillus*, et *Giorn. arcad.* XXXIX 240, 283. — Camillus est cognomen rom. in fast. consul. apud Grut. pgg. 290, 295, 297, nec non in titulis apud eundem (3084, 6; 912, 8) et apud Mommsen (n. 2270, 4607, 4759), quod et gentilitium (Murat. 476, 12; *Monum. Matth.* sect. XIII n. 59 pg. 169). In figlina apud Marini *Arv.* pg. 84: ARRVNTIAE · CAMILLAE | CAMILLI · F · CAMILLA. Cf. Grut. 97, 1, Murat. 1145, 7. Hinc gentilitium Camillius (Murat. 1261, 7; Marini *Arv.* pg. 84; Mommsen n. 722 et n. 2069 col. 5), Camilia (Murat. 1526, 4), et Camilus (Murat. 1526, 4; 1650, 15; *Monum. Matth.* sect. X n. 44 pg. 147). Fistula plumbea apud Mommsen n. 2644: C · CASSI · CAMILI. Adde inscr. apud Doni cl. II n. 135 pg. 100: CAMILLIANVS | EX FIGLINA | CAESAR · N.

CASMILVS sive Casmillus, idem ac *Mercurius*, apud Tuscos et Graecos, teste Callimacho apud Serv. ad Virg. *Aen.* XI 542 sq. et apud Macrob. *Saturn.* III, 8 (vide CASMILLVS). Et Schol. Lycophr. vs. 162 (ὁ Καδμίλος γόνος): Καδμῖλος, ὁ Ἑρμῆς ἐν Τυῤῥηνίᾳ. Vet. Schol. Apollon. Rhod. I 917 (*Fragm. hist. gr.* III, 154 n. 27): Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες (tres) δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν· Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἅδης· ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος, Κάσμιλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσίδωρος. Nonnus *Dionys.* IV, 87 sqq.:

Ἁρμονίῃ πόσις ἦλθεν ἀνεψιὸς ἄπτερος Ἑρμῆς,
οὐδὲ μάτην Κάδμιλος ἀείδεται· ουρανίην γὰρ
μορφὴν μοῦνος ἄμειψε, καὶ εἰσέται Κάδμος ἀκούει.

Cf. *Ann. dell'Inst. arch.* VIII = 1836 pg. 85.

CASN-, radix osca = sanscr. can (splendere), unde CASNAR et CASCVS.

ИƧAƆ (casn), *Casinia*, nomen mulieris, pro IИƧAƆ casni vel AIИƧAƆ casnia, in olla perusina n. 1963.

CASNAR, *senex*, subst. m. Oscorum linguâ (Paul. pg. 47, ubi cf. Müllerus), e rad. CASN-, unde *canus* pro casnus (Aufrecht et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II 152 et VIII 41). Pottius tamen exponit *alter nann*, e cas-nar pro casco et sanscr. nr vel nar, *vir* (*Etym. forsch.* II, 109; cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* II, 29). Varro *De l. l.* VII, 29 pg. 131 (vide

CASCVS): « Item significant in Atellanis aliquot Pappum *senem*, quod Osci casnar appellant ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III 445 (= VI, 514): « Casinar, *senem* »; et pg. 530: « Casnari, *senes*, Oscorum linguâ ». In aliis gloss. apud eundem op. cit. VI 530 et VII 565: « Kaniser, *senex* ». Papias *Vocab.* fol. 28: « Casnar, *senex;* casnari, *senes*, Oscorum lingua ». Quintil. *Inst. orat.* I, v, 8: « in oratione Labieni sive illa Cornelii Galli est in Pollionem casnar, *assectator*, e Gallia ductum est ». Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 268. Nonius II, 136 = pg. 86: « Carnales, seddules (lege: *casnares, seniles*). Varro Sexagesi: *Vix ecfatus erat, quum more maiorum ultro carnales arripiunt, de Ponte in Tiberim deturbant* ». M. A. Accursius in suo libro, cui titulus *Osci et Volsci dialogus ludis romanis actus* iocose dixit: « Cascis cantabo voclis haec *casnariorum* ».

IИƧAƆ (casni), *Casinia*, familia etrusca, pleniori orthographiâ AIИƧAƆ casnia (cf. Fabretti in Conestab. *Monum. del Palazz.* pgg. 39, 73). In ossuario perusino n. 1164: IИƧAƆ · IOꟼAꓘ (larthi casni) = *Lartia Casinia.* Cf. IИƧAƆ · ꟼA (ar casni, n. 1173 sq.) = *Arria Casinia* (?), et IИƧAƆ : VA (au casni, n. 1162, n. 1166) = *Aula Casinia* (?).

§ 2. *Casinius*, gentilitium etr. pro casniś (cf. Fabretti in Conestab. op. cit. pgg. 39, 73). In ossuariis perusinis:

IИƧAƆ · ꟼA (ar casni, n. 1178) = *Arrius Casinius.*
IИƧAƆ · OИꟼA (arnth casni, n. 1159) = *Aruns Casinius.*
IИƧAƆ · VA (au casni, n. 1175) = *Aulus Casinius.*
IИƧAƆ · ƎƧ (se casni, n. 1168) = *Setrius Casinius.*
IИƧAƆ · ƎꟼOƎƧ (sethre casni, n. 1170 et n. 1179) *Setrius Casinius.*

Cf. IИƧAƆ · ꟼA (ar casni, n. 1173 sq.) = *Arrius Casinius* (?), et IИƧAƆ : VA (au casni, n. 1162, n. 1166) = *Aulus Casinius* (?).

§ 3. *Casinii*, nomen virile genit. sg., pro MIИƧAƆ casniś (cf. Fabretti in Conestabile op. cit. pgg. 39, 73, 178). Operculum ossuarii perusini num. 1177: IИƧAƆ : IƎИIꓘƆA : IOAꓘ (lathi aclinei casni) = *Lartia Oclinia Casinii* uxor. Ossuarium perusinum n. 1180: IИƧAƆ · IMVꟼƎƧ · IOꟼAꓘ (larthi setumi casni) = *Lartia Septimia Casinii* uxor. Adde ollam perus. n. 1777:



lege: larthi setumi casni) = *Lartia Septimia Casinii* uxor. Cf. n. 1163.

AIИƧAƆ (casnia), *Casinia*, familiae etruscae nomen (saepius IИƧAƆ casni, quod etiam usurpatur pro casniś = *Casinius*, cuius genit. MIИƧAƆ casniś = *Casinii*, abl. sg. fem. ꓘAIИƧAƆ casnial), nisi reddendum Casnia vel Cania, e rad. -ƧAƆ cas- (cf. CASINVM, CASCVS, CASNAR) vel casn-, unde CASMENAE = Camenae (cf. Fabr. in Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 39 sg.). Caesinia (AИIƧƎƆ cesina) exponit Vermigliolius (vide ꓘAIИƧAƆ casnial). In ossuario perusino n. 1172: AIИƧAƆ · A8 (fa casnia) = *Fausta Casinia;* et in alio ossuario perus. n. 1636: AIИƧAƆ : IOꟼAꓘ (larthi casnia) = *Lartia Casinia* (*Lartia Cania*, Vermigl. *Sepolcr. dei Volunni* pg. 50 ad n. 18; vel *Lartia Caesinia*, Vermigl. op. cit. ed. 2 pg. 119 ad n. 7). — CASNASIA · Q · L · RVFA et CASNASIA · Ɔ · L · SPERATA legitur in lapide vestino apud Murat. 174 (Mommsen n. 6022). Gentilitium Casinius, unde Casineius, invenitur in thes. epigr. Cf. Casinetus cognomen virile in titulo ad Casinum inventum (Mommsen n. 4261).

ꓘAIИƧAƆ (casnial), *Caziniâ*, nomen mulieris abl. sg. (vide AIИƧAƆ casnia). Operculum ossuarii perus. n. 1075 (cf. n. 1076): ꓘAIИƧAƆ Aꓘ V↓A · Aꓘ (la achu la casnial) = *Lars Achonius* (vel *Lartia Achonia*) *Lartis* fil. *Casiniâ* nat. — *Caesiniâ*, ut casnia = *Caesinia* (AИIƧƎƆ cesina) exponit Vermigliolius *Sep. dei Volunni* pg. 46 = pg. 117 ad n. 1 sq.

‡IИƧAƆ (casniz), *Casinii*, nomen virile genit. sg., pro MIИƧAƆ casniś. Operculum ossuarii perus. n. 1161: ‡IИƧAƆ · AIAƆ (caia casniz) = *Caia Casinii* uxor.

MIИƧAƆ (casniś), *Casinii*, nomen virile genit. sg., quod et scribitur ‡IИƧAƆ casniz et sine littera finali IИƧAƆ casni (vide AIИƧAƆ casnia = *Casinia*, et cf. Fabr. in Conestab. *Monum. del Palazz.* pgg. 39, 73, 178). Reperitur in operculo ossuarii perus. n. 1557. Cf. n. 1163.

AꓕTИMAƆ (caśntra), Κασάνδρα vel Κασσάνδρα (rom. *Cassandra*, et vetustiori orthographiâ *Cassantra*), Priami et Hecubae filia. Invenitur in volcentis hypogei inscr. n. 2161. Etrusci scripserunt quoque AꟼYMAƆ caśtra, contractiori forma.

CASO -as, frequentat. a *cado*. Plaut. *Mil.* III, II 37 et 42: « casabant cadi ».

CASPERIA, oppidum Sabinorum ad ortum Himellae fluvii. Virg. *Aen.* VII, 710 sqq.:

« Una ingens Amiterna cohors, priscique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuscae:
Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum,
Casperiamque colunt, Forulosque, et flumen Himel-
(lae ».

Ubi Servius: « Casperia et Foruli civitates sunt (fuerunt?) ». — Sil. Ital. VIII, 414 sqq.:

« Hunc Amiterna cohors, et Bactris nomina ducens
Casperia, hunc Foruli, magnaeque Reate dicatum
Caelicolum Matri .... ».

Alii legunt Casperula. Vib. Sequester *De flum.* pg. 11: « Himella Sabinorum prope Casperiam urbem ». Serv. ad *Aen.* VIII, 638: « Sabini a Lacedaemoniis origi-


nem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium italicarum, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit, et expulsis Siculis tenuit loca, quae Sabini habent: nam et partem Persarum nomine *Caspiros* [cf. Steph. Byz. s. v. Κάσπειρος] appellare coepisse, qui post corrupte *Casperuli* dicti sunt ». Cf. etr. IΠ12AƆ caspri = *Casperia*, et AИƎIΠƎ12VƆ cusperiena.

CASPERVLI. Vide supra CASPERIA.

..Π12AƆ (caspr..). Vide MƎΠ12AƆ caspreś.

ᛃAΠ12AƆ (caspral), *Casperiâ*, nomen mulieris, abl. sg. pro ᛃAIΠ12AƆ casprial. Operculum ossuarii perus. n. 1620: +ƎM : ᛃAΠ12AƆ : ƧƎ+A8AƆ : ИAI+A (atian cafates caspral śe[ch]) = *Atliana Cafatii uxor Caperiâ nata.*

MƎΠ12AƆ (caspreś) et ƧƎΠ12AƆ (caspres), *Casperii*, gentilitium etr. (vide IΠ12AƆ caspri pro caspria = *Casperia*). Ossuarium perus. n. 1575: MƎΠ12AƆ IƎИ+A (atnei caspreś) = *Atinia Casperii* uxor. Aliud ossuarium n. 1182: MƎΠ12AƆ · IƎИIOИƎΠ+ · ИAO (than trenthinei caspreś) = *Tannia Terentia* (?) *Casperii* uxor. In operculo ossuarii perus. n. 1218: ƧƎΠ12AƆ · I+ƧVƆƎᛃ (lecusti caspres) = *Lecustia* (?) *Casperii* uxor. Adde inscr. in lamella plumbea n. 1382 ad Perusiam effossa:



lege: uhtave velcheim larthiia vipiś caspreś h. e. *Octavius Velcinius* et *Lartia Vibii Casperii* uxor (?). (Cf. Orioli in *Album* XIX, 125; Lanzi II 384 = 313 ad n. 162; Vermigl. *Inscr. per.* pg. 72 sg.). Vide n. 1848, ubi ...Π12AƆ caspr... legitur pro caspreś.

IΠ12AƆ (caspri), *Casperia*, familiae etr. nomen, pro caspria (abl. sg. ᛃAΠ12AƆ caspral = ᛃAIΠ12AƆ casprial; cf. MƎΠ12AƆ caspreś = *Casperii*), fortasse a Casperia Sabinorum oppido derivatum (cf. Fabr. in Conestab. *Monum. del Palazz.* pgg. 17 sg., 158). Ossuarium perus. n. 1284: ƧI8AΠ IΠ12AƆ (caspri rafis) = *Casperia Rofii* uxor. Operculum ossuarii perus. n. 1637: IΠ12AƆ · AO (tha caspri) = *Tannia Casperia.* Gentilitium Casperius invenitur in titulis rom. apud Gruterum (660, 7; 1153, 3) et Murat. 803, 7; 1319, 8 = Momms. n. 6963; et in lapide clusino apud Lanzium II 385 = 314 ad n. 165: B · M · CASPERIAE · IVLI · ANITI · QVI · VIXIT · ANNOS · XXX · PATER · EIVS · EI · B · M · D. Fortasse caspri, unde AИƎIΠƎ12VƆ cusperiena, derivari potuit e V12AƆ caspu, quod cum cognom. rom. SCARPVS, ut Casperius cum gentilitio Scarpius, cognationem habet, quam probat etiam inscr. n. 1183

L · CASIVS · SCARPIA · NATVS ex sepulcro perusino una cum ossuariis n. 1181 sq. ᛃAIΠ12AƆ casprial et MƎΠ12AƆ caspreś nomina ferentibus. Lanzius II 385 = 314 ad n. 167 (nostrum n. 1183): « Scarpus, *se il luogo basta a deciderne, è nato da* caspre *per sola trasposizione di lettere. L'etimologie che io assegno quasi mai non suppongono tanta perturbazione di lettere quanta qui ne troviamo. Si noti ancora, che i Romani dimenticavano in certo modo l'origine de' lor casati: e fissavano gli occhi solamente nel latino o nel greco. Nelle medaglie della gente* Pinaria *leggesi* SCARPVS IMP·, *il cui stemma è una mano allusiva al latino* carpus [Cohen *Médail. consul.* pl. XII n. 3 sq.; cf. pg. 249]. *Questo generale fiori nel triumvirato di Augusto; nè forse è inutile aver trovato in Etruria tal nome, quantunque nella gente* Cassia.

ᛃAIΠ12AƆ (casprial), *Casperiâ*, nomen mulieris abl. sg., minus recte ᛃAΠ12AƆ caspral, e IΠ12AƆ caspri pro caspria, ex lapidibus perusinis. Ossuarium n. 1181: ᛃAIΠ12AƆ · ᛃƎ · I+A8AƆ · AO (tha cafati vl casprial) = *Tannia Cafatia Velii* filia *Casperiâ* nata. Operculum ossuarii n. 1251: ᛃAIΠ12AƆ · Ƨᛃ · IИVΠ+Aᛃ · Ǝ+I+ · Ƨᛃ (ls tite patruni ls casprial) = *Lars Titius Petronius Lartis* filius *Casperiâ* natus. Aliud operculum ossuarii n. 1291: ƆƎM · ᛃAIΠ12AƆ · ƧƎƎA+BV · I8AΠ · ИO (thn rafi uhtaves casprial śec) = *Tannia Rofia Octavii* uxor *Casperiâ nata.* Adde n. 1638: ᛃAIΠ12AƆ ..... ΠAᛃ (lar ..... casprial) = *Lar* ..... *Casperiâ* nat.

V12AƆ (caspu), *Caspus* (Scarpus?), cognomen virile, unde gentile IΠ12AƆ caspri = *Casperia* (Scarpia?) fortasse derivatum. In ossuario volaterrano n. 308: V12AƆ · AИƆIƎƆ · A (a ceicna caspu) = *Aulus Caccina Caspus.* Cf. inscr. ossuarii n. 312: CAECINA · Q · F · CASPO · VIX · ANNO · X · ... — Caspu a Καπύς duxit Lanzius II 355 = 284 ad n. 46, *per metatesi o aggiunta doricamente la* s.

CASSANTRA, *Cassandra* (Κασσάνδρα), antiquo scribendi more, etr. AOTИMAƆ caśntra et AΠYMAƆ caśtra, Priami et Hecubae filia. Cf. Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 16, cit. ad v. ALEXANTER.

CASSEI, pro CASSI = *Cassius*, gentilitium rom. (etr. I⋇AƆ cazi), antiquo scribendi more (cf. Osann *De pronom. tertiae pers.* pg. XII), in nummo argenteo gentis Cassiae, apud Cohen *Méd. consul.* pl. XI n. 9 (C · CASSEI · IMP). Aliis Cassei pro Casseius (Cassius) exaratum putant (Eckhel *Doctr. num. vet.* V 75, 311; Lanzius I 133 = 101).

CASSILA, *cassis* vel *cassida*, subst. f. apud veteres. Paul. ex Festo pg. 48: « Cassilam antiqui pro *casside* ponebant ». Alii legunt *cassidam.* Cf. Müller in Festo loc. cit.

CASSINIVS, gentilitium umbricum. Cic. *pro Mil.* cap. 17: « Dixit C. Cassinius Schola (al. *Scola*), Interamnas, familiarissimus et idem comes P. Clodii; cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnae fuerat,

et Romae, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse ».

CASSINVM. Vide CASINVM.

CASSIOLIS ager. Vide CARSEOLI.

CASSIS, armatura capitis, subst. fem. (cf. CASSILA). Isid. *Orig.* XVIII, 14: « Cassis de lamina est: galea de corio ..... Casidem autem a Tuscis nominatam dicunt. Illi enim *galeam* cassim nominant: credo a *capite* ».

CASSIVS, poëta etruscus (= etr. IЖAↃ cazi), de quo Horat. *Sat.* I, x, 61 sqq.:

« Etrusci
Quale fuit Cassi rapido ferventius amni
Ingenium, capsis quem fama est esse librisque
Ambustum propriis ».

CASSTRESIS, *castresis* (castrensis), adiect. ad castra pertinens. Inscr. apud Fabr. cap. III n. 528 pg. 210: D · M | EVTYCHES · CAE · NS · PEDISEQVS | STATIONI · CASSTRESE · FEC | MATRI · PIENTISSIMAE etc.

CASTELANVS, *castellanus*, adiect. ad castelum (castellum) pertinens. In tabula genuate (Append. n. I) lin. 23 sq.: QVEM · AGRVM · POPLICVM IVDICAMVS · ESSE · EVM · AGRVM · CASTELANOS · LANGENSES · VEITVRIOS · PO[SI]DERE · FRVIQVE · VIDETVR · OPORTERE.

CASTELLVS. Vide CASTELVM.

CASTELVM, *castellum*, subst. n. apud veteres. In Tabula genuat. (Append. n. I) lin. 5: QVA · AGER · PRIVATVS · CASTELI · VITVRIORVM · EST; et lin. 16 sq. INDE · SVRSVM · IVGO · RECTO · IN CASTELVM · QVEI · VOCITATVST · ALIANVS. — Castellus est cognomen rom. Inscr. apud Mommsen n. 1453: M · CRASSICIO · M · F · STEL · CASTELLO.

CASTITVDO, *castitas*, subst. fem., apud veteres. Accius vs. 585 apud Non. II, 124 = pg. 85: « Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem ».

ΚΑΣΤΟΛΑ. Vide CARSVLAE.

KASTORVS vel Castorus (Castoris), Κάστορος, genit. sg. apud veteres, e *Castor* (Κάστωρ) = etr. ꓤVTՏAK kastur. In S. C. *de Tiburt.* (Append. n. XXXVIII): SVB · AEDE · KASTORVS; et in tab. Bantina (Append. n. LVI) cap. III lin. 17: [IN AE]DE CASTORVS PALAM LVCI IN FORVM VORSVS.

AꟼꓥMAↃ (caśtra), Κασσάνδρα (Cassandra), pro AOTИMAↃ caśntra, apud Etruscos. Occurrit in etr. speculo n. 2636 bis, cum ƎꟽꟼAↃ capne = *Capaneus*, ƧAꟻƎ evas = *Aiax* et ꟼVꓥƧAↃ castur = *Castor*.

CASTRANVS ager, in Piceno. Front. *De col.* pg. 254 ed. Lachm.: « Castranus ager lege Augusta est assignatus ». Vide CVPRA.

CASTRESIS, *castrensis*, adiect. ad castra pertinens, in titulis apud Murat. 765, 2 = Mommsen n. 5369 (CASTRESIBVS). Cf. Gori *Inscr. ant.* I, 399 n. 189. Castresis est etiam cognomen romanum: L · HELVIVS · CASTRESIS (Grut. 126, col. 6), Q · CAESIVS · CASTRESIS (Mommsen n. 254). Cf. CASSTRESIS.

CASTRID, *castro* (agro, praedio), subst. m. abl. sg. 2 (?) decl., apud Samnites (vide CASTROVS = *castri* genit. sg.); thema castru = umbr. VꓤꓥƧAK (CASTRV), rom. cas-tro, e rad. CAS- et suff. -tru (Aufr. et Kirch. II 158 anm. 1; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 268 sq.; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 57, 89, et in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 129 sq.; Schweizer in *Zeitschr.* cit. III 206, 212, 219; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 11). Tab. Bantina n. 2897 lin. 8: DAT · CASTRID · LOVF[RVD] = *de agro libero* (Kirchhoff op. cit. s. 79), vel = *praedio libero* (Mommsen op. cit. s. 45), vel *in oppido libero* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 90). *Capite* exponit Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 21 sqq.; unde dat castrid loufrid = *de capite libero* (s. 25). Cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122.

CASTRICIVS, *castrensis*, adiect., in *Not.* Tiron. pg. 74. Est etiam gentilitium rom. in lapidibus frequens. Hinc adiect. castricianus (Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

CASTRIMONIVM, oppidum Campaniae, Romanorum colonia, apud Front. *De col.* pg. 233 ed. Lachm.

CASTRONIVS, nomen virile apud Samnites (vide COMIVS), e *castrum* derivatum, quasi *der Feldmann*, ut Mommsen exponit (*Die unterit. dial.* s. 269).

§ 2. Gentilitium etr. Cic. *Ep. fam.* XIII, 13 = n. 483: « L. Castronius Paetus, longe princeps municipii Lucensis, est honestus, gravis, plenus officii, bonus plane vir, et quum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus; meus autem est familiarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis observet neminem diligentius ».

CASTROVS, *castri* (agri, praedii), subst. m. genit. sg. 2 (?) decl. apud Samnites; thema castru, unde CASTRID, quod vide (Aufr. et Kirch. I 124 anm. 2, II 158 anm. 1; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 56-61; Bergk in *Zeitschr. f. die alterth.* IX = 1851 s. 20 sq.; Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 206, 212, 420). Tabula Bantina n. 2897 lin. 13 sq.: SVAE · PIS · PRVMEDDIXVD ALTREI · CASTROVS · AVTI · EITVAS | ZICOLOM · DICVST = *si quis pro magistratu alteri agri aut pecuniae diem dixerit* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79). *Capitis* exponit Lange *Die osk. inschr. der tab. Bant.* s. 22, 25, 39. Alii aliter legunt: castro = *urbe* (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 16 sq.), castrod = *castro* h. e. *oppido* (Guarinius *Tab. oppid. Lex.* pg. 138, *In comm. V exc.* pg. 32, *Lex. osco-lat.* pg. 26), castr[en] = *in oppido* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 99). Mommsenio *Die unterit. dial.* s. 268 est acc. plur. 3 decl. = *praedia*.

VꓤꓥƧAK (kastru), *castro* (praedio), apud Umbros (cf.

Aufr. et Kirch. I, 100), e rad. -ƧΑꓘ (CAS-) et suffixo VQꟽ tru (cf. Pott *Etym. forsch.* II 556). Vide CASTRVO = VƎVQꟽƧΑꓘ kastruvu pro 8VƎVQꟽƧΑꓘ kastruvuf h. e. *castra*, unde adiect. ƎIIdVQ+ƧΑꓘ kastru-śiie = *Castricii*. Cf. osc. CASTRID = *castro*, et CASTROVS = *castri*.

CASTRVO, *castra* (campos, praedia, fundos), subst. m. acc. pl. 4 decl. pro castruof = VƎVQꟽƧΑꓘ kastruvu pro 8VƎVQꟽƧΑꓘ kastruvuf, e castru, apud Umbros, in tab. eugub. VIa 30, 32, 40, 42, 50, 52, VIb 13, 32, 34, VIIa 17, 30 (Passeri *Lett. Roncagl.* n. xiv pg. 379, et *Paralip.* pg. 324; Aufr. et Kirch. I 101, 125 sq., II 158 sq., 177, 324; cf. Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 57 et s. 59). Alii exponunt *castro* s. *oppido* abl. sg. (Lanzi II 753 = 661, 815 = 724), vel *moenibus* a *casa* s. *aedificio* derivatum (Grotefend *Rud. l. u.* IV 15 sq., 26, *Rud. l. o.* pg. 16), vel *domos* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 124). Lassenio est genit. pl. = *castrorum* (*Beiträge* etc. s. 43, 51 sq., 54).

ƎIIdVQ+ƧΑꓘ (kastruśiie), *Castrucii*, nom. pr. m. genit. sg. 2 decl. pro kastruśiier, ab adiect. kastruśiio, quod e VQ+ƧΑꓘ kastru = *castro*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 39, 72, 105, 118, 163, II 119, 310 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 452 et s. 614; cf. Lassen *Beiträge* etc. s. 54, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* V, 9). Tab. eugub. Va 2 sq.: ƎIIdVQꟽƧΑꓘ · ꟽ : ꟽ | ƎIꟽƎQꟽΘV (uhtretie t. t. kastruśiie) = *auctoritate T. Castrucii T. filius.* — Alii aliter legunt et vertunt: castrubie = *Castrovubio* s. *oppidum Vubium* (Lanzi II 702 sq. = 610 sq.), καστρουζιιε = *pro moenibus urbis* (Grotefend *Rud. l. u.* VII, 7 sq.).

VƎVQꟽƧΑꓘ (kastruvu), *castra* (campos, praedia, fundos), subst. m. acc. plur. 4 decl., pro 8VƎVQꟽƧΑꓘ kastruvuf, recentiori orthographia CASTRVO, e VQꟽƧΑꓘ kastru = *castro*, apud Umbros (Aufrecht et Kirchhoff I 125, II 159, 323 sq.; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 16 nt. 3, et Kirchhoff *Das stadtrecht von Bantia* s. 59). Tabula eugubina Va 19 sq. et 21.: VƎVQꟽƧΑꓘ:IꟽƧVꟼ:QƎꟼꟼVꟽ:QƎΛVИ:ΑIBΑ⊗:V⅃ꓘƎИVΛ (muneklu habia numer tupler pusti kastruvu) = *munusculum habeat nummis duplis per fundos.*

8VƎVQꟽƧΑꓘ (kastruvuf), *castra* (campos), subst. m. acc. plur. 4 decl., minus recte VƎVQꟽƧΑꓘ kastruvu et recentiori orthographia CASTRVO, e VQꟽƧΑꓘ kastru = *castro*, apud Umbros (Aufrecht et Kirchhoff I 100, 125 sq., II 159, 177, 322 sqq.; Kirchhoff *Das stadtrecht von Bantia* s. 57. Cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 16 nt. 3). Tabula eugubina Va 17 sq.: 8VƎVQꟽƧΑꓘ:IꟽƧVꟼ:QƎƎƎQꟼ:QƎΛVИ:ΑIBΑ⊗:V⅃ꓘƎИVΛ (muneklu habia numer prever pusti kastruvuf) = *munusculum habeat numis privis per fundos.* Adde tab. eiusdem lin. 13. — Lanzius II 707 = 615, 815 = 724 pusti kastruvu sumit pro ποτι *castrum* h. e. *ad oppidum*. Alii *moenibus* exponunt (Grotefend *Rud. l. u.* III 6, IV 15, VIII 36), vel *domos* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 124 et s. 618).

CASTVD, *casto*. Vide CASTVS § 2.

CASTVLA est palliolum praecinctui, quod nudae infra papillas praecinguntur, quo mulieres nunc et eo magis utuntur, postquam subuculis desierunt. Ita Nonius XVI, 4 = pg. 548. Vide voc. sq.

CASTVLVS et Castula, diminut. casti et castae, cognom. rom. In titulo apud Murat. 1506, 13: Q · VALERI CASTVLI; et in alio apud Grut. 368, 4: IERIA · CASTVLA. Vide voc. praeced.

ꟼV+ƧΑꓘ (kastur) et QVꟽꝹΑƆ (castur) vel <ΑϟTVD (castur), pleniori orthographiâ VQTVꝹΑꓘ kasutru (?), Κάστωρ (Castor), frater Pollucis, Tyndari et Ledae filius. Castorem (<ΑϟTVD) exhibent etruscae gemmae n. 2503 et n. 2503 bis. Item in etruscis speculis: n. 108 ꟼV+ƧΑꓘ (kastur) cum *Polluce* (ƎꓘVT⅃Vꟼ pultuce), *Meleagro* (ƎꟼꓘΑ⅃ƎⅯ melakre), et *Menelao* (Ǝ⅃ИƎⅯ menle); n. 304, n. 2504 et n. 2504 bis ƧΑƆ vel QVꟽꝹΑƆ et QVTƧΑƆ cum *Polluce*; et n. 2536 bis ꟼVꟽƧΑƆ cum *Capaneo*, *Cassandra* et *Aurora*. Graecâ orthogr. in vase clusino ꟼOTꝹΑꓘ (Καστορ). Cf. KASTORVS = *Castoris*.

CASTVS -us vel -i, *ritus*, *sacrum*, subst. m., apud veteres. Varr. apud Non. III, 45 = pg. 197: « Et religiones et castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro ». Naev. apud eund. loc. cit.: « Res divas edicit, praedicit castus ». Fest. *Qu.* IX, 4 pg. 154: « Minuitur populo luctus aedis dedicatione, cum Censores castrum condiderunt, cum votum publice susceptum solvitur: privatis autem, cum liberi nati sunt, cum honos in familia (*familiam*) venit, cum parens aut liberi, aut vir, aut frater ab hostes (*hoste*) captus domum redit, cum desponsa est, cum propriore (*propiore*) quis cognatione quam his (*is*), qui lugetur, natus est, cum in casto Cereris est, omnique gratulationi (*gratulatione*) ». Aul. Gell. X, 15: « Caerimoniae impositae flamini Diali multae, item castus multiplices, quas in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos legimus ». Arnob. V, 16 pg. 179: « Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dedistis nomen Castus? Nonne illius temporis imitatio est, quo se numen ab Cereris fruge violentis moeroris abstinuit? ». Cf. castus Isidis et Cybeles, apud Tertull. *Ieiun.* cap. 16.

§ 2. Castud pro *casto*, adiect. abl. sg. antiquissimo scribendi more, invenitur in lamella aenea venerandae vetustatis (n. 2689 bis):



Ita fortasse restituenda: [IVNON]E · ꓕOVCINAI | [ARNVD · C]ASTVD · FACITVD h. e. *Iunoni Lucinae agno casto facito.* Cf. legem Numae Pompilio adtributam, quae est: Pelex . asam . Iunonis . ne . tagito . si . taget . Iunoni . crinibous . demissis . arnum . feminam . caidito (Aul. Gell. IV, 3), h. e. *Pellex aram Iunonis ne tangito; si tanget, Iunoni, crinibus demissis agnum feminam caedito* (Paul. pg. 222).

CASVENTILLANI, incolae oppidi cuiusdam in Umbria (Plin. III, xix, 2), Casuentillum vel Casuentinum appellati. Vide vocc. sqq.

CASVENTINVM. Vide voc. praeced.

CASVENTVM, Umbriae oppidum, cuius incolae dicti sunt Casuentini (vide CASVENTILLANI). Cf. inscr. apud Grut. 411, 3, et ᒧAIИI+ИVƧAƆ casuntinial = *Casuentiniá.* — Frontin. *De col.* pg. 231 ed. Lachm.: « Casentium, muro ducta lege triumvirale. iter populo non debetur. ager eius militibus est adsignatus ». Et pg. 255: « Casentium muro ductum etc. ».

§ 2. Casuentum flumen vel Casuentus fluvius, in Italia inferiori, in sinum Tarentinum influens (Plin. III, xv, 3). Hodie est *Basiento.*

IOVƧAƆ (casuthi). Lege IOVƧ AƆ (ca suthi).

ᒧAIИI+ИVƧAƆ (casuntinial), *Casuentiniá*, nomen mulieris, fortasse ab oppido Casuento derivatum (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 282 ad n. 273). Operculum ossuarii perus. n. 1583: ᒧAIИI+ИVƧAƆ · Ǝꟻ · MIƎꟻA · Aᒧ (la aveiś ve casuntinial) = *Lars Aveius Velii* filius *Casuentiniá* natus.

VꓷTVϟAꓘ (kasutru), Κάστωρ (Castor), meliori orthographia ꓷV+ƧAꓘ kastur, in etrusco speculo n. 479.

CATALI, populi alpini, quorum meminit Plinius III, xxiv, 1. Cf. inscr. apud Grut. 408, 1.

CATAMITVS, Γανυμήδης (Ganymedes), apud veteres. Paulus pg. 44: « Catamitum pro *Ganymede* dixerunt, qui fuit Iovis concubinus ». Adde Paul. pgg. 7 et 18, cit. ad voc. ALCEDO et ALVMENTO. Plaut. *Men.* I, ii, 34 sq.: « Dic mihi nunquam tu vidisti tabulam pictam in pariete, Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum? ». Cf. Arnob. IV, 27.

§ 2. Ponitur pro *pincerna.* Apul. *Metam.* lib. xi: « Et simiam (*vidi*) pileo textili, crocotisque Phrygiis, catamiti pastoris specie, aureum gestantem poculum ». Auson. *Epitaf.* n. 33 vs. 8: « Aut Iovis Elysii tu catamitus eris ».

§ 3. Item pro *amasio.* Apul. *Metam.* lib. i: « Hic est ..... carus Endymion; hic Catamitus meus, qui diebus ac noctibus aetatulam meam illusit ». Mart. Capella § 344: « Item puerum si velis dividere in Catamitum aut alium quempiam certae personae puerum, non est genus, quod iam ad individuum pervenit ». Serv. ad Virg. *Ecl.* VIII, 30: « Modo tamen ideo dicit: *Sparge, marite, nuces,* ut eum culparet infamiae: nam meritorii pueri, id est catamiti, quibus licenter utebantur antiqui, recedentes a turpi servitio, nuces spargebant, id est, ludum pueritiae; ut significarent se puerilia cuncta iam spernere ».

§ 4. Sumitur etiam pro homine molli et effeminato. Cic. *Phil.* II, 31: « Ut te Catamitum, nec opinato quum ostendisses, praeter spem mulier aspiceret, idcirco etc. ».

CATAMPO, genus est lusus. Ita Paul. ex Festo pg. 44, ubi conf. Scalig. et Müller.

CATANA. Vide CATINA.

KATANH, τυρόκνηστις (radula), apud Siculos, ut ex verbis Plutarch. in *Dion.* cap. 58 colligi potest.

KATANOAϟMO, in lapide messap. n. 2966.

KATAPAKTA, oppidum Italiae inferioris, in Apulia, cuius meminit Diod. Sic. XX, xxvi, 4.

ᒧƎ+Aꓘ (katel), *catulus*, subst. m. nominat. sg. 2 decl. apud Umbros, in tab. eugub. IIa 43 (Lanzius I 278 = 215, II 815 = 734; Grotefend *Rud. l. u.* III 14, VII 22, VIII 18; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 31; Aufr. et Kirch. I 18, 43, 67, 99 sq., 116, 120, II 212, 379, 381 sq., 388; Huschke *Die iguv. taf.* s. 378 et s. 614). Thema est katlo, unde Ǝᒧ+Aꓘ katle = ƧƎᒧ+Aꓘ katles h. e. *catuli* genit. sg., et Vᒧ+Aꓘ katlu pro katlum = *catulum.* Cf. Passeri *Paralip.* pg. 254 sq.

CATELLVS. Vide CATILLVS § 3.

CATENATES, populi Alpini, quorum meminit Plinius III, xxiv, 4.

CATERAHAMO, —*amur*, antiquiori orthogr. VMAꓷƎ+Aꓘ (kateramu) pro kateramur, praes. indic. pass. 1 pers. plur., apud Umbros, in tab. eugub. VIb 56 (Aufr. et Kirch. I 52, 61, 78, 106, 140, II 261 sq.). Vide voc. sq.

VMAꓷƎ+Aꓘ (kateramu), —*amur*, recentiori orthographia CATERAHAMO, praes. indicativ. pass. 1 pers. plur. apud Umbros (Aufrecht et Kirchhoff I 52, 106, 140, II 261 sq.). Tabula eugubina Ib 19 sq.: VИIƎVꓘI : VMAꓷƎ+Aꓘ | : VИAMꓷA (arma[m]u kateramu ikuvinu) = tab. VIb 56: ARSMAHAMO · CATERAHAMO · IOVINVR = —*amur*, —*amur Iguvini.* Kateramu vel caterahamo pro *expiationem* acc. sg. accipiendum putat Grotefend (*Rud. l. u.* V, 25, 32), quem secutus est Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34 et nt. 48. *Lustrantur* a gr. καθαίρεσθαι, *lustrari*, exponit Huschke *Die iguv. taf.* s. 247, 657, 690.

CATHETVS, Κάθητος, nomen virile. Vide SALIA.

CATI fons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus, quod in agro cuiusdam fuerit Cati. Ita Paulus pg. 45 (cf. Fest. *Qu.* XII 20 pg. 250, cit. ad v. PETRONIA). Vide voc. sq.

CATIALIS collis, nunc lacus Fundani (al. codd. *funditur*), est dictus a Catio loco. Ita gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 450.

CATICARIVS vicus, in quinta regione urbis Romae, memoratur a P. Vict. *De reg. urb. Romae.*

CATILLI, populi Sabinorum ad Catillum montem et Anienem fluvium. Sil. Ital. IV, 224 sq.:

« Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant Anienicolae Catilli ».

Cf. Stat. *Silv.* I, III, 100.

CATILLINVS pagus, in Beneventano, memoratur in tab. aerea apud Mommsen n. 1354 (col. 3 lin. 83).

CENTVRIPAE vel Centuripa et Centuripinum (?), nunc *Centorbi*, Κεντούριπαι (Ptol. III, 4) vel τὰ Κεντόριπα (Strab. VI, II 4 et 8; Diod. Sic. XX, LVI, 3; Thucyd. VI, 94; Polyb. I, IX 4), oppidum Siciliae ad radices Aetnae montis, ab Augusto restauratum (Plin. XXXI, XLI 2; Solin. V 19 et Sil. Ital. XIV 204 « Centuripae »; Antonini *itiner.* pg. 93 « Centuripa »; Tab. Peuting. segm. VI*e* « Centurippa »; Mela II, VII 16 « Centuripinum »). Strabo VI, II, 4: Ταύτην δὲ τὴν πόλιν ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ καὶ τὴν Κατάνην, ὡς δ' αὔτως Κεντόριπα, συμβαλομένην πολλὰ πρὸς τὴν Πομπηίου κατάλυσιν. κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι καὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ῥέοντι εἰς τὴν Καταναίαν. — Incolae dicuntur Centuripini (Cic. *Verr.* II, II 49, III 45 et IV 23; Plin. III, XIV, 5), gr. Κεντοριπῖνοι (Diod. Sic. XIII 83, XIV 78, XVI 82, XIX 103, XXII 13), quos Κεντόριπας vocat Thucyd. VII 32. Numi n. 3065 habent ΚΕΝΤΟΡΙΠΙ-



ΝΩΝ = Κεντοριπίνων. Centuripinus adiect. est, ut centuripinus crocus (Solin. V, 13). Cf. Plin. XXI, XVII, 1, et Cic. *Verr.* II, II 58, III 45 et IV 23. Centuripitanus pro *Centuripinus* legitur in Not. Tiron. pg. 139.

CENTVRIPINVM. Vide CENTVRIPAE.


VИƎƆ (cenu), fortasse *coena*, subst. f. (cf. umbr. ƧESNA = *cenam* et sab. SCENSA), in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 10 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 98).

ИƎΊƎƆ (cepen), vox etrusca, cuius sensus ignoratur, in titulis viterb. n. 2057 et n. 2071.

CEPET, *cepit*, apud veteres. In columna rostrata n. 2715 lin. 5 sq.: MACE[LAM · MOENITAM · VRBEM · P]VCNANDOD · CEPET. Cf. eiusdem tab. lin. 11.

CEPHALOEDIS vel Cephaloedium, Κεφαλοιδίς (Ptolem. III, 4; Strab. VI, II, 5) vel Κεφαλοίδιον (Strab. VI, II, 1; Diod. Sic. XIV 56 et 78, XX 56, XXIII 18), nunc *Cefalù*, Siciliae oppidum inter Halerum et Hi-

meram amnes (Antonini *itiner.* pg. 92 « Cephalodo »; Tab. Peuting. segm. VI*e* « Cephaledo »). Plin. III, XIV, 4: « Oppida: Panhormum, Solus, Himera cum fluvio, Cephaloedis, Aluntium cet. ». — Cephaloeditani sunt eius oppidi incolae, in nummis n. 3065 ΚΕΦΑ et ΚΕΦΑΛΟ. Cephaloeditanus et Cepha-



loedias adiect. ad Cephaloedium vel Cephaloedin pertinentes. Cic. *Verr.* II, III, 43: « Tyndaritanam nobilissimam civitatem, Cephaloeditanam, Halentinam ...., perditas esse hac iniquitate decumarum intelligetis ». Priscian. pg. 82 = 596 P.: « a Cephaloedio Cephaloeditanus ». Sil. Ital. XIV, 252 sq.:

« Quaeque procelloso Cephaloedias ora profundo
Caeruleis horret campis pascentia cete ».

CEPOTAFIVM. Vide CEPOTAPHIVM.

CEPOTAPHIOLVM, diminutivum cepotaphii, in titulis sepulcralibus apud Fabr. cap. III n. 294 pg. 115, et apud Murat. 162, 2 (corr. a Marinio *Arval.* pg. 184).

CEPOTAPHIVM et cepotafium, κεποτάφιον (a κῆπος, *hortus*, et τάφος, *sepulcrum*), unde cepotaphiolum, in titulis apud Fabr. cap. III n. 293 pg. 115 (CEPOTAPHIVM), cap. II n. IX pg. 80 (CEPOTAFIVM), et apud Doni cl. II n. 178 (CEPOTAFIVM). Adde inscr. apud Lupi pg. 147 (HOC CEPOTAFIV = *hoc cepotaphium*), apud Orell. n. 4514 (CEPOTAFIV), n. 4516 (CEPOTAFIVS), et aliam in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIV = 1852 pg. 311 n. 11 (HOC CEPOTAPHIVM).

?ƎI+ꟽƎƆ (ceptie). Vide ƎI+ƆƎƆ (cectie).

-ᗡƎK (KER-), radix samnitica, = sanscr. cṛ (facere, efficere), rom. *cr-eare*, in verbis KERI et CIIRIII (cerie), ꟷᗡᗡƎK (kerrí) et IꟷᗡᗡƎK (kerríi), ꟷꟽIꟷᗡᗡƎK (kerríiaí) cet., CERRINIVS et CERRINVS. Cf. etr. V↓IꓘƎƆ (cerichu) et VИIꓘƎƆ (cerinu).

ΚΕΡΑΥΝΙΛΙΑ, oppidum Italiae inferioris, in Apulia, cuius meminit Diod. Sic. XX, XXVI, 4. Fortasse idem quod CISAVNIA (cf. Niebuhr *Hist. rom.* V 339, et VI rem. 71).

CERBALVS, Apuliae fluvius, nunc *Cervaro* appellatus, prope Sipontum, in mare Hadriaticum influens (Plin. III, XVI, 4), de quo Strabo VI, III, 9: Μεταξὺ δὲ τῆς Σαλαπίας καὶ τοῦ Σιποῦντος ποταμός τε πλωτὸς καὶ στομαλίμνη μεγάλη.

CERDICIATES, populi Liguriae. Liv. XXXII, 29: « Oppida Clastidium et Litubium, utraque Ligurum, et duae gentes eiusdem civitates, Celelates, Cerdiciatesque, sese dediderunt ».

CEREATE, Κερεάτε (Strab. V, III, 10), Latii oppidum inter Soram et Anagniam. Incolae dicti sunt Cereatini, (Mommsen n. 4494; cf. n. 4742, ubi CEREATIS), quos Cereatinos Marianos appellat Plinius III, IX, 11. Inscr. apud Mommsen n. 4486 (Henzen n. 5149): FELICI · VICTORIO | V · E | PATRONO | PRO · MERITIS | ORDO · CEREATI|NORVM | MARIANORVM. Cf. Mommsen n. 4742 = Orell. n. 130. Cf. etiam CAERE, et Κερέται apud Polyb. IV, LIII, 6.

CEREO, *creo*, verbum obsoletum. Varro *De l. l.* V, 81 pg. 105: « Dictum *cerno* a cereo, id est a *creando* ». Cf. Voss. in *Etymol.* s. v. *creo;* Scalig. in Varr. loc. cit., Serv. in Virg. *Georg.* I, 7 (vide CERES).

CERERVS, *Cereris*, genit. sg. antiquo scribendi more. Vide CERES, quod sequitur.

CERES, dea apud veteres (gr. Δημήτηρ), ita dicta sive a gerendis frugibus, vel a creando. Varro *De l. l.* V, 64 pg. 25: « Quae quod gerit fruges, Ceres; antiquis enim *c* quod nunc *g* ». Cic. *De nat. deor.* II, 26 (cf. III, 24): « Mater autem est a gerendis frugibus Ceres, tanquam Geres; casuque prima litera itidem immutata, ut a Graecis: nam ab illis quoque Δημήτηρ, quasi Γημήτηρ, nominata est ». Servius in Virg. *Georg.* I, 7: « Ceres a creando dicta ». Cf. Macrob. *Saturn.* I, 18, et Pott *Etym. forsch.* I 196 sq., 229, II 224 sq. Memoratur in lapidibus rom. apud Orell. n. 546 (?), 1622, 1719 (?), 2187, 2188 sq., 2361, 2530, 3310, 3820, 3823, 3882, 4311, et apud Henzen n. 5599, 5711, 5715, 5718, 5863, 5981, atque in kalend. vet. apud eundem (II 388, 400), et appellatur Augusta (Orell. n. 4109), alumna optima maxima (Henzen n. 5717), Antiatina (Orell. n. 1494), Augusta mater (Orell. n. 1495), Belsiana alma frugifera aristigera thesmofora (Orell. n. 1493), inferna et profunda (Stat. *Theb.* IV 460, V 156), flava (Ovid. *Am.* III, X, 3), legifera (Orell. n. 2190?), mater maxima frugifera (Orell. n. 1496), sanctissima (Henzen n. 7205), spicifera (Manil. II, 442); cf. Ceres Iulia Augusta Divi Augusti mater Ti. Caesaris Aug. (Orell. n. 618), Tutela Cereris mensis Augusti (Orell. II, 381). — Cererem pro *segetibus* et *frumento* usurpant poëtae, et pro *pane* (Naevius vs. 121 ed. Ribbeck). Cf. Serv. in Virg. *Georg.* I, 7 cit. ad v. LOEBASIVM. — CERERVS pro *Cereris*, ut KASTORVS pro *Castoris*, in lapidibus campanis apud Mommsen n. 3562, 3564. — Cerealis adiect. est ad Cererem pertinens (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

CERES. Vide CAERES.

CERETANVS. Vide CAERES.

CERFENNIA vel Cirfenna (?), oppidum Marsorum, ubi nunc *Colle-Armele* (Antonini *itiner.* pg. 309

« Cerfennia », *Geogr. Rav.* « Cerfenna », et *Tab. Peuting.* segm. V*b* « Cirfenna »), fortasse idem quod *Σερεννίαν* vocat Diod. Sic. (XIX, xc, 4). Inscr. apud Fabr. cap. vi n. 120 pg. 473 (Orell. n. 711; Mommsen n. 6256): TI · CLAVDIVS | CAISAR | AVG · GER · PONT · MAX | TRIB · POT · VIII · IMP · XVI | COS · IIII · P · P · CENSOR | ƎIAM · CLAVDIAM · ƎALER[IAM] | A · CERFENNIA · OSTIA · ATE[R-NI] | MVNIT · IDEMQVE | PONTES FECIT | XLIII. — Cerfennini sunt eiusdem oppidi incolae (cf. inscr. apud Murat. 1038, 1).

KERI, *Creatoris* (Iani), genit. sg. e CERVS = *creator* (cf. osc. ꟷꓷꓷƎꓘ kerrí, IꟷꓷꓷƎꓘ kerríi cet.). Patera n. 2160 Vulceiis effossa: KERI · ΠOCOꟾOM = *Iani poculum*



(Secchius in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1843 pgg. 72, 127; cf. *Mus. etr. Vatic.* vol. 2 ad tab. LXXXVIII n. 1, Ritschl *De fictil. litterat.* pg. 18, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 8, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* IX 151).

CIIRIII (cerie), dea apud Marsos, quae cum Cerere et IꟷꓷꓷƎꓘ (kerrii) cognationem habet, in aere Rapin. n. 2741 lin. 10 (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* IX 151).

CERILLAE, *Κήριλλοι* (Strab. VI, i, 4), Bruttiorum oppidum prope Laum (Tab. Peuting. segm. VI*e* « Cerelis »). Sil. Ital. VIII, 579: « et exhaustae mox Poeno Marte Cerillae ». Hodie dicitur *Cirella vecchia* (Romanelli *Topogr.* I, 23).

VИIꓘƎƆ (cerinu), fortasse *Cerrinius*, gentilitium etr., e CERVS = *creator*, in lapide volcente n. 2183 (cf. Micali *Monum. ined.* pg. 408 sg.). Migliarinio *Zibaldone* etc. mss. pg. 26 adiectivum est ad *Caerem* pertinens.

CERIOLARE, h. e. candelabrum cereis sustinendis aptum, in titulis apud Grut. 175, 4, Reines. cl. i n. 373, et Maffei *Mus. ver.* pg. 83.

?ꓶAIꓶ+ƧIꟼƎƆ (ceristlial), —*iá*, nomen mulieris ablat. sg., idem ac ꓶAIꓶ1ƧIꟼƎƆ cerisplial ad n. 637 bis *b*, quod vidit Garruccius. In ossuario clusino n. 634: ꓶA|Iꓶ+ƧIꟼƎƆ : IИMVƆ : ꓶꟻ (vl cumni ceristlial) = *Velia Cominia* —*iá*.

CERITVM. Vide COMINIVM.

VΨIꓘƎƆ (cerichu), in titulo tarquiniensi n. 2335.

AƆꓷƎƆ (cerca), *Κίρκη* (Circe), Solis ex Persa s. Perseide filia, in etrusco speculo n. 2537 cum *Ulyxe* (Ǝ[IV]OV uthuze) et *Elpenore* (ИVꓷAꟼꓶƎꓱ velparun). Cf. O. Iahn in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIV = 1852 pg. 210 sg.

ΚΕΡΚΩΛΟΙ, locus Italiae. Diod. Sic. XXXVII, ii, 7: *Καὶ τῷ μὲν Πομπαιδίῳ προσώρισαν χώραν ἀπὸ των Κερκώλων καλουμένων μέχρι τῆς Ἀδριατικῆς θαλάσσης κ. τ. λ.*

CERMALVS. Vide GERMALVS.

CERNA, qui decernit, vel qui discernit, subst. m. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 1083, 2 (M · CACIVS · C · F · CERNA XV · VIR · TRIB · MIL · PRAEF · CALABR ·).

..IИꓘƎƆ (cerni..), in fragm. inscr. tarquin. n. 2294.

CERNVNNVS vel Cernumnus, numen Gallorum proprium. Inscriptio ad Pollentiam Vagennorum reperta (I. Durando *Cacciatori Pollentini;* cf. Orell. n. 1993): DEO · CERNVNNO | SERVATORI | FOVSCIVS · VENAT | V · S · L · M. Cf. Galeani Napione in *Giorn. arcad.* XX, 376.

CEROLIENSIS, locus in Urbe, qui quod Carinis iunctus erat, Carinarum postea nomine est appellatus (cf. Turneb. *Advers.* XX, 35; Nardini *Roma antica* I, 225). Vide CARINAE.

ꟷꓷꓷƎꓘ (kerrí), *creatori* (Genio), subst. m. dat. sg. 3 decl. pro IꟷꓷꓷƎꓘ kerríi, apud Samnites, in Tab. Agnonis n. 2875 *A* lin. 3, et *B* lin. 7 (cf. Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 397 sg., Mommsen *Die unterit. dial.* s. 133, 270, et in *Ann.* cit. pg. 420).

IꟷꓷꓷƎꓘ (kerríi), *creatori* (Genio), subst. m. dat. sg. 3 decl. = KERI (unde adiect. ꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ kerríiaí = *geniali*, et ƧꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ kerríiaís = *genialibus*), minus recte ꟷꓷꓷƎꓘ kerrí, apud Samnites (vide ИꟷIꟷꓷꓷƎꓘ kerríi-ín), comparandum cum antiquo CERVS = *creator*, e rad. -ꓷƎꓘ (CER-). Alii comparant kerrí cum umbr. Cerfus, ut sit pro kerfi, siculi parra ex umbr. parfa (Aufr. et Kirch. II, 265). Alii *Cereri* exponunt (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 7).

ꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ (kerríiaí), *geniali*, adiect. dat. sg., e IꟷꓷꓷƎꓘ kerríi) = KERI h. e. *creator* s. *genio* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270). Tabula Agnonis num. 2875 *A* ꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ · ꟷƎꓷTV8 (futreí kerríiaí, lin. 4) = *Veneri* (?) *geniali*, ꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ · ꟷꟼMMꟼ (ammaí kerríiaí, lin. 6 et 23) = *Amni geniali*, ꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ · ꟷꟼИꓷƎ1 (pernaí kerríiaí, lin. 22) = *Pali geniali*, ꟷꟼIꟷꓷꓷƎꓘ · ꟷꟼƧVVꓶ8 (fluusaí kerríiaí, lin. 24) = *Florae geniali* (Mommsen

op. cit. pg. 128). Huschkio *Die osk. und sab. spr.* s. 394 est *ἱερῇ*, *augustae*, dat. sg. Alii exponunt *cereali* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126, 129). Adde tab. eiusd. *B* lin. 11 (= *cellae* vel *in cella*, secundum Huschke op. cit. s. 5 sq.). Cf. inscr. samnitic. apud Mommsen n. 5256: (P · PAQVIVS · P · L · AZMENVS | MAG · CERRIAL · etc.).

ꙅꟻИIꟻᗡᗡƎꓘ (kerríiaís), *genialibus*, adiect. f. dat. pl., e IꟻᗡᗡƎꓘ (kerrí) = *creatori* s. *genio* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270). Tab. Agnonis n. 2875*A* lin. 7: ꙅꟻИIꟻᗡᗡƎꓘ · ꙅꟻИПMVIꓤ (diumpaís kerríiaís) = *Lumphis genialibus* (Mommsen op. cit. s. 128). Alii aliter interpretantur: *augustis* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 3, 5 sq., 394) vel *cerealibus* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129).

ИꟻIꟻᗡᗡƎꓘ (kerríiín), vox composita e IꟻᗡᗡƎꓘ kerrí = *creatori* s. *genio* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270) et Иꟻ ín, fortasse locat. sg. (cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 119, 122 sq.). Tab. Agnonis n. 2875*A* lin. 1 sq. ИꟻIꟻᗡᗡƎꓘ | ИꟻTᗡVB (hurtín kerríiín) = *ἐν τεμένει ἱερῷ* h. e. *in ara sacra* (Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 394 sg.) vel *in templo Cereris* (Knötel in *Zeitschr.* cit. s. 129) vel *in templo Cereali* (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI, 64). Cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 5.

ꟻVIꟻᗡᗡƎꓘ (kerríiúí) et ꟻVIIᗡᗡƎꓘ (kerriiúí), *geniali*, adiect. m. dat. sing., e IꟻᗡᗡƎꓘ (kerrí) = *creatori* s. *genio* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270). Tab. Agnonis n. 2875*A* lin. 13: ꟻVIꟻᗡᗡƎꓘ · ꟻVꓶꓘƎᗡƎB (hereklúí kerríiúí) et *B* lin. 16 ꟻVIIᗡᗡƎꓘ · ꟻVꓶꓘƎᗡƎB (hereklúí kerriiúí) = *Herculi geniali* (Mommsen op. cit. s. 128 sq.), quod alii vertunt *Herculi Cereali* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. spr.* VI 64) vel *Herculi augusto* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 3 sq.).

ꙅꟻVIꟻᗡᗡƎꓘ (kerríiúís), *genialibus*, adiect. m. dat. pl., e IꟻᗡᗡƎꓘ (kerrí) = *creatori* s. *genio* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270). Tab. Agnonis n. 2875*A* lin. 9: ꙅꟻVIꟻᗡᗡƎꓘ · ꙅꙅꟻᗡ8ИИИ (anafríss kerríiúís) = *Ambarvalibus* (?) *genialibus*; et lin. 10: ꙅꟻVIꟻᗡᗡƎꓘ · ꙅꟻVTИИM (maatúís kerríiúís) = *Divis matutinis genialibus* (Mommsen op. cit. s. 128). *Cerealibus* exponit Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129, *augustis* Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 3.

CERRINIVS, gentilitium samniticum, ut Minius et Herennius Cerrinii apud Liv. XXXIX, 13 et 17 (vide CERRINVS). — Gentilitium Cerrinius invenitur apud Mommsen *Inscr. neapol.* n. 1692, 1709, 1745, 1914, 2315, 3856, et Cerinia nomen mulieris apud eundem n. 3923 et n. 4202.

CERRINVS, praenomen virile, apud Samnites, unde gentilitium Cerrinius, e CERVS vel IꟻᗡᗡƎꓘ kerrí = *genio* (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270) apud Liv. XXIII, 46 (vide IVBELLIVS), ubi codd. *Cerrimus*, *Acerrimus*, *Cerinus* cet.

CERRITVS vel ceritus, *furiosus* (Paul. pg. 54), h. e. a Cerere percussus, ut dicunt interpretes (cf. Serv. ad Virg. *Aen.* VII, 377, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Non. I, 213 = pg. 44: « Ceriti et larvati, male sani, et aut Cereris ira, aut larvarum incursatione animo vexati. Plautus Amphitr. . . . . . *Quasi advenienti morbo medicati iuvem: tu certe aut larvatus es aut cerritus* ». Gloss. apud Labb.: « Ceritus, *παρεμμανής*, *παρεμφάρακτος* »; et « Cererosus, *Δημητριόληπτος* ». Plaut. *Amph.* II, II, 143 sq.: « Quin tu istanc Iubes pro cerita circumferri? ». Et *Rud.* IV, III, 67: « *Tr.* Elleborosus sum. *Gr.* Ego cerritus, hunc non amittam tamen ». Adde Horat. *Sat.* II, III, 278, et Mart. Capell. § 509 pg. 436; et cf. cerritulus apud Mart. Capell. § 806 pg. 636.

CERRONES, leves et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi, quas Graeci *γέῤῥας* appellant. Ita Paulus ex Festo pg. 40, ubi cf. Muellerus.

CERSVNVM, *Κέρσουνον* (Ptol. III, 2), oppidum Corsicae.

CERTISSO, *certior fio*, apud veteres. Pacuv. vs. 107, apud Non. II, 160 = pg. 89: « Aequae eccos unde certissent ». Alii legunt certiscent, ut Ribbeck cum Vossio. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

VꟻꝤƎↃ (certu), in tegula clus. n. 546. Certius est gentilitium rom. apud Fabr. cap. IX n. 123 pg. 614, et Murat. 1449, 13.

CERVICALE, *cervical*, subst. n. apud Cassiod. *De orth.* pg. 2303 P., et in Not. Tiron. pg. 159.

CERVINI, populi Corsicae. Ptol. III, 2: *Κερουινοὶ μὲν τὴν δυσμικὴν πλευρὰν ὑπὸ τὸ Χρυσοῦν ὄρος*.

CERVOLVS. Vide CERVVLVS.

MVᗡVᗡƎↃ (cerurum), quod legitur in titulo etr. n. 1915 lin. 2, ad perantiquum CERVS h. e. *creator* trahunt interpretes (Passeri *De Etr. sepulcr.* apud Gori *Mus. etr.* III, 108, Lanzi II 518 sq. = 442, Vinc. Campanari *Dell'urna di Arunte* pg. 60, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 129; cf. V. Campanari ap. Conestab. *Vita di G. B. Vermigl.* pg. XXXVIII). *Cererem* exponit Guarinius in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V, 5.

CERVS, *creator*, subst. m. apud veteres (vide KERI, ꟻᗡᗡƎꓘ kerrí cet.), e rad. cer- vel ger-, sanscr. cṛ (facere, efficere), unde *creo* et *caer-imonia* (cf. Aufr. et Kirch. I 71, Corssen. *Orig. poes. rom.* pg. 67). Paul. ex Festo pg. 122 (vide MATVTA): « In carmine Saliari Cerus manus intelligitur *creator bonus* ». Recte Meursius *Exerc. crit.* II, III, 1 cerum manum non differre putat a *Genio Iano*. In alio carm. Saliar. fragm. apud Varr. *De l. l.* VII, 26 pg. 129 DVO MISCERVSES fortasse legendum duonus cerus es, h. e. *bonus creator es* (Th. Bergk *Comm. de carm. sal. rel.* pg. VIII), sive

bonus Cerus erit (Grotefend *Rud. l. u.* II, 20). Alii tamen ceruses habent pro *Cereris* (cf. CERERVS = *Cereris* et etr. ꟽVꟼVꟼꟻƆ cerurum), ut Müller in Varr. loc. cit. Corssen op. cit. pg. 58: « Ceruses seu Cerures ab adiectivo cerus derivat Ios. Scaliger, ut gnarurus a *gnarus*, quoniam *s* pro *r* in carmine Saliari scriptum Varro docet ». Cf. Düntzer *De versu quem vocant Saturn.* pg. 37 (« duonis Cerusis »).

CERVSES. Vide CERVS.

CERVVLA, *parva cerva* (ital. *cervetta*). Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v. Est etiam cognomen mulieris. Inscr. apud Murat. 1777 20: OSSA | CERVVLAE | LENTVLI.

CERVVLVS vel cervolus, *parvus cervus* (ital. *cervietto*), in Not. Tiron. pg. 175. Cf. cervolus apud Front. *Strat.* I, v, 2.

ƧƎƆ (ces), *Cesenniá*, nomen mulieris, pro cesinal (vide ꓯИIƧƎƆ cesina), in operculo ossuarii perus. n. 1081 (cf. Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* pg. 119 ed. 2.ª ad n. vi).

ꓯƧƎƆ (cesa), in ossuario clus. n. 846.

ИIꓘꓯꓘƎƆ (cesasin), in titulo tarquin. n. 2279 lin. 7.

CESENA. Vide CAESENA et FELSINA.

CESENDVS, *censendus*, e ceseo pro *censeo* (cf. CESOR = *censor*). Lex Iulia municip. cap. xi (apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 454): FINEM · POPVLI · CESENDI · FACIANT.

?VꓯΘƧƎƆ (cesthau), in ossuario clus. n. 814.

IƧƎƆ (cesi), *Cesia* vel *Cesius*, gentilitium etruscum, antiquiori orthographia IƧIƎƆ ceisi. Ossuarium perus. n. 1187: IƧƎƆ · ꓯ⅃ (la cesi) = *Lartia Cesia* vel *Lars Cesius*.

ꓯИIƧƎƆ (cesina), *Caesiniá* vel *Caesenniá*, nomen mulieris pro cesinal (cf. ƧIИIƧIƎƆ ceisinis), comparandum cum ⅃ꓯIИƧꓯƆ casnial = *Casiniá*. Operculum ossuarii perus. n. 1079: ꓯИIƧƎƆ ƎIИV↓ꓯ · ꓯ⅃ (la achunie cesina) = *Lars Aconius Caesiniá* natus.

CESOR, *censor*, subst. m. apud veteres (cf. CINSVS), = osc. ᗡVꓘIИƎꓘ kenzsúr, unde CESORINVS = *Censorinus*, e ceseo pro *censeo* (cf. CESENDVS = *censendus*), quod trahitur ad rad. sanscr. śas pro śaṁs (vide rad. CENS-, unde osc. CENSAVM = *censere*). In titulo ex Scipionum sepulcro n. 2708: [ꓘ·] CORNEꓘIO ꓘ · F · SCIPIO | AIDIꓘES · COSOꓘ · CESOR.

CESORINVS, *Censorinus*, cognomen virile, e CESOR pro *censor* derivatum, in vasculo figulino apud Orell. n. 429. Cf. ΚΗΝΣΩΡΕΙΝΑ cognomen mulieris in titulo apud Osann pg. 533 n. xvii.

CESPIVS sive Cespeus vel Cispius, mons Romae, in Exquiliis. Paul. pg. 42: « Cispius mons est in urbe Esquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus ». Varro *De l. l.* V, 50 pg. 19: « Exquiliae duo montes habiti, quod pars * Oppius, pars * Cespeus mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur. In sacris Argeorum scriptum est sic: ..... *Cespius mons, quinticeps cis lucum Poetelium, ... Exquilinis est. Cespius mons, sexticeps apud aedem Iunonis Lucinae, ubi aeditumus habere solet* ». Aul. Gell. XV, 1: « mons Cispius ». Cf. Laevius Cispius, apud Cic. *Ep. fam.* X, 21 = n. 834.

CESQVO, *quiesco*, barbarâ orthographiâ in titulis christianis (cf. QVESCO); ex. c. OSSA · BE · CESQVANT (Grut. 569, 12) h. e. *ossa bene quiescant;* et MARCELLA CESQVAT IM PACE (Lupi pg. 126). Addendum CESQVET pro *quiescit* apud Grut. 1057, 9, Perret *Catac. de Rome* pl. vii n. 9 et pl. x n. 25, et Fleetwood *Syll. inscr. monum. chr.* 387, 1, 459, 2. Trahitur ad sanscr. śi (iacere, dormire).

CESSE, *cessisse*, per syncopen. Lucret. I, 1104: « Nam quacumque prius de parti corpora cêsse Constitues ».

CESSINVS, adiect. ad cessus pertinens. Est cognomen rom. in inscr. apud Fabr. cap. v n. 297 pg. 401 (T · PETIDIO · T · F · FAB · CESSINO).

CESTIVS, cognomento Macedonicus, Perusiae princeps; qui cum vidisset civitatem ab Octaviano expugnatam, « subiecto rebus ac penatibus suis igni, transfixum se gladio flammae intulit (Vell. Paterc. II, 74) ». Appian. *De bell. civ.* V, 49: Τὴν δὲ Περυσίαν αὐτὴν ἐγνώκει μὲν ὁ Καῖσαρ ἐς διαρπαγὴν ἐπιτρέψαι τῷ στρατῷ. Κέστιος δέ τις αὐτῶν, ὑπομαργότερος, ἐν Μακεδονίᾳ πεπολεμηκὼς, καὶ ἐκ τοῦδε Μακεδονικὸν αὐτὸν ὀνομάζων, ἐνέπρησε τὴν οἰκίαν, καὶ ἑαυτὸν ἐς τὸ πῦρ ἐνέβαλε· καὶ ἄνεμοι τὴν φλόγα ὑπολαβόντες, περιήνεγκαν ἐς ὅλην Περυσίαν, καὶ ἐνεπρήσθη, χωρὶς τοῦ Ἡφαιστείου. Gentilitium Cestius occurrit in marmor. rom. et in nummis consul.

..И+ƧƎƆ (cestn..), in ossuario perus. n. 1798, pro ⅃ꓯИ+ƧƎƆ cestnal, quod vide.

..И+ƧƎꓘ (kestn..), in lapide perus. n. 1996.

ꓯИ+ƧƎƆ (cestna), *Caestennius*, gentilitium etruscum (vide IƎИ+ƧƎƆ cestnei = *Caestennia* vel *Cestia*, et ƧꓯИ+ƧƎƆ cestnas), sive *Cestius*, addito *n* euphonico, ut in ꓯИ⊅ИꓯƆ canzna = CASSIVS. In ossuarii perus. operculo n. 1143: ꓯИ+ꓘƎƆ ƎꓯƆ · ⅃Ǝꟻ (vel cae cestna) = *Velius Caius Caestennius* (vel *Cestius*).

§ 2. *Caestennia*, graecâ orthographiâ ΚΕϹΤΙΑ (apud Osann pg. 251 n. clviii), uti videtur pro IƎИ+ƧƎƆ cestnei. In operculis ossuar. perus.: ꓯИTƧƎƆ · IꓯƆ ꟼꓯ (ar cai cestna, n. 1144) = *Arria Caia Caestennia;* ꓯИ+ƧƎƆ · IꓯƆ · Ƨ⅃ (ls cai cestna, n. 1146) = *Lartia Caia Caestennia;* et ꓯИ+ƧƎƆ : IꓯƆ ... (... cai cestna, n. 1147) = ... *Caia Caestennia.*

⅃ꓯИ+ƧƎƆ (cestnal), *Caestenniá*, nomen mulieris abl. sg. e ꓯИ+ƧƎƆ cestna = IƎИ+ƧƎƆ cestnei h. e. *Caestennia* vel *Cestia*. Operculum ossuarii perus. n. 1789: ⅃ꓯИ+ƧƎƆ : ꓯIꟼV+Vꓯ+ : ꓯИꓯΘ (thana tauturia cestnal) = *Tannia Titúria Caestenniá* (vel *Cestiá*) nata. Invenitur etiam in inscr. perus. n. 1915 lin. 2 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 124), ubi IMꓯᗡꓯИƎ⅃Ɔ : ⅃ꓯИ+ƧƎƆ

(cestnal clenaraśi) fortasse reddendum ex *Caestenniae genere.*

ƧАИ+ƧƎƆ (cestnas), *Caestennii* vel *Cestii*, nomen virile genit. sg. (vide АИ+ƧƎƆ cestna), in ossuarii perus. operculo n. 1148.

IƎИ+ƧƎƆ (cestnei), *Caestennia* vel *Cestia*, nomen mulieris, abl. sg. ⅃АИ+ƧƎƆ cestnal = *Caestenniâ* (vide АИ+ƧƎƆ cestna et ƧАИ+ƧƎƆ cestnas). In ossuarii perus. operculo n. 1644: IƎИ+ƧƎƆ : А8 (fa cestnei) = *Fausta Caestennia* vel *Cestia.*

?VMƎƆ (ceśu) et VƧƎƆ (cesu). Vide VMƎƆIVO (thuiceśu).

?MIАMАVƧƎƆ (cesuaśaiś), in ossuario perus. n. 1645. Lanzio II, 406 = 335 ad n. 236 est *Caesia* nomen mulieris. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 237 ad n. 145 (= *Caesiae*, genit.).

А⅃VƧIIƆ (cesula), fortasse *Cesula*, nomen mulieris in titulo sepulcr. n. 2445. Cf. Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. XXI, et vide voc. sq.

CIISVⱶΛ, *Caesula*, praenomen mulieris, in titulo pisaurensi n. 77*b*. Vide voc. praeced.

CETANVS pagus, fortasse idem ac Caelanus, in Beneventano, in tab. aerea apud Mommsen n. 1354 col. 3 lin. 80.

CETARIA, Κηταρία (Ptol. III, 4), oppidum Siciliae maritimum, in loco ubi etiam nunc *cete* sive tymni magna copia capiuntur. Hodie est *La Torre di Scopello* (Serradifalco *Antich. di Sic.* pg. 76). Incolae dicti sunt Cetarini (Plin. III, XIV, 5). Cic. *Verr.* II, III, 43: « Cetarinos, Acherinos parvarum civitatum homines, omnino abiectos esse ac perditos ». Cf. Cluv. *Sic. ant.* pg. 270.

KETIA. Vide SETIA.

MƎI+ƎK (ketieś), *Cetii* vel *Cesii*, nomen virile, genit. sg. (cf. ⅃АИƧI+ƎƆ cetisnal), in lapide etr. n. 263 (Lanzi II 393 = 322 ad n. 192, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 81). Cetius est nomen virile apud Grut. 469, 8.

⅃АИƧI+ƎƆ (cetisnal), *Ceteniâ* (Caeteniâ, Caetenniâ), nomen mulieris abl. sg. (cf. ƧАИƧYƎƆ cetusnas). In inscr. etr. n. 887 bis: ⅃АИƧI+ƎƆ : АƧVOИАƆ : Ч⅃ (lr canthusa cetisnal) = *Lartia Cantusia* (?) *Ceteniâ* nata.

CETTE, *cedite* (date), imperat. per syncopen, pro *ced-te*, e *cedo* (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 174, Aufr. et Kirch. I, 66). Non. II, 122 = pg. 85: « Cette significat *dicite*, vel *date*, ab eo quod *cedo* ». Ennius *Trag.* vs. 319 sq. (apud Non. loc. cit.): « Salvete, optima corpora! Cette manus vestras measque accipite! ». Accius vs. 425 sq.: « Oeneum aliquis cette in conspectum, aut nos, ubi est, ducite Ad eum ». Phoca pg. 1718 P.: « *cedo* etiam numeri pluralis lectum est apud Plautum, *cette* ». Adde Naev. vs. 52.

§ 2. *Cedite* (dicite). Pacuv. vs. 62 sq. ed. Ribbeck, apud Non. II, 122 = pag. 85: « .. is vestrorum uter sit, cui signum datum est, cette ».

CETVR, *quatuor* (?), nom. numer., apud Volscos, = osc. PETORA et umbr. ОV+Ǝ⅂ petur, in tab. aenea n. 2740 Antini reperta (Secchi in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 15, et Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 267; cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 326, et in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 112 nt. 2, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 27 sq.). Alii interpretati sunt *centurio*, ut cetur scriptum sit pro *centur* (Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I, 12 sg.; cf. Minervini in *Bullett.* cit. III 119), alii *quaestor* = ОVTƧƧIИƆK kvaisstur (Bergk in *Zeitschr. f. die alterth.* IX = 1851 s. 24 et s. 342 anm. 1).

ƧАИƧY+ƎƆ (cetusnas), *Cetenii* (Caetenii, Caetennii), nomen virile genit. sg. (cf. ⅃АИƧI+ƎƆ cetisnal). Stelis etr. n. 2577



lege: laris cetusnas = *Lartis Cetenii* (cf. Conestab. in *Giorn. scient. letter. di Perugia* an. 1856 pg. 120).

CEVAE, vaccae, quae et Altinae appellantur. Colum. VI, XXIV, 5, ubi cf. Schoettgen: « Melius etiam in hos usus Altinae vaccae parantur, quas eius regionis incolae Cevas appellant. eae sunt humilis staturae, lactis abundantes, propter quod remotis earum foetibus, generosum pecus alienis educatur uberibus ». Cf. CEBANVS.

[VΘ⅃ƎƎƎK] (kevelthu), in vase etr. n. 2614.

ƧАИƧIƎƎƆ (cevisnas), —*ii*, nomen virile genit. sg. apud Etruscos (fortasse idem ac ƧАИƧY+ƎƆ cetusnas), in lapide urbevetano n. 2037.



Vermigl. *Letter.* mss. *Caea*, *Cerisae* vel *Cevisiae* exponit.

CEVS, *ceivis* (civis), subst. m. nominat. sg. 3 decl., pro cevis, apud Samnites (Klenze *Philol. abhandl.* s. 52, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 41, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 269 et in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 154, Aufr. et Kirch. I 121 nt. 1, 124, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 87, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 15 et s. 13, Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 214, 220, 421, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 109). Tab. Bant. n. 2897 lin. 19: PIS · CEVS · BANTINS · FVST = *qui civis Bantinus fuerit* (Müller *Die Etr.* I 31 anm. 62, Klenze op. cit. s. 52 anm. 106 et s. 54 anm

116, Peter op. cit. s. 72, Mommsen s. 147, Aufr. et Kirch. II 254, Kirchhoff op. cit. s. 80, Lange op. cit. s. 88, Huschke op. cit. s. 66). Doederl. *De voc. aliq.* etc. pg. 5: « *Civis* in tabula Bantina ..... ceus vocatur, quae formae non magis discrepant inter se quam κείομαι et κέομαι; haec enim radix est *civitatis* ». Isid. *Orig.* IX, 4: « Cives vocati, quod in unum coeuntes vivant, ut vita communis et ornatior fiat et tutior ».

A↓ƎƆ (cecha). Vide A↓ƎƆИƎ⅃Ɔ (clencecha).

ƎƧA↓ƎƆ (cechase), in titulo tarquin. n. 2280. Vide ꓘƎƆ (cek) et AƆƎƆ (ceca); et cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 201 nt. 1.

CHALCIDICA arx, oppidum Cumarum, a Calcidensium colonis conditum (Serv. ad Virg. *Aen.* VI, 17). Virg. loc. cit.: « Chalcidicaque levis tandem super adstitit arce ». Cf. Chalcidica litora (Stat. *Silv.* IV, IV 78), Chalcidicae turres (Stat. *Silv.* II, II, 94), Chalcidica Nola (Sil. Ital. XII, 161), et αἱ Χαλκιδικαὶ πόλεις apud Thucyd. III, 86.

CHALCIDICVS mons, in Sicilia, prope Messanam. Diod. Sic. XXIII, I, 3: Ἀμφοτέρων δὲ τὰς δυνάμεις ἀγαγόντων ἐπὶ τὴν Μεσσήνην, Ἱέρων μὲν ἐπὶ τοῦ λόφου τοῦ καλουμένου Χαλκιδικοῦ κατεστρατοπέδευσεν κ. τ. λ. Polyb. I, XI, 8: Καὶ μετὰ ταῦτα ἀναζεύξας ἐκ τῶν Συρακουσῶν, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν· καταστρατοπεδεύσας δὲ ἐκ θατέρου μέρους περὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὄρος καλούμενον, ἀπέκλεισε καὶ ταύτης τῆς ἐξόδου τοὺς ἐν τῇ πόλει.

CHARONDAS, Thuriorum legislator, de quo Diod. Sic. XII 11, 13 sq., 17.

CHARTVS, *charta*, subst. m. Lucilius lib. XXVII apud Non. III, 40 = pg. 196: « Nec sic ubi Graeci, ubi nunc Socratici charti, quicquid quaeritis, perimus ».

CHENTVRIO, *centurio*, subst. m. apud veteres. Quintil. *Inst. orat.* I, v, 20: « Erupit brevi tempore nimius usus, ut choronae, chenturiones, prechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant ».

CHOMMODVS, *commodus*, adiect. cum aspiratione apud Tuscos. Catull. *Carm.* 84 *de Arrio*:

« Chommoda dicebat, si quando *commoda* vellet
Dicere, et hinsidias Arrius *insidias*;
Et tum mirifice sperabat se esse locutum,
Quum quantum poterat, dixerat hinsidias.
Credo sic mater, sic Liber avunculus eius,
Sic maternus avus dixerit, atque avia ».

CHONE, Χώνη, oppidum Italiae inferioris, in Crotoniatarum agro, a Philoctela conditum. Strab. VI, I, 3: Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τοῖς περὶ Νεῶν τοῦ Φιλοκτήτου μνησθεὶς λέγειν τινάς φησιν, ὡς εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν ἀφικόμενος Κρίμισσαν ἄκραν οἰκίσαι καὶ Χώνην πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἀφ' ἧς οἱ ταύτῃ Χῶνες ἐκλήθησαν. Steph. Byz.: Χώνη, πόλις Οἰνώτρων, ἧς Στράβων μέμνηται ἐν ἑβδόμῃ, καὶ τὴν γῆν ὠνόμασε Χώνην. Καὶ Χώνη πόλις ὑπὲρ αὐτῆς, ἀφ' ἧς οἱ ταύτης Χῶνες ἐκλήθησαν. Ἡ δὲ χώρα, Χώνη. Λυκόφρων [vs. 983]:

Αἴρδων βαθεῖαν Χωνίας παγκληρίαν.

Οὐκοῦν καὶ Χώνιος, ὡς Θρᾷξ Θρᾳκὸς Θράκιος Θρᾳκία, Τρὼς Τρωῒς Τρωΐα.

§ 2. Chone, Χώνη (Strab. codd. VI, I, 4 Χωνίη), regio Italiae inferioris, cui nomen dederunt Chones (gr. Χῶνες), gens Oenotrica. Strabo VI, I, 4: Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκτείνεσθαί φησι (Antiochus) τοὔνομα καὶ τὸ τῆς Ἰταλίας καὶ τὸ τῶν Οἰνωτρῶν μέχρι τῆς Μεταποντίνης καὶ τῆς Σειρίτιδος· οἰκῆσαι γὰρ τοὺς τόπους τούτους Χῶνας, Οἰνωτρικὸν ἔθνος κατακοσμούμενον, καὶ τὴν γῆν ὀνομάσαι Χώνην. Aristot. *Polit.* VII, 10: τὸ δὲ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν καὶ τὴν Ἰόνιον Χῶνες, τὴν καλουμένην Σύριν· ἦσαν δὲ καὶ οἱ Χῶνες Οἰνωτροὶ τὸ γένος. Chonas et Oenotras eiecerunt Samnites, Lucanorumque coloniam in eam regionem deduxerunt. Strabo VI, I, 2: Πρὶν δὲ τοὺς Ἕλληνας ἐλθεῖν οὐδ' ἦσαν πω Λευκανοί, Χῶνες δὲ καὶ Οἰνωτροὶ τοὺς τόπους ἐνέμοντο. τῶν δὲ Σαυνιτῶν αὐξηθέντων ἐπὶ πολὺ καὶ τοὺς Χῶνας καὶ τοὺς Οἰνωτροὺς ἐκβαλόντων, Λευκανοὺς δ' εἰς τὴν μερίδα ταύτην ἀποικισάντων, ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τὴν ἑκατέρωθεν παραλίαν μέχρι Πορθμοῦ κατεχόντων, πολὺν χρόνον ἐπολέμουν οἵ τε Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους. Vide SIRIS et SYBARIS; et cf. Strab. VI, I, 14, ubi codd. αὐτοχθόνων pro Χώνων. — Antiquitus hoc nomine Italiam appellarunt, teste Antiocho. Hesych. *Lexic.* II, 1570: Χώνην, τὴν Ἰταλίαν οὕτος πάλαι ἔλεγον, ὥς φησιν Ἀντίοχος ὁ Ξενοφάνος ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας.

CHORDVS vel cordus, *serotinus*, adiect. apud veteres. Varro *De r. r.* II, I, 19: « Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in volvis intimis. vocant χορίον, a quo chordi appellati ». Plin. VIII, LXXII, 1: « Chordos vocabant antiqui post id tempus natos ». Et XVIII, LXVII, 11: « Rursus rigari desecta oportet, ut secetur autumnale fenum, quod vocant cordum ». Cf. foenum cordum (Cato *De r. r.* V, 8; Colum. VII, III, 21), olus cordum (Colum. XII, XIII, 2), chorda frumenta (Paul. pg. 65). Habitatores Canapitii (vulgo *il Canavese*) hodie *cors* dicunt, pro eo quod Itali *tardo*, et praesertim de segetibus. — Chordus, et saepissime Cordus, sine aspiratione, fuit etiam cognomen gentis Muciae, ut in argent. nummo apud Cohen *Méd. consul.* pl. XVIII (CORDI), ex casu nascentium (Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 25).

CHORONA, *corona*, subst. f. apud veteres (Quintil. *Inst. orat.* I, v, 20; vide CHENTVRIO). Scaurus pg. 2252 P.: « χ quoque graeca litera consentit, unde quidam *coronam*, nonnulli choronam dixerunt ». Inscr. apud Vermigl. *Inscr. per.* pg. 240 (Orell. n. 1735): FORTVNAE | SACRVM | C · DOIVS · C · F · CHORON · EX · AVRI | P · 7 · V · V · S · L · M.

CHRESTVS, *Christus*, barbarâ orthographiâ apud Romanos

veri nominis rationem ignorantes (cf. Semler in ind. latin. Tertull. VI, 385 sq., et Bingham *Orig. Eccles.* I, I, 10). Suet. in *Claud.* cap. 25: « Iudaeos, impulsore Chresto assidue tumultuantes, Roma expulit ». Lactant. *De vera sap. et relig.* (IV, 7): « Sed exponenda huius nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui cum immutata littera Chrestum solent dicere ».

CHVTRA vel Chytra. Vide SCVTRA.

I> (ci), *cinque* (quinque = sanscr. pańc'an, gr. πέντε), nomen numerale etruscum per compendium scriptum, fortasse pro M3I> ciem, in tesseris etr. n. 2552 (Sec. Campanari et Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* pgg. 60, 74, 141), in titulo viterbiensi n. 2055 (Orioli in *Album* XIX, 156, 174), et in cippo perusino n. 1914 A lin. 24 (cf. Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXXIV 210, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 111 et Sec. Campan. *Tav. perus.* pg. 53).

AИ⊙AI> (ciathna), *Ciattia*, nomen mulieris, fortasse e κύατος (Lanzi II 400 = 329 ad n. 209), in olla etr. n. 2560.

?I+ИAI> (cianti), fortasse legendum in titulo perus. n. 1971, ubi Vermigl. legit Z3+MAI> (cias̓tes).

AƧIИAIO٩AI> (ciarthialisa), *Ciartiâ*, nomen mulieris abl. sg. (cf. AƧIO٩AI> ciarthisa). Inscr. bilinguis n. 251: AƧIИAIO٩AI> | Z3IИ3AIИИV83IИ3A (aelie fulni aelies ciarthialisa) = *Aelius Folnius Aelii* filius *Ciartiâ* natus (Q · FOLNIVS · A · F · POM · FVSCVS).

AƧIO٩AI> (ciarthisa), *Ciartii uxor*, cognomen mulieris, e coniugio derivatum (cf. AƧIИAIO٩AI> ciarthialisa, et MIO٩A3> cearthis̓). Ossuarium aretinum n. 466: AƧIO٩AI> | I3ИI+I+ · IO٩AИ (larthi titinei ciarthisa) = *Lartia Titinia Ciartii* uxor. Ciartius est gentilitium rom. apud Grut. 585, 8 (DIIS MANIBVS | L · CIARTI | HYPERETIS | FECIT | P · CIARTIVS HELOPS | PAEDAGOGO | L · CIARTI · SCYRI | COLLACTEI | SVI), et Mommsen n. 6769 col. 4 (C · CIARTIVS MEL...) et alibi. Cf. Ciartus et Ciarte apud Murat. 1171, 4, Grut. 769, 4, et Maffei *Mus. ver.* 253, 7 (Ciartia Chreste).

?Z3+MAI> (cias̓tes). Vide I+ИAI> (cianti).

CIBILLA. Vide CILLIBA.

CIBIS, *civis*, antiquiori orthogr. CEIVIS = osc. CEVS, subst. m.; unde CIBITAS = CEIVITAS (civitas). In titulo apud Mommsen n. 89 (*Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1836 pg. 152, Zell n. 1763): CVM CIBES FREQVENTES COLONIAE PAESTANORVM COEGISSENT BERBA FECERVNT NON ALIVNDE AESTIMAMVS STATVM CIBITATIS ALTIOREM CVLTIOREMQVE REDDI NISI INDVSTRIVM VIRORVM PATROCINIO FV[L]CIANTVR OPTIMI CIBES IGITVR HELPIDIO HONESTISSIMO VIRO PRO DIGNITATE SVA PATRONATVM OFFERAMVS etc. Adde inscr. praenest. apud Visconti *Mus. Pio-Clem.* I, 32 nt. 2 (Orell. n. 4360), in qua legitur ERGA CIBES VNIVERSVS (erga cives universos), VNIVERSIS CIBIBVS (universis civibus), et VNIVERSI CIVVES.

CIBITAS, *civitas*, vetustiori orthogr. CEIVITAS, subst. fem. (cf. CIBIS et CEIVIS = *civis*), in inscr. apud Mommsen n. 89 (vide art. praeced.). Cf. κιβετατε (civitate) apud scriptores graecos recentiores (Diez *Gramm. der Rom. spr.* I, 197).

M3I> (ciem), *quinque* (?), per compendium I> ci, in sarcophago viterb. n. 2070 (cf. Orioli in *Album* XIX 155 sg., 173 sg.).

?ƧMЯO⊙AⱵM3I> (ciemzathrms), fortasse legendum M3I> (ciem) et ƧMЯO⊙AⱵ (zathrms), in sarcophago viterb. n. 2070.

?IИI٩3I> (cierini), *Cerinia*, nomen mulieris, in ossuario etr. n. 966.

I✱I> (cizi), quod invenitur in inscr. tarquin. n. 2339, cum etr. I> ci = *quinque* comparat Oriolius in *Album* XIX, 174. *Caesii* nomen virile genit. sg. exponit Sec. Campanarius in *Giorn. arcad.* CXIX 324.

↓A8I> (cihach), in lapide etr. n. 1009.

?3ИИII> (ciilne), fortasse legendum in olla etr. n. 385.

ƧIΠIꓘ (kiípiís), *Cipius*, nomen virile apud Samnites (Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 28; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 30; Peter *Sprache und schrift* s. 41; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270 et in *Ann. di numism.* I 43; Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, 164, II 130, 311). Inscr. pompeiana n. 2799: ƧIΠIꓘ · Π (p. kiípiís) = *Publius Cipius* (Mommsen op. cit. s. 186, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 190, Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I 11 = XXXII).

CICATRICVLA, *parva cicatrix*, subst. fem. (Cels. *Medic.* II, 10, et VII, VII 1). Est cognomen virile apud Fabr. cap. X n. 211 pg. 700 = Oliv. *Marm. pisaur.* n. 35 pg. 15.

CICINNIA, dea turpitudinis, θέα κιναίδων, in Gloss. apud Labb. pg. 29 col. 3.

CICIRRVS, cognomen virile apud Oscos. Vide MESSIVS.

?ƧAIИV>I> (ciciulias), in titulo clusino n. 763.

CICCVM vel ciccus et cicum vel cicus, membrana tenuis malorum punicorum (Paul. pg. 42 s. v. *ciccum*). Isidori Glossae: « Cicum, mali granati membrana ». Varro *De l. l.* VII, 91 pg. 155: « Ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo punico discrimen; a quo etiam Plautus dicit: *quod volt elenchum *: ciccum non interduo* ». Gloss. apud Labb.: « Ciccum, γρύκοκκος ». Plaut. *Rud.* II, VII, 22: « Eluas tu an exungare, ciccum non interduo ». Cf. ital. *cica* h. e. *nihil*.

٩AИ3И>I> (ciclenar). Lege ٩AИ3И> I> (ci clenar).

V>I> (cicu), *Caecius*, nomen virile, cuius genit. sing. MV>I> cicus̓ vel ƧV>I> cicus, unde AƧV>I> cicusa. In titulis etr.: V>I> · OA (ath cicu, n. 156) = *Attius Caecius* (Lanzi II 436 = 365 ad n. 378), et V>I> · 3A> (cae cicu, n. 157) = *Caius Caecius*.

?ƎИ⅃IꟻƆIƆ (cicvitne), in ossuario etr. n. 239. Cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 94.

CICVM vel cicus. Vide CICCVM.

CICVMA vel cecuma, *noctua*, subst. fem. Gloss. apud Muellerum in Fest. pg. 381: « Cicuma, avis noctua ». Isidori *Glossae:* « cecua, *noctua* »; et « cecuma, *noctua* ».

AIИVƆIƆ (cicunia), *Ciconia*, cognomen mulieris (cf. VƆIƆ cicu, unde AƧVƆIƆ cicusa, et praenest. CONIA = *ciconia*). In ossuarii clusini operculo n. 494 bis *g:* AIИVƆIƆIƎИƧƎ⅃Ɫ : AIИAO (thania tlesnei cicunia) = *Tannia Laenia* (?) *Ciconia* (vel *Ciconiâ* nata?).

CICVR, *mansuetus*, adiect., unde INCICVR, *immansuetus*. Paul. pg. 108: « Interdum cicur pro *sapiente* ponitur, ut idem Pacuvius [vs. 387 ed. Ribbeck]: *Concilium cicur* ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 447: « Cicures, *placidi*, *quieti* ». Vide CICVRO.

CICVRIVS, cognomen rom. gentis Veturiae, ab ingenio cicure h. e. *mansueto*. Vide CICVR et CICVRO.

CICVRO, *mansuefacio*, e CICVR, *mansuetus*. Varro *De l. l.* VII, 91 pg. 155: « Apud Pacuvium [vs. 388 sq.]

nulla res neque
Cicurare, neque mederi potis est, neque
Reficere;

cicurare *mansuefacere;* quod enim a ferro discretum, id dicitur cicur, et ideo dictum: *cicur ingenium obtineo*, mansuetum, a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurii. Hinc natum a cicco cicur videtur ». Vide CICCVM.

ƧVƆIƆ (cicus) et MV>I> (cicuś), *Caecii*, nomen virile genit. sg. (vide VƆIƆ cicu et AƧVƆIƆ cicusa), in titulis etruscis n. 212 (ƧVƆIƆ; cf. Lanzi II 452 = 381 ad n. 433, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 151) et n. 633 (MV>I>; cf. Caiet. De Minicis *Iscr. del Mus. De Minicis* ad n. 332).

AƧVƆIƆ (cicusa), *Caecii uxor* (?), cognomen mulieris, fortasse e coniugio derivatum (vide VƆIƆ cicu et ƧVƆIƆ cicus), in titulis clusinis n. 704 bis et n. 720. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 288 nt. 1.

?ƎIƧV<I> (cicusie?), in speculo volcente n. 2154.

ΚΙΛΑΗΙΑΙΗΙ, in lapide messap. n. 2964.

CILIBANTVM, *mensa vinaria*, e CILLIBA. Varro *De l. l.* V, 121 pg. 48: « *Mensa vinaria* rotunda nominabatur cilibantum, ut etiam nunc in castris. Id videtur declinatum a graeco κυλικεῖον, id a poculo cylice ».

CILIBENSES, Κιληβῆνσιοι (Ptol. III, 2), populi Corsicae insulae.

CILINA vel Caelina, oppidum Italiae in Venetis (Plin. III, xxiii, 4), cuius incolae Cilinenses in lapide apud Cellar. *Geogr. ant.* lib. ii cap. ix pg. 561. Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 166. Cilinia est nomen mulieris apud Grut. 1051, 3 (CILINIA · CAMPETIA).

⅃AƧI⅃IƆ (cilisal), *Cilisiâ* (?), vel *Celesiae*, nomen mulieris abl. sg., in titulo etr. n. 2031 bis. Cf. Conestab. in *Arch. stor. ital.* XI, ii, 44.

CILLIBA, *mensa escaria*, unde CILIBANTVM. Varro *De l. l.* V, 118 pg. 47: « *Mensam escariam* cillibam (al. *cibilla*) appellabant; ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est. A *cibo* cilliba dicta ». Paul. pg. 43: « Cillibae mensae rotundae ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *cibilla*.

IИ⅃IƆ (cilni), *Cilnia*, nomen mulieris, pro AIИ⅃IƆ cilnia (vide CILNIVS). In lapide arretino n. 462: IИ⅃IƆ ⅃ (l. cilni) = *Lartia Cilnia* seu *Lars Cilinius* (Lanzi II 451 = 380 ad n. 430).

AIИ⅃IƆ (cilnia), *Cilnia*, nomen mulieris, minus recte IИ⅃IƆ cilni, in titulo etr. n. 2031 (non AIИ⅃IƆ⅃A alcinia, quod vide). Cf. etr. CEꟼИA, et Cilinia Iustina apud Murat. 1323, 6.

CILNIVS, gentilitium etr. (cf. IИ⅃IƆ cilni, AIИ⅃IƆ cilnia et ƎИ⅃ƎƎƆ cvelne), maximae apud Arretinos dignitatis ac potentiae. Liv. X, 3: « Etruriam rebellare, ab Arretinorum seditionibus motu orto, nunciabatur: ubi Cilnium genus praepotens, divitiarum invidia pelli armis coeptum ». Sil. Ital. VII, 29 sq.:

« Cilnius, Arretî Tyrrhenis ortus in oris,
Clarum nomen erat ».

Ab hac stirpe oriundus Maecenas, inde C. Cilnius Maecenas appellatus. Horat. *Od.* I, i, 1: « Maecenas, atavis edite regibus ». Propert. III, ix, 1: « Maecenas, eques Etrusco de sanguine regum ». Urbi et Italiae ab Augusto praepositus fuit. Tac. *Ann.* VI, 11: « Ceterum Augustus bellis civilibus Cilnium Maecenatem, equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit ». Macrob. *Saturn.* II, 4: « Idem Augustus, quia Maecenatem suum noverat esse stylo remisso, molli et dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, saepius exhibebat, et contra castigationem loquendi, quam alius ille scribendo servabat, in epistola ad Maecenatem familiari plura in iocos effusa subtexuit: *Vale mel gentium, melcule, ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum smaragde, iaspi figulorum, berylle Porsenae, carbunculum habeas,* ἵνα συντέμω πάντα μάλαγμα moecharum ». Maecenatem depingit Vell. Paterculus II, 88, cuius verba sunt haec: « Tunc urbis custodiis praepositus C. Maecenas, equestri, sed splendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, sane exsomnis, providens, atque agendi sciens; simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis paene ultra feminam fluens; non minus Agrippa Caesari carus, sed minus honoratus: quippe vixit angusti clavi paene contentus; nec minora consequi potuit, sed non tam concupivit ». Cf. Cic. pro *Cluent.* cap. 56; Tacit. *Ann.* I 54, III 30, XIV 53, et *Dial. de orat.* c. 26; Propert. II, i, 17 et 73. Gentili-

tium Cilnius invenitur in thesaur. epigr. apud Gorium, Gruter. et Murat.

CILO -onis, subst. m. Paul. pg. 43: « Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum. Cilo sine aspiratione, cui frons est eminentior, ac dextra sinistraque veluti recisa videtur ». Charis. pg. 102 = 78 P.: « Cilones dicuntur quorum capita oblonga et conpressa sunt, chilones autem cum adspiratione ex graeco a labris inprobioribus, quae illi vocant χείλη; unde et pisces chilones inprobius labrati ». Flav. Caper *De orthogr.* pg. 2242 P.: « Cilo est angusto capite, cui hoc contingit in partu: chilo dicitur modum labiorum excedens ». Vel. Long. pg. 2234 P.: « Item alium esse Cilonem, alium Chilonem: et cilones homines vocari angusti capite et oblongi: chilones vero improbioribus labris homines, a graeco παρὰ τὰ χείλη ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 447: « Cilones, quorum capita oblonga ». Cf. Cassiod. *De orthogr.* pg. 2287 P. Est etiam cognomen gentis Flaminiae in nummis argent. apud Cohen *Méd. consul.* pl. XVIII n. 1 suiv. (L · FLAMINI CILO, et L · FLAMINI CHILO). Cf. gentilitium Cilonius, apud Murat. 1258, 13.

CILVNCVLVS, subst. m., diminut. a CILO. Arnob. III, 14: « Ergo esse dicendum est quosdam capitones, ciluncul os, frontones, labeones ». Alii legunt *silunculos* (cf. Orell. adnot. in Arnob. pg. 134). Est etiam cognomen rom. in titulo apud Murat. 1560, 1 (C · HOSTILIO SP · F · CILVNCVLO).

CIMBRA, oppidum Italiae superioris, a Francis dirutum (Paul. Diac. *De Langob.* III, 30). Hodie est *Cembra*. Cf. Maffei *Ver. ill.* lib. III pg. 109 ed. Mediol. 1825.

CIMETRA, oppidum Italiae, in Samnio. Liv. X, 15: « Fabius etiam urbem Cimetram cepit [U. C. an. CDLV]. ibi capta armatorum duo millia quadringenti: caesi ferme pugnantes ad quadringentos triginta ». Codd. et edit. Liv. habent *Gimetram, Cimetrum, Simetriam, Simetiam, Cimetriam.* Cf. Niebuhr *Hist. rom.* VI, 65, et Garrucci *Ant. de' Liguri Beb.* pg. 20.

CIMICO, h. e. *cimicibus lectos purgo*, verbum denominativum. Gloss. apud Labb.: « Cimico, κορίζω », et « κορίζω, *cimico, cimis* (sic) ».

CIMINVS vel Ciminius mons, in Etruria, nunc *Montagna di Viterbo* appellatus (cf. Cluv. *Ital. ant.* pg. 560). Tab. Peuting. segm. IV*f* « Lacus et mons Ciminus ». Virg. *Aen.* VII, 697: « Et Cimini cum monte lacum ». Liv. IX, 37: « Vastationem namque sub Ciminii montis radicibus iacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriae modo populos, sed Umbriae finitima ». — Ciminius adiectivum est ad Ciminum pertinens; unde silva Ciminia (Plin. II, XCVIII 2), quam Ciminium saltum dixit Florus I, 17 (codd. *Geminius*, *Ceminius*, *Ciminus*). Liv. IX, 36: « Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quisquam, praeter ducem ipsum, audebat. ..... Tum ex iis, qui aderant, (consulis fratrem M. Fabium, Kaesonem alii, C. Claudium quidam matre eadem, qua consulem, genitum tradunt) speculatum se iturum professus, brevique omnia certa adlaturum. Caere educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus erat, linguamque etruscam probe noverat. Habeo auctores, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis erudiri solitos. Sed propius est vero, praecipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus inmiscuerit. servus ei dicitur comes unus fuisse, nutritus una, eoque haud ignarus linguae eiusdem: nec quidquam aliud proficiscentes, quam summatim regionis, quae intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accepere; ne qua inter conloquia insigni nota haesitantes deprehendi possent. Iere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus gaesisque binis armati. Sed neque commercium linguae, nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam quod abhorrebat ab fide, quemquam externum Ciminios saltus intraturum. Usque ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur. ibi, qui essent, fateri Romanum ausum: introductumque in senatum consulis verbis egisse de societate amicitiaque: atque inde comi hospitio acceptum, nunciare Romanis iussum, commeatum exercitui dierum triginta praesto fore, si ea loca intrasset; iuventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio futuram. Haec quum relata consuli essent, inpedimentis prima vigilia praemissis, legionibus post inpedimenta ire iussis, ipse substitit cum equitatu: et, luce orta, postero die obequitavit stationibus hostium, quae extra saltum dispositae erant: et, quum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit; portaque altera egressus, ante noctem agmen adsequitur. Postero die, luce prima, iuga Ciminii montis tenebat. inde, contemplatus opulenta Etruriae arva, milites emittit. Ingenti iam abacta praeda, tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes, repente a principibus regionis eius concitatae, Romanis obcurrunt, adeo incompositae, ut vindices praedarum prope ipsi praedae fuerint. Caesis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus, opulentusque rerum omnium copia, in castra rediit. Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant, denunciatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret. laetati serius se, quam ut inpedire bellum possent, venisse, nuncii victoriae Romam revertuntur ». Frontin. *Strat.* I, II, 2: « Q. Fabius Maximus bello Hetrusco, quum adhuc incognitae forent Romanis ducibus sagaciores explorandi viae, fratrem Fabium Caesonem, peritum linguae Hetruscae, iussit Tusco habitu penetrare Ciminiam (codd. nonnulli *Cuminam, Geminiam, Cu-*

meriam, *Cuminam*) silvam, intentatam ante militi nostro. Quod is adeo prudenter atque industrie fecit, ut transgressus silvam, Umbros Camertes, quum animadvertisset non alienos nomini Romano, ad societatem compulerit ». — Hinc et Ciminius lacus (Colum. VIII, xvi, 2; Vib. Sequester *De lac.* pg. 23 « Ciminius Etruriae »), ἡ Κιμινία λίμνη (Strab. V, ii, 9) et apud recentiores Κίμινος λάκος (Solio *De mirand.* etc.), nunc *Lago di Ronciglione*, de quo Servius ad Virg. loc. cit.: « Et lacus et mons hoc nomine appellantur. Sane hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos populos venit, qui cum a singulis provocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum, quo exercebatur: qui cum terrae esset affixus, et a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit: unde immensa vis aquae secuta est, quae Cyminum lacum fecit ». Et Pompon. Sabin.: « Lacus et mons Cimini post Sutrium est. tempore nostro lacus Vici adpellatur. nam illic oppidulum, nuper dirutum adpellabatur Vicus Cimini ». Sil. Ital. VIII, 489 sqq.:

« His mixti Nepesina cohors, Aequique Falisci,
Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul, et sacrum Phoebo Soracte frequentant ».

Via Ciminia vel Cimina memoratur in marmor. rom.: CVRAT · VIARVM · CASSIAE CLODIAE · CIMINIAE · NOVAE TRAIANAE (Orell. n. 822); CVR · VIARVM · CLODIAE ANNIAE CASSIAE CIMINAE · TRIVM TRAIANARVM ET AMERINAE (Orell. n. 3306); CVRAT · VIAR · CLODIAE · CASSIAE CIMINAE (Henzen n. 6484); CVRATORI VIARVM CLODIAE CASSIAE ET CIMINIAE (Henzen n. 6504). — Gentilitium Ciminius exstat apud Grut. 1029, 13, et apud Mommsen n. 1195.

CIMVL, *simul*, adverb. In titulo sepulcr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXXII n. 8: HIC CIMVL QVIESCIT.

AИI> (cina), *Ciniâ*, nomen mulieris, abl. sg. pro cinal = ⅃AIИI⊃ cinial, quod e IИI⊃ cini (cf. *Arch. stor. ital.* nv. sr. IV, I, 142). In lapide volaterr. n. 346: AИI> | IMƎ⅃A> : IMƎYIY (tileśi caleśi cina) = *Tito Callio Ciniâ* nato.

CINACVLVM, *cenaculum*, subst. n. in titulo apud Orell. n. 4331 (vide BOLO = volo).

CINGILIA, oppidum Italiae, in Vestinorum agro, a Romanis captum (Liv. VIII, 29, ubi codd. *cingulam*, *cingilliam*, *cingilam*, *catigiliam*; vide CVTINA). Cf. CINGVLVM, quod sequitur, et Cingillam Siriae oppidum apud Plin. V, xxi, 1.

ꓶƎꓘƆ (clel), quod legitur in cippo perus. n. 1914 A lin. 17, ad gr. κλέω = κλείω, *celebro*, trahit Sec. Campanarius *Tav. perus.* pg. 47. Cf. Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXXIV, 62, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 104.

CLEMENTIA, dea apud Romanos (Plin. II, v, 1; cf. Appian. *De bello civ.* I, 106). Plutarch. in *Caes.* LVII, 2: Ἐπεὶ τά γε ἄλλα, τῶν ἐμφυλίων αὐτῷ πολέμων πέρας ἐσχηκότων, ἀνέγκλητον παρεῖχε· καὶ τό γε τῆς Ἐπιεικείας ἱερὸν οὐκ ἄπο τρόπου δοκοῦσι χαριστήριον ἐπὶ τῇ πραότητι ψηφίσασθαι. Cf. Stat. *Theb.* XII 482, Claudian. in *Fl. Stilich.* II 6, et inscr. apud Henzen n. 5814, ubi legitur [OB] DEDICATIONEM · ARAE · AMENTIAE (Clementiae?).

CLEMENTILLA, diminut. clementis. Est cognomen rom. in marmore apud Fabr. cap. I n. 17 pg. 4 (IVLIAE · L · F · CLEMENTILLAE).

CLEMENTINVS, adiect. ad clementem pertinens. Est cognomen rom. Inscr. apud Fabr. cap. III n. 330 pg. 172: D · M | M · VLPIO · AVG · LIB | CLEMENTI · VLPIA · M · F | CLEMENTINA · FIL | PATRI · PIISSIMO · FECIT.

CLEMES, *clemens*, adiect., abiectâ nasali ante *s*, ut in multis; graece Κλήμης, apud scriptores christianos. Est cognomen virile in lapidibus romanis, ex. c. G · LONGINIVS · CLEMES (Mommsen n. 2892), POBLICIVS CLEMES (Mommsen n. 6393), A · BAEBIVS · C · F · SCAP · CLEMES (Grut. 533, 5), C · CAESIVS · CLEMES (Grut. 673, 10), CLEMES | RASIN (apud Gamurrini *Vasi fitt. aret.* n. 129 pg. 31), VALERIVS CLEMES (Lupi *Epitaph. Sev. martyr.* pg. 113). Adde inscr. apud Grut. 601, 7: D · M | CLEMETI · CAESAR|VM · N · SERVO · CASTE|LLARIO · AQVAE · CL|AVDIAE · FECIT · CLAV|DIA SABBATHIS · ET · SI|BI · ET · SVIS.

ИƎꓘƆ (clen), quod invenitur in cippo perus. n. 1914 A lin. 12 et in titulo viterbiensi n. 2059, nec non in aeneis signis n. 1055 et n. 2613 coniunctum cum voc. cecha vel ceca (AꓕƎƆ · ИƎꓘƆ, et AƆƎƆИƎꓘƆ), cognationem habet cum ꟼAИƎꓘƆ clenar, unde IMAꟼAИƎꓘƆ clenaraśi, et cum IMИƎꓘƆ clenśi, e ИAꓘƆ clan = *cnatus* s. *gnatus* (Passeri in *Mem. della Soc. Colomb.* I, 38 sg., Orioli in *Album* XIX 175 et XXIII 135, Sec. Campanari *Tav. perus.* pg. 38 nt. 1, Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 167; cf. Vinc. Campanari in *Giorn. arcad.* XXXIV, 49, et Coltellini apud Conestab. *Vita di G. B. Vermiglioli* pg. v sg.). Alii aliter interpretantur. Vermigliolius *Inscr. per.* pg. 99 hanc vocem, quam pro rom. *cliens* sumit Migliarinius (*Zibald.* mss. pg. 21), comparat cum gr. κλέω, *invoco*.

ꟼAИƎꓘƆ (clenar), *genus* (?), dat. sg. IMAꟼAИƎꓘƆ clenaraśi, e rad. -AИƆ cna-, unde etiam ИAꓘƆ clan = *cnatus* s. *gnatus* (cf. Niebuhr *Hist. rom.* II rem. 50, Orioli in *Album* XIX, 155, 174 sg.). Invenitur in titulis viterb. n. 2055 sq., cum nom. numer. zal = *ter* et ci = *quinque* coniunctum, ut ꓘA⊭ · ꟼAИƎꓘƆ (clenar zal, n. 2056), et IƆ · ꟼAИƎꓘƆ (clenar ci, n. 2055) fortasse idem ac ꟼAИƎꓘƆIƆ (ciclenar, n. 2340).

IMAꟼAИƎꓘƆ (clenaraśi), *generi* (?), dat. sg., e ꟼAИƎꓘƆ (clenar) = *genus* (?), quod vide (cf. Orioli in *Album* XIX, 175), in titulo perus. n. 1915 lin. 2. Alii aliter interpretantur. Cf. Passeri *De Etr. sepulcr.* apud Gori *Mus. etr.* III, 108, Maffei *Osserv. lett.* VI, 165, Vinc. Campanari *Dell'urna di Arunte* pg. 54, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 125.

AƆƎƆИƎꓘƆ (clenceca), fortasse legendum ИƎꓘƆ (clen) et AƆƎƆ (ceca), in aeneo signo n. 2613, ut alibi AꓕƎƆ · ИƎꓘƆ (clen cecha). Καλῇ κιχεῖσα, *voto adepto*, exponit Lanzius II 486 sg. = 412 sg., 535 = 457, 783 = 694; *voti caussa* Ianssen *Inscr. etr.* pg. 23.

MИƎꓘƆ (clenś), *cnati* (gnati), genit. sg. e ИAꓘƆ clan = *cnatus* (gnatus), apud Etruscos, in ossuario perus. n. 1653 (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 167). Cf. gentilitium Clentius (Cluentius?) in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 5224.

IMИƎꓘƆ (clenśi) et IƧИƎꓘƆ (clensi), *cnato* (gnato, nato), dat. sg. e ИAꓘƆ clan = *cnatus* (gnatus), apud Etruscos (Müller *Die Etr.* I 445, Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 171 et in *Album* XXIII, 130, Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 167). In aeneo signo n. 1922: IMИƎꓘƆ : ꓘAIƧƎꟻ : Ǝꟻ : MIꓘƎ+ƎM : IMƎꓘVA (auleśi meteliś ve vesial clenśi) = *Aulo Metello Velii* filio *Vesiâ nato* (Orioli in *Album* XXIII, 130, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 176); et in cippo perus. n. 1914 A lin. 9 sq.: IMИƎ|ꓘƆ ꓘAИ⊭ꟼA MAИIOꓘƎꟻ · IMƎꓘVA (auleśi velthinaś arznal clenśi) = *Aulo Veltinio Artiniâ nato* (cf. Vermigl. op. cit. pg. 96, Sec. Campanari *Tav. perus.* pg. 38 nt. 1). Adde inscr. etr. n. 2183, in qua IƧИƎꓘƆ clensi legitur, quod Migliarinio est rom. *cliens* (*Zibaldone* mss. pgg. 31, 34). Alii aliter interpretantur. Cf.

Gori *Mus. etr.* II 205, Lanzi II 485 sgg. = 412 sgg., 551 = 471, Vinc. Campanari in *Giorn. arcad.* XXX 338 sg., et Vermigl. *Inscr. per.* pgg. 39, 97.

ᗅꟼTᗅ1ƎꓘƆ (clepatra), Κλεοπάτρα (Cleopatra), nomen mulieris, in tegula etr. n. 1056 bis (suspecta). Vide CꓘIIPATRV≷ (clepatrus), quod sequitur.

CꓘIIPATRV≷ (clepatrus), Κλεόπατρον, genit. sg., nomen sive cognomen virile in titulo etrusco-rom. n. 975. Cf. Lanzi II 395 = 324 ad n. 196, et vide ᗅꟼTᗅ1ƎꓘƆ (clepatra).

ΚΛΕΠΙΤΙΟΣ, dux Lucanorum tempore belli marsici, apud Diod. Sic. XXXVII, II, 11 et 13 (Κλεπίτιος, et Τιβέριος Κλεπίτιος). Fortasse legendum ΚΛΕΠΤΙΟΣ, quod vide.

CLEPSINA, a *clepso*, est cognomen C. et L. Genuciorum consulum an. U. C. 483-484, ex Anonym. Norisiano (Forcell. *Lexic.* ed. Lipsiae).

CLEPSO, *clepo*, apud veteres. Varro *De l. l.* VII, 94 pg. 156: « Apud Lucilium: *Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foro qui.* Clepsere dixit, unde etiam clepere, id est *corripere;* quorum origo a clam, ut sit dictum *clapere*, unde clepere, ex E A commutato, ut multa. Potest vel a graeco dictum κλέπτειν ».

ΚΛΕΠΤΙΟΣ, dux Lucanorum in bello contra servos in Sicilia gesto, ἀνὴρ στρατηγικὸς καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ περιβόητος (Diod. Sic. XXXVI, VIII, 1). Cf. ΚΛΕΠΙΤΙΟΣ, et gentilitium Cleppius in lapide venusino apud Mommsen n. 736 lin. 13.

ᗅꓷꓘƎꓘꓘ (kletra), *creterrâ*, subst. f. abl. sg. 1 decl. apud Umbros (cf. gr. χύτρα et κλήματα), in tab. eugub. IV 24 (Lanzi I 64 = 49, II 696 sg. = 604 sg., 815 = 724, Grotefend *Rud. l. u.* III 16, VII 30, 32; cf. Aufr. et Kirch. II 369, 376). Huschkio *Die iguv. taf.* s. 402 est gr. κλῆθρα, *alnus*.

§ 2. *Creterram*, acc. sg. pro ꟽᗅꓷꓘƎꓘꓘ kletram (Grotefend III 16, VII 28, 30, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21; cf. Aufr. et Kirch. I 110, II 369). Tab. eugub. III 13: ᗅꓘVꓘꓷƎ8 : ᗅꓷꓘƎꓘꓘ (kletra fertuta) = *creterram ferunto*, quod *alnum ferunto* vertit Huschke *Die iguv. taf.* s. 396.

ꟽᗅꓷꓘƎꓘꓘ (kletram), *creterram*, subst. fem. acc. sg. 1 decl., minus recte ᗅꓷꓘƎꓘꓘ kletra, quod vide, apud Umbros, in tab. eugub. III 13 (Lanzi II 696 sg. = 604 sg., Grotefend *Rud. l. u.* III 16, VII 28, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21; cf. Aufr. et Kirch. I 110, II 369). *Alnum* exponit Huschke *Die iguv. taf.* s. 396.

ƎꓷꓘƎꓘꓘ (kletre), *creterrae*, subst. fem. dat. sg. 1 decl. (Aufr. et Kirch. I 111, II 369, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 20), e ᗅꓷꓘƎꓘꓘ kletra = *creterra*, apud Umbros, in tab. eugub. III 14. Cf. Lanzi II 696 sg. = 604 sg., Grotefend *Rud. l. u.* VII 28. *Alno* exponit Huschke *Die iguv. taf.* s. 396.

?ꓘ+≷VƎꓘƆ (cleustl), in tegula etr. n. 889.

‡ꓘƆ (clz), fortasse idem ac ИᗅꓘƆ clan = *cnatus* (gnatus), in aere volaterrano n. 347.

CLIBANVS, mons Italiae inferioris, apud Plin. III, XV, 2. Cf. Front. *De col.* pg. 260 ed. Lachm.: « Clibes, ager eius lege Iulia est assignatus ».

?ƎIIꓘƆ (cliie), fortasse perperam scriptum pro caiie = *Caius*, in operculo ossuarii perus. n. 1365. Vermigliolio est *Cleo* (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 127).

CLINGO, *cingo*, a gr. κλείειν derivatum. Paul. ex Festo pg. 56: « Clingere, *cingere*, a graeco κυκλοῦν dici manifestum est ». Isidori Glossae: « Clingit, *cludit* ». Cf. Muellerus in Festo loc. cit., et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CLIPEA, nomen mulieris, in titulo n. 2442 ad Faliscos pertinente. Cf. Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. XXI.

CLITERNIA, Italiae oppidum in Frentanis, prope ostium Tiferni amnis (Mela II, IV, 6), fortasse in loco ubi nunc *Licchiano* (cf. Romanelli *Topogr.* etc. III, 22). Plin. III, XVI, 4: « Larinatum Cliternia ». Inscr. apud Mommsen n. 5732 (Orell. n. 3784): DIS · MANIBVS | T · SELLVSI · C · F · CLA | CERTI | AEDILI · REATE · QVAEST · IV | DVVMVIRO · CLITERNIAE | PRAEF · FABR · COS · II | IVDICI · EX · V · DECVRIIS | VIXIT · AN · LXXXVII | SINE · AERE · ALIENO.

CLITERNVM, Κλεῖτερνον (Ptol. III, 1 in codd. nonnullis Κλείντερνον), oppidum Italiae, in Aequiculanorum agro (Plin. III, XVII, 1). Cliternini sunt oppidi eiusdem incolae. Plin. loc. cit.: « Aequiculanorum, Cliternini, Carseolani ». Cic. *Ep. fam.* IX, 22 = n. 659: « At honesti colei Lanuvini, Cliternini non honesti ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *Cliterninus*.

CLITVMNVS, fluvius Umbriae, in Tiberim influens (Suet. in *Calig.* cap. 43; cf. R. Venuti *Osserv. sopra il fiume Clitunno detto oggi le Vene;* et *Giorn. arcad.* V 51). Virg. *Georg.* II, 146 sqq.:

« Hinc albi, Clitumne, greges et maxuma taurus
Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deûm duxere triumphos ».

Ubi Servius: « Vocativus est *Clitumne*. Clitumnus autem fluvius est in Mevania, quae pars est Umbriae, partis Tusciae: de quo fluvio, ut dicit Plinius in Historia naturali, animalia, quae potaverint, albos foetus creant ». Sil. Ital. IV, 544 sqq.:

« Mevanas Varenus, arat cui divitis uber
Campi Fulginia, et patulis Clitumnus in arvis
Candentes gelido perfundit flumine tauros ».

Propert. II, XIX, 25:

« Qua formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit, et niveos abluit unda boves ».

Et III, XXII, 23 sq. (ubi codd. *luturnus, ditumnus, litumnus*):

« Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite, et aeternum Marcius humor opus ».

Stat. *Silv.* I, IV, 129: « Aut praestent niveos Clitumna novalia tauros ». Cf. Iuven. *Sat.* XII, 13 « Clitumni pascua ». Plin. *Epist.* VIII, 8: « Vidistine aliquando Clitumnum fontem? . . . . . Modicus collis assurgit, antiqua cupressu nemorosus et opacus. Hunc subter fons exit, et exprimitur pluribus venis, sed imparibus; eluctatusque facit gurgitem, qui lato gremio patescit purus et vitreus, ut numerare iactas stipes et relucentes calculos possis. Inde non loci devexitate, sed ipsa sui copia et quasi pondere impellitur. Fons adhuc, et iam amplissimum flumen atque etiam navium patiens; quas, obvias quoque et contrario nisu in diversa tendentes, transmittit et perfert: adeo validus, ut illa, qua properat ipse, quamquam per solum planum, remis non adiuvetur; idem aegerrime remis contisque superetur adversus. Iucundum utrumque per iocum ludumque fluitantibus, ut flexerint cursum, laborem otio, otium labore variare. Ripae fraxino multa, multa populo vestiuntur: quas perspicuus amnis, velut mersas, viridi imagine adnumerat. Rigor aquae certaverit nivibus; nec color cedit. Adiacet templum, priscum et religiosum. Stat Clitumnus ipse, amictus ornatusque praetexta. Praesens numen, atque etiam fatidicum, indicant sortes. Sparsa sunt circa sacella complura, totidemque dei. Sua cuique veneratio, suum nomen: quibusdam vero etiam fontes. Nam praeter illum, quasi parentem ceterorum, sunt minores capite discreti; sed flumini miscentur, quod ponte transmittitur. Is terminus sacri profanique. In superiore parte navigare tantum, infra etiam natare concessum. Balineum Hispellates, quibus illum locum divus Augustus dono dedit, publice praebent, praebent et hospitium: nec desunt villae, quae sequutae fluminis amoenitatem, margini insistunt. In summa, nihil erit, ex quo non capias voluptatem: nam studebis quoque, et leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille deusque celebratur ». Item fluvius deus est habitus, qui Iovis Clitumni cognomento colebatur; unde aquae sacrae dicebantur. Sil. Ital. IV, 545 sq.: « Et patulis Clitumnus in arvis Candentes gelido perfundit flumine tauro ». Idem VIII, 450 sq.: « Et lavat ingentem perfundens flumine sacro Clitumnus taurum ». Vib. Sequester *De flum.*: « Clitumnus Umbriae, ubi Iuppiter eodem nomine est ». Cf. Claudian. *De sexto cons. Honor.* vs. 506. Clitorius est fons seu lacus Arcadiae.

CLIVIA avis, apud veteres, dicta est ab auguribus. Plin. X, XVII, 2: « Civiam quoque avem ab antiquis nominatam, animadverto ignorari. Quidam *clamatoriam* dicunt, Labeo *prohibitoriam* ». Alii legebant *clivinam*. Paul. pg. 64: « Clivia auspicia dicebant, quae aliquid fieri prohibebant; omnia enim difficilia clivia vocabant, unde et clivi loca ardua ». Cf. Isidori gloss. « clivior, *nobilior* ».

ИᒣↃ (cln), *natus*, adiect. contractum e ИAᒣↃ clan, quod vide. Inscr. etr. n. 2376: ИᒣↃ · Aᒣ · ƧAИ↓ᑫAT · ƧIᑫAᒣ (laris tarchnas la cln) = *Lars Tarquinius Lartiâ natus.*

CLOACARE, *inquinare*, apud veteres. Paul. ex Festo pg. 66 (ubi cf. Muellerus): « Cloacare, inquinare; unde et cloacae dictae ». Gloss. apud Labb.: « Cloaco, *μολύνω* ».

CLOACINA vel Cluacina, cognomen Veneris, quod alii a *cluo* h. e. *purgo*, alii a *cloaca* derivatum putant (cf. Prudent. *Apoth.* vs. 197). Plin. XV, XXXVI, 1: « Fuit (*myrtus arbor*) ubi nunc Roma est, iam tum quum conderetur: quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinosque, quum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinae habet. Cluere enim antiqui *purgare* dicebant ». Serv. ad *Aen.* I, 720: « Dicta (*Venus*) et Cloacina, quia veteres cloare pugnare (leg. *purgare*) dicebant ». Liv. III, 48 (ubi cf. Drakenborch): « Data venia, seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas, quibus nunc Novis est nomen ». Lactant. *De falsa relig.* I, 20: « Cloacinae simulacrum in cloaca maxima repertum Tatius consecravit, et quia cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit ». August. *De civ. Dei* VII, 10 (cf. IV, 8 et 23): « Cloacinam Tatius dedicavit deam ». Cyprian. *De idol. vanit.*: « Deam quoque Cloacinam Tatius et invenit et coluit ». Minuc. Felic. cap. 25: « Cloacinam Tatius et invenit et coluit ». Cf. Tertull. *Adv. Marc.* I, 18, et *De pallio* cap. 4. Plaut. *Curc.* IV, I, 9 sq.:

« Qui periurum convenire volt hominem mitto in Comitium.
Qui mendacem et gloriosum, apud Cluacinae sacrum ».

Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v. Exstant nummi gentis Mussidiae (Cohen *Méd. consul.* pl. XXIX, n. 5 sq.), cum scriptione CLOACIN (Eckhel *Doctr. num. vet.* V, 258).





CLODIS, *Clodius*, gentilitium ital. In titulo sepulcrali n. 2695: P · CLODIS = *Publius Clodius* (Lanzi II, 162 = 122).

CLODO, *claudo* (ital. *chiudo*), apud Plin. XVIII, LXXVI, 4. Cf. Clodius = *Claudius.*

CLOELIVS. Vide CLVILIVS.

ΚΛΟΗΙ vel ΚΛΟΗΙΞΙϟ, in lapide messap. n. 2995. Cf. ΚΛΑΩ vel ΚΛΑΟΗΙΞΙ et ΛΑΟΗΙΞΙ.

CLOCA, *cloaca*, contractum e CLOVACA, in titulo apud Murat. 956, 7 (Orell. n. 4183).

CLONIVS, eques siculus, de quo Diod. Sic. XXXVI, IV, 1 (Πόπλιος Κλόνιος). Est etiam cognomen virile in titulo apud Grut. 465, 7 = 1091, 5 (cf. 300, 2).

CLOSTELLVM, parvum clostrum (claustrum). Petron. *Satyr.* cap. 140 pg. 856 ed. Burm.: « dum frater sororis suae automata per clostellum miratur ».

CLOSTRA romana, Κλῶστρα (Ptol. III, 1), in Latio, ad Nymphaeum amnem (Plin. III, IX, 5; Tab. Peuting. segm. V*e* « clostris »). Cato *De r. r.* cap. 135: « Clostra Romae ».

CLOSTRVM, *claustrum*, subst. n. (cf. CLOSTRA et CLOSTELLVM), quod et scribitur CLVSTRVM. Diomed. pg. 378 P.: « Ea consuetudine qua *au* syllaba cum *o* commercium habet, ut cum dicimus *claustra* et clostra, *cauda* et coda, et similia ». Cato *De r. r.* cap. 13: « claves cum clostris in cellas duas ». Adde Petron. *Satyr.* cap. 89 vs. 57, cap. 89 vs. 7, et cap. 121 vs. 113.


CLOVACA, *cloaca*, subst. f. (cf. Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II, 363), per contractionem CLOCA. In inscr. arpinate apud Mommsen n. 4472 (Garrucci in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 27): VIAS · CIV[ITATIS · ET] | CLOVACAS · FACIVN | COER · EIDEMQVE | PROBARVNT. Mar. Victor. pg. 2469 P.: « Non est cloaca, ut putatis, sed cluaca, quasi conluaca ». Cf. ΚΛΟϜΑΤΟΣ, quod sequitur.

ΚΛΟϜΑΤΟΣ, Clovatius, nomen virile apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 270). In vase lucano: ΣΤΑΤΙ.. ΕΡΓΟΝΚΛΟϜΑΤΩΙΔΩΡΟΝ h. e. Στατίου ἔργον. ΚλοϜάτῳ δῶρον (Minervini in *Bullett. arch. nap.* IV, 104 tav. IV n. 6). Gentilitium Clovatius vel Cloatius = *Cluatius* invenitur in titulis apud Gruterum (260, 3) et Mommsen (n. 2377, 4735), fortasse a *cluo* h. e. *purgo* derivatum (cf. Th. Bergk in *Zeitschr. f. die wissensch. d. spr.* IX = 1851 s. 21).

CLVACINA. Vide CLOACINA.

CLVANA, oppidum Italiae, in Piceno (Plin. III, XVIII, 2; Mela II, IV, 6), ad ostium fluvii, quem *Chienti* vocant.

CLVDO, *claudo*, contracto *au* in *o* (cf. *includo*, *obcludo*, *praecludo*), a scriptoribus usurpatum (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Trahitur ad rad. sanscr. ślis, *amplecti*, *applicare* etc. Sil. Ital. VI, 451: « limine se clusit Tyrio ». In nummis Neronis (cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* VI, 273): PACE · P · R · TERRA · MARIQ · PARTA · IANVM · CLVSIT.





CLVDVS, *claudus* (ital. *zoppo*), adiect. apud veteres. Plaut. *Pseud.* II, II, 64: « Apud anum illam doliarem, cludam, crassam ». Cludia est nomen mulieris in lapide sepulcr. apud Mommsen n. 6481 (CLVDIA PAVLINA).

CLVENTINVS, cognomen rom., fortasse a tribu Cluentia, occurrit in titulo romano apud Murat. 803, 7 (C · CASPERIVS · CLVENTINVS). Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *Cluentia* et *Cluentinus*, et Orell. *Inscr. lat. sel.* II 28*E* n. 4. Cf. Q · CLVVENTIVS ALCIMVS apud Grut. 240 col. 3 = Mommsen n. 6769.

CLVEO vel cluo, *purgo*, apud veteres. Plin. XV, XXXVI, 1 (vide CLOACINA): « Cluere antiqui *purgare* dicebant ». Cf. eiusd. lib. XXXV, IV, 1.

ΑΘϟVΜVΘVΛϽ (cluthumustha), Κλυταιμνήστρα (Clytaemnestra), quod scribitur etiam ΑΤΙΜVΤVΛϽ clutumita et contractiori forma ΑΝϟΜΝVΛϽ clutmsta (in vase graeco-ital. ΚΛVΤΕΜΝΕΣΤΡΑ, apud Inghir. *Vasi fitt.* II tav. CLXVIII), filia Iovis et Ledae, uxor Agamemnonis. Invenitur in volcente speculo n. 2156. De forma romana Clytemestra pro *Clytemnestra* cf. CLYTEMESTRVM.

CLVILIVS vel Cloelius, Albanorum rex s. dictator (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 62). Liv. I, 22: « Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas in vicem agerent. Imperitabat tum C. Cluilius Albae (codd. *Gaius Civilius*, *Caius Civibus*, *Gaius Cluilius*, *Gracchus Cloelius* vel *Chloelius*) ». Hinc Cluilia fossa (Liv. II, 39) vel Cluiliae fossae, gr. Κλοίλιαι τάφροι (Dionys. Halic. VIII, 22, Plutarch. in *Coriol.* XXX, 1). Liv. I, 23: « Albani priores ingenti exercitu in agrum romanum impetum fecere. castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant, fossa circumdant: fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot secula adpellata est, donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. In his castris Cluilius Albanus (codd. nonnulli *Cuilius*, *Civilius*) rex moritur; dictatorem Albani Mettum Fuffetium creant ». Dionys. Halic. III, 2: Αἴτιος δὲ τοῦ διαστῆναι τὰς πόλεις καὶ λῦσαι τὸ συγγενὲς ἀνὴρ Ἀλβανὸς ἐγένετο Κλοίλιος ὄνομα, τῆς μεγίστης ἀρχῆς ἀξιωθείς. Cf. Corssen *Ueber aussprache* etc. I, 197.

CLVIOR, *nobilior*, adiect. apud Isid. Gloss. Cf. *cluis* in Forcell. *Lexic.*, et gentilitium Cluius apud Grut. 969, 2.

ΚΛΥΙ[ΟΥΙΑ]. Vide CLVVIA.

CLVCIDATVS vel glucidatus, *dulcis* et *suavis*, apud veteres. Paul. pg. 55: « Clucidatum dulce et suave dicebatur ». Varro *De l. l.* VII, 107 pg. 166: « [Naevius] in Nagidone [pg. 14 ed. Ribbeck]: clucidatus, *suavis*, tametsi a magistro accepimus *mansuetum* ». Cf. GLOCIDO.

CLVCON, *Glycon* (γλυκὺς, dulcis), cognomen virile. Inscr. capuana apud Garrucci *Scoperte falische* (in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 230): SEX · ANNIO · SEX | L · CLVCONI · TVLLIA | L L ANTICONA · FECIT | IN · ACRO · P · II · INF · P · DV (pedes V).

KΛVΜ (klum), *Clumnius* (Clonius)?, gentilitium samniticum, breviatim scriptum, fortasse pro clumniis (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V, 100), apud Etruscos IƎИMVΛϽ clumnei = *Clumnia*. In lamella plumbea capuana n. 2749 lin. 1: ΣΤΕ... KΛVM · ΕHDDIIΣ (ste[n] klum virriis) = *Stenius Clumnius* (?) *Virrius*.

CLVMAE, idem ac *glumae*, *folliculi hordei* (Paul. pg. 55). Gloss. apud Labb: « Clumae, ἔλυτρα », et « Clunar (sic), κριθῆς λέπυρον ».

IИIIMVΛϽ (clumene), Κλυμένη (Clymene), nomen mulieris in titulo piceno (Append. n. xxxv). Cf. IƎИMVΛϽ clumnei, quod sequitur, et Lanzi II 656 = 569.

IƎИMVΛϽ (clumnei), *Clumnia* (Clunia, Clonia), nomen mulieris, comparandum cum osco KΛVM klum et cum piceno IИIIMVΛϽ clumene. In ossuario perus. n. 1648: IƎИMVΛϽ · AИAO (thana clumnei) = *Tannia Clumnia*.

? AΥΣ[M]VΛϽ (clumsta), Κλυταιμνήστρα (Clytemnestra), pro AΥΣMΥVΛϽ (clutmsta), pleniori orthogr. AΘ2VMVΘVΛϽ (cluthumustha) et A+IMV+VΛϽ (clutumita), apud Etruscos, in lapide n. 2514 bis (AΥΣIИVΛϽ clunista).

CLVNA vel cluria (?), *simia*. Paul. ex Festo pg. 55: « Clunas simias a clunibus tritis dictas existimant ». Gloss. Labb.: « Clura, πίθηκος », et « Cluria κερκοπίθηκος ». Cf. clurinum pecus apud Plaut. *Truc.* II, II, 14, ubi cf. Meursius (*Exerc. crit.* ad *Truc.*), qui utramque formam, *clura* et *cluna*, recte se habere statuit. Salmas. *Exerc. Plin.* pg. 267 unice *clura* probavit.

CLVNACLVM vel clunaculum, *cultrum sanguinarium*, subst. n., quod inter varia gladiorum nomina enumerat Aul. Gellius X, 15. Paul. pg. 50: « Clunaclum cultrum sanguinarium dictum, vel quia clunes hostiarum dividit, vel quia ad clunes dependet ». Isidor. *Orig.* XVIII, 6: « Pugio a *pungendo* et transfigendo vocatur. Est enim gladius parvus bis acutus lateri adhaerens. Item et clunabulum (sic) dictum, quod religetur ad *clunem* ».

AΥΣIИVΛϽ (clunista), in lapide n. 2514 bis, ut mihi videtur pro AΥΣMVΛϽ clumsta, quod vide.

CLVNIVM, Κλούνιον πόλις (Ptol. III, 2), oppidum Corsicae.

AIΣИVΛϽ (clunsia), in vase clusino n. 803.

CLVO vel clueo, *purgo*, apud veteres, teste Plinio XV, xxxvi, 1 (vide CLOACINA). Trahitur ad rad. sanscr. śru (Bopp gloss. pg. 357), unde CLVTVS, *celeber*.

CLVPEVS et clipeus, *clypeus*, subst. m. In lapidibus rom.: IN CLVPEVM (Mommsen n. 4886), CLIPEVM ARGENTEVM (Grut. 374, 1 = Momms. n. 5250), COLLEGIO CVLTOR STATVAE · ET · CLIPEOR (Momms. n. 5029).

CLVSARIS, *clusarius* h. e. *qui claudit*, adiect., a cludo = *claudo*. Hygin. *De limit. const.* pg. 172 ed. Lachm.: « quarta enim illic lapidis portio clusaris vacat ab iscribtione ». Cf. angulos clusares, apud eund. pg. 195 sq.

CLVSARIVS, *ad claudendum actus*, adiect. (cf. CLVSARIS). Hygin. *De limit. const.* pg. 194 ed. Lachm.: « in lateribus clusaribus ».


CLVSENTINVS. Vide CLVSIVM.

CLVSIA, Etruscorum regis filia. Theophilus fragm. n. 1 (apud Plutarch. *Parall.* cap. 13): *Ῥωμαῖοι πολεμοῦντες πρὸς Τοῦσκον, ἐχειροτόνησαν Βαλέριον Τουρκουάτον· οὗτος θεασάμενος τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα, τοὔνομα Κλουσίαν, ᾐτεῖτο παρὰ τοῦ Τούσκου τὴν θυγατέρα· μὴ τυχὼν δὲ, πορθεῖ τὴν πόλιν. Ἡ δὲ Κλουσία ἀπὸ τῶν πύργων ἔρρυψεν ἑαυτήν· προνοίᾳ δ' Ἀφροδίτης κολπωθείσης τῆς ἐσθῆτος, διεσώθη ἐπ τὴν γῆν.* Vide CLVSIVS.

CLVSIOLVM, oppidum Italiae, in Umbria, ad partem occidentalem. Plin. III, xix, 3: « In hoc situ interiere Feliginates, et qui Clusiolum tenuere supra Interamnam ». Cf. Kaempf *Umbr. spec. pr.* pg. 22.

CLVSIVIVS. Vide CLVSIVS § 3.

CLVSIVM, Κλούσιον (Strab. V, II, 9; Ptol. III, 1; Polyb. II, xxv, 2; Diod. Sic. XIX, CXIII, 5; Appian. *De bell. gall.* cap. 2, et *De bell. civ.* II 89, 92; Plutarch. in *Cam.* XVII, 1), oppidum Etruriae clarum (Plin. VIII, LXXXII 1, XXXVI, xix 7; Antonini *itiner.* pg. 285; Tab. Peuting. segm. IV*d*), olim CAMARS appellatum (in nummis n. 476 A↓ cha), quod fertur conditum fuisse a Clusio



Tyrrheni filio vel a Telemacho Ulyssis filio. Servius ad Virg. *Aen.* X, 167 (« qui moenia Clusi »): « Clusium est oppidum iuxta Massicum: quod in Etruria condidit Clusius Tyrrheni sive Telemachus Ulyxis ». Antonini *Itiner.* pg. 533: « Clusio veteri,

olim Camersolo (*sic*), Clusio novo, a quo dictus Clusentinus transitus Annibalis ». Liv. V, 33: « Expulso cive, quo manente, si quidquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat; adventante fatali urbi clade, legati ab Clusinis veniunt, auxilium adversus Gallos petentes. Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum maximeque vini, nova tum voluptate, captam, Alpes transisse, agrosque ab Etruscis ante cultos possedisse: et invexisse in Galliam vinum inliciendae gentis caussa Aruntem Clusinum, ita corruptae uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipse, praepotente iuvene, et a quo expeti poenae, nisi externa vis quaesita esset, nequirent. hunc transeuntibus Alpes ducem, auctoremque Clusium obpugnandi fuisse. Equidem haud abnuerim, Clusium Gallos ab Arunte, seu quo alio Clusino, adductos: sed eos, qui obpugnaverint Clusium, non fuisse, qui primi Alpes transierint, satis constat. ducentis quippe annis ante, quam Clusium obpugnarent, urbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt: nec cum his primum Etruscorum, sed multo ante cum iis, qui inter Apenninum Alpesque incolebant, saepe exercitus Gallici pugnavere ». Haec de Clusio vetere; de Clusio autem novo loquutus ipse Livius X, 25. Inscr. apud Orell. n. 3503: Q · GAVIVS · Q · F | ARN · CLEMENS | CLVSII · EVOK | AVG | A·QVESTIONIBVS. Cf. Müller *Die Etr.* I 102 sq., 233 sq., 238, 428, II 270, 342. — Clusini, gr. Κλουσῖνοι (Strab. IV, II, 2; Dionys. Halic. III, 51 Κλουσινοί, et V 21 Κλουσιανοί; Plutarch. in *Numa* XII, 7 sq., et in *Cam.* XVII, 2 sqq.; Appian. *De bell. gall.* cap. 2), sunt incolae eiusdem oppidi (Plin. XIV, IV, 14; Liv. V, 33), qui dicuntur Clusini novi et Clusini veteres (Plin. III, VIII, 3). — Clusinus, gr. Κλουσῖνος (Strab. V, III, 7), adiect. est ad Clusium pertinens, ut Clusinum vulgus (Sil. Ital. VIII, 478), Clusinum far (Colum. II, VI, 3; cf. Plin. XVIII, XII, 3), Clusinae pultes (Martial. XIII, 8), Clusini fontes (Horat. *Epist.* I, XV, 9). Cf. Serv. in Virg. *Aen.* X, 655 (vide OSINIVS) et Sil. Ital. V, 124. Clusinus est etiam cognomen rom. in titulo edito in *Giorn. arcad.* CXLIV, 41 (C · NVMISIO CLVSINO), et in tab. apud Gruter. 241 col. 4 (L · CALPVRNIVS CLVSINVS).

CLVSIVS, fluvius Galliae Cisalpinae. Polyb. II, XXXII, 4: *Περιελθόντες δὲ πλείους ἡμέρας, καὶ διελθόντες τὸν Κλούσιον ποταμὸν, ἦλθον εἰς τὴν τῶν Γονομάνων χώραν.*

§ 2. Clusius, Tyrrheni filius, qui fertur Clusium condidisse (vide CLVSIVM). Cf. M · CLVSIVS · M · L (Murat. 1660, 5) et CLVSIA · C · L · TOPIA (Doni cl. IV n. 20 pg. 140; Murat. 190, 5 et 519, 3).

§ 3. Clusius vel Clusivius est etiam cognomen Iani pacis tempore, a cludendo (Ovid. *Fast.* I 130, Macrob. *Saturn.* I 9; vide PATVLCIVS).

CLVSTER, *κλυστήρ* (clyster), mutato gr. *υ* in rom. *u*, apud Scrib. *De compos.* 179.

CLVSTRVM, *clostrum* (claustrum), in Not. Tiron. pg. 84.

CLVSTVMINA tribus. Vide CRVSTVMERIVM.

CLVSVRA, *clausura* (ital. *chiusura*), subst. f. Cassiod. *Variar.* II, 5: « segaxinta militibus in Augustanis clusuris iugiter constitutis ». Alii legunt *clausuris*.

CLVSVS, *clausus*, partic. a cludo = *clòdo* h. e. *claudo* (cf. *ac-clusus*, *in-clusus* etc.). In tabula XLI *a* fratr. Arval. apud Marini: ET AEDES CLVSA EST (lin. 31), et IBI SACERDOTES CLVSI SVCCINCTI (lin. 31 sq.). Inscr. apud Lupi pg. 115: HOC · MONVMENTVM · ITA · VTI · EST · MACERIA · CLVSVM CVM HORTO · ET · STABVLO etc. In lapide apud Henzen n. 7321: CVM · AEDIFICIO · ET · VINEIS · MACERIA CLVSIS. Adde inscr. apud Doni cl. VI n. 62 pg. 243. Senec. *Troad.* vs. 317: « clusus atque hostem tremens ». Val. Flac. I, 239: « clusos invenit in ignibus Argos ».

CLYTEMESTRVM, oppidum Sabinorum, postea Crustumerium appellatum. Serv. in Virg. *Aen.* VII, 631: « Cassius Hemina tradidit, Siculum quendam, nomine uxoris suae *Clytemnestrae*, condidisse Clytemestrum, mox corrupto nomine Crustumerium dictum ». Cf. etr. AΘ⸮VMVΘV⅃Ɔ (cluthumustha) = *Clytaemnestra.*

AƎI+V⅃Ɔ (clutiva), fortasse *gloria*, a *κλύω* (cf. CLVTVS), in titulo perusino n. 1915 lin. 3 (Lanzi II 519 = 442, Vinc. Campanari *Dell'urna di Arunte* pg. 60 sg., Vermigl. *Inscr. per.* pg. 130).

AYƧMYV⅃Ɔ (clutmsta), Κλυταιμνήστρα (Clytaemnestra), contractiori forma AYƧMV⅃Ɔ clumsta, pro A+IMV+V⅃Ɔ (clutumita) vel AΘ⸮VMVΘV⅃Ɔ (cluthumustha), apud Etruscos, in ossuario volaterrano n. 305.

A+IMV+V⅃Ɔ (clutumita), Κλυταιμνήστρα (Clytaemnestra), idem ac AΘ⸮VMVΘV⅃Ɔ (cluthumustha) et contractiori forma AYƧMYV⅃Ɔ (clutmsta) vel AYƧMV⅃Ɔ (clumsta), in etrusco speculo n. 2549.

CLVTVRNVM, oppidum Italiae inferioris, inter Aeserniam Telesiamque urbes, in *Tab. Peuting.* segm. V*f*.

CLVTVS, gr. *κλυτός* (celeber) = sanscr. śruta, adiect. apud veteres (cf. CLVO, *purgo*). Paul. pg. 55: « Clutum Graeci *κλυτόν* dicunt. Unde accepta praepositione fit *inclitus*. *In* enim saepe augendi causa adicimus (*sic*), ut *invocavit*, *inclamavit* ». — Clutius est gentilitium rom. apud Maffei *Mus. ver.* 254, 4. Cf. Clutoria (Murat. 712, 2, Mommsen n. 25), et Cluturius (Fabr. cap. IX n. 131 pg. 615; Murat. 2091, 4; *Bullett. dell' Inst. arch.* an. 1844 pg. 163).

. . . AƎV⅃K (kluva. . .), *Clovatius* (Cluatius)?, nomen virile, apud Samnites, in titulo capuano n. 2752 (vide ꟼIƎVIЯ diuvia).

CLVVENTIVS. Vide CLVENTINVS.

CLVVIA vel Cluviae, gr. Κλυι[ούΐα] (in marmore frentano

apud Boeckh n. 5878 lin. 8), oppidum Hirpinorum in Samnio, hodie *Montechiodi* vocitatum. Liv. IX, 31: « In Samnio Cluviam, praesidium Romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditionem acceperant Samnites, verberibusque foedum in modum laceratos occiderant deditos. Huic infensus crudelitati Iunius, nihil antiquius obpugnatione Cluviana ratus, quo die adgressus est moenia, vi cepit, atque omnes puberes interfecit ». Inscr. apud Mommsen n. 5293 (Henzen n. 5178): BENE[F]ICIARIO · TRIBVNI · COHOR · V · [P]R | C · ATTIO · C · F · ARN · CRESCENTI | AED · ANXANI · ET · CLVVIS · AED · IIII · VIR · I · D. Hinc dicta videtur Cluvia tribus, una ex iis, quae bello sociali veteribus romanis tribubus adiectae sunt. Cf. inscr. apud Grut. 521, 2 et Orell. *Inscr. lat. sel.* II 28 E n. 5.

CLVVIA, mulier campana. Liv. XXVI, 33: « In consilio, inquit (*M. Atilius Regulus*), arbitror me fuisse consulibus, Capua capta, quum quaereretur, ecquis Campanorum de republica nostra bene meritus esset; duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habitantem, et Fauculam Cluviam (codd. ***Faucolam Cluviam, Faculam Divianam, Faculam Diviam, Fauculam Duviam, Fauculam Dunam, Fauculam Cluvinam***), quae quondam quaestum corpore fecisset; illam quotidie sacrificasse pro salute et victoria populi Romani; hanc captivis egentibus alimenta clam suppeditasse ». Valer. Max. V, II, 1: « Vestia Opidia materfamilias, et Cluvia Facula meretrix ». Cf. Iuven. *Sat.* II, 49 « Taedia non lambit Cluviam, nec Flora Catullam ». — Cluvius est gentilitium rom. (Mommsen n. 976, 1867, 1968, 2513 sq., 3055 sq., 3701, 4766, 6307, 6769). Cf. C. Cluvius (Liv. XLIV, 40; Cic. pro *Rosc.* cap. 14), C. Cluvius Saxula (Liv. XLI, 33, XLII, 1), Spurius Cluvius (Liv. XLII, 9 sq.), Cluvius Puteolanus (Cic. *Epist. ad Att.* VI, 2 = n. 256, *Epist. fam.* XIII, 7 = n. 645 et XIII, 56 = n. 231), Tullus Cluvius (Cic. *Phil.* IX, 2).

ᗡƎIIƎVᒧK (kluviier), *Cluvii*, genit. sg. 2 decl., cuius thema Kluviio = *Cluvio*, gentilitium umbr. (cf. osc. ꓤƎVᒧK kluva et CLVVIA), e kluv- et suff. -iio (Aufr. et Kirch. I 39, 48, 55, 118, 163, II 310 sq.). Tab. eugub. Va 15: ᗡƎIIƎVᒧK : ꓘ : K : ƎIꓘƎᗡꓘΘV (uhtretie k. t. kluviier) = *auctoritate Caii Cluvii Titi* filii. — Hanc vocem ad antiquum *cluo* h. e. *purgo* trahit Passerius *Paralip.* pg. 326, secutus a Lanzio I 60 = 47, 376 = = 294, II 706 = 614; et cum adiect. *clivius* comparat Grotefend *Rud. l. u.* III 6, VII 7 sq.

ꟽK (km), *Cominius* vel *Comius*, praenomen virile apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 271; cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 147, et vide COMINIVS et COMIVS). In titulo samnit. n. 2876 (vide ꓯИꟽVИVꓤ dúnúmna): ꟽK · ƧIITᗡVꓭ · I (z. húrtiis km) = *Z... Hortius Cominii* filius (Mommsen op. cit. s. 174) vel *Comii* fil. (Huschke loc. cit. et s. 395; cf. Stier in *Zeitschr. f. die alterthumw.* IX = 1851 s. 471). Inscr. samnit. n. 2881:

ꟽK ƧIIꓭ·ꓭ·ИꓭK·ИꟽK

lege: km b[a]bbiis km = *Cominius Babbius Cominii* filius (Mommsen op. cit. s. 177, et in *Bullett. arch. nap.* V 43 sg., Huschke op. cit. s. 157).

?ИƆ (cn), fortasse *Gnaea*, praen. mulieris, in olla etr. n. 1829. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 326 sg. ad n. 15.

-ꓯИK (kna-), *gnascor*, radix umbrica. Vide GNA-.

-ꓯИƆ (cna), *gnascor*, radix etrusca (= umbr. -ꓯИK kna- vel GNA-). Vide ИꓯᒧƆ (CLAN) cum derivatis, et cf. ИꓯИƆꟼ†ƧƎ (estr-cnan), ᒧꓯИƆꓯИꓯ8 (fana-cnal), ꓯИƆꟼꓯᒧ (lar-cna) = *Larcanius* (Largenna?), ꓯИƆꟼꓯꟽ (mar-cna) = *Marcanius*, IƎИƆꟼꟽƎᒧ (lemr-cnei), ꓯИƆᗡƎꟻ (ver-cna) = *Verginius*, cet.

§ 2. Radix cna-, = umbr. GNO- vel GNA-, *nosse*, fortasse invenitur in voc. MƎꟼꓯИƆ cnareś = *Gnarii*, et ᒧꓯIꟼꓯИƆ cnarial = *Gnariâ*. Cf. IꟼꓯИ nari et ꓯIꟼꓯИ naria, pro cnari et cnaria (?).

ꓯИƆ (cna), in vase campano n. 2585.

CNAEVS et Cneus, Cnaea et Cnea, praen. rom., a *naevo* (cf. etr. IƎИƆ cnei, osc. GNAEVIVS, GNAIVIVS et GNEIVS), ut docet auct. *de nomin. rat.* Scribitur CN, et pronunciatur tanquam si per *g* litteram scriberetur. Quintil. *Inst. orat.* I, VII, 29: « Nec Gneus eam litteram in praenominis nota accipit, quae sonat ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *cnaeus*.

ᒧꓯИƆ (cnal). Vedi ᒧꓯИƆꓯИꓯ8 (fanacnal).

?ИꓯИƆ (cnan), in operculo ossuarii perus. n. 1231. Vide ИꓯИƆꟼ†ƧƎ (estrcnan).

MƎꟼꓯИƆ (cnareś), *Gnarii*, nomen virile, genit. sg. (cf. ᒧꓯIꟼꓯИƆ cnarial = *Gnariâ*), apud Etruscos. In ossuario perus. n. 1965: MƎꟼꓯИƆ .... ꓯƆ · ꓯᒧ (la ca. ... cnareś) = *Lartia Ca.... Gnarii* uxor. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 339.

ᒧꓯIꟼꓯИƆ (cnarial), *Gnariâ*, nomen mulieris, abl. sg., e cnaria (fortasse idem ac ꓯIꟼꓯИ naria), quod e rad. -ꓯИƆ cna-, *gnosco* (nosco), nisi reddendum *Caria* (vide MƎꟼꓯИƆ cnareś, et cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 68 et nt. 4). In operculis ossuar. perus.: ᒧꓯIꓤ|ꓯИƆ · ᒧꓯIꓯƆ · ꓯᒧ · IИꓯИꓯ · ꓯᒧ (la anani la caial cnarial, n. 1093) = *Lartia Anania Lartis* filia *Caiâ Gnariâ* nata; et ᒧꓯIꟼꓯИƆ · ꓯᒧ · IИꓯИꓯ · Vꓯ (au anani la cnarial, n. 1095) = *Aula Anania Lartis* filia *Gnariâ* nata. — Gnorius est gentilitium rom. apud Maffei *Mus. ver.* 357, 2 (T. Gnorius Atilianus). Cf. cognom. CNVRES, apud Gamurrini *Vasi fitt. aret.* n. 409 pg. 65.

CNASONA, *acus*, qua mulier caput scalpit (Isidor. gloss.), comparandum cum dor. κνάσιον e κνάω, *scalpo*. Paul. pg.

52: « Cnasonas acus, quibus mulieres caput scalpunt ».

CNATVS, *gnatus* (natus), = etr. ИAՎϽ clan, e *gnascor*. Operculum ossuar. perus. n. 1255: A · PETRONIVS · L · F · SVCIAE CNAT. Cf. inscr. n. 2694, ubi . . CNATOIS.

IЭИϽ (cnei), *Cnea* (Gnea), praenomen mulieris (vide IϽЭИϽ cnevi et ƎꟻЭИϽ cneve), in ossuario tudertino n. 90*b*. Cf. inscr. perus. fragm. n. 2003.

§ 2. *Cneus* (Gneus), praenomen virile in titulo etrusco n. 469 (Passeri *Lett. Roncagl.* n. x pg. 322 sg., Lanzi II 520 = 443, Gamurrini *Vasi fitt. aret.* pg. 65 sg.).

?IMЭMϽ (cnemi), in olla senensi n. 390.

CNEPHOSVS et gnephosus, *obscurus*, adiect. apud veteres. Paul. pg. 51: « Cnephosum antiqui dicebant *tenebricosum*. Graeci enim *κνέφας* appellant *obscurum* ». Et pg. 95: « Gnephosum *obscurum*, videlicet ex graeco, quod est *κνέφας* ».

ƎꟻЭИϽ (cneve) et ƎVЭИϽ (cneue), *Gnaevius* (Gnaeus), praenom. virile, genit. sg. MƎꟻЭИϽ cneveś = *Gnaevii* (vide GNAEVIVS, IЭИϽ cnei et IϽЭИϽ cnevi, et cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 178 ad n. 35). In titulis perusinis: AИϽꟼAՎ · ƎꟻЭИϽ (cneve larcna, n. 1660) et AИϽꟼAՎƎVЭИϽ (cneue larcna, n. 1661) = *Gnaevius Larcanius.*

§ 2. ƎVЭИϽ (cneue), *Gnaevius*, nomen virile, fortasse legendum in ossuario volaterr. n. 362 bis. Vide voc. sq.

MƎꟻЭИϽ (cneveś), *Gnevii*, gentilitium etruscum, genit. sg., e praenomine ƎꟻЭИϽ cneve derivatum. In columella perus. n. 1901: MƎꟻЭИϽMƎՎƎA (aeleś cneveś) = *Aelii Gnevii* (« Aeleiae Gnaeviae », Vermigl. *Inscr. per.* pg. 148).

IꟻЭИϽ (cnevi), *Gnevia*, nomen mulieris, abl. sg. ՎAIꟻЭИϽ cnevial (vide IЭИϽ cnei et ƎꟻЭИϽ cneve). In columella perus. n. 1649: IϽЭИϽ : AՎ (la cnevi) = inscr. clus. n. 694 bis*h* IꟻЭИϽ : IOꟼAՎ (larthi cnevi) h. e. *Lartia Gnevia.*

ՎAIꟻЭИϽ (cnevial), *Gneviā*, nomen mulieris, abl. sg., e IꟻЭИϽ cnevi = *Gnevia.* Operculum ossuar. clus. n. 494 bis*d:* ՎAIꟻЭИϽ : OA : AИƧꟼVϽ : OA (ath cupsna ath cnevial) = *Attius Cupiennius Attii* filius *Gneviā* natus. Aliud operculum ossuarii cortonensis n. 1028: ՎAIϽЭИϽ : IИIꟼЭ⊗ : AI+ƧA⊗ (hastia herini cnevial) = *Fausta Herennia Gneviā* nata. Inscr. perus. n. 1696: ՎAIꟻЭИϽ · AՎ · IИՎ+AI · AՎ (la patlni la cnevial) = *Lartia Patinia* (?) *Lartis* filia *Gneviā* nata.

AИꟻЭИϽ (cnevna) et AИVЭИϽ (cneuna), *Gnevius* vel *Gnaevius*, gentilitium etr. ex Volaterris, idem ac ƎꟻЭИϽ cneve, genit. sg. MAИVЭИϽ cneunaś = MƎꟻЭИϽ cneveś, cum *n* euphonico (cf. Lanzi II 349 = 278 ad n. 27). In titulis volaterranis: AИꟻЭИϽ · ꟻA (av cnevna, n. 327 bis) = *Aulus Gnevius;* et AИVЭИϽ : Ǝꟼ+ƎƧ (setre cneuna, n. 328) = *Setrius Gnevius.* Adde inscr. n. 328 bis.

§ 2. *Gnevia*, nomen mulieris, = IꟻЭИϽ cnevi. In operculo ossuar. volaterr. n. 329: AИVЭИϽ · VA (au cneuna) = *Aula Gnevia.*

MAИVЭИϽ (cneunaś), *Gnevii*, gentilitium etr. genit. sg., idem ac MƎꟻЭИϽ cneveś, e AИVЭИϽ cneuna = *Gnevius*, cum *n* euphonico, in cippo volaterrano n. 348. Cf. Zannoni et Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1830 pg. 28 sgg., 167 sg.

ՎИϽ (cnl), in cippo perus. n. 1914*A* lin. 19 et 24. Cf. Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXXIV 62 sgg., 210, et Sec. Campan. *Tav. perus.* pgg. 49, 53.

?AՎƎꟻИϽ (cnvela). Lege AՎƎꟻ ИϽ (cn vela).

KNVS, *canus*, adiect. antiquo scribendi more, ut docet Scaurus *De orth.* pg. 2253 P. (vide BNE = *bene*): « item *cera*, *c* simplex et *ra;* . . . ita et quoties kanus et karus scribendum erat, quia singulis literis primae syllabae notabantur *k* prima ponebatur, quae suo nomine *a* continebat; quia si *c* posuissent, *cenus* et *cerus* futurum erat, non canus et carus ».

CO, *cum*, praepositio, apud Umbros, pro COM, vetustiori orthogr. VK ku pro MVK kum (Lassen *Beiträge* etc. pg. 19 sq., Grotefend *Rud. l. u.* II 12, IV 26, V 28, Aufr. et Kirch. I 104, 154, Huschke *Die iguv. taf.* s. 663), in compositis COMOLTV = V+ՎVMVK kumultu h. e. *com-molito*, COMATIR = Ǝ+AMVK kumate h. e. *com-molitis*, COMOHOTA = *com-mola*, COVERTV = V+DƎꟻVK ku-vertu h. e. *con-vertito*, COVORTVSO = *con-versi sunt*, et COVORTVST vel COVORTVS = *con-verterit* (cf. rom. COAGLO, COIECTVRA, COICIO, COIVGALIS, COIVGIVM, COIVX, COIVNCS, COIVNX, COLEGIVM, COLIBERTA, CONVBIVM, COSTITVTIO, COSENTIO, COSERVVS, COSOL et COSVL, COSOLO et COSVLO, COSVLARIS, COSTANS, COSTANTINVS, COSTATIVS, COSTITVO, COSVMTVS); nec non in verbis DESTRVCO et VKVD+ƧƎ+ testru-ku = *cum dextero*, ESISCO = *cum his*, NERTRVCO et VKVD+DƎИ nertru-ku = *cum sinistro*, PERSTICO = *cum . . . . .*, PESONDRISCO = *cum —is*, TERMNVCO = *cum termino*, VERISCO = *cum portis* (cf. rom. MECO et MECV = *mecum*, ital. *meco*).

CO, *cum*, antiquiori orthogr. VK ku, praepositio pro COM = MVK kúm, apud Oscos, fortasse in compositis COMONOM, COMONO, COMONEI, COMENEI.

CO, com vel con, *cum*, apud Romanos. Vide CON et vocc. praeced.

CO, *quo*, in titulo apud Passionei cl. VIII n. 37. Vide CIS = *quis.*

COAGLO, *coagulo*, in titulo sepulcrali apud Henzen n. 7412 (COAGLAVI pro *coagulavi* i. e. *convocavi*).

COAD, *quoad*, apud veteres. Cf. adnot. in Macrob. *Saturn.* I, 7 pg. 238 ed. Lips. 1774.

COGNOBILIS, h. e. *qui cognosci aut intelligi potest.* Aul. Gell. XX, 5: « quoniam his solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt ». Cato ap. eund. loc. cit.: « Itaque ego cognobiliorem cognitionem esse arbitror ».

COD, *quod*, pron. relat. (cf. CIS = *quis*). In marm. apud Murat. 1968, 4: QVIA · COD · ESTIS.

CODA, *cauda*, subst. f. apud veteres (Diomed. pg. 378P.; vide CLOSTRVM). Varro *De r. r.* II, vii, 5: « Equus ..... coda ampla subcrispa ». Idem apud Non. II, 135 = pg. 86: « Sed ut canis sine coda ». Petron. *Satyr.* cap. 44 (I, 281 ed. Burm.): « tamquam coda vituli ». Cf. Salmas. *Exerc. Plin.* pg. 881.

CODETA ager, in quo frutices existunt in modum codarum equinarum (cf. CODA = *cauda*). Ita Paul. pg. 38. Et pg. 58: « Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem ». Cf. Doederlein *Synon. und Etym.* VI, 61, qui non a *caudis*, sed a *caudicibus codecta* sive *codeta* dictum fuisse illum agrum opinatur.

CODICARIVS, *caudicarus*, adiect. ad codicem (caudicem) pertinens, ut CODICARII NAVICVLARII (Grut. 440, 3) vel CODICARII NABICVLARI (Grut. 1086, 6). Sallust. apud Non. XIII, 12 = pg. 535: « et quamquam ad id naves codicariae occulte per hyemem fabricatae aderant ».

COELIANVS vel Caelianus, adiect. ad Coelium vel Caelium pertinens, apud Cic. *ad Att.* X, 12 = n. 378. Vide CAELIVS § 2.

COELIBARIS vel caelibaris, adiect. Paul. pg. 62: « Coelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abiecti occisique, ut, quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit; vel quia matronae Iunonis Curitis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum Curis dicitur; vel quod fortes viros genituras ominetur; vel quod nuptiali iure imperio viri subiicitur nubens, quia hasta summa armorum et imperii est. Quam ob causam viri fortes ea donantur, et captivi sub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους et δορυκτήτους vocant ». Arnob. II, 67 (pg. 98 ed. Orell.): « Nubentium crinem caelibari hasta mulcetis? ». Cf. Ovid. *Fast.* II, 559.

COELIMONTANVS vel Caelimontanus et Caeliomontanus, adiect. ad Coelimontium pertinens. Vide voc. sq.

COELIMONTIVM, secunda regio urbis Romae, a Coelio vel Caelio monte appellata (Publ. Vict. *De reg. urb.*). Inscr. apud Pighi *Ann. magistr.* etc. ad an. 284 pg. 117: HERCVLI IVLIANO IOVI CAELIO GENIO CAELIMONTIS ANNA SACRVM. — Coelimontanus, adiect. ad Coelimontium pertinens (cf. Drakenborch in Liv. vol. I pg. 814), ut Caelimontana porta (Cic. *in Pis.* cap. 23). In lapide apud Grut. 187, 3: ARCVS · COELIMONTANOS · PLVRIFARIAM VETVSTATE · CONLAPSOS. Inscr. apud eund. 645, 4: TI · CLAVDIO · GLYPTO · HYMNOLOGO · DE CAMPO · CAELEMONTANO · VIXIT · ANNIS XXV etc. Est etiam cognomen rom., ut SP · VERGINIVS · A · F · A · ..... TRICOST · CAELIOMONT (Ti. Virginius Caelimontanus, apud Liv. III, 65) in fragm. fast. consul. (an. U. C. CCXCVIII), ubi cf. Borghesi I, 59-62.

COELIVM. Vide CAELIVM.

COELIVS. Vide CAELIVS.

COENA, apud antiquos dicebatur, quod nunc est *prandium: vesperna*, quam nunc coenam appellamus. Ita Paul. pg. 54, ubi cf. Müller. Et pg. 223: « Prandium ex graeco προένδιον est dictum, nam *meridianum cibum* coenam vocabant ». Cf. SCENSA = *cena*.

COENACELLVM vel caenacellum, diminut. coenaculi, in Not. Tiron. pg. 149.

COENASSIT, *coenaverit*. Plaut. *Stic.* III, iii, 38: « si coenassit domi ».

COENATOR, δειπνητής, in Gloss. graeco-lat. apud Labb. pg. 44 col. 2.

COEPIO, *capio*, apud veteres. Paul. pg. 59: « Coepiam futurum tempus ab eo, quod est *coepi*. Cato: *coepiam seditiosa verba loqui*. Invenitur quoque apud maiores et infinitivi modi coepere ». Vide Non. II 159 = pg. 89 s. v. *coepere* (incipere).

COEPVLONVS, h. e. *qui simul epulatur.* Plaut. *Pers.* I, iii, 20: « Te coepulonus compellat tuus ».

COERANDVS, *curandus*, e COERO = *coiro* (curo), apud Cic. *De leg.* III, 3 (vide COERO).

COERATOR, *curator*, e COERO = *coiro* (curo), apud veteres. Cic. *De leg.* III, 3: SVNTOQVE AEDILES, COERATORES VRBIS, ANNONAE, LVDORVMQVE SOLLEMNIVM.

COERO, *coiro* (curo), apud veteres, qui raro etiam CORO et COVRO scripserunt. Inscr. apud Mommsen n. 2196 (*Die unterit. dial.* s. 180): V · POPIDIVS | EP · F · Q | PORTICVS | FACIENDAS | COERAVIT. Adde: FAC · COER (Mommsen n. 1957, 2587), FACIVND · COERAVIT (Murat. 480, 2 = Mommsen n. 277; Grut. 170, 6 = Orell. n. 31; Mommsen n. 2513), FACIVNDVM COERAVIT (Grut. 160, 3 = Orell. n. 50), FACIVNDVM COER (Momms. n. 321), FACIVNDOS COERAVIT (*Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 113), FACIENDA · COER (Grut. 61, 5); SIGNVM · CONCORDIAE · EX · C · C · RESTITVENDVM · COERAVERVNT (Murat. 1989, 3 = Momms. n. 4221), FACIVND · COERARVNT (Grut. 168, 1 = Momms. n. 4148), FACIVNDVM COERARVNT (Momms. n. 2201), [FACI]ENDVM COERAVER (Momms. n. 3565), FACIVNDV[M] COERAVER (Momms. n. 322), FACIVND · ET · REFICIVND · COERA[V] (Momms. n. 3538).

FAC · COER (Momms. n. 2249), FACIVN COER (Momms. n. 4472), FACIVND · COERAVERE (Momms. n. 3563), FACIVNDAS · COERARVNT (Momms. n. 4875), FACIVNDVM · COERAVERE (Marini *Arvali* pg. 15), COERAVERVNT (Momms. n. 3560), FVNDAMENTA · MVROSQVE · E · SOLO · FACIVNDA · COERAVER (Grut. 165, 2), FACIVNDAM COERAVERVNT (Orell. n. 3808), TERMINOS RESTITVENDOS EX S · C · COERAVIT (Murat. 486, 4 = Orell. n. 570). S. C. apud Cic. *De leg.* III, 3: AST SI QVID ERIT, QVOD EXTRA MAGISTRATVS COERARI OESVS SIT; QVI COERET, POPVLVS CREATO, EIQVE IVS COERANDI DATO. Adde COERATO in edicto aedilium apud Aul. Gell. IV, 2, et COERARET in veteri S. C. apud eund. XV, 11. Cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 59 et s. 298 sq.

COZANO. Vide nummos ad *Cosam* pertinentes.

KOZOY, pro *κοζους* h. e. *cuius*, in titulo latino gr. literis scripto, apud Mommsen n. 2143.

COZVGI, *coiugi* (coniugi), dat. sg. Inscr. sepulcr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXXII n. 82 bis: IVL · | VENERIVS · | FLABIAE · ISPENI · | COZVGI · INCO|PARABILI · BONE | ET · CASTE.

COHVM, *lorum*, subst. n. Paul. ex Festo pg. 39: « Cohum *lorum*, quo temo buris cum iugo colligatur, a cohibendo dictum ». Varro *De l. l.* V, 135 pg. 53: « Sub iugo medium cavum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur cous a *cavo* ». Cf. Müller in Festo loc. cit.

COHVM, *coelum*. Paul. ex Festo pg. 39: « Cohum poëtae *coelum* dixerunt, a *chao*, ex quo putant *coelum* esse formatum ». Cf. Müller in Festo loc. cit.

KOX (koth), in vase n. 2567.

COIECTVRA, *coniectura*, subst. f., e COICIO = *conicio* (coniicio), in codd. vet. (cf. Corssen *Ueber aussprache* etc. I, 96).

COIILIA, *Coelia*, nomen mulieris, in titulo sepulcrali n. 2763.

COICIO, *conicio* (coniicio), apud veteres (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *coniicio*). In S. C. apud Cic. *Epist. fam.* VIII, 8 = n. 223 (ed. Orell.): IN SORTEM COICERENTVR. Tab. Malacit. apud Henzen n. 7421 col. 2 lin. 45 sq.: NOMINA EORVM IN SORTEM COICITO; et lin. 50 sq.: NOMINA CVRIARVM IN SORTEM COICITO. Laberius vs. 147 apud Aul. Gell. XVI, 7: « Coicior in fullonicam ». Afran. vs. 190 sq.: « is cum filio Coicerat nescio quid de ratiuncula ». Idem vs. 310 sq.: « Noli, mea mater, me praesente, cum patre Coicere ». Idem vs. 215: « causam coicere hodie ad te volo ». Lex Servil. *De Repetund.* (Append. n. LX) cap. 13: IVDICES · SORTICOLAS · CONIECIANT (coniiciunt).

COILIVS, *Coelius*, antiquo scribendi more. In nummis argenteis ad gentem Coeliam pertinentibus, apud Cohen *Méd. consul.* pl. XIII n. 1 suiv. (L · COIL, et C · COIL · CALDVS). Cf. D. Coilius Liberalis in titulo sepulcrali apud Mommsen n. 6973.

COINQVENDA, dea apud Romanos, ita appellata, quia lucis et arboribus coinquendis praeerat (cf. Marini *Arvali* pgg. 309, 380 sgg.). Tab. XLIII lin. 11 fratr. Arval. apud Marinium: ITEM ADOLEND · COINQ · OV · II h. e. *item Adolendae, Coinquendae oves II.*

COIPERIT, *coeperit*, apud veteres. Lex Servil. *De Repet.* (Append. n. LX) cap. 7: QVEI · EORVM · EVM · MAG · COIPERET · FACITO h. e. *qui eorum eum magistratum coeperit facito*, etc.

COIRO, *coero* (curo), apud veteres, ex. c. FACIENDA · COIRAVIT (Append. n. XL lin. 4), MVRV · AEDIFICANDVM · COIRAVERVNT (Grut. 59, 8 = Orell. n. 2487, Mommsen n. 3561), FACIVNDVM · COIRAVER (Mommsen n. 3564), FACIVND · COIRAVERE (Mommsen n. 3562), FACIVNDVM COIRAVERVNT (Orell. n. 566, Mommsen n. 1119), EQVITES · DEDERVNT COIRAVERVNT (*Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1849 pg. 95). Cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 298 sq.

KOISIS, *Coisius*, nomen virile, apud Umbros in lapide tudert. n. 86 (Mommsen in *Zeitschr. f. wissensch. der spr.* I, 396; Aufr. et Kirch. I 105, 115 sq., II 394 sq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 510, 549, et in *Rhein. Mus.* XI 352). Cf. *Cusius* (Curius), cum Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126.

COIVGALIS, *coniugalis*, adiect. a COIVGIVM = *coniugium* derivatum. In titulo apud Fabr. cap. IV n. 50 pg. 253: AMORI COIVGALI. Adde Gori *Inscr. ant.* I 116 n. 97.

COIVGIVM, *coniugium*, subst. n. Inscr. apud Oliv. *Marm. pisaur.* n. 89: IVLIAE · IVSTAE · CON|IVGI · KARISSIMAE | CVIVS · OBSEQVIIS | IMPAREM · MESEM|PER · PROFITEOR | QVAE · VIXIT · MECVM | IN · COIVGIO · PER | CASTITATEM · SV|AM · AN · XL | VASSELLIVS · SA|BINIANVS · M|ARITVS · POSVIT.

COIVNCS, *coiunx* (coniux, coniunx). Inscr. apud Mommsen n. 3530: D · M · S | VALE | CHRYSIME | Q · V · AN · XL | FECIT FELICIASVE | COIVNCS VENE|MERENTI.

COIVNX, *coniunx* (coniux), subst. m. et f. Inscr. apud Mommsen n. 614: D · M · | VLPIA · TY|CHE · VIXIT | ANNIS · LXXX | FECIT · CO|IVNX · CO B M. Adde inscr. apud Grut. 481, 6, apud Passionei cl. VIII n. 18, et Mommsen n. 1134. Cf. Scaur. pg. 2256 ed. P., Prisc. pg. 278 = 723, et pg. 372 = 785 P., Vel. Long. pg. 2236 P., Cassiod. pg. 2287 P., Beda pg. 2332 P.

COIVX, *coniunx* (coniux), subst. m. et f. antiquo scribendi more, aliquando COIVNX, CONIVX, CONIVXS, CONIVNXS, COIVS cet. (cf. adiect. sanscr. jug', nominat. juc = *iunc-tus*, e rad. iug' = *iung-ere*, in fine compositorum). Apuleius *De orth.* § 17 pg. 7 ed. Osann:

« Coiux citra .n. in utraque syllaba reperitur apud antiquos; et cum .s. post .x. coniuxs. Nam .x. non erat antiquissimum, pro quo modo .cs., modo .gs., modo .ss. utebantur; apecs pro *apex*, gregs pro *grex*, Ulysses pro *Ulyxes*. Postea .x. varie usurpata: modo enim pro duplici, modo simplici consona posita invenitur: unde vixi, vicxi et vixsi in libris manu auctorum scriptis et in monumentis vetustisque lapidibus Romanorum ... Item in ... quid quod coniux cum .n. in priore ... Interdum cum .n. in utraque syllaba, ut ... ex opinatione originis, a *coeundo*, *coniungendo*, et *coniugendo* ... ». Inscr. apud Grut. 521, 7: D · M · | ANTONIVS · PATERIO | M · COH · X · PR · 7 · AR|TEMONIS · VIX · AN · XXXV | MIL · AN · XI · NAT · MYSIA | SVPERIORI REG · RATIA|RESE · VICO · CINISCO · AVRE|LIA · VENER · COIVX · COIVGI | CARISSIMO · ERES · B · M · F. Alia apud Mommsen n. 6429: A · TI · CI · A · NO · | BE · NE · M · ER · FN · (*sic*) | TI · FE · CIT · CO · IVX. In cippo sepulcr. edito in *Giorn. arcad.* CXLIV, 29: D · M | IANVARIA · CARA · | COIVX · AGATONI · | CO · COIVGI · VENE|MENTI (*sic*) · FECIT etc. Adde: Q · ALBIVS · ZOES COIVX · ET · PATRONVS (Fabr. cap. I n. 14 pg. 3), POSVIT · COIVX MIIRIINTI (Mommsen n. 519), ARTEMISIA COIVX (Momms. n. 1583), VRSA COIVX (Momms. n. 5861), AVRELIA · CAENIS COIVX (Grut. 325, 7), TITIA · TROFIME · COIVX (Momms. n. 2705), AVRELIA · ERMOGENIA · COIVX (Momms. n. 2727), CALLISTE · COIVX (Momms. n. 2910), MAESTRIA · AELIA · COIVX (Momms. n. 2988), COIVX ANTEIA · CHRYSIS (Momms. n. 6417), ... IA · MAXIMA COIVX (Momms. n. 6819), AEL · OLYMPIAS · COIVX (Fabr. cap. III n. 180 pg. 147), SANCTISSIMA COIVX (Spon *Miscell.* pg. 229). Adde etiam: CLAVDIVS VICTOR · COI\X (Momms. n. 3038), C · VICIARIVS · SOTER COIVX (Momms. n. 3169). Genit. sg. COIVGIS occurrit apud Grut. 1010, 9 (MARCELLE · COIVGIS). Dandi casu COIVCI invenitur in titulis apud Mommsen n. 100, 1195, 1217, 1654, 1665, 2889, 5696, 6689, 7033, pro COIVGI apud eundem n. 131, 211, 343, 359, 387, 404, 409, 574, 616, 679, 772, 1020, 1064, 1177, 1238, 1247, 1319, 1330, 1363, 1547, 1557, 1640, 1651, 1655 sq., 1690, 2033, 2148, 2167, 2169, 2664, 2688, 2720, 2739, 2768, 2901, 2931, 2983, 2990, 2992, 3073, 3084, 3094, 3119 (COIVGI), 3163, 3166, 3168, 3177, 3195, 3225, 3228, 3235, 3270, 3280, 3283, 3321, 3395, 3443, 3657, 3698, 3752, 3867, 3926, 4072, 4114, 4161, 4354, 4407, 4457, 4951, 4971, 5192, 5312, 5638, 5646, 5681, 5702, 6394, 6401 sq., 6480, 6498, 6511, 6575, 6634, 6639, 6899 sq., 7007 (COIVGI), 7114 (vide etiam Fabr. cap III n. 187 pg. 147; Grut. 319, 6 et 8; 422, 3; 626, 5; 1053, 7; Maff. *Mus. ver.* 226, 4; 263, 7; 290, 3; 452, 7); raro COICI (Mommsen n. 5878) vel COIGI (Marini *Inscr. alb.* pg. 117 n. 123, et *Marm. Oxon.* n. LXXII), et COIVGAI (Mommsen n. 6699 DVLCISSIMI COIVGAI), per compendium COI (Mommsen n. 346, 1773, 5524; Maffei *Mus. ver.* 278, 4), in titulis graeco-rom. ΚΟΙΟΥΓΕ (Reines. cl. XX n. 108 pg. 923), ΚΟΙΟΓΕΙ (Osann *Syllog.* etc. pg. 422 n. XI et pg. 473 n. III), et ΚΟΙΟΥΓΙ (Marini *Inscr. alb.* pg. 128). Abl. sg. COIVG pro COIVGE (Maffei *Mus. ver.* 275, 4) exstat in titulis apud Mommsen n. 124 et n. 517, CON COIVGI apud Mommsen n. 1020, CVN · COIVGI apud Fabr. cap. III n. 184 pg 141, et COIVGE in decr. col. Narbon. apud Orell. n. 2489. Inscr. apud Mommsen n. 5514: CEDRO · ET · CO|RINTO | A-CRANVS | ET IRCINIS | COIVCES | ET FILIS SVIS. Cf. COIVSI et COZVGI ad voc. COIVS.

COIVS, *coiux* (coniux), raro in lapidibus invenitur (vide COIVX). Inscr. apud Grut. 559, 5: IVLIA · TAEODORA · COIVS. Adde titulum sepulcr. apud Lupi pg. 186. — Pro antiquo COIVGI vel COIVCI dat. sg. legitur COIVSI in titulo chr. apud Mai *Script. vet.* V, 427 n. 9. (COIVSI BENEMERENTI), et COZVGI, quod vide.

COCALIDES. Vide COCALVS.

COCALVS, Κώκαλος, Siciliae rex (Strab. VI, III, 2). Ovid. *Met.* VIII, 261 sq.: « et sumtis pro supplice Cocalus armis Mitis habebatur ». Cf. Diod. Sic. IV 77, 79, V 78, XII 71, Pausan. *Att.* XXI 4, *Ach.* IV 6, Conon. *Narrat.* cap. 25, Zenob. *Prov.* IV 92, Tzetzes *Hist.* I 508, Charac. Pergam. fragm. n. 52, Philosteph. Cyren. fragm. n. 36, Sil. Ital. XIV 40 sq. (vide ΚΑΜΙΚΟΣ). Cocalides sunt Cocali filiae (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *Cocalides*).

COCANICVS, lacus Siciliae, inter Camarinam et Heracleam. Plin. XXXI, XXXIX, 1: « Siccatur (*sal*) in lacu Tarentino aestivis solibus ..... Item in Sicilia in lacu qui Cocanicus vocatur, et alio iuxta Gelam ».

COCETVM vel coccetum, genus edulii ex melle et papavere factum (Paul. ex Festo pg. 39). Cf. Müller in Festo loc. cit.

COCIATOR, idem quod *cocio*. Gloss. apud Labb.: « Cociator, μετάβολος ». Cf. Forcell. *Lexic.* ed. Lips. s. h. v.

COCINATORIVM, *culina*. Inscr. apud Fabr. cap. VII n. 4 pg. 497: FEDIMVS CONDIT|OR SACRARI VENERIS | CNIDIAES CVM PO|RTICVM ET COCINA|TORIVM COSTITVI | ITENQE DONAVI.

COCINATVRA vel cocionatura, subst. f. Gloss. apud Labb.: « Cocionatura, μετάπρασις »; et « μετάπρασις, cocinatura, cocionatura ».

COCINTHVM vel Cocinthos, longissimum Italiae promontorium, in Bruttiis (Plin. III, XV, 1; Antonini *Itiner.* pg. 114 « Cocinto »), prope Caulonem: hodie est *Capo di Stilo*. Plin. III, VI, 5: « Est ergo folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior, quam latitudine: in laeva se flectens cacu-

mine, et Amazonicae figura desinens parmae, ubi a medio excursu Cocinthos vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetram dextera, Lacinium sinistra ». — Cocintius adiect. est ad Cocinthum pertinens (Ovid. *Metam.* XV, 704).

COCISTRO, *praegustator cocinae*, subst. m., apud Isidor. Gloss.

COCCETVM. Vide COCETVM.

COCLACAE dicuntur lapides ex flumine, rotundi ad cochlearum similitudinem. Ita Paulus ex Festo pg. 39. Alii legunt cochalacae, conchalacae, cochlecae, cochlacae. Cf. gr. κόχλακες, et Müller in Festo loc. cit.

COCLES, *unoculus* (gr. μονόφθαλμος), apud veteres (Charis. pg. 40 = 26 P.), ita Horatius ille vir romanus cognominatus (Κόκλης, Polyb. VI, 55), qui ad Sublicium pontem solus contra exercitum Porsenae regis stetit (Virg. *Aen.* VIII, 650; Liv. II, 10; Plin. XXXIV, XI 2 et XIII 2, XXXVI, XXIII 2; Senec. *Epist.* n. 120). Explicatur cum sanscr. eca, *unus*, c'-ocles ex *êc-ocles*, ut caecus = *caicus* primitive *unoculus* (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 65; Bopp *Gloss. sanscr.* pg. 57; Corssen *Ueb.ausspr.* I, 268, et in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III, 274). Varro *De l. l.* VII, 71 pg. 148: « Apud Ennium [*Sat.* vs. 43]:

decem Coclites, quos montibus summis
Rhipaeis (al. *Ripeis*) *fodere;*

ab *oculo* Cocles ut *ocles* dictus, qui *unum* haberet *oculum;* quocirca in Curculione est [Plaut. III, I, 23 sq.]:

De Coclitum prosapia te esse arbitror;
Nam hi sunt unoculi ».

Plin. XI, LV, 3: « Uni animalium homini depravantur, unde cognomina Strabonum et Paetorum. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites vocabantur: qui parvis utrisque, Ocellae. Luscini iniuriae cognomen habuerunt ». Dionys. Halic. V, 23: Πόπλιος δὲ Ὁράτιος, ὁ καλούμενος Κόκλης, ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ὄψιν ἐλαττώματος, ἐκκοπεὶς ἐν μάχῃ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν κ. τ. λ. Plutarch. in *Popl.* XVI, 7: Ὁ δ' Ὡράτιος τὸν Κόκλιον ἐπωνυμίαν ἔσχεν ἐν πολέμῳ τῶν ὀμμάτων θάτερον ἐκκοπείς· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, διὰ σιμότητα τῆς ῥινὸς ἐνδεδυκυίας, ὥστε μὴ εἶναι τὸ διορίζον τὰ ὄμματα καὶ τὰς ὀφρῦς συγκεχύσθαι, Κύκλωπα βουλόμενοι καλεῖν αὐτὸν οἱ πολλοὶ, τῆς γλώττης ὀλισθαινούσης, ἐκφράτησαν ὑπὸ πλήθους Κόκλιον καλεῖσθαι. Memoratur in nummo argenteo gentis Horatiae apud Cohen *Méd. consul.* pl. XIX n. 1. Cf. Ἀντίγονος Μονόφθαλμος apud Polyb. V 67, XVII 3, XXVIII 17.

COCLIARIVM, *cochleare* (ital. *cucchiaio*), in *Append. ad Probi art. min.* pg. 444 (ed. Eich. et Endl.).

COCNATVS, *cognatus*, subst. m. (cf. CONGNATVS et CONNATVS), apud Ciaccon. in Columna rostr.

COCNOMEN, *cognomen*, subst. n. In lege Iulia municip. (cap. 11), apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 453: NOMINA · PRAENOMINA · PATRES · AVT · PATRONOS · TRIBVS · COCNOMINA.

COCTITARE. Vide COQVITARE.

COCTVRARIVS, ἑψετής, in vet. Gloss. apud Labb., ubi *coctuarius.*

COCVLA, diminut. coquae (vide COQVA). Paul. ex Festo pg. 39: « Cocula vasa aenea coctionibus apta. Alii cocula dicunt minuta, quibus facile decoquantur obsonia ». Varro apud Non. XII, 52 = pg. 531: « Cocula qui coquebat panem, primum sub cinere, postea in forno: cuius utriusque vocabulum a forno ductum, id est a caldore ». Cf. Müller in Festo loc. cit.

COCVS, *pistor*, subst. m. apud veteres. Paul. pg. 58: « Cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naevius [vs. 21 ed. Ribb.]: *Cocus*, inquit, *edit Neptunum, Venerem, Cererem.* Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem olera ». Adde Titin. vs. 128, Laber. vs. 145; et cf. Plin. XVIII, 28.

COLEGIVM, *conlegium* (collegium), in titulo edito in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VI, 218 (COLEG · FABR).

COLIBERTA, *conliberta* (colliberta), subst. f. Inscr. apud Mommsen n. 5201: L · SESTIVS · | L · L · SALVIVS · | RVFILLA | COLIBERTA · | POSVIT.

COLICARIA, oppidum Italiae superioris, inter Mutinam et Hostiliam, apud Antonini *itiner.* pg. 282. Cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 281.

COLICVLVS, *parvus colis* (caulis), apud Cat. *De r. r.* cap. 158, et Colum. XII, VII 1. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v., et vide voc. sq.

COLIS et coles, *caulis*, apud veteres (Cat. *De r. r.* cap. 35), unde COLICVLVS. Cf. Varr. *De r. r.* I, XXXI 2 et XLI 6, Colum. V, VII 36, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COLITOR, *cultor*, subst. m. In titulo apud Murat. 126, 1: PRO · SALOVTE SACERDOTVM · ET · KANDIDATORVM · ET · COLITORVM · HVIVS · LOCI.

COLLABELLO vel conlabello, h. e. labra labris adiungo. Laber. vs. 2 apud Non. II 168 = pg. 90: « collabella osculum ». Alii legunt conlabella (Ribbeck *Comic. lat. rel.* pg. 237).

COLLABSVS. Vide CONLABSVS.

COLLATIA, Κολλατία (Strab. V, III, 2) vel Κολατία (Dionys. Halic. III, 50) et Κολλάτεια (Dionys. IV, 64), oppidum Sabinorum in Latio (Plin. III, IX, 16), cuius incolae Collatini. Fuit in loco ubi nunc *Castel dell'Osa.* Paul. pg. 37: « Collatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint collatae, a qua porta Romae Collatina dicta ». Dionys. III, 50: Οἱ δὲ τὴν καλουμένην Κολατίαν κατοικοῦντες, ἐπειράθησαν μὲν ἐλθεῖν διὰ μάχης πρὸς τὰς Ῥωμαίων δυνάμεις, καὶ προῆλθον ἔξω τῆς πόλεως· ἐν ἁπάσαις δὲ ταῖς συμπλοκαῖς ἐλαττούμενοι, καὶ πληγὰς πολλὰς λαμβάνοντες, ἠναγκάσθησαν πάλιν εἰς τὸ τεῖχος καταφυγεῖν, καὶ διεπέμποντο πρὸς τὰς Λατίνων πόλεις αἰτούμενοι συμμαχίαν. ὡς δὲ

βραδύτερα τὰ παρ' ἐκείνων ἦν, καὶ κατὰ πολλὰ μέρη τοῦ τείχους οἱ πολέμιοι τὰς προσβολὰς ἐποιοῦντο, παραδοῦναι τὴν πόλιν ἠνάγκασθησαν σὺν χρόνῳ. Liv. I, 38: « Collatia, et quidquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademtum. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiae in praesidio relictus. deditosque Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam esse. Rex interrogavit: *Estisne vos legati oratoresque, missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.* Bello Sabino perfecto, Tarquinius triumphans Romam rediit ». Sil. Ital. VIII, 361: « altrix casti Collatia Bruti ». — Collatinus vel Conlatinus adiect. est ad Collatiam pertinens, ut populus Collatinus (Liv. I, 38), arces Collatinae (Virg. *Aen.* VI, 774), et ager Collatinus (Frontin. *De col.* pg. 210 ed. Lachm.). De Lucio Tarquinio Collatino cf. Liv. I 57, 60, II 2, et Dionys. IV 64.

§ 2. Fuit etiam Apuliae oppidum, cuius incolae Collatini, apud Plin. III, xvi, 6. Frontin. op cit. pg. 261: « Conlatinus, qui et Carmeianus, et qui circa montem Garganum sunt, finiuntur sicut ager Ausculinus ».

COLLATINA, dea apud veteres, quae collibus praeerat. Aug. *De civ. Dei* IV, 8: « Collibus deam Collatinam ..... praefecerunt ». Fortasse legendum *Collina.*

§ 2. Collatina dicta est porta Romae, quae ad Collatiam ferebat (Paul. pg. 37; vide COLLATIA).

COLLECIVS vel collegius, *collegium*, in titulo apud Murat. 980, 2. Cf. *Anecd. litter. Rom.* III, 466.

COLLICELLVS, *colliculus* (ital. *collicello*), subst. m., apud *Gromat. vet.* pgg. 335, 337, 364 ed. Lachmann.

COLLINA, *collis* (ital. *collina*), subst. f., apud Innoc. *De cas. litter.* pg. 314 ed. Lachmann.

§ 2. Collina, Κολλίνη πύλη (Strab. V, iii 1, VI, ii 6; Plutarch. in *Numa* X 7, in *Cam.* XXII 1, et in *Sylla* XXIX 3), vel Κολλίναι πύλαι (Appian. *De bellis civ.* I 58, 67, 93), porta Romae prope colles Quirinalem, Viminalem et Exquilinum (Liv. II 11, 51, III 51, VII 11, VIII 15, XXII 57, XXVI 10, XL 34, XLI 13; Plin. XV, xx, 2; Paul. pg. 10; vide AGONIVS). Ovid. *Fast.* IV, 871 sq.: « Templa frequentari Collinae proxima portae Nunc decet ». Iuven. *Sat.* VI, 290 sq.: « proximus urbi Hannibal, et stantes Collina turre mariti ».

§ 3. Regio urbis Romae (Varro *De l. l.* V 45 pg. 18, et V 55 pg. 22; Plin. XVIII, iii, 5; vide SVBVRANA). Hinc Collina tribus una ex urbanis, in inscr. apud Orell. n. 123, 3220, 4942, et apud Henzen n. 7169, 7314.

§ 4. Dea apud veteres. Vide COLLATINA.

COLLINIATVS, *collineatus*, particip. a collineo, apud Mart. Capell. VII, 729 pg. 582 ed. Kopp.

COLLVS, *collum*, subst. m. apud veteres (Quintil. *Inst. orat.* I, vi, 42; Non. III, 64 = pg. 200). Plaut. *Capt.* II, ii, 107: « collus collaria caret »; et ibid. IV, iii, 2: « Di inmortales, iam ut ego collos praetruncabo tegoribus! ».

COLLVVIARIS, adiect. Paul. pg. 57: « Colluviaris porcus dicitur, qui cibo permixto et colluvie nutritur ».

COLOMNA, *columna* (ital. *colonna*), in *Append. ad Probi art. min.* pg. 443 (ed. Eich. et Endl.).

COLPA, *culpa*, subst. f., antiquo scribendi more (Priscian. pg. 27 = 554 P., et Cassiod. pg. 2290; vide POBLICVS).

COLVBARIVM, *columbarium* (loculus in sepulcris), subst. n. Inscr. apud Doni cl. xiv n. 19: VALERIVS · SYNEROS · IN · HOC · MONIMENTO · EMIT | L · CALPVRNIO · SPERATO · ET · NONIA · FORTVNATA · AEDIC · ET · COLVB · XX | VBI · SVNT · OLLAE · OSSVAR · XIIII · CVM · AEDICVLA.

COLVMBARIVM, Κολυμβάριον ἄκρον (Ptolem. III, 4), promontorium Sardiniae.

COLVMBOR, -aris, *columbarum more oscula figo.* Maecenas apud Senec. *Epist.* CXIV, 5: « Quid? si quis: feminae cinno crispatae labris columbatur, incipitque suspirans, ut cervice lassa fanantur nemoris tyranni ». Cf. Lipsium apud Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COLVMIS, *incolumis*, adiect. Isidor. *Gloss.*: « Colume, *sanum*; columes, *salvos* ». Idem *Orig.* X litt. *c*: « Columis a *columna* vocatur, eo quod erectus et firmissimus sit ». Cf. Plaut. *Trin.* III, iii, 15.

COLVMNA Rhegia. Vide RHEGIVM.

COLVMNATVS, *columna sustentatus*, particip. ab inusit. *columno* (cf. ital. *colonnato*). Varro *De r. r.* III, v, 12: « Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est ultra rotundus columnatus, ut est in aede Catuli, si pro parietibus feceris columnas ».

COLVMNELLA, *columella*, subst. f. apud Cat. *De r. r.* cap. 20 sq. Alii legunt *columella.*

COLVRNVS, *qui est ex corylo arbore*, adiect. per metathesin pro *corulnus.* Prisc. pg. 81 = 595 P.: « Corylus colurnus ». Paul. ex Festo pg. 37: « Colurna hastilia ex corno arbore facta ». Gloss. apud Labb.: « Colurnum, κρανέα, δένδρον »; et « colurnum, λεπτοκαρύϊνον ἢ κράνινον ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 448: « Colurnis, ex cornu factis. Nam et colurni qui ex corylo fiunt ». Cf. Virg. *Georg.* II, 396 cum Servii commentario, et Müller in Festo loc. cit.

COM, *cum*, praepositio apud Umbros (sanscr. sam, gr. σύν), antiquiori orthographia ИVK kum, et per compendium CO = VK ku (Lanzi I 390 = 305, Lassen *Beiträge* etc. 19 sq., Grotefend *Rud. l. u.* IV 20, VI 24, 30 sq., Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 120.

Aufr. et Kirch. I 60 sq., 154, II 249, 262 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 663), apud Oscos COM et ꟽVꓘ kúm, apud Romanos COM, CON, CO, CVN, QVM, CV. Tab. eugub. VIb 52: COM · PERACRIS · SACRIS = *cum —ibus hostiis;* et tab. VIb 55: COM · PRINVATIR = *cum privatis.* Postfigitur vocibus in casu ablat., ut in ERVCOM (VꓘVↃƎ eru-ku) = *cum eo*, VOCVCOM (ꟽVↃꓘVↃIVƎ vuku-cum) = *cum —o* (Aufr. et Kirch. I 95, 154, II 110, 117 sqq., 216, 227, 371); et invenitur in compositis COMBIFIATV (V+ꟻIꓭIꟻꟽVↃ kum-pifiatu et V+ꟻIꓭIꟻVↃ ku-pifiatu) = *con-spicito*, COMBIFIANSI = *con-spiciat*, COMBIFIANSIVST et COMBIFIANSVST = *con-spexerit* (Aufr. et Kirch. I 92, 154).

COM, *cum*, praepositio apud Samnites, = CON, antiquiori orthographia ꟽVꓘ kúm, ut apud Umbros COM et ꟽVꓘ kum (Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 139 sq., Grotefend *Rud. l. o.* pg. 16, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 271, Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 348). Tab. Bant. n. 2897, lin. 15: COM · PREIVATVD · ACTVD = *cum privato agito* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79; et Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87); et lin. 23 sq.: COM | A[L]TRVD LIGVD = *cum altero lege* (Mommsen op. cit. s. 147, Kirchhoff op. cit. s. 80, Lange op. cit. s. 88). Invenitur etiam in composito COM · PARASCVSTER = *com-parata erit*, cui Mommsen op. cit. s. 271 addit COM · PREIVATVD (CONPREIVATVD) = *com-privato.*

COM, *cum*, praepositio (= umbr. et osc. COM), in compositis, apud Romanos. De forma primigenia com pro *cum*, cf. Lindemann *De adverb. lat. spec.* II, 6, et vide CON.

COMATIR, *commolitis*, particip. perf. pass. abl. pl. 2 decl., antiquiori orthogr. ƧƎ+ꟻꟽVꓘ ku-mates, pro comaltir (vide COMOLTO = *con-molito*), e praep. CO pro COM = *cum* et rad. MAL-, *mol-ere* (Aufr. et Kirch. I 68, 70, 92, 120, 147, II 207, 228, 230, 288). Tab. eugub. VIb 17, VIIa 39, 45: COMATIR · PERSNIHIMV = tab. VIIa 44 COMATIR · PERSNIMV = *commotis precator.* Tab. eugub. VIb 41: ARNIPO · COMATIR · PESNIS · FVST = *donec commolitis precatus fuerit;* et tab. VIb 41: SERSE COMATIR · PERSNIMV = *—es commolitis precator.* — *Tacite*, adverb. ex casu abl. vel instrum. plur. factum, exponit Grotefend *Rud. l. u.* V 32, VI 20, 22; *aequatis* Huschke *Die iguv. taf.* s. 173.

COMBATVO, *simul batuo* (ital. *combattere*). Not. Tiron. pg. 117: « combatuit ».

COMBENNIO, συμβαστάζω, in gloss. gr. lat. apud Forcell. *Lexic.* ed. Lips.

COMBENNONES, *eadem benna sedentes*, ut Paulus exponit pg. 32. Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *benna.*

COMBERANEA, rivus in agro Genuate. Vide CAEPTIEMA.

COMBIFIANSI, *conspiciat* (?), apud Umbros, comparandum cum ꟻIꟻIꓭIꟻVↃ ku-pifiaia, nisi idem est quod COMBIFIANSIVST = *conspexerit* (Aufr. et Kirch. I 149, II 248; cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III 40). Tab. eugub. VIb 52: PREPA · DESVA · COMBIFIANSI = *priusquam —am conspiciat* (?). Combifianśi Grotefendio *Rud. l. u.* II 28, 32, VI 23 sq., VIII 21 compositum esse videtur e substantivo si sive sei, pro combifians si, reddendumque *combines* vel *combinet*, sive *combinans.* Combifianśi[t] legit Huschkius *Die iguv. taf.* s. 231 et s. 653, redditque *conspexerit.*

COMBIFIANSIVST, *conspexerit*, futur. exact. 3 pers. sg., minus recte COMBIFIANSIVST et COMBIFIANSVST, apud Umbros (cf. COMBIFIANSI, ꟻIꟻIꓭIꟻVↃ ku-pifiaia = *conspiciat* et COMBIFIATV = V+ꟻIꓭIꟻVꓘ ku-pifiatu h. e. *con-spicito*), e praepos. COM = *cum* et them. verbali BIFIA, quod convenit cum gr. πυνθ-άν-ομαι, *intelligo*, *cognosco* (Aufr. et Kirch. I 145, II 37, 241, 248; Huschke *Die iguv. taf.* s. 219). Tab. eugub. VIb 49: APE · ANGLA · COMBIFIANSIVST = *postquam —as conspexerit;* et tab. VIb 52: APE · DESVA · COMBIFIANSIVST = *postquam —am conspexerit. Combinaveris* sive *combinans fueris*, pro combinans fust, exponit Grotefend (*Rud. l. u.* VI 23 sq., VIII 14, 30), scribens (op. cit. II, 31): « Combifiare, quod non solum in auguriis, sed in sacrificiis quoque usurpatum videmus, Umbri pro *combinare* dixisse mihi videtur ».

COMBIFIANSVST, *conspexerit*, futur. exact. 3 pers. sg., = COMBIFIANSIVST, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 21, 72, 145; Huschke *Die iguv. taf.* s. 219, 651). Tab. eugub. VIIa 5: APE · TRAHA · SAHATA · COMBIFIANSVST = *postquam trans —am conspexerit. Combinaveris* sive *combinans fueris* (auspicatus eris) exponit Grotefend *Rud. l. u.* VI 27, 30 (vide voc. praeced.).

COMBIFIATV, *conspicito*, imperat. 3 pers. sg., antiquiori orthographia V+ꟻIꓭIꟻꟽVↃ kum-pifiatu et V+ꟻIꓭIꟻVꓘ ku-pifiatu (vide COMBIFIANSI et ꟻIꟻIꓭIꟻVↃ ku-pifiaia = *con-spiciat*, COMBIFIANSIVST et COMBIFIANSVST = *con-spexerit*), apud Umbros, e praep. COM = *cum* et them. BIFIA = ꟻIꓭIꟻ pifia (Aufr. et Kirch. I 92, 142, 155, II 36 sqq., 92, 248, Huschke *Die iguv. taf.* s. 77 et s. 654; cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 57). Tab. eugub. VIb 48, 51: SVRVRONT · COMBIFIATV = *deinde conspicito* (conspectum capito); tab. VIIa 43: POSTRO COMBIFIATV RVBINAME = *retro conspicito ad —am;* et tab. VIIa 44: ENEM · TRAHA · SAHATAM · COMBIFIATV = *atque trans —am conspicito.* Adde tab. VIa 17, et cf. tab. VIa 2. — *Aduritor* vel *adolefaciat*, e *combifio* pro *comburefio*, exponit Lanzius I 375 = 293, II 815 = 724; *combinato* (auspicator) Grotefend *Rud. l. u.* II 31, VI 7, 23, 27 sq.

COMBINACIO. Vide CONBINACIO.

COMBINO et conbino, h. e. *bina iungo.* Gloss. apud Labb.: « Combino, κατὰ δύο ζευγνύω, συνδοιάζω; - combinat, ζευγνύει; - conbino, ζευγίζω; - ζευγίζω, conbino; - ζευγνύει, combinat, conbinat ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COMBITERE, *simul ire*, ab antiquo BITO, apud Voss. *Inst. orat.* IV, 7, ex Varrone (?).

COMEDO, comedonis, qui *bona sua consumit.* Ita Paul. pg. 58 (vide voc. sq.). Non. II, 189 pg. 93: « Comedones ab *edendo.* Varr. Modio: Putat fore hoc, quod hic comedonibus convenit usu, quibus nota voluntate comedunt, duntaxat gula gaudet ». Lucil. apud Non. I, 34 = pg. 11: « Vivite lurcones, comedones, vivite ventres ».

COMEDVM, *bona sua consumantem* antiqui dixerunt. Ita Paul. pg. 58. Vide supra COMEDO.

COMENEI, *in comitio*, subst. n. loc. sg. 2 decl., meliori orthogr. COMONEI, apud Samnites, in tab. Bant. n. 2897 lin. 21 (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 23 et s. 55, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88; cf. Aufr. et Kirch. II, 160 anm. 1, Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 21, III 418). Alii aliter interpretati sunt: *commune* (Grotefend *Rud. l. o.* pgg. 11, 19), *in publico* vel *in vico* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 147 et s. 271), *cominus* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 110). Cf. Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 140, *In comm. V exc.* pg. 39 sq., *Lex. osco-lat.* pg. 38. Vide COMONO.

COMESVS, actus comedendi. Isidor. *Orig.* XX, 1: « Ab esu et comesu *mensa* factum dicitur vocabulum ».

COMINIVM, cognomine Ceritum (Liv. codd. *Comino Corito, Comino Ocrito, Comino Ocerito, Comino Accito, Comino Atico*), oppidum in Samnio, prope Beneventum, ubi nunc *Cerreto* vel *Cerito*. Liv. XXV, 14: « Hanno ab Cominio Cerito, quo nunciata castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat, fugae magis, quam itineris, modo in Bruttios rediit ». A Spurio Carvilio consule captum est an. U. C. CDLIX (Liv. X, 39, 40, 43) et militibus incensum (Liv. X, 44). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 271, et Forcell. *Lexic.* s. h. v. — Incolae dicti sunt Comini (*Cominii*) apud Plin. III, XVII, 2. - Hinc Cominiana (Plin. XV, VI, 1) vel Cominia olea (Plin. XV, IV, 1; Pallad. III, XVIII, 4), sive Colminiana (Cat. *De r. r.* VI, 1 codd. *colmianam, colininianam*), Colminia (Varro *De r. r.* I, XXIV, 1), Culminea (Colum. XII, LI, 3), et Culminia bacca (Colum. XII, LIX, 1).

COMINIVS, gentilitium samniticum (etr. ƧAИИMVϽ cumlnas, unde COMИNIAI = *Cominiae*), in lapidibus apud Mommsen (= COMIVS?, per compendium MꓘI km). Cf. Pontius Cominius (Liv. V, 46), gr. Πόντιος Κομίνιος (Plutarch. in *Cam.* XXV, 1); et Κομμίνιος Σοῦπερ Λαυρεντῖνος (Plutarch. *Parall.* cap. 34), qui ex Egeria nympha filium sustulit Comminium. Cf. Appian. *De reb. Hisp.* cap. 43.

COMITIAE -arum, *comitia -orum.* In marmore apud Marini *Arvali* pg. 43: ET · INPROBAE · COMITIAE · ... AE · ERVNT · IN · AVENTINO.

COMITILLA, diminut. comitis. Est cognomen mulieris in titulo sepulcr. apud Grut. 631, 8 (PRIMVLAE · COMITILLAE).

COMITIO, h. e. *sacrificium in comitio facio.* Fest. *Qu.* XII, 27 pg. 258: « [Quando Rex com]itia sic (leg. *comitiassit*), [fas: sic notatum esse diem in fastis i]n honorem [Regis sacrorum, aiunt qui de feris] menstruis scrip[serunt, quae nonalibus sacris in Curia a] Rege dicuntur (leg. *edicuntur*). [huius nominis causae a multis scriptori]bus traditae sunt. [Quo autem die Rex in comitium venit, eius] pars ante[rior nefas habetur, donec ille sacra facit:] posterior [fas, cum sacris peractis inde fugit.] si quis alius pro Rege [eo die in comitio fecerit, puta Pon]tifex, tum his (leg. *is*) dies [fastus est] ». Et Paul. pg. 259: « Quando rex comitiavit fas, in fastis notari solet, et hoc videtur significare quando rex sacrificulis divinis rebus perfectis in comitium venit ». Varro *De l. l.* VI, 31 pg. 85: « Dies qui vocatur sic: Quando Rex comitiavit, fas, is dictus ab eo quod eo die rex sacrificiolus itat (codd. *dicat*) ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus lege actum saepe ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COMIVS, praenomen sive nomen virile apud Samnites (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 271), ut Comius Castronius, de quo Fest. *Qu.* XIV, 31 pg. 326 (vide SAMNIVM).

COMИNIAI, *Cominiae*, nomen mulieris genit. sg. (vide COMINIVS) = etr. IAИИMVϽ cumlnai, e AIИMVϽ cumnia, in tegula etrusco-rom. n. 281 (vide FIA = *filia*). Cf. Lanzi II 422 = 351 ad n. 314, et Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1850 pg. 35 nt. 1.

COMMADEO, *madeo*, apud veteres. Cato *De r. r.* CLVI, 5: « Coquito usque donec ea commadebit bene ».

COMMALAXO, *exercere, mature facere.* Varro apud Non. II, 103 = pg. 82: « Nec dolore adiaphoron esse, quod philosophia commalaxarem ea patrem, neque irato mihi habenas dedi, umquam, neque cupiditas non imposuit fraenos ».

COMMANVCVLVS, *commanipulus* (miles in eodem manipulo), subst. m. Inscr. apud Marini *Inscr. alb.* pg. 200: *centuriones* CVM COMMANVCVLIS SVIS.

COMMEIO, idem ac *meio.* Gloss. apud Labb.: « Commaio (sic), κατουρῶ »; et κατουρῶ, commaio, urinam facio, commeio ». Charis. pg. 294 = 261 P.: « commeio lectum [et meio] ».

COMMETACVLVM, genus virgulae, quae in sacrificiis utebantur (Paul. pg. 56). Paul. pg. 64: « Commeta-

cula virgae, quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant ». Alii legunt *commentaculum* et *commentacula*.

COMMETARE vel conmetare, *commeare*, frequent. a *commeo*. Novius vs. 7 apud Non. II, 163 = pg. 89: « Quum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi ». Afran. vs. 345 apud eund. loc. cit.: « Quo tu commetas? ubi confixus desides? ». Alii legunt *conmetant* et *conmetas*, ut Ribbeck *Comic. lat. rel.* pgg. 178, 216.

COMMIRCIVM, *commercium*, subst. n. apud veteres, teste Vel. Longo *De orthogr.* pg. 2236 P. (vide MIVS = *meus*).

COMMOENITVS, *communitus*, adiect. ab antiquo moenio pro *munio*. Aul. Gell. XVII, 11: « ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriae commoenito ».

COMMOTIAE Lymphae ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur (Varro *De l. l.* V, 71 pg. 28 sq.). Vide CVTILIVM.

COMMOTVS, *commotio*, subst. m. 4 decl., apud Varr. *De l. l.* V, 71 pg. 29 (vide COMMOTIAE).

COMMVGENTO, *convocanto*, apud veteres (Paul. pg. 65).

COMMVNICARIVS dies. Vide PANDICVLARIS.

COMMVNICEPS, *eiusdem municipii civis*, in marmore apud Grut. 68, 3.

COMMVNITVS, *communiter*, adverb. Varro apud Non. XI, 6 = pg. 510: « Etenim ut deos colere debet communitus civitas, sic singulae familiae debemus ».

COMOHOTA, *commotâ*, particip. perf. pass. abl. sg. 1 decl., e praep. CO pro COM = *cum* et rad. MOV-, rom. *mov-ere*, apud Umbros, in tab. eugub. VIa 54 (Lanzi II 756 sg. = 664 sg., 815 = 724, Aufr. et Kirch. I 54, 64, 70, 78, 92, 111, 147, 155, II 164 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 127 et s. 611; cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 120, et Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 176). *Commactatione* exponit Grotefend *Rud. l. u.* IV, 19.

COMOINIS, *communis*, adiect. antiquo scribendi more, (cf. osc. COMONO). S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 11: NEVE · PECVNIAM · QVISQVAM · EORVM · COMOINEM [· H]ABVISE · VELET.

COMOLTV, *commolito*, imperat. 3 pers. sg., apud Umbros, antiquiori orthographia V+ΊΑΜVK ku-maltu et V+ΊVMVK ku-multu, compositum e praep. CO pro COM = *cum* et rad. MOL-, rom. *mol-ere* (Aufr. et Kirch. I 53, 60, 62, 67 sq., 92, 142, 154, II 206 sq., 288). Tab. eugub. VIb 17: ENO · SERSE · COMOLTV = *inde —es commolito;* Tab. VIb 41: SERSE · PISHER · COMOLTV = *—es aliquis commolito;* tab. VIIa 39: ENNOM · COMOLTV = *inde commolito.* Adde tab. eugub. VIIa 44, 45. — Apte Passerius *Lett. Roncagl.* n. XIV pg. 388, n. XV pg. 237 et n. XVI pg. 271, quem secutus est Lanzius I 377 = 295, II 675 = 585, 815 = 724, hanc vocem cum rom. *commolere* primus comparavit. *Cumulato* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VI 19, 22, 28; *aequato* Huschke *Die iguv. taf.* s. 155, 172, 195, 272, 282.

COMONEI, *in comitio*, subst. n. locat. sg. 2 decl., minus recte COMENEI, apud Samnites (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 64; cf. Peter *Sprache und schrift* etc. s. 44, Aufrecht et Kirchhoff II 160 anm. 1, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 418). Tab. Bant. n. 2897 lin. 5: DEIVATVD · SIPVS · COMONEI · PERVM · DOLOM · MALLOM = *iurato sciens in comitio sine dolo malo* (Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87). *Commune* h. e. *rempublicam* exponit Grotefend *Rud. l. o.* pg. 11, quem secutus est Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 64 et s. 83. Mommsenio est locat. sg. = *in agro* (*Die unterit. dial.* s. 145 et s. 271).

COMONO, *comitia*, subst. acc. plur. n. 2 decl. apud Samnites (vide COMONEI et COMENEI = *in comitio*), nisi exaratum est pro COMONOM = *comitium*, quod alii comparant cum rom. *com-munis* (Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 140, *In comm. V exc.* pgg. 29, 36, *Lex. osco-lat.* pg. 28; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 10 sq.; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 83; cf. Klenze *Phil. abhandl.* s. 28 et s. 48 sqq.), aliique cum gr. κώμη, pro *agro publico* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 271). Fortasse factum est ex praep. COM = *cum*, rad. i- (i-re) et suff. -ono (Bugge in *Zeitschr. f. vergl. spr.* III, 418; cf. Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 23, 46, 55 sq., 60, 63 sqq., Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 2 sq., 59, Aufr. et Kirch. II 160 anm. 1, Schweizer in *Zeitschr.* cit. II 362, III 211). Tab. Bant. n. 2897 lin. 7 sq.: PIEI · EX · COMONO · PERTEMEST · IZIC · EIZEIC · ZICEL[EI] | COMONO NI HIPID = *cui ita comitia —et, is illo die comitia ne habuerit* (Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange op. cit. s. 87). Adde tab. eiusd. lin. 5, 8, 14.

COMONOM, *comitium*, subst. n. acc. sg. apud Samnites (vide COMONO). Tab. Bant. n. 2897 lin. 17: COMONOM · NI HIPID = *comitia ne habuerit* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79, et Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87). Cf. Peter *Sprache und schrift* etc. s. 48.

COMPAGANVS, *qui est eiusdem pagi*, adiect. in tabula apud Grut. 209, 1.

COMPARA, *compar*, adiect. f. Inscr. apud Marini *Arvali* pg. 67: GAETVLA · HARENA · PROSATA | GAETVLO · EQVINO · CONSITA | CVRSANDO · FLABRIS · COMPARA | AETATE · ABACTA · VIRGINI | SPEVDVSA · LETHEV · INCOLIS.

COMPARASCVSTER, *comparatur* (?), indic. pass. 3 pers. sg., e praep. COM = *cum*, et PARASCVSTER, in tabula Bantina n. 2897 lin. 4 (cf. Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 63). *Comparata erit* exponit Mommsen (*Die unterit. dial.* s. 271). Cf. Guarini *In comm. V exc.* pg. 25

(ex gr. παρασχῶ) et Grotefend *Rud. l. o.* pg. 11 (= gr. ἐκ παρασκευῆς?).

COMPARSIT, *compescuit*, a Terentio usurpatum, teste Paulo ex Festo pg. 60, ubi cf. Müller (vide COMPERCO).

COMPASCVOS, *compascuus*, adiect. In tab. genuate (App. n. I) lin. 32 sq.: QVEI | AGER · COMPASCVOS · ERIT. Lex Thoria agr. (App. n. LIX) cap. 10: NEIVE IS AGER COMPASCVOS ESTO.

COMPERCO vel conperco, *compesco*, apud veteres. Paul. ex Festo pg. 60: « Comperce pro *compesce* dixerunt antiqui. Comparsit Terentius pro *compescuit* posuit ». Plaut. *Poen.* I, II, 137: « Pura sum: conperce, amabo, me adtrectare, Agorastocles ». Cf. Müller in Festo loc. cit.

COMPERNIS, h. e. qui genua habet plus iusto coniuncta, a *con* et *perna*. Paul. pg. 41: « Compernes nominantur homines genibus plus iusto coniunctis ». Adde Lucil. apud Non. I, 103 = pg. 25, et Plaut. apud Fest. *Qu.* XVI, 25 pg. 375 s. v. *valgus*. - At Nonius loc. cit.: « compernes, dicuntur *longis pedibus* ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COMPES, *compos*, apud veteres. Priscian. pg. 26 = 553 P.: « antiqui compes pro *compos* ».

COMPITVM, excisum Latii oppidum in monte, qui nunc *Campetro* appellatur (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *compitenses*). Eius incolae Compitenses dicti, apud Fabr. cap. III n. 656 pg. 242.

COMPLVRIENS, *compluries* (saepe), adverbium (vide PLVRIENS). Paul. pg. 59: « Compluriens a compluribus significat *saepe*. Cato: *Contumelias mihi dixisti compluriens* ».

COMPLVSCVLE, *saepius*, adverb. apud veteres. Aul. Gell. XVII, 2: « et veteres complusculе ita dixerunt ».

COMPLVSCVLI vel conplusculi, *complures*, apud veteres. Terent. *Hec.* I, II, 102: « Dies complusculos bene conveniebat sane inter eas ». Plaut. *Rud.* I, II, 43 sq.: « Non, hercle, adulescens, iam hos dies conplusculos quemquam isteic vidi sacruficare ». Aul. Gell. VII, 11: « M. Tullii verba complusculа libuit ponere ». Idem XVIII, 1: « Conveniebamus autem ad eamdem coenam compluscuIi ».

COMPOSEIVERVNT, *composuerunt*. Vide POSEIVI = *posui*.

COMPOSTVRA, *compositura*, per syncopen, apud Cat. *De r. r.* cap. 22.

COMPOTENS vel competens, epitheton Dianae, in inscr. apud Grut. 41, 2 (Orell. n. 1462).

COMPRAEDES, eiusdem rei populo sponsores. Ita Paul. pg. 39.

COMPREIVATVD. Lege: COM PREIVATVD (= CON-PREIVATVD).

COMPRENDO, *comprehendo* (ital. *comprendo*), per syncopen, apud scriptores. Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *comprehendo*.

COMPRENSVS, *comprehensus* (cf. CONPRENSVS et CONPRESVS), particip. a COMPRENDO = *comprehendo*. In lapide apud Henzen n. 6428: VT SVPRA · COMPRENSVM EST.

COMPSA, Κῶμψα (Ptol. III, 1), Hirpinorum urbs, prope fontes Aufidi fluminis, hodie *Consa*. Liv. XXIII, 1: « Adcitus (*Hannibal*) in Hirpinos a Statio, pollicente se Compsam traditurum ». Recepta est a Romanis an. U. C. DXXXVIII (Liv. XXIV, 20). Vell. Paterc. II, LXVIII, 3: « Incepto pari, similis fortuna Milonis fuit; qui Compsam in Irpinis oppugnans, ictusque lapide, tum P. Clodius, tum patriae, quam armis petebat, poenas dedit ». — Compsini (Mommsen n. 910) vel Compsani sunt eius urbis incolae (Plin. III, XVI, 6), ut in inscr. apud Mommsen n. 1317 = Orell. n. 3108 (ubi cf. Henzen). Compsanus adiectivum est ad Compsam pertinens (vide TREBIVS). Liv. XXIV, 44: « Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris . . . . .; et in Iovis Vicilini templo, quod in Compsano agro est, arma concrepuisse ». Cf. COSA § 2.

COMPTVS, *ornatus*, subst. m. apud veteres. Paul. pg. 40: « Comptum Afranius pro *ornatu* et *cultu* posuit ». Adde Lucret. I, 88.

§ 2. *Ornatus*, adiect. Paul. pg. 63: « Comptus, id est *ornatus*, a graeco descendit, apud quos κοσμεῖν dicitur *comere*, et κόσμιος, qui apud nos comis; et comae dicuntur capilli cum aliqua cura compositi ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COMPVLTERIA. Vide CVBVLTERIA.

COMSINVS ager, in Apulia. Frontin. *De col.* pg. 210 (cf. pg. 261) ed. Lachm.: « Ager Benusinus, Comsinus, limitibus Graccanis ».

COMVALIS, *convallis*, subst. fem. in tab. genuate (App. n. I lin. 8). Vide CAEPTIEMA.

COMVLATVS, *cumulatus*, particip. a comulo pro *cumulo*, in lapide apud Mommsen n. 6011 lin. 3 (COMVLA·TEIS).

COMVM, Κῶμον (Ptol. III, 1; Strab. IV, III 3, VI 6 sq., V, I 6), nunc *Como*, oppidum Italiae superioris ad Larium lacum, a Gallis conditum (Plin. III, XXI, 3; XXXIV, XLI, 3; Iustin. XX, 5). Liv. XXXIII, 36: « Marcellus, Pado confestim traiecto, in agrum Comensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, ducit legiones . . . . . Castra eo die Gallorum expugnata direptaque: et Comum oppidum intra dies paucos captum. Castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt ». Oppidum auxit Pompeius Strabo, inde Lucius Scipio, tum Caesar, qui etiam Graecos nobilissimos quingentos eo misit colonos; unde Novum Comum est appellatum. Strab. V, I, 6: Αὕτη δ' ἦν μὲν

κατοικία μετρία, Πομπήιος δὲ Στράβων ὁ Μάγνου πατὴρ κακωθεῖσαν ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων Ῥαιτῶν συνῴκισεν· εἶτα Γάϊος Σκιπίων τρισχιλίους προσέθηκεν· εἶτα ὁ Θεὸς Καῖσαρ πεντακισχιλίους ἐπισυνῴκισεν, ὧν οἱ πεντακόσιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρξαν οἱ ἐπιφανέστατοι· τούτοις δὲ καὶ πολιτείαν ἔδωκε καὶ ἐνέγραψεν αὐτοὺς εἰς τοὺς συνοίκους· οὐ * μόνον δ' ᾤκησαν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τοὔνομα γε τῷ κτίσματι ἐκεῖνοι κατέλιπον· Νεοκωμῖται γὰρ ἐκλήθησαν ἅπαντες, τοῦτο δὲ μεθερμηνευθὲν Νοβουμκώμουμ λέγεται. Memoratur in lapid. apud Orell. n. 5006, et apud Monti *Ist. di Como* pg. 165 n. 16, pg. 203 n. 81, pg. 213 n. 104. — Comenses sunt eius oppidi incolae (Liv. loc. cit.), inde Novocomenses (Cic. *Ep. fam.* XIII, 35 = n. 503; inscr. apud Henzen n. 5517). In lapidibus REIP · COMENS (Orell. 3898), ORD · COMENS (Monti *Ist. di Como* pg. 169 n. 90), et ORDO CIVITATIS COMENSIVM (Monti pg. 177 n. 44). Comensis adiectivum est ad Comum pertinens. Plin. II, CVI, 12: « In Comensi, iuxta Larium lacum, fons largus horis singulis semper intumescit ac residet ». Cf. Comensis lapis apud Plin. XXXVI, XLIV, 1.

COMVOVISE, *convovisse*, antiquo scribendi more, in S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 13. Vide CONPROMESISE.

CON, *cum*, praepositio apud Samnites, pro COM, rom. COM et CON. Tab. Bantina n. 2897 lin. 16: CON PREIVATVD VRVST = *cum privato —erit* (cf. Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79, et Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87).

CON, *cum*, praepos., quae saepissime in compositione locum habet (Priscian. II 50 sq. = 998 P. et II 56 = 1002 P.). Gloss. apud Labb.: « Con, σύν, σὺν; con et cum, σὺν ». Amittit autem aliquando *n* (Quintil. *Inst. orat.* I, v, 69), ut in COICIO = *coniicio*, COIVX = *coniux*, COSENTIO = *consentio*, CONVBIVM = *connubium*, COSERVVS = *conservus*, COSOL et COSVL = *consul*, COSOLO = *consolo*, COSTANS = *constans*, COSTATIVS = *Constantius*, COSTITVO = *constituo* cet. (vide CO). In titulis sepulcr.: CON · QVO · VIXIT · ANNIS · XXV (Fabr. cap. x n. 596 pg. 752), CON · SVO · CO · IVGE (Fabr. cap. IV n. 143 pg. 271), CON PATRE SVO (Zaccaria *Inst. letter.* VIII, 519), CON COIVGI (Mommsen n. 1020). Adde: CONQVE (Grut. 779, 9 = Mommsen n. 1064), CONQVEM (Passionei VII, 23; Mai *Script. vet.* V, 420), CON QVEM (Grut. 325, 7, et 757, 1; Momms. n. 4796 et n. 6420), CON QVEN (Grut. 762, 10; Mommsen n. 3214 = Murat. 1364, 11), CON QVO (Fabr. cap. v n. 208 pg. 383), CON QVO (Fabr. cap. x n. 596 pg. 752), CONQVA (Passionei pg. 156 n. 17; Mommsen n. 1655), CON QVA (Doni cl. XII n. 30, Fabr. cap. x n. 357 pg. 714).

CONBINACIO, *combinatio* (ital. *combinazione*). Gloss. apud Labb.: « Conbinacio, ζεῦξις κατὰ δύο »; et « ζεῦξις κατὰ δύο, conbinacio ». Cf. Forcell. *Lexic.* ed. Lips. s. v. *combinatio*.

CONGENTILIS, *qui est eiusdem gentis*. Gloss. apud Labb.: « Congentilis, ὁμόεθνος ». In titulo apud Fabr. cap. IX n. 491 pg. 657: ET · OB · DEDICATIONE · CONGENTILIBVS.

CONGENVCLO, *genua flecto*, e con et geniclo pro *geniculo*. Caelius apud Non. II, 156 = pg. 89: « Ipse regis eminus equo ferit pectus advorsum: congenuclat percussus; deiecit dominum ».

CONGENVLATVS, *qui genu replicato cecidit*. Sisenna apud Non. I, 283 = pg. 57: « Multi plagis adversis et congenulati, Romanis praecipitatis ipsi supra voluti in caput ».

CONGERIA, *congeries*, subst. fem., apud Frontin. pgg. 211, 227 sq., 241, 252, 259 ed. Lachm., et apud Innoc. *De casis litter.* pg. 314. Adde *Gromat. vet.* ed. Lachm. pgg. 347, 350, 352.

CONGERRO -onis et congerra, *ineptis, levis*. Varro *De l. l.* VII, 55 pg. 143: « In Persa [Plauti I, III, 9]: *Iam pol ille hic aderit credo congerro mens;* congerro a gerra. Id Graecum [γέῤῥα], et in Latina *cratis* ». Plaut. *Most.* III, III, 27: « Nunc ego me illa per posticum ad congerrones conferam ». Lucil. apud Fest. *Qu.* XVI, 5 pg. 363: « Tappulam (leg. *Tapullam*) rident legem concere opimi (leg. *congerrae optimi*) ». Et Fest. *Qu.* XIV, 2 pg. 297: « [eosdem, quod coeant] crebro, congre (leg. *congerras*) vocar[i a graeco] vocabulo, quod est [γέῤῥα] ».

CONGIALIS, *qui congium capit*, adiect. Plaut. *Aul.* IV, II, 15: « Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam ». Vitruv. X, 9: « Situli aurei congiales ».

CONGNATVS, *cognatus* (ital. *cognato*, in libris mss. *congnato*), subst. m., antiquiori orthogr. COCNATVS = CONNATVS. Inscr. nolana apud Mommsen n. 2009: P · AELIO | DECEMBRIO | RVBRIVS | SABINVS | CONGNATO. Alia inscr. edita in *Bullett. arch. nap.* VI, 44 (Mommsen n. 3271): D · M | MV · SI · DI · E · ELPIDI · QV|E VI · XIT · AN · NIS · XI · E · LI · | A FI · LI · CIS · SI · MA · FI · LI · A | ET · AV · RE · LI · VS · PAV · | LVS · CON · GNA · TV · | B · M · FE.

CONGORDIA, *concordia*, subst. f. Est cognomen mulieris in lapide samnit. apud Mommsen n. 4889 (CASSIA · CONGORDIA).

CONGRIO -onis, est nomen coqui a congris deductum, apud Plaut. *Aul.* II, IV 49 et VIII 5.

CONDALIVM, anuli genus (Plaut. pg. 38; vide CONDVLVS). Cf. Plaut. *Trin.* IV, III 7 et 15.

CONDAM, *quondam*. Inscr. apud Fabr. cap. III n. 127 pg. 137 (Reines. VIII, 74): AELIVS · TIMOXE|NVS · MILEX · CHO | SEPTIME · PRAETO|RIAE · CENTVRIA | GLYCONIANA | BALERIO · CRISPO |

CONMANICVLA|RIO · CONDAM · MI|LITI · FECIT · VE|NEMERENTE.

CONDATOR (?), συντελεστὴς (tributarius, oblator), subst. m. Gloss. apud Labb.: « Condatoribus (conlatoribus?), συντελευσταῖς ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CONDIDISIT, *condidissit* (*condiderit*), a condo, apud veteres (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *condo*), in lege 8.ª ex XII Tabul.

CONDICIO, *conditio*, subst. f. saepe invenitur in titulis romanis, apud Spon *Miscell.* pg. 53 (SVB HAC CONDICIONE), Visconti *Mus. Pio-Clem.* I 32 nt. 2 (CONDICIONIS OMANE), et op. cit. VI 259 tav. LII (TALIS · CONDICIO, et SVB · EADEM · CONDICIONE), Grut. 638, 4 = Mommsen n. 6909 (EA · CONDICIONE). Adde tab. Malacit. apud Henzen n. 7421 col. 2. lin. 44, et inscr. apud Orell. n. 775, 2417, Mommsen n. 1504, 5360, et Henzen n. 5393.

CONDITOR, deus apud veteres. Vide IMPORCITOR.

CONDVLVS, gr. κόνδυλος, *anulus.* Paul. pg. 38: « Condulus *anulus* »; et « condalium similiter *anuli* genus ». Vide CONDALIVM.

CONDVMNO, *condemno*, in Leg. Acilia *De Repet.* cap. 2 (Append. n. LVI).

CONDVS, h. e. qui condendis cibis praepositus est (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Plaut. *Ps.* II, II, 14: « Condus promus sum, procurator peni ».

CONDVTA, *conducta*, participium a *conduco*. Lex *Iulia munic.* cap. 4 (apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 374): QVI · EA · FRVENDA · TVENDAQVE · CONDVTA · HABEBVNT.

CONEGOS, —*atus*, vetustiori orthographia ꓘVNIKAꓘ kunikaz, particip. perf. pass. nominat. sg. 2 decl., apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 73, 82, 116, 147, 193 sq.), in tab. eugub. VIb 5, 16, VIIa 37. Hanc vocem Grotefend *Rud. l. u.* V 26 et VI 18 sq. pro conicans, gr. κονίπτων, exaratam putat, et *spargens* exponit (cf. Zeyss *De subst. umbr. decl.* nt. 61).

CONFGOS. Lege CONEGOS, in tab. eugub. VIb 5.

CONFECTORIVM, χοιροσφαγεῖον, subs. n., in Gloss. apud Labb. pg. 37 col. 2.

CONFEXIM, *confecerim*, apud veteres. Plaut. *Truc.* IV, IV, 38 sq.: « si venerit, Nae istum, ecastor, hodie astutis confexim fallaciis ».

CONFETA sus dicebatur, quae *cum omni fetu* adhibebatur ad sacrificium. Ita Paul. pg. 57. Cf. Virg. *Aen.* VIII, 43.

CONFLAGES loca dicuntur, in quae undique confligunt venti. Ita Paul. pg. 40. Cf. confluges, loca in quae rivi diversi confluant, apud Livium (Non. I, 311 = pg. 62).

CONFLOVONT, *confluunt*, antiquo scribendi more (cf. FLOVIVS = *fluvius*). In tab. genuate (Append. n. I) lin. 23: INDE · DEORSVM · IN · FLOVIOM · PORCOBERAM · VBEI · CONFLOVONT · FLOVI · EDVS · ET · PORCOBERA.

CONFOEDITVS, *foedere coniunctus.* Vide CONFOEDVSTVS, quod sequitur.

CONFOEDVSTVS, *foedere coniunctus.* Paul. pg. 41: « Confoedusti foedere coniuncti ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 448: « Confoeditus, foedere copulatos ».

CONFVGELA, *confugium.* Paul. pg. 39: « Confugelam antiqui *confugium* dicebant ».

CONFVSANEVS, *varius, confusus*, adiect. apud Aul. Gell. *Praef.*

CONIA, *ciconia* (cf. gr. κύκνος, et sanscr. çacuni, avis species), subst. f. apud Praenestinos. Plaut. *Truc.* III, II, 29 (vide RABO): « ut Praenestinis conia est *ciconia* ».

CONICIO. Vide COICIO.

CONINQVERE, *deputare*, apud Paul. pg. 64.

CONIOVRO, *coniuro*, ab antiquo IOVRO pro *iuro*, in S. C. *de Bacch.* lin. 13 (Append. n. LVIII). Vide CONPROMESISE.

CONIPTVM. Vide CONITVM.

CONIRE, *coire*, usurpatum a quibusdam, quos reprehendit Quintil. *Inst. orat.* I, VI, 17.

CONISCVS, *qui coniscat.* Est cognomen rom. in titulo apud Gud. 297, 6 (C · ASINIVS CONISCVS).

CONITVM, genus libamini, quod ex farina conspersa faciebant. Ita Paul. ex Festo pg. 40 (al. legunt *coniptum*, *comptum* etc.), ubi cf. Muellerus.

CONIVCA, *coniux*, subst. fem. barbarâ orthogr. Inscr. chr. apud Boldetti pg. 87 (*Rev. archéol.* XIII, 160): EX VIRGINIO TVO BEN|E MECO VIXSISTI LIBENI C|ONIVCA INNOCENTISSI|MA CERVONIA · SLVANA | REFRIGERA CVM SPIRITA | SANCTA DEP · KAL · APR · TIBERI|ANO II ET DIONI CAS.

CONIVNCX, *coniunx* (coniux). Inscr. apud Grut. 529, 2: M · AVR · IVSTINIANVS | MIL · COH · IIII · PR | 7 · FLORI | VIX · ANN · XXXIII | MIL · ANN · XIII | SATVRNINA · IOVINIA | CONIVNCX · CONIVGI | B · M · F. Alia apud Mommsen n. 6078: Q · TETTIANO | Q · F | STABILIONI | PRIMA · CON|IVNCX.

CONIVNCXS, *coniunx* (coniux), rudi orthographiâ, siculi CONIVNCX, CONIVXS, CONIVNXS cet. In titulo apud Fabr. cap. V n. 387 lin. 5 pg. 421: PRAECESSITQVE PRIOR PRIMITIVA GRATISSIMA CONIVNCXS.

CONIVNX, *coniux*, antiquo scribendi more, ut in inscr. apud Mommsen n. 36, 53, 955, 2095, 2660, 3075, 3424, 6478, 6482, 6660, 6895. Vel. Long. pg. 2236 P.: « Coniunx et seiunx sine *n* putat Nisus esse scribendum, quoniam genitivo casu faciat coniugis et seiugis. Mihi videtur non evellendam hanc *n* litera, quo sonus

enuntiationis insistit ». Et Beda pg. 2332 P.: « coniunx secundum analogiam per *n* scribendum est; euphoniae causa *n* tollitur, et dicimus coniux ». Coniunxi pro *coniugi* raro invenitur. In titulo Mus. Kircher. pg. 102: INNOCENTIA CONIVNXI SINGVLARIS QVAE CVM EVM VIXIT BENE etc.

CONIVNXS, *coniunx* (coniux), antiquo scribendi more, sicuti CONIVXS, CONIVNCX, CONIVNCXS cet. Inscr. apud Fabr. cap. v n. 238 pg. 387: SEIAE | Q · F | TERTIAE | CONIVNXS | CARISSIMVS. In cippo apud Grut. 1046, 6: HAEC · QVAE · ME · FATO · PRAECESSIT · CORPORE · CASTO | CONIVNXS · VNA · MEO · PRAEDITA · AMANS · ANIMO.

CONIVXS, *coniunxs* (coniux), antiquo scribendi more, = CONIVNXS. In titulis sepulcr.: HELVIA · FAVSTA · CONIVXS (Murat. 1384, 1 = Momms. n. 5414), NERIA · C · L · ILIONA CONIVXS FECIT (Fabr. cap. v n. 232 pg. 387), AEBVTIA · C · L · ARBVSCVL CONIVXS. — CONIVCI pro *coniugi* (= COIVGI) praebent inscr. apud Fabr. cap. I n. 146 pg. 30, n. 353 pg. 60, et Mommsen n. 102, 676, 754, 1745, 1851, 2646, 3375.

CONIVOLA, *occulta* (Paul. pg. 61), fortasse a coëundo (cf. CONIRE = *coire*). Vide voc. sq.

CONIVOLI, *concordes, iuncti*, apud Isidor. *Gloss.* Cf. Gloss. Labb.: « Cohivum, κάλιξ, ῥόδον μεμυκός ». Vide voc. praeced.

CONCAPES vel concapis, fortasse legendum in lege XII Tabul. apud Fest. *Qu.* XVI, 8 pg. 364, ubi cf. Muellerus, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CONCIPILO, *compilo* (*involo, corripio*), apud veteres (cf. Non. I, 42 = pg. 12), quod alii a capulando et capiendo dictum existimant. Paul. pg. 62: « Concipilavisti dictum a Naevio [Ribbeck pg. 25] pro *corripuisti* et *involasti* ». Plaut. *Truc.* II, VII, 60 sq.: « Etiam, scelus viri, minitare? quem ego Offatim iam, iam, iam concipilabo ».

CONCLAVACIO, *conclavatio* (συνήλωσις), in Gloss. apud Labbaeum. Cf. conclave, conclavis cet. apud eundem; et vide voces sqq.

CONCLAVATAE dicebantur, quae sub eadem erant clavae. Ita Paul. pg. 58.

CONCLAVO, συνηλῶ, in Gloss. apud Labbaeum. Cf. CONCLAVATAE, CONCLAVACIO.

CONCORDIA, Κωνκορδία (Strab. V, I, 8), oppidum Venetiae, ad Romatinum amnem inter Altinum et Aquileiam (*Tab. Peuting.* segm. IV*a*). Plin. III, XXII, 1: « colonia Concordia »; et Ptol. III, 1: Κονκορδία κολωνία. In marm. apud Marini *Arvali* pg. 159 (Orell. n. 4082): COLONIAR · CONCORD · ET ALTINAT. — Concordienses sunt eius oppidi incolae, ut in inscr. apud Henzen n. 6485 (ORDO CONCORDIENSIVM). — Alia est Concordia cognomento Iulia in Hispania Baetica (Plin. III, III, 10; inscr. apud Henzen n. 6753), cuius incolae Concordienses (Plin. IV, XXXV, 6).

§ 2. Dea apud veteres (ita dicta a *corde congruente*, secundum Varr. *De l. l.* V, 73 pg. 29), cui templum vovit Camillus (Plutarch. in *Cam.* XLII, 4 et 7), Romae ab Opimio consule extructum (Plutarch. in *Graccho* XVII 4, et in *Cic.* XIX 1; Appian. *De bell. civ.* I, 26). Ovid. *Fast.* VI, 91 sqq.:

« Venit Apollinea longas Concordia lauro
Nexa comas, placidi numen opusque ducis.
Haec ubi narravit Tatium, fortemque Quirinum,
Binaque cum populis regna coisse suis;
Et lare communi soceros generosque receptos:
His nomen iunctis Iunius, inquit, habet ».

August. *De civ. Dei* III, 25: « Eleganti sane senatusconsulto eo ipso loco, ubi funereus tumultus ille commissus est, ubi tot cives ordinis cuiusque ceciderunt, aedes Concordiae facta est, ut Gracchorum poenae testis concionantium oculos feriret, memoriamque compungeret ». Caput eius conspicitur in nummis gentis Mussidiae, apud Cohen *Méd. consul.* pl. XXIX n. 4 sq.



Cf. Cic. *De nat. deor.* II 23, III 18, et *Kalend. Praen.* apud Orell. II, 384 (D NON · N CONCORDIAE IN ARCE FERIAE EX S · C ·). Memoratur etiam in inscr. apud Orell. n. 25 sq., 1811 sq., 2131, 2442, 4369, 4894, et apud Henzen n. 5783. Plin. XXXV, XXXVI, 1: « in Concordiae delubro Marsyas religatus ». Cf. Concordia Aug. in Kalend. cit. (Orell. II, 582-583) et in titulis apud Orell. n. 1813, 3291, Concordia Augustorum etc. (Henzen n. 5815), Concordia Agrigentinorum (Orell. n. 151), Concordia civitatis (Orell. n. 1564), Concordia coloniarum Cirtensium etc. (Henzen n. 5816), Concordia collegii grattariorum et ferrariorum (Orell. n. 4067). Cf. CORDIA, contractum pro Concordia.

CONCORDIS, *concors*, adiect. apud veteres (vide CONCORDIVS). Priscian. pg. 282 = 726 P.: « A corde quoque composita ablata *s*, addita *dis*, faciunt genetivum, vecors vecordis, discors discordis, concors concordis. antiquissimi tamen solebant genetivo similem proferre in his nominativum. Caecilius in Cra-

tino: *Modo fit obsequens, hilaris, comis, communis, concordis, dum id quod petit, potitur* ». Et pg. 341 = 764 P.: « Sciendum tamen, quod etiam hic et haec concordis et hoc concorde dicebant (*antiqui*) ».

CONCORDITAS, *concordia*, subst. f. Pacuv. vs. 188 sq. ed. Ribbeck (apud Non. II, 151 = pg. 88): « Concorditatem hospitio adiunctam perpetem Probitate conservetis ».

CONCORDIVS, *concordis* (concors), adiect. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 1260, 10.

CONCREDVO, *concredo*, apud veteres. Plaut. *Aul.* III, vi, 49: « Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo ». Et *Cas.* II, viii, 42 sq.: « Ei ego amorem omnem meum Concredui ».

CONCTVS, *cunctus*, adiect. in carm. fratr. Arval. n. 2692 (vide ADVOCAPIT).

CONLABELLO. Vide COLLABELLO.

CONLABSVS et collabsus, *conlapsus* et *collapsus*. In lapide neapolit. apud Mommsen n. 6270: MVRVM · ADDEFENSION · VIAE · VETVSTATE CONLABSVM RESTITVERVNT. In aliis inscr.: OPVS · PONTIS · VETVSTATE · CONLABS · RESTITVIT (Grut. 161, 4); IN · H · D · D · DEO · SILVANO · TEMPL · CVM · SIGNO · VETVSTATE · CONLABSVM · SEX · ATTONIVS ..... RESTITVIT (Grut. 64, 6); ARMAMENTARIVM · VETVSTATE · CONLABSVM (Grut. 169, 1). Recentior forma exstat in titulo apud Grut. 156, 2: VIAM · CASSIAM · VETVSTATE · COLLABSAM.

CONLITEO, *colliteo* (simul lateo) = CONLITESCO, in Not. Tiron. pg. 94 (« conlituit »).

CONLITESCO, *conliteo* (simul lateo), in Not. Tiron. pg. 94 (« conlitescit »).

CONLVCRIVM, *collucrium*, sacrificii genus (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Not. Tiron. pg. 69: « Lucar, conlucrium ».

CONLVSTRIVM vel collustrium, collegium rusticum, quod agrorum lustrationibus praeerat. Inscr. apud Orell. n. 1773: FATIS FAT | DRVINVS M ..... | ARRI · MVCIANI ..... | ACTOR PRAEDIORVM | TVBLINAT · TEGVRIVM | A SOLO IMPENDIO SVO FE|CIT · ET · IN · TVTELA · EIVS | HS · N̄ · CC · CONLVSTRIO | FVNDI VETTIANI DEDIT.

CONLVTVLO, *luto inquino*. Plaut. *Trin.* III, ii, 66 sq.: « Haec famigeratio Te honestet, me autem conlutulet, si sine dote duxeris ».

CONMANDO, *commendo*, in titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* pl. xxix n. 71.

CONMARITVS, qui simul maritus est. Plaut. *Cas.* IV, ii, 18: « Conpar, conmaritus, villicus ».

CONMOLENDA, dea apud Romanos, quae et Coinquenda vocabatur (cf. Marini *Arvali* pg. 380 sgg.). In tab. xxxii col. 2 lin. 13 sq. fratr. Arval. apud Marinium: ITEM ADOLENDAE CONMOLENDAE DE|FERVNDAE OVES II.

CONNATVS, *innatus*, *simul natus*, particip. a *connascor*. Tertull. *advers. Valentinian.* cap 2: « Vitia in corpore connata ».

§ 2. *Cognatus*, subst. m., vetustiori orthographia CONGNATVS et COCNATVS, invenitur in titulo sepulcrali apud Maffei *Mus. ver.* 290, 5 (CONNATO BENEMERENTI FECERVNT).

§ 3. *Gemellus*, subst. m. in titulo sepulcrali apud Fea *Framm. di fasti cons.* pg. 57.

CONNVVIVM, *connubium*, subst. n. (cf. CONVBIVM) in titulo apud Amaduzzi *Monum. Matth.* III, 119 (= Fabr. cap. iii n. 622 pg. 235, et Spon pg. 229).

CONPAR, *compar* (coniux). Inscr. apud Fabr. cap. iv n. 135 pg. 270: BONIFATIA SIBI ET CONPARI SVO IVST|INO BENEMERENTI FECIT QVI BI|XIT ANNIS LXV · ET FECIT CVM CON|PARE SVA ANNIS XLV. Adde BENERIO SVO CONPARI (*Rev. archéol.* XIII, 165), et inscr. apud Fabr. cap. iv n. 136 pg. 270.

CONPARASSIT, *comparaverit*, apud veteres. Plaut. *Epid.* I, ii, 19: « Nisi hodie prius conparassit mihi quadraginta minas ».

CONPARAVERVM, *comparaverunt*. In titulo sepulcr. apud Fabr. cap. v n. ii pg. 347: CON · PARAVERVM · SIBI ET · SVIS · LIBERTIS.

CONPERCO. Vide COMPERCO.

CONPLVSCVLI. Vide COMPLVSCVLI.

CONPOSTVS, *compositus* (ital. *composto*), particip. e *compono*. Virg. *Aen.* I, 249: « Nunc placida conpostus pace quiescit ».

CONPRENSVS, *comprehensus*, adiect. recentiori orthographia CONPRESVS. In titulo sepulcrali apud Marini *Inscr. alb.* pg. 117 n. 123: CONPRENSO MONVMENTO. Cf. compraehensis apud Passionei pg. 96 n. 15.

CONPRESVS, *comprensus* (comprehensus, ital. *compreso*). In lapide capitol. apud Murat. 1716, 14 (Marini *Inscr. alb.* pg. 118): HAEC AVTEM MACERIA CONPRESA CVN MVNIMENTO ET PORTICVLO. In alio titulo apud Marini op. cit. pg. 117 n. 123: CONPRESA ARIA. Vide CONPRENSVS.

CONPROMESISE, *compromisisse*, antiquo scribendi more. S. C. *de Bacch.* (Append. n. lviii) lin. 13 sq.: NEVE · POST HAC · INTER · SED · CONIOVRASE · NEVE · COMVOVISE · NEVE · CONSPONDISE | NEVE · CONPROMESISE VELET.

CONQVIERIT, *conquieverit*, e *conquiesco* (vide voc. sq.), apud Cels. *Medic.* VII, 19.

CONQVIESSE, *conquievisse*, e conquiesco (vide voc. praeced.), apud Liv. XXX, 13.

CONRVSPARI, *conquirere* (Paul. pg. 62). Plautus apud

Paul. loc. cit.: « Conruspare tua consilia in pectore ».

CONSA, Κῶνσα, Etruriae oppidum (= COSA?). Plutarch. in *Flam.* I, 6: Διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις, Νάρνειάν τε καὶ Κῶνσαν ἄρχων ᾑρέθη καὶ οἰκιστής.

CONSACRABERVNT, *consacraverunt*, in titulo salernit. apud Grut. 343, 2 (Mommsen n. 112).

CONSENTES dicti sunt dii duodecim, quos in consilium accire dicitur Iuppiter (August. *De civ. Dei* IV, 23). Arnob. III, 40 pg. 133: « Varro, qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus coeli deos esse censet, quos loquimur (scil. *Penates*), nec eorum numerum, nec nomina sciri. Hos Consentes, et Complices Ethrusci aiunt, et nominant, quod una oriuntur, et occidant una: sex mares et totidem foeminas nominibus ignotis, et miserationis parcissimae: sed eos summi Iovis consiliarios, ac principes existimari ». Hi duplicis generis esse videntur rustici et urbani: rustici, Iovis et Tellus, Sol et Luna, Ceres et Liberus, Robigo et Flora, Minerva et Venus, Lympha et Bonus Eventus; urbani, quos enumerat Ennius *Ann.* vs. 63 sq., Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Varro *De r. r.* I, I, 4 sq.: « Et quoniam (ut aiunt) Dei facientes adiuvant, prius invocabo eos; nec, ut Homerus et Ennius, Musas, sed XII deos consentis: neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum auratae stant, sex mares, et foeminae totidem, sed illos XII deos, qui maxime agricolarum duces sunt. Primum, qui omnes fructus agriculturae caelo et terra continent, Iovem et Tellurem. itaque quod ii parentes magni dicuntur, Iuppiter, pater appellatur, Tellus, terra mater. Secundo Solem et Lunam, quorum tempora observantur, quum quaedam seruntur et conduntur. Tertio Cererem et Liberum, quod horum fructus maxime necessarii ad victum. Ab his enim cibus et potio venit e fundo. Quarto Robigum ac Floram, quibus propitiis, neque robigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Itaque publicae Robigo feriae robigalia; Florae ludi floralia instituti. Item adveneror Minervam et Venerem, quarum unius procuratio oliveti alterius hortorum; quo nomine rustica vinalia instituta. Nec non etiam precor Lympham, ac Bonum Eventum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono eventu, frustratio est, non cultura ». Inscr. apud Grut. 3, 2 (Murat. 1978, 1, Orell. n. 2119): I · O · M | CETER[ISQVE] · DIS CONS[EN]|TIBVS M · OPELLIVS ADIVTOR | IIVIR COL. Alia apud Henzen n. 5083: ..... | DEORVM C]ONSENTIVM SACROSANCTA SIMVLACRA CVM OMNI LO[CI ..... V]ETTIVS · PRAETEXTATVS · ...V · C · PRA..... | CVRANTE LONGEIO · ..... Adde inscr. apud Grut. 3, 1 (Orell. n. 2120): CONSENTIO DEORVM | MARIANA SOZOMENE | IMPERIO L · M ... | EX VOTO FECIT. Cf.

CONSENTIA vel Cosentia, Κωνσεντία (Ptol. III, 1; Appian. *De bell. Ann.* cap. 56, *De bell. civ.* V, 56, 58), vel Κωσεντία (Strab. VI, I, 5), ut nunc *Cosenza* (COSENTIA in lapide capuano, in Append. n. LVII lin. 5), Bruttiorum oppidum (Plin. III, X, 2; Mela II, IV, 8), ab Alexandro Epirensi captum (Liv. VIII, 24). Strab. loc. cit.: εἶτα Κωσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Liv. XXIII, 30: « Recepta Petelia, Poenus ad Consentiam copias traducit: quam, minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem accepit (an. U. C. DXXXVI) ». Appian. *De bell. Ann.* cap. 56: Τοῦ δὲ αὐτοῦ χρόνου Κωνσεντίαν τε, μεγάλην πόλιν Βρυττίων, καὶ ἄλλας ἐξ ἐπ' αὐτῇ, περιέσπασεν ἀπὸ Ἀννίβου Κράσσος. Adde Liv. XXIX 38 (vide CLAMPETIA) et XXX 19. — Consentini sunt incolae eiusdem oppidi (Liv. XXV, 1; Cic. *De finib.* I, 3). Consentinus adiect. est ad Consentiam pertinens, ut Consentinus ager (Liv. XXVIII, 11; Varro *De r. r.* I, VI, 6; Plin. XVI, L, 2). Frontin. *De col.* pg 209 ed. Lachm.: « Ager Consentinus ab imp. Augusto est adsignatus limitibus Graccanis etc. ». Cf. Consentiae genita vina, apud Plin. XIV, VIII, 9.

CONSENTIA sacra, quae ex multorum consensu sunt statuta. Ita Paul. pg. 65. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CONSEQVVS, *consequens*, adiect. Lucret. V, 678: « Consequa natura 'st iam rerum, et ordine certo ».

CONSERBATOR, *conservator*, subst. m. In marm. apud Marini *Inscr. alb.* pg. 8 n. 8 (Orell. n. 2410): HERCVLI | CONSERBATORI · A · SERGIVS | MEGALENSIS | CVRATOR II SOCIIS · CVLTOR | LARVM · ET · IMAG | AVGVST · DEDIT.

CONSERVITIVM, *servitium commune plurium*, subst. n. apud Plaut. *Capt.* II, I, 49.

CONSERVNDVS, *conserendus*, antiquo scribendi more, e *consero*. Varr. *De r. r.* I, XXIV, 2: « Agrum oliveto conserundo, nisi qui in ventum, in favonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse ».

CONSESVS, *consensus*, subst. m. Decr. Col. Pisanae sec. apud Noris *Cenotaph. pis.*: PER CONSESVM OMNIVM ORDINVM.

CONSILINVM, oppidum Lucaniae prope Grumentum, nunc *Padula* vocitatum. Plin. III, XV, 1: « Consilinum castrum ». Consilinensis adiect. est ad Consilinum pertinens (Frontin. *De col.* pg. 209 ed. Lachm. « Consiline » s. praefectura). Cf. Mommsen in *Gromat. vet.* s. 165. Scribitur et Cosilinas. Cassiod. *Variar.* ep. VIII, 33: « Est enim et locus ipse (*Campania*) camporum amoenitate distensus, suburbanum quoddam Cosilinatis antiquissimae civitatis, qui a conditore sanctorum fontium Marcilianum nomen ac-

cepit ». Ad Consilinum fortasse spectant numi n. 3042 cum scriptione ΚΩΣΙ (cf. Avellini *Opusc.* II 132 sg., III 141-152).

CONSIPTVM, *conseptum* h. e. locus circum undique clausus. Paul. pg. 62: « Consiptum apud Ennium pro *conseptum* reperitur ». Et pg. 64: « Consiptum clavis praefixum ». Consaeptum legitur in inscr. apud Visconti *Mus. Pio-Clem.* I, 73 nt. 1 ed. Mediol. (VSTRINASQVE · DE · CONSAEPTO VLTIMO · IN · EVM · LOCVM · TRAICIENDAS ... CVRAVERVNT), et consoeptum in alia apud Grut. 1159, 6.

CONSIVIVS. Vide CLVSIVS.

CONSOL, *consul*, subst. m., apud veteres, antiquiori orthogr. COSOL et COSVL. Vel. Long. pg. 2216 P.: « Apud nos quoque ostendunt antiqui, qui aeque confusas literas *o* et *u* habuere: nam consol scribebant per *o*, quum legeretur per *u consul*, unde in multis etiam nominibus variae sunt scripturae, ut fontes et *funtes*, frondes et *frundes* ». Inscr. in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 47 (cf. Grut. 56, 6): M · CLAVDIVS M F | CONSOL | [H]INNADCEPIT. Alia inscr. apud Mommsen n. 1381: IVNONEI · QVIRITEI · SACRA | C · FALCIDIVS · L · F · CONSOL | DEDICAVIT. Plebisc. de Thermens. (Append. n. LXI) col. 1 lin. 18 sq.: IEIS CONSOLIBVS (= IEIS CONSVLIBVS, lin. 20). Columnae rostr. inscr. n. 2715 lin. 6 sq.: ENQVE · EODEM · MAC[ESTRATOD PROSPERE R]EM · NAVEBOS · MARID · CONSOL · PRIMOS · C[ESET]. Inscr. apud Mommsen n. 6766: MARTEI | CLAVDIVS · M | [C]ONSOL · DED... Adde inscr. n. 2707 sq. ex Scipionum sepulcro, leg. Thor. agr. cap. XVII (in Append. n. LIX) et titul. christ. apud Boissieu *Inscr. ant. de Lyon* chap. XVII n. 35, 43, 45 (CONSOLE et CONSOLIS). — Consulis pro *consules*, acc. plur. invenitur in tab. Ancyr. apud Chisull *Antiq. asiat.* pg. 173 (tab. 3.ª a laeva lin. 2).

CONSOLATVS, *consulatus*, subst. m. in titulo sepulcr. apud Boissieu *Inscr. ant. de Lyon* cap. XVII n. 34 pg. 578.

CONSOLO, *consulo*, antiquiori orthogr. COSOLO, unde CONSOLTVM = *consultum*, CONSOL = COSOL h. e. *consul.* S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 1: [Q ·] MARCIVS · L · F · S · POSTVMIVS · L · F · COS · SENATVM CONSOLVERVNT.

CONSOLTVM, *consultum*, subst. n. e CONSOLO = *consulo*, in titulo antiquissimo apud Mommsen n. 716.

CONSPICILIVM, h. e. locus unde aliquid conspici solet. Plautus apud Non. II, 116 = pg. 84: « In conspicilio adservabam, pallium observabam ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

CONSPOLIVM, genus cibi in sacris adhibiti, de quo Arnob. VII, 24.

CONSPONDISE, *conspondisse*, antiquo scribendi more, e *conspondeo* h. e. simul cum aliis spondeo, in S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 13. Vide CONPROMESISE.

CONSPONSVS. Vide CONSPOSVS, quod sequitur.

CONSPOSVS, *fide mutua colligatus*, adiect. apud veteres. Paul. pg. 41: « Consposos (al. *consponsos*) antiqui dicebant fide mutua colligatos ». Varro *De l. l.* VI, 70 pg. 100: « Sponsus, consponsus; hoc Naevius significat cum ait: *consponsi* ».

CONSTANTSO, *Constantio* (ital. *Costanzo*), nomen virile, apud Fleetwood *Syll. mon. christ.* 377, 2.

CONSTAS, *constans*, adiect. (vide COSTANS). Est cognomen rom. in lapide beneventano apud De Vita cl. IX n. 194 = Mommsen n. 1813 (CONSTATI · SECVNDO).

CONSTIT, *constitit*, per syncopen, in marmore apud Mommsen n. 3528 (cf. Marini *Arvali* pg. 169). Cf. fragm. lapidis patav. apud Grut. 897, 2 = Furlan. n. 582 pg. 425.

CONSTIVS, *Constantius*, per syncopen (cf. CONSTIT = *constitit*). Inscr. apud Marini *Arvali* pg. 170: DDNN CONSTIO AVG XII IVLIANO CESARI II | CONSS VIIII KAL MAS DECESSIT IANVARAS.

CONSVALIA. Vide CONSVS.

CONSVANETES, Κωνσουάνται (Ptolem. II, 11) vel Κωτουάντιοι (Strab. IV, VI, 8), Rhaetiae populi. apud Plin. III, XXIV, 4.

CONSVBRINA, *consobrina*, subst. f. in inscr. apud Doni cl. X n. 51 pg. 365.

CONSVMPSE, *consumpsisse*, apud Lucret. I, 234. Alii legunt *consumse.* — Consumpsti (al. *comsumsti*) pro *consumpsisti* dixit Propert. I, III, 37.

CONSVMPSTI. Vide CONSVMPSE.

CONSVS, gr. orthogr. Κόνσος vel Κῶνσος, deus consiliorum secretorum (Ascon. in *Verr.* I, 10), h. e. qui salutaria et fida consilia nostris suggerit cogitationibus (Arnob. III, 23 pg. 122). August. *De civ. Dei* IV, 11: « ipse sit et deus Consus, praebendo consilia ». Ovid *Fast.* III, 199 sq.:

> « Festa para Conso: Consus tibi caetera dicet,
> Illo facta die quum sua sacra canet ».

Fuit idem cum Neptuno equestri (Liv. I, 9; Serv. in Virg. *Aen.* VIII, 635). Auson. *Epigr.* LXIX, 9: « Caenida convertit proles Saturnia Consus ». Mart. Capella § 54 pg. 98: « Neptune autem, Lar omnium cunctalis, ac Neverita, tuque Conse ex decima convenistis ». Dionys. Halic. I, 33: Ἀπέδειξαν δὲ καὶ Ποσειδῶνι τέμενος Ἱππίῳ, καὶ τὴν ἑορτὴν Ἱπποκράτεια μὲν παρ' Ἀρκάδων, Κωνσουάλια δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενα κατεστήσαντο, ἐν ᾗ παρὰ Ῥωμαίοις ἐξ ἔθους ἐλινύουσιν ἔργων ἵπποι καὶ ὀρεῖς, καὶ στέφονται τὰς κεφαλὰς ἄνθεσι. Plutarch. in *Rom.* XIV, 5 sqq.: Διεδόθη λόγος ὑπ' αὐτοῦ πρῶτον, ὡς θεοῦ τινὸς ἀνευρήκοι βωμὸν ὑπὸ γῆς κεκρυμμένον. Ὠνόμαζον δὲ τὸν θεὸν Κῶνσον, εἴτε βουλαῖον

ὄντα· κωνσίλιον γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβούλιον καλοῦσι, καὶ τοὺς ὑπάτους κωνσούλας, οἷον προβούλους· εἴτε ἵππιον Ποσειδῶ. Καὶ γὰρ ὁ βωμὸς ἐν τῷ μείζονι τῶν ἱπποδρόμων ἐστὶν ἀφανὴς τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἀνακαλυπτόμενος. Οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τοῦ βουλεύματος ἀποῤῥήτου καὶ ἀφανοῦς ὄντος ὑπόγειον οὐκ ἀλόγως τῷ θεῷ βωμὸν γενέσθαι κεκρυμμένον. Ὡς δ' ἀνεφάνη, θυσίαν τε λαμπρὰν ἐπ' αὐτῷ καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν ἐκ καταγγελίας ἐπετέλει πανηγυρικήν. Consualia, gr. *Κωνσυάλια* (Plutarch. in *Rom.* XV, 13), ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilii putabant (Paul. pg. 41). Varro *De l. l.* VI, 20 pg. 81: « Consualia dicta a Conso, quod tum feriae publicae ei deo, et in circo ad aram eius ab sacerdotibus ludi illi quibus virgines Sabinae raptae ». Liv. I, 9: « Ludos ex industria parat (*Romulus*), Neptuno Equestri sollemnes; Consualia vocat ». Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 48: « *Διὰ τί τῇ τῶν Κωνσυαλίων ἑορτῇ καὶ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ὄνους στεφανοῦσι καὶ σχολάζειν ἐῶσι;* « *Πότερον ὅτι Ποσειδῶνι μὲν ἄγουσιν Ἱππείῳ τὴν ἑορτὴν, ὁ δ' ὄνος τῷ Ἵππῳ συναπυλαύει καὶ συμμετέχει τῆς ἀδείας; Ἢ ὅτι, ναυτιλίας φανείσης καὶ κομιδῆς κατὰ θαλατταν, ὑπῆρξε τις ἀμωσχέπως ῥαστώνη καὶ ἀνάπαυσις τοῖς ὑποζυγίοις;* Et Dionys. Halic. II, 31: *Τὴν δὲ τότε τῷ Ῥωμύλῳ καθιερωθεῖσαν ἑορτὴν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἄγοντες Ῥωμαῖοι διετέλουν, Κωνσουάλια καλοῦντες, ἐν ᾗ βωμός τε ὑπόγειος ἱδρυμένος παρὰ τῷ μεγίστῳ τῶν ἱπποδρόμων, περισκαφείσης τῆς γῆς, θυσίαις τε καὶ ὑπερπύροις ἀπαρχαῖς γεραίρεται, καὶ δρόμος ἵππων ζευκτῶν τε καὶ ἀζεύκτων ἐπιτελεῖται. καλεῖται δὲ ὁ θεὸς, ᾧ ταῦτα ἐπιτελοῦσι, Κῶνσος ὑπὸ Ῥωμαίων· ὅν ἐξερμηνεύοντες εἰς τὴν ἡμετέραν γλῶτταν, Ποσειδῶνα σεισίχθονά φασιν εἶναι τινες, καὶ διὰ τοῦτο ὑπογείῳ τετιμῆσθαι βωμῷ λέγουσιν, ὅτι τὴν γῆν ὁ θεὸς οὗτος ἔχει. ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερον οἶδα λόγον ἀκούων, ὡς τῆς μὲν ἑορτῆς τῷ Πωσειδῶνι ἀγομένης, καὶ τοῦ δρόμου τῶν ἱππίων τούτῳ τῷ θεῷ γινομένου, τοῦ δὲ καταγείου βωμοῦ δαίμονι ἀῤῥήτῳ τινὶ βουλευμάτων κρυφίων ἡγεμόνι καὶ φύλακι κατασκευασθέντος ὕστερον. Ποσειδῶνι γὰρ ἀφανῆ βωμὸν οὐδαμόθι γῆς οὔθ' ὑφ' Ἑλλήνων οὔθ' ὑπὸ βαρβάρων καθιδρῦσθαι· τὸ δ' ἀληθὲς ὅπως ἔχει χαλεπὸν εἰπεῖν.* Varro apud Non. I, 76 = pg. 21: « Sibi pastores ludos faciunt coriis consualia ». Tertul. *De spect.* cap. 5 (IV, 97 ed. Semler): « Exinde ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant. Eundem enim et Consum vocabant. Dehinc Equiria Marti Romulus dixit: quamquam et Consualia Romulo defendunt, quod eo Conso dicaverit deo, ut volunt, consilii: eius scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitavit. Probum plane consilium, et nunc quoque apud ipsos Romanos iustum et licitum, ne dixerim, penes deum. Facit etenim ad originis maculam, ne bonum existimes, quod initium a malo accepit, ab impudentia, a violentia, ab odio, a fratricida institutore, a filio Martis: et nunc ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra, cum inscriptione huiusmodi, CONSVS CONSILIO, MARS DVELLO, LARES COMITIO POTENTES. Sacrificant apud eam nonis Iuliis sacerdotes publici, XII kalend. septembres flamen Quirinalis, et virgines ». In Kalend. Capran. apud Orell. II, 396: CONSO · IN · AVENTINO SACRIFICIVM. Cf. Serv. in Virg. *Aen.* VIII, 635, et Fest. *Qu.* X, 25 pg. 209. Consius et Considius sunt gentil. rom. in thesauris epigr.

CONTANTER, *cunctanter*, adverb. Apul. *Metam.* III pg. 83 (ed. Paris. 1688): « Contanter ac timide denique sermone prolato ». Et IV pg. 103: « Sed dum contanter accedo etc. ».

CONTENEBRA, oppidum Etruriae, in agro Tarquiniensi, vi captum dirutumque a Romanis (U. C. an. CCCLXVII). Liv. VI, 4: « Exercitum alterum in Aequos ..... duxere: alterum in agrum Tarquiniensem. Ibi oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra (codd. aliqui *contebra*, *contenebrosa*) vi capta dirutaque. Ad Cortuosam nihil certaminis fuit. inproviso adorti, primo clamore atque inpetu cepere: direptum oppidum atque incensum est. Contenebra paucos dies obpugnationem sustinuit; laborque continuus, non die non nocte remissus, subegit eos. quum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet proelio, oppidanos eosdem integro semper certamini paucitas fessos obiiceret; cessere tandem, locusque invadendi urbem Romanis datus est. Publicari praedam tribunis placebat: sed imperium, quam consilium, segnius fuit. dum cunctantur, iam militum praeda erat; nec, nisi per invidiam, adimi poterat ».

CONTIBERNALIS, *contubernalis*, adiect. Inscr. apud Grut. 540, 9: D · M | FABIO CELERI | MILITI · CONTIBERN · FECER. Alia apud Mommsen n. 5585: SILVIAE | CONTIBERNAL | AEPINICVS | CONSERVVS | B · M · P. In titulo apud Doni cl. VIII n. 54 (Mommsen n. 5388): ET · CERVIAE · SEX · L · HYMNIDI · CONTIBERNALI · VIVAE. Adde inscr. apud Mommsen n. 667, 4700, 5340, 6814.

CONTIGNVM, frustum carnis cum septem costis demptum. Ita Paul. pg. 65.

CONTICINIVM, pars illa noctis, quae est inter gallicinium et diluculum (cf. Censor. *De die nat.* cap. 24). Varro *De l. l.* VII, 79 pg. 150: « In Asinaria [Plaut. III, III, 95]: *Videbitur, factum volo; at redito huc conticinio;* putem a conticiscendo *conticinium*, sive, ut Opilius scribit, ab eo quom conticuerunt homines ». Gloss. apud Labb.: « Conticinium, *ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος* ». Cf. Varr. op. cit. V, 7 pg 75, et Macrob. *Saturn.* I, 3 (vide CONTICVVM).

CONTICISCO, *conticesco*, usurpatum a Plauto *Bacch.* IV, VI 28 et *Mil.* II, IV 56.

CONTICVVM, *conticinium*, subst. n. Macrob. *Saturn.* I, 4:

Primum tempus diei dicitur mediae noctis inclinatio; deinde gallicinium, inde conticuum, cum et galli conticescunt et homines etiam tum quiescunt ».

CONTIO, *concio*, subst. f. Lex Serv. *De Repet.* (Append. n. LX) cap. 6: FACITO RECITENTVR IN CONTIONE. In aere Salpens. apud Henzen n. 7421 col. 2 lin. 1: PRO CONTIONE.

CONTIRO -onis, *simul tiro*, subst. m. Inscr. apud Murat. 805, 4: D · M | CLAVDIO CARO | MIL · COH · VIII | PR · STIP · XVII | VIXIT ANNIS | XXXVII | HEREDES ET | CONTIRONES | BENEMERENTI | FECERVNT.

CONTROVORSIA et controvosia, *controversia*, subst. f. apud veteres (cf. VORSVM = *versum*). In tab. genuate (Append. n. I): CONTROVORSIEIS (lin. 1) et CONTROVERSIS (lin. 45) = *controversiis*, CONTROVOSIAS (lin. 2) et CONTROVORSIAS (lin. 42) = *controversias*).

CONTRVD, *contra*, praepositio, ab antiquo abl. sg. n., apud Samnites (Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 141 et *Lex. osco-lat.* pg. 28; Müller *Die Etr.* I 38 anm. 78; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 45; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12 sq.; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 272; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 33; Schweizer et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 217, V 84; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 348). Tab. Bantina n. 2897 lin. 11 et 17: SVAEPIS · CONTRVD · EXEIC · FEFACVST = *si quis contra hoc fecerit* (Mommsen op. cit. s. 146, Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87 sq., Huschke op. cit. s. 65 sq.); et lin. 25 sq.: SVAE · PIS · CONTRVD | EXEIC · PRVHIPVST = *si quis contra hoc prohibuerit* (Mommsen s. 147, Kirchhoff s. 80, Lange s. 88, Huschke s. 67).

CONTRVSCVS. Vide TROSCIVS.

CONTVBERNA -ae, *contubernalis*. In titulo apud Gudium 356, 11: PHARNACES · CONTVBERNAE SVAE · BENEMERENTI · FECIT.

CONTVMIA, *contumelia*, subst. f. per syncopen. Gloss. Isidor.: « Contumia, contumelia ». Adde Mart. Capell. § 424 pg. 384.

CONTVOLI, oculi sunt in angustum coacti conniventibus palpebris. Ita Paul. ex Festo pg. 42, ubi cf. Scalig. et Mueller.

CONVBIVM, *connubium*, subst. n. (cf. CONNVVIVM), in titulo apud Henzen n. 5418. Adde Gaii *Instit.* pg. 19 sq. et 28 ed. Boecking, et cf. Corssen *Ueber aussp r.* I, 90.

CONVECTOR, deus apud veteres. Vide IMPORCITOR.

CONVENERVM, *convenerunt* (ital. *convennero*), abiecto finali *t*, et mutata nasali. In tab. XLI a lin. 21 fratr. Arval. apud Marini: CONVENERVM ET SVBSELLIS CONSEDERVNT.

CONVEXVS, *convexio*, subst. m. Gloss. apud Labb.: « Convexus, περιφόρεια, περιφορῆς ».

CONVIVO, *convivor*, apud veteres. Non. VII, 55 = pg. 474: « Convivant pro *convivantur*. Pomponius Munda [vs. 85 ed. Ribbeck]: *Si calendis domi convivent, idibus cenant foris.* Ennius Satyr. lib. j [vs. 12]: *Malo hercle suo magno convivat sine modo* ».

CONVOLLERE, *convellere*, apud veteres, teste Cassiod. pg. 2283 P. (vide VOSTER = *vester*).

CONVOTI, *iisdem votis obligati* (Paul. pg. 42), e convoveo = COMVOVEO, quod vide.

COXIGO, *claudico*. Gloss. apud Labb.: « χωλαίνει, claudicat, coxigat ».

COXSINVS, fortasse *pulvinus*, ita appellatus, quod coxis subiicitur. Est cognomen rom. apud Maffei *Mus. ver.* 169 (L · VALERIVS L · F · COXSINVS). Cf. Cox, cognomen virile in inscr. apud Amadut. *Anecd. litter.* II, 466.

COONIVX, *coniux*, subst. fem. (vide COIVX), in titulo sepulcrali apud Murat. 1389, 12 (COONIVCI OPTIMAE).

COOPTASSINT, *cooptaverint*, invenitur apud Liv. III, 64.

COOPTEMS, *cooptemus*, in tab. aenea (lin. 10), edita in *Ann. dell' Inst. arch.* XVIII = 1846 tav. d'agg. A (pg. 78).

COPERIO, *cooperio*, apud Lucr. V 342, VI 490 (alii legunt: *coopernisse* et *cooperiant*).

COΠIA. Vide SYBARIS et THVRIVM.

COPIA, dea apud veteres, quae omnium rerum copiam suppeditabat. Plaut. *Pseud.* II, IV, 46: « Dii immortales! non Charinus mihi hic quidem est, sed Copia ». Horat. *Epist.* I, XII, 28 sq.: « aurea fruges Italiae pleno defundit Copia cornu ». Ovid. *Metam.* IX, 88: « divesque meo bona Copia cornu est ».

COPIENSIS, adiect. ad copiam pertinens. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 853, 3 (M · SERVILIVS COPIENSIS · PACVVIANVS).

COPLATVS, *copulatus*, particip. a *coplo* pro *copulo*. Lucr. VI, 1085 sq.:

« Est etiam, quasi ut annellis, hamisque plicata
Inter se quaedam possint coplata teneri ».

COPO, *caupo*, subst. m. (vide COPONA = *caupona*). Gloss. apud Labb.: « Copo et caupo, κάπηλος ». Cic. *pro Cluent.* cap. 59: « A. Binnium quemdam, coponem, de via Latina, subornatis ». Adde Petron. *Satyr.* cap. 62 pg. 412 ed. Burm. (« tamquam copo compilatus »), et cf. Martial. II, LI 3, III, LVIII 24. Inscr. pompeiana edita in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. II, 26: Q · P · P · IVVENEM | AED · OA D · R · P | SABINVS · ROG · COPO. — *La scrittura* copo *per* caupo, ait Cavedonius in *Bullett.* cit. III 164, *doveva essere molto diffusa e comune, poichè ricorre anche in un bel marmo modenese* (p. 234, 236), *e pare fosse usata anche da Cicerone* (pro Cluentio *cap.* 59). Adde inscr. Aesern. in *Bullett. arch. nap.* VI tav. I n. 4.

COPONA, *caupona*, subst. fem. (vide COPO = *caupo*). Paul. pg. 40: « Copona taberna a copiis dicta ».

COPONIANVS, adiect. pertinens ad Coponium, quod est gentilitium rom., ut Coponiana villa, apud Cic. *Ep. ad Att.* XII, 31 = n. 549.

ΚΟΠΡΙΑ, Siciliae litus prope Tauromenium, ita dictum a *κοπρία* h. e. *stercus* (Strab. VI, II, 3).

COPS vel copis, *copiosus*, adiect. apud veteres. Priscian. pg. 321 = 752 P.: « Vetustissimi tamen etiam hic et haec et hoc ops et cops pro *opulentus* et *copiosus* proferebant ». Plaut. *Bacch.* II, III, 117: « Ut amantem herilem copem facerem filium ». Id. *Pseud.* II, III, 8: « Atque ego nunc me ut gloriosum faciam, ut copi pectore ». Pacuv. vs. 307 ed. Ribbeck apud Non. II, 119 = pg. 84: « O multimodis varium et dubium et prosperum copem diem! ». Et Turpil. vs. 61 apud eund. loc. cit.: « Te quidem omnium pater iam copem causarum facit ». Cf. Fest. *Qu.* X, 8 pg. 190 s. v. *ops*.

COPTO, *coopto*, in tessera apud Marini *Arval.* pg. 782 = Orell. n. 3693 (COPTAVERVNT). COAPTATO pro *cooptato* invenitur in lege Iul. municip. cap. 5 apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 400. Cf. Cic. *Ep. fam.* III, 10 = n. 261 (*coptari?*).

COQVA, ital. *cuoca*, h. e. *quae coquit* (vide COCVLA). Plaut. *Poen.* I, II, 38: « Coqua est haec quidem, Agorastocles, ut ego opinor ».

COQVINA, *culina* (ital. *cucina*), subst. f. apud veteres. Non. I, 273 = pg. 55: « *Culinam* veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat ». Cf. Pallad. I, 37, Arnob. IV 6 pg. 140, et Apul. *De habit. doctr. Plat.* lib. 2 pg. 605 (ed. Paris. 1688).

COQVINARIS et coquinarius, *culinarius*, adiect. ad coquinam pertinens. Varro apud Non. III, 32 = pg. 195: « Noctu cultro coquinari se traiecit ». Plin. XXXIII, 49: « Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri iussit. Cf. Apicii librum, qui *coquinaria ars* inscribitur.

COQVINATORIVS. Vide COCINATORIVM.

COQVINO, *coquinariam artem exerceo*. Plaut. *Aul.* III, I, 3: « Venit in bacchanal coquinatum ». Et in *Pseud.* III, II, 85: « Quanti istuc unum me coquinare perdoces ».

COQVINVS, adiect. ad coquendum pertinens. Plaut. *Pseud.* III, II, 1 sq.: « Forum coquinum qui vocant, stulte vocant, Nam non coquinum 'st, verum furinum est forum ».

COQVITARE pro *coctitare*, id est *frequenter coquere*, Plautus posuit. Ita Paul. pg. 61.

COR-, radix umbrica. Vide -ꓷVꓘ (kur-).

CORA, Κόρα (Strab. V, III, 10; Dionys. Halic. III, 34), oppidum Latii et colonia Romanorum (Liv. XXVII, 9), in finibus Volscorum, a Dardano conditum (alii a Latino Silvio: cf. Diod. Sic. VII, III a 7), et a Cora Catilli et Tiburtis fratre appellatum (Serv. in Virg. *Aen.* VII, 672; vide CORAS et TIBVR). Hodie dicitur *Cori*. Solin. II, 7: « Coram a Dardanis ». Lucan. VII, 393 sq.: « Gabios Veiosque Coramque Pulvere vix tectae poterunt monstrare ruinae ». Liv. II, 16: « Eodem anno [an. U. C. CCLI] duae coloniae Latinae, Pometia et Cora, ad Auruncos deficiunt ». Et II, 22: « Hac ira consules in Volscum agrum legiones duxere. Volscos, consilii poenam non metuentes, nec opinata res perculit. Armorum immemores obsides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos. ita sine certamine inde abductae legiones [U. C. an. CCLIX] ». Inscr. apud Nibby *Analisi* etc. I, 501: TI · CL · TI · FILIO | FV[SCO] | OMNIBVS · HONO[R] | CORAE · FVNC|TO · ORDO · ET · POPVL | CORA ..... BENEMERITA | EIVS. — Corani, genit. pl. CORANO pro Coranôm (gr. Κόρνων, apud Dionys. V, 61) in numo argenteo n. 2729 (cf. Corssen *Ueber ausspr.* I, 110), sunt eiusdem oppidi incolae a Dardano Troiano orti (Plin. III, IX, 11). — Coranus adiect. ad Coram pertinens, ut ager Coranus (Liv. VIII, 19).

§ 2. Item deae nomen, fortasse Proserpinae, quae a Graecis aliquando Κόρη appellata est (*κόρη*, *puella, virgo formosa*), teste Suida. Cf. Serv. in Virg. *Aen.* III, 111, et inscr. apud Grut. 309, 2 sq. (Orell. n. 2361).

CORACENSES, Κορακήνσιοι (Ptol. III, 3), populi Sardiniae insulae. Vide SARDINIA.

CORAS, Tiburtii et Catilli frater, unde mons Coras et urbs Cora dicta. Virg. *Aen.* VII, 672: « Acerque Coras »; ubi Servius: « Coras; a cuius nomine est civitas in Italia ». Vide TIBVR.

ΚΟΡΑΤΙΟΣ, gentilitium sabinum, comparandum cum albano CVRIATIVS. Vide ΑΝΤΡΩΝ, et cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 355 et Huschke *Die iguv. taf.* s. 210.

CORAVERO, *coraveront* (coeraverunt, coiraverunt, curaverunt), in lapide apud Cicconi *Storia di Palestrina* pg. 39 (cf. Garrucci *Scoperte falische* in *Ann. dell'Inst. arch.* an. XXXII = 1860 pg. 249).

CORBIO -ionis, diminut. corbis. Fuit cognomen nepotis Q. Hortensii oratoris apud Val. Max. III, v, 4. Cf. Corssen *Ueber ausspr.* I, 133.

CORBIO, oppidum Italiae in Aequis (Liv. II 39, III 30, 66). Liv. III, 28: « Gracchum Cloelium ducem principesque alios vinctos ad se adduci iubet, oppido Corbione decedi; *Sanguinis se Aequorum non egere: licere abire: sed, ut exprimatur tandem confessio, subactam domitamque esse gentem, sub iugum abituros* ». Fuit etiam oppidum Hispaniae cis Iberum fluvium in regione Suessetanorum (Liv. XXXIX, 42).

CORBITOR, *ludio*, subst. m. apud Fest. *Qu.* XV, 8 pg. 334 s. v. *Simpludiarea*. Scaligerus putat idem significare, quod *corvitores*, gr. *κυβιστητῆρας*.

CORBO -onis, *qui corbem gerit.* Est cognomen rom. in titulo apud Grut. 128, 8 (FABIVS C · L · CORBO).

CORGO, *profecto*, adverb. apud veteres. Paul. pg. 37: « Corgo apud antiquos pro adverbio, quod est *profecto*, ponebatur ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III 368: « Gorgos, adverbialis interpositio, ut *porro, prorsus, nimirum* ». Adde Gloss. apud Labb.: « Goreo (sic), ἀναμφιβόλιος; Gorgi, ἀναμφίβολοι ».

CORDIA, *concordia*, subst. f. in nummo Volusiani imperatoris, teste Eckhel *Catal. mus. Vindob.* II, 361.

CORDILLA, diminutivum chordae (ital. *cordella*). Est cognomen mulieris in titulo apud Murat. 1131, 2 (ACILIA SEX · F · CORDILLA).

CORDOLIVM, *dolor* (ital. *cordoglio*), subst. n. Plaut. *Poen.* I, II, 85 sq.: « Sed ubi exempla conferentur meretricum aliarum, ibi tibi Erit cordolium, si quam ornatam melius forte conspexeris ». Et *Cist.* I, I, 66 sq.: « *Sil.* At mihi Cordolium 'st. *Gymn.* Quid id? unde est tibi cordolium, conmemora, obsecro ». Apul. *Metam.* lib. IX pg. 288: « non uxori, non ulli familiarium cordolio patefacto etc. ».

COREDIER, *Coredii* (Quiritii?), genit. sg. 2 decl., antiquiori orthographia ƎƎIꟻƎƆVꓘ kureties, fortasse nomen vel epitheton dei cuiusdam (Mars Coredius sive Quiritius?), e rad. COR-, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 61, 83, II 232, 265; Huschke *Die iguv. taf.* s. 209 sq.). Tab. eugub. VIb 45: VOCVCOM · COREDIER VITLV · TORV · TRIF · FETV · HONDE · SERFI · FETV · POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR · TOTAPER · IIOVINA = *in —o Coredii* (Quiritii) *vitulos tauros tres facito, Hondo Cerfio facito pro populo civitatis Iguvinae, pro civitate Iguvina.* *Curitis* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VI 22, VII 40; *Corae diae* (coredier) Lanzius II 816 = 725.

CORFINIVM, Κορφίνιον (Ptol. III, 1; Strab. V, III 11, IV 2; Diod. Sic. XXXVII, 2; Plutarch. in *Caes.* XXXIV, 3; Appian. *De bellis civ.* II 38), oppidum Pelignorum in Samnio, caput Sociorum constitutum tempore belli marsici, et Italica, osce VIꓘƎTIƎ viteliú, appellatum (vide ITALICA et VIꓘƎTIƎ viteliú). Hodie est *Pentima.* Diod. Sic. XXXVII, II, 4: Ἐπολέμουν δὲ Ῥωμαίοις Σαυνῖται, Ἀσκολανοί, Λευκανοί, Πικεντῖνοι, Νωλανοί, καὶ ἕτεραι πόλεις καὶ ἔθνη, ἐν οἷς ἐπισημοτάτη καὶ μεγίστη καὶ κοινὴ πόλις ἄρτι συντετελεσμένη τοῖς Ἰταλιώταις τὸ Κορφίνιον ἦν, ἐν ᾗ τά τε ἄλλα ὅσα μεγάλην πόλιν καὶ ἀρχὴν κρατύνουσι συνεστήσαντο καὶ ἀγορὰν εὐμεγέθη καὶ βουλευτήριον, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς πόλεμον ἀφθόνως ἅπαντα, καὶ χρημάτων πλῆθος, καὶ τροφῆς δαψιλῆ χορηγίαν. Strabo V, III, 11: Ἡ Οὐαλερία δ' ἄρχεται μὲν ἀπὸ Τιβούρων, ἄγει δ' ἐπὶ Μαρσοὺς καὶ Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν. Et V, IV, 2: Τρίτον δ', ὅτε δεόμενοι τυχεῖν ἐλευθερίας καὶ πολιτείας μὴ τυγχάνοντες ἀπέστησαν καὶ τὸν Μαρσικὸν καλούμενον ἐξῆψαν πόλεμον, Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν, κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν, καὶ ἐνταῦθα δὴ τοὺς συνεπομένους ἀθροίσαντες καὶ χειροτονήσαντες ὑπάτους καὶ στρατηγούς· δύο δ' ἔτη συνέμειναν ἐν τῷ πολέμῳ, μέχρι διεπράξαντο τὴν κοινωνίαν, περὶ ἧς ἐπολέμουν. Captum fuit a Caesare (Plin. VII, LIV, 7). Cf. Caes. *De bell. civ.* I, 16-20, 23 sqq. — Corfinienses sunt incolae eiusdem oppidi (Caes. op. cit. I, 21, 33; Plin. III, XVII, 1; inscr. apud Henzen n. 5999). Corfinius, adiect. ad Corfinium pertinens, ut Corfinius ager. Frontin. *De col.* pg. 228 (cf. pgg. 229, 255, 260) ed. Lachm.: « Ager Corfinius lege Sempronia est assignatus ». — Corfiniensis adiect. est ad Corfinium pertinens, apud Cic. *ad Att.* IX, 16 = n. 354. Inscr. apud Orell. n. 3695 sq., et Henzen n. 6625: RESPVBLICA POPVLVSQVE CORFINIENSIS.

CORINENSES, incolae oppidi cuiusdam in Italia inferiore, fortasse in Apulia, quos memorat Plinius III, XVI, 6.

CORIOLI, Κορίολα (Dionys. Halic. VI, 92), oppidum in Volscorum finibus. Liv. II, 33: « Inde Poluscam, item Volscorum, cepit [u. c. an. CCLXI]: tum magna vi adortus est Coriolos. Erat tum in castris inter primores iuvenum C. Marcius, adolescens et consilio et manu promtus, cui cognomen postea Coriolano fuit [cf. Dionys. VI, 93, et Aul. Gell. XVII, 21]. Quum subito exercitum Romanum, Coriolos obsidentem, atque in oppidanos, quos intus clausos habebat, intentum sine ullo metu extrinsecus inminentis belli, Volscae legiones, profectae ab Antio, invasissent, eodemque tempore ex oppido erupissent hostes, forte in statione Marcius fuit. Is, cum delecta militum manu, non modo inpetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox inrupit: caedeque in proxima urbis facta, ignem, temere arreptum, inminentibus muro aedificiis iniecit. Clamor inde oppidanorum, mixtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut solet, primo ortu et Romanis auxit animum, et turbavit Volscos, utpote capta urbe, cui ad ferendam opem venerant. Ita fusi Volsci Antiates, Corioli oppidum captum ». Adde Liv. II 39, Dionys. Halic. IV 45, Plutarch. in *Coriol.* VIII sqq. — Incolae dicti sunt Coriolani (Plin. III, IX, 16), gr. Κοριολάνοι (Dionys. VI 92, Plutarch. in *Coriol.* VIII 1 sqq.) vel Κοριολανοί (Dionys. VIII, 19). Steph. Byz.: Κόριλλα, πόλις Λατίνων· Διονύσιος τετάρτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κοριλλανοί. — Κορίολλα, πόλις τῆς Ἰταλίας· Διονύσιος καὶ τῆς ἐπιτομῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Κοριολλανός.

CORNE, oppidum Latii prope Tusculum. Plin. XVI, 91: « Est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris ».

CORNELIANI. Vide LIGVRES cognomine Corneliani

CORNELIO, *Cornelios* (Cornelius), gentilitium rom., in titulo ex Scipionum sepulcro n. 2708 (vide **CESOR**).

CORNETVM, h. e. locus cornis consitus. Fuit Romae locus in regione quarta (Victor. *De reg. urb. Romae*). Varro *De l. l.* V, 152 pg. 59: « inter sacram viam et macellum editum Corneta a cornis ». — Fuit etiam locus in Campania. Vitruv. VIII, III, 2: « Agro autem Falisco via Campana in campo Corneto est lucus, in quo fons oritur, ibique avium et lacertarum reliquarumque serpentium ossa iacentia apparent ».

CORNICLA, *cornicula* (ital. *cornacchia*), diminut. e cornix. Est cognomen virile in titulo apud Maffei *Mus. ver.* pg. 111 (**CN · OCTAVIVS C · F · CORNICLA**).

CORNICLARIVS, *cornicularius*, subst. m. Inscr. apud Fabr. cap. v n. 233 pg. 387: **L · SVCIO · VELACI · F | MILITI · CORNICLA | COHORT · LIGVR | MAXSIMVS · FRA|TER · FECIT.**

CORNICVLVM, oppidum Latii (Plin. III, IX, 16), a Tarquinio Prisco captum (Liv. I, 38 sq.). Dionys. Halic. I, 16: Ἀντεμνάτας τε καὶ Τελλνηεῖς, καὶ Φικολνέους τοὺς πρὸς τοῖς καλουμένοις Κορνίκλοις ὄρεσι. Corniculani, gr. Κορνικόλανοι (Dionys. Halic. III, 50), rectius Κορνικολανοί (Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 10), sunt eius oppidi incolae. Corniculanus adiect. est ad Corniculum pertinens. Canuleius apud Liv. IV, 3: « S. Tullium post hunc (*Tarquinium*), captiva Corniculana natum, patre nullo, matre serva, ingenio, virtute regnum tenuisse? ». Aur. Victor *De vir. ill.* cap. 7: « Servius Tullius Publii Corniculani, et Ocresiae captione filius etc. ». Cf. Ovid. *Fast.* VI, 627 sq.

CORNICVLVS, officium cornicularii (vide **CORNICLARIVS**), in inscr. apud Grut. 431, 9 (Mommsen n. 1459).

CORNIOLA, *corneulus*, h. e. cornu similitudinem habens. Est cognomen virile in titulo apud Murat. 726, 5.

CORNISCAE divae, apud Romanos. Inscr. apud Grut. 88, 14 (Orell. n. 1850): **DEIVAS | CORNISCAS | SACRVM**, quod interpretatur *divae Corniscae sacrum* (cf. Corssen *Ueber ausspr.* I 184, II 138, et in *Zeitschr. f. vergl. spr.* IX 163). Paul. pg. 64: « Corniscarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela esse putabantur ».

CORNVATVS, h. e. curvatus instar cornuum. Varro *De l. l.* VII, 25: « *In cornuatam tauram umbram iaci;* dicere apparet cornuatam a cornibus ».

CORNVS vel Corni, oppidum Sardiniae. Liv. XXIII, 40: « Alius exercitus primo per agros silvasque fuga palatus; dein, quo ducem fugisse fama erat, ad urbem nomine Cornum, caput eius regionis, confugit ». Antonini *itiner.* pg. 84 « Cornos ». Incolae dicti sunt Κορνήνσιοι, apud Ptolem. III, 3 (vide **SARDINIA**).

CORPICENSES, Κορπικήνσιοι (Ptolem. III, 3), populi Sardiniae. Vide **SARDINIA**.

CORS, *cohors*, subst. f. invenitur in lapid. rom., ex. c. **MILEX · CORTIS · PRAETORIAE** (Grut. 38, 7), et **MIL · COR · I · PR ·** (Grut. 558, 2).

CORSICA et Corsis, Κύρνος (Ptol. III, 4; Herodot. I, 165; Diod. Sic. V 13, XI 88; Strab. II, V 19, V, II 6 sq., VI, I 1; Pausan. *Phoc.* XVII, 8; Appian. *praef.* cap. 5; Aelian. *De nat. anim.* XII 41, XV 2), insula Italiae in mari Ligustico, a Cyrno Herculis filio appellata (Herodot. I, 167). Plin. III, XII, 1: « In Ligustico mari est Corsica, quam Graeci Cyrnon appellavere, sed Tusco propior: a septentrione in meridiem proiecta, longa passuum CL millia: lata maiore ex parte quinquaginta: circuitu CCCXXV M. Abest a vadis Volaterranis LXII M. pass. Civitates habet XXXIII, et colonias, Marianam, a C. Mario deductam: Aleriam, a dictatore Sylla ». Prisc. *Perieg.* vs. 470 sq.:

« Postquam non longe cernuntur litora Cyrni
Corsida quam pariter, geminato nomine dicunt ».

Pausan. *Phoc.* XVII, 8: Ἔστι δὲ νῆσος οὐ πολὺ ἀπέχουσα τῆς Σαρδοῦς, Κύρνος ὑπὸ Ἑλλήνων, ὑπὸ δὲ Λιβύων τῶν ἐνοικούντων καλουμένη Κορσική. Strab. V, II, 7: Ἡ δὲ Κύρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κορσίκα. οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως, ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. ὁπόταν γοῦν ὁρμήσωσιν οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοί, καὶ προσπεσόντες τοῖς ἐρύμασι πολὺ πλῆθος ἕλωσι τῶν ἀνδραπόδων, ὁρᾶν ἔστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ θαυμάζειν, ὅσον ἐμφαίνεται τὸ θηριῶδες καὶ τὸ βοσκηματῶδες ἐν αὐτοῖς· ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν ἢ ζῶντες ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν, ὥστε καίπερ τὸ τυχὸν καταβαλοῦσιν ὑπὲρ αὐτῶν ὅμως μεταμέλειν. ἔστι δ' ὅμως οἰκήσιμα τινα μέρη καὶ πολίσματα που Βλησίνων τε καὶ Χάραξ καὶ Ἐνικονίαι καὶ Οὐάπανες. μῆκος δὲ τῆς νήσου φησὶν ὁ χωρογράφος μίλια ἑκατὸν ἑξήκοντα, πλάτος δὲ ἑβδομήκοντα. In eam, Etruscis subiectam (Diod. Sic. XI, 88), sub Creontiade Phocaeenses appulerunt (Herodot. I, 165; Strab. VI, I, 1). Cf. Liv. XXII 31, XXX 39, XLII 21, Plin. VIII, LXXV 1, XV, XXXIX 3, XVI, XXVIII 2, LXXVI 2, XXXVII, LVI 1, Diod. Sic. V 13 sq., Polyb. XII 3, Appian. *De bello Mithr.* cap. 95 et *De bell. civ.* V 67, 72, 78, 80, Theophr. *Hist. plantar.* V, 9. Alii sunt Corsi populi Sardiniae, ex Corsica pulsi, de quibus Plin. III, XIII, 2 (vide **SARDINIA**). Pausan. *Phoc.* XVII, 9: Καρχηδόνιοι δὲ ὅτε ναυτικῷ μάλιστα ἴσχυσαν, κατεστρέψαντο μὲν καὶ ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ Σαρδοῖ, πλὴν Ἰλιέων τε καὶ Κορσῶν, τουτος δὲ μὴ ἐς δουλείαν ὑπαχθῆναι, τὸ ἐχυρὸν ἤρκεσε τῶν ὀρῶν ..... Βαλαροὶ το ὄνομα ἐστιν αὐτοῖς κατὰ γλῶσσαν τὴν Κυρνίων· Βαλαροὺς γὰρ τοὺς φυγάδας καλοῦσιν οἱ Κύρνιοι. **CORSICA** pro *Corsicam* invenitur in titulo n. 2708 ex Scipionum sepulcro. — Corsi, gr. Κύρνιοι (Herodot. VII, 165; Lycus apud Athaen. II pg. 47 Casaub.) vel Κυρναῖοι (Steph. Byz.), raro Κορσοί (Paus. *Phoc.*

XVII, 9), sunt eius insulae incolae (Liv. XL 19, 34, XLII 7; Plin. XV, xxxviii 1). Steph. Byz.: Κυρνός, νῆσος πρόσβορρος Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κύρνιοι, καὶ Κυρναῖοι. Φασὶ δὲ τοὺς Κυρναίους πολυχρονιωτάτους εἶναι. Οἰκοῦσι δὲ οὗτοι περὶ τὴν Σαρδόνα, διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι. Πλεῖστον δὲ τοῦτο γίγνεται παρ' αὐτοῖς. — Corsicus adiect. est ad Corsicam pertinens, ut Corsicum mel (Plin. XXX, x 1, XXXVII, lxxiv 2), Corsica cera (Plin. XXI, xlix, 1), Corsicum mare (Senec. *Octav.* vs. 382) et Corsica litora (Manil. IV, 636). Ovid. *Am.* I, xii, 9 sq.:

« Quam (*ceram*), puto, de longae collectam florae cicutae,
Melle sub infami Corsica misit apis ».

Corsicanus idem ac *corsicus*, ut mella corsicana (Serv. ad Virg. *Ecl.* IX 30, et ad *Georg.* IV 101), et Corsicanus ager (Solin. III, 4). Corsus pro corsicus dixit Ovid. *Fast.* VI 194, et Rutil. *Itiner.* I 438. Cf. Κύρνειον πορθμόν (Aelian. *De nat. anim.* XV, 2).

CORSIS. Vide CORSICA.

CORTONA, Κόρτωνα (Ptol. III, 1), vel Κρότων unde Κοθωρνία (Dionys. Halic. I, 26), vel Κυρτώνιον (Polyb. III, lxxxii, 9), vel Κρηστῶν (Herod. I, 57), urbs Etruriae clara, prope Trasimenum lacum. Dionys. Halic. I, 26: Ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὸ Πελασγικὸν κακοῦσθαι ἤρξατο, δευτέρα γενεὰ σχεδὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἐγένετο· διέτεινε δὲ σχεδὸν καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, ἕως εἰς ἐλάχιστον συνεστάλη τὸ ἔθνος. ἔξω γὰρ Κρότωνος τῆς ἐν Ὀμβρικοῖς πόλεως ἀξιολόγου, καὶ εἰ δή τι ἄλλο Ἀβοριγίνων οἰκισθὲν ἐτύγχανε, τὰ λοιπὰ τῶν Πελασγῶν διεφθάρη πολίσματα. ἡ δὲ Κρότων ἄρχι πολλοῦ διαφυλάξασα τὸ παλαιὸν σχῆμα, χρόνος οὐ πολὺς ἐξ οὗ τήν τε ὀνομασίαν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἤλλαξε, καὶ νῦν ἐστι Ῥωμαίων ἀποικία, καλεῖται δὲ Κοθωρνία. Idem I, 28: Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος, οἱ Πελασγοὶ ὑφ' Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς νῆας καταλιπόντες, Κρότωνα πόλιν ἐν μεσογείῳ εἷλον· καὶ ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι τὴν νῦν καλουμένην Τυῤῥηνίαν ἔκτισαν. Et I, 29: Καὶ γὰρ δὴ οὔτε Κροτωνιᾶται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, οὐδ' ἄλλοις τῶν νῦν σφέας περιοικεόντων εἰσὶν ὁμόγλωσσοι, οὔτε Πλακινοὶ, σφίσι δ' ὁμόγλωσσοι. δηλοῦσι δὲ ὅτι τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα, μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσιν ἐν φυλαῇ. καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις εἰ Πλακιανοῖς μὲν τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον οἰκοῦσιν ὁμοίαν διάλεκτον εἶχον οἱ Κροτωνιᾶται, ἐπειδὴ Πελασγοὶ ἦσαν ἀμφότεροι ἀρχῆθεν· Τυῤῥηνοῖς δὲ τοῖς ἔγγιστα οἰκοῦσι μηδὲν ὁμοίαν. εἰ γὰρ τὸ συγγενὲς τῆς ὁμοφωνίας αἴτιον ὑποληπτέον, θάτερον δή που τῆς διαφωνίας. Herodoti verba sunt haec (I, 57): Εἰ δὲ χρεὼν ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἳ ὅμουροί κοτε ἔσαν τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλευμένοισι, οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γῆν τὴν νῦν Θεσσαλιῆτιν καλευμένην κ. τ. λ. Liv. IX, 37: « Sed, ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit: itaque a Perusia, et Cortona (codd. *Cortone*, *Cratone*, *Crottone*, *Crotone*), et Arretio, quae ferme capita Etruriae populorum ea tempestate erant [u. c. an. cdxliv], legati, pacem foedusque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos inpetraverunt ». Polyb. loc. cit.: Ὁ γε μὴν Ἀννίβας ἅμα μὲν εἰς τοὔμπροσθεν ὡς πρὸς τὴν Ῥώμην προῄει διὰ τῆς Τυῤῥηνίας· εὐώνυμον μὲν πόλιν ἔχων τὴν προσαγορευομένην Κυρτώνιον, καὶ τὰ ταύτης ὄρη, δεξιὰ δὲ τὴν Ταρσιμένην καλουμένην λίμνην. — Et Liv. XXII, 4: « Hannibal, quod agri est inter Cortonam urbem Trasimenumque lacum, omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum iniurias acuat. Et iam pervenerant ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit. via tantum interest perangusta, velut ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paullo latior patescit campus, inde colles adsurgunt ». Inscr. apud Murat. 1042, 1 (Orell. n. 1191): C · TVTILIO HOSTILIANO | PHILOSOPHO STOICO | DOMO CORTONA | PATRI OPTIMO | C · TVTILIVS IVSTVS | FILIVS | TVTILIA QVINTA | TVTILIA QVARTA | FILIAE. — Incolae dicuntur Cortonenses (Plin. III, viii, 3), gr. Κροτωνιᾶται apud Diod. Sic. XX, xxxv, 5 et Dionys. I 29. Cortonensis adiect. est ad Cortonam pertinens. Cf. montes Cortonenses (Liv. XXII, 4). Steph. Byz.: Κρότων ..... ἔστιν ἑτέρα πόλις Τυῤῥηνίας μητρόπολις· καὶ τρίτη, Ἰταλίας. Et paullo post: Κυρτώνιος, πόλις Ἰταλίας· Πολύβιος τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ τῆς χώρας ἔτει Κυρτωνῖνος, ὡς Σατορνῖνος. — Cortonenses fuere etiam incolae oppidi Hispaniae Tarraconensis, apud Plin. III, iv, 8.

CORTVMIO, antiqua vox, de qua Varro *De l. l.* VII, 9 pg. 121: « Quod, cum dicunt conspicionem, addunt cortumionem, dicitur a cordis visu; cor enim cortumionis origo ». Cf. Scalig. in Varr. loc. cit.

CORTVOSA, Etruriae oppidum. Liv. VI, 4: « Ibi oppida Etruscorum Cortuosa et Cantenebra vi capta diruptaque. Ad Cortuosam nihil certaminis fuit, inproviso adorti, primo clamore atque inpetu cepere: direptum oppidum atque incensum est ».

CORVINS, *corvinus*, adiect. ad corvum pertinens. Est cognomen rom. in lucerna fictili (C · CORVINS) apud *Antich. d'Ercol.* VIII, 80. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v., et Drakenb. ad Liv. VII, xxvi, 12.

CORVM, *quorum*, apud Murat. 572, 1 (Marini *Arvali* pg. 393). Vide CIS = *quis*.

CORYTHVS, mons et oppidum Etruriae. Servius ad Virg. *Aen.* III, 167: « Iasus et Dardanus fratres fuerunt, Iovis et Electrae filii: vel ut quidam volunt; sed Dardanus de Iove, Iasus de Corytho procreatur; de cuius nomine et mons et oppidum nomen accepit: postea Iasium dicitur Dardanus occidisse. Hi tamen fratres, cum ex Etruria proposuissent sedes exteras petere, profecti: et Dardanus quidem, contracta in Troia iu-

ventute, Dardaniam urbem condidit, a qua Troianorum origo crevit ..... Alii dicunt utrumque ex Corytho Iovis filio procreatos, et sicut dictum est, relicta Italia profectos ». Et in *Aen.* III, 170 (« Corythum, terrasque requirat Ausonias »): « Designant civitatem, ne erraret, et partem provinciae, ne alter error ex magnitudine procreetur locorum. Quidam autem de Corytho hanc fabulam tradunt: Dardanus, cum equestri praelio ab Aboriginibus pulsus, galeam perdidisset; propter quam resistens, et in audaciam suos reducens, victoriam adeptus est; tum ob rem feliciter gestam, oppidum, ubi galeam amiserat, condidit; cui Corytho nomen indidit, eo quod graece κόρυς galea dicitur: vel Corythum montem, in quo Corythus sepultus est. Alii Corythum, a Corytho, Paridis et Oenones filio, conditum ferunt ». Idem in *Aen.* VII, 209 (« Hinc illum Corythi Thyrrhena ab sede profectum »): « Oppidum et mons, dicta a rege Corytho, ut putatur a quibusdam, patre Dardani ibi sepulto ». Idem in *Aen.* IX, 10 (« extremas Corythi penetravit ad urbes »): « Corythi autem, montis Tusciae, qui, ut diximus, nomen accepit a Corytho rege, cum cuius uxore concubuit Iuppiter, unde natus est Dardanus ». Et in *Aen.* X, 719 (« Venerat antiquis Corythi de finibus Acron »): « Corythus, est et civitas Tusciae, et mons, et rex, pater Dardani: unde nunc ad quosvis potest referri, *de finibus Corythi* ». Sil. Ital. IV, 718 sqq.:

« Ergo agitur raptis praeceps exercitus armis
Lydorum in populos, sedemque ab origine prisci
Sacratam Corythi, iunctosque a sanguine avorum
Maeonios Italis permixta stirpe colonos ».

Cf. Rutil. *Itiner.* I 600, Sil. Ital. V 123 (« Corythi nunc diruat arcani »), et Cluver. *Ital. ant.* pg. 590 sq.

COƧ, *consulibus*, pro COS vel COSS, in sigillis vet. (*Ann. dell'Inst. arch.* XII = 1840 pg. 228 n. 3 et 5, pg. 129 n. 7, 231 n. 12 sq.). Cf. Garrucci *Antich. de' Liguri Bebiani* pg. 24 sg.

COSA, Κόσας, Latii fluvius, Frusinonem alluens, apud Strab. V, III, 9. Cf. Aelian. *Var. hist.* II 26, IV 17.

COSA vel Cossa, Κόσσα (Strab. V, II, 5) vel Κόσσαι (Strab. V, II 6, Ptol. III 1), oppidum Etruriae (Mela II, IV 9, et Tab. Peuting. segm. III*f* « Cosa »), nunc excisum, ex cuius ruinis crevit Ansedonia, hodie *Alsedonia*. Rutil. *Itiner.* I 285 sq.:


« Cernimus antiquas, nullo custode, ruinas
Et desolatae moenia foeda Cosae ».

Plin. III, VIII, 2: « Cossa Volcentium a populo romano deducta ». Steph. Byz.: Κόσσα, πόλις Οἰνώτρων ἐν τῷ μεσογείῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Οἱ πολῖται Κοσσανοί. Virg. *Aen.* X, 168 sq.:

« qui moenia Clusi
Quique urbem liquere Cosas ».

Ubi Servius: « *Cosas.* Civitas Tusciae, quae numero dicitur singulari, secundum Sallustium in fragm. incert.; unde apparet *Cosas* esse usurpationem ». Strab. V, II, 5: ἐκ δὲ Ποπλωνίου εἰς Κόσσαν ἐγγὺς ὀκτακόσιοι, οἱ δὲ ἑξακόσιοί φασι. Πολύβιος δ' οὐκ [εὖ] εἶναι τοὺς πάντας χιλίους τριακοσίους τριάκοντα λέγει. Idem V, II, 8: μετὰ δὲ τὸ Ποπλώνιον Κόσσαι πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἔστι δ' ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλός, ἐφ' οὗ τὸ κτίσμα· ὑπόκειται δ' Ἡρακλέους λιμὴν καὶ πλησίον λιμνοθάλαττα καὶ παρὰ τὴν ἄκραν τὴν ὑπὲρ τοῦ κόλπου θυννοσκοπεῖον. Isigoni Nicaeens. fragm. n. 14 (*Fragm. histor. gr.* IV, 437): Ὁμοίως ἐγγὺς Κόσης ἐστὶ κρήνη, εἰς ἣν ἐὰν θῇς κεράμιον οἴνου γέμον ὥστε ὑπερέχειν τὸ στόμα, παντὸς ὄξους εἶναι δριμύτερον παραχρῆμα, ὡς ἱστορεῖ ὁ αὐτός. Incolae Cossani appellantur. Inscr. apud Orell. n. 971: IMP · CAES · M · ANTONINO | GORDIANO P · P | AVG · PONT · II | RESP · COSSANORVM | DEVOTA NVMINI | MAIESTATIQVE EIVS | D · D. — Cosanus adiect. est ad Cosam pertinens, ut Cosana praedia (Suet. in *Veopas.* cap. 2), Cosanum litus (Plin. III, XII, 2), Cosanus portus (Liv. XXII, 2). — Cossa est etiam promontorium Etruriae, apud Tacit. *Ann.* II, 39.

§ 2. Oppidum Hirpinorum. Caes. *De bell. civ.* III, 22: « Cosam in agro Thurino oppugnare coepit ». Incolae Cosani dicuntur, ut in numis n. 2859 (COƧA et



COƧANO = Cosanôm h. e. *Cosanorum*). Cf. Avellin. in Carelli pg. 4. — Cosanus adiect., ut Cosanus municeps, apud Cic. in *Verr. act.* II, v, 62. Cosanus est etiam nomen virile in lapide piceno apud Mommsen n. 6109.

COSANO, *Cosanôm* (Cosanorum). Vide COSA § 2.

COSENTIA. Vide CONSENTIA.

COSENTIO, *consentio*, antiquo scribendi more, in titulo ex sepulcro Scipionum n. 2708 (COSENTIONT = *consentiunt*).

COSERVVS et coserva, *conservus* et *conserva*, in titulis sepulcr. apud Grut. 602, 10 et Mommsen n. 1715, 2103, 2167, 3157, 5833.

COSISTENS, *consistens*, apud Boissieu *Inscr. ant. de Lyon* (cf. Corssen *Ueber ausspr.* I, 97).

COSCONIVS, dux Italicorum in bello Marsico. Diod. Sic. XXXVII, II, 8: Ἐπολέμησαν δ' οὖν καὶ ἔτι ἄλλα Γαΐου Κοσκονίου σταλέντος εἰς Ἰαπυγίαν στρατηγοῦ, πολλάκις

ἡττήθησαν. — Gentem Cosconiam saepe memorant lapides (cf. Mommsen n. 2147 et n. 3252).

COSMITTERE, *committere*, apud veteres, teste Paulo pg. 67 (vide DVSMVS).

COSOL, *consol* (consul), subst. m., unde COSOLO = *consulo*. Inscr. n. 2708 ex Scipionum sepulcro: [L ·] CORNELIO L · F · SCIPIO | AIDILES · COSOL · CESOR.

COSOLO, *consulo*, verbum denominat. e COSOL vel COSVL pro *consul*, apud veteres. S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) linn. 6, 9, 18: QVOM · EA · RES · COSOLERETVR. Adde inscr. venus. apud Mommsen n. 715 (vide ESE = *esse*).

COSSA. Vide COSA.


COSSI ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur. Ita Paulus ex Festo pg. 41, ubi cf. Muellerus. Cf. etiam Forcell. *Lexic.* s. h. v.

COSSIM, *coxim*, adverb. apud veteres. Pompon. vs. 129. apud Non. I, 191 = pg. 40: « hoc sciunt omnes, quantum est qui cossim cacant ». Appul. *Metam.* in princ.: « sic grabatum cossim insidens ».

COSSVRA, seu Cossyra, seu Cosyra, Κόσσουρα (Strab. II, v, 19), vel Κόσσουρος (Strab. XVII, III, 16), sive Κόσσυρος (Polyb. III, XCVI, 13) et Κόσυρος (Scylax § 111), hodie *Pantellaria*, parva insula in mari mediterraneo, inter Siciliam et Africam (Mela II, VII 18 « Cossura »; Plinius III, XIV 6 et V, VII 2 « Cosyra »). Strab. VI, III, 11: Κόσσουρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος, Καρχηδονιακῆς πόλεως. Ibi est urbs eodem nomine. Strab. XVII, III, 16: ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις νῆσος ἐστὶ Κόσσουρος κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμόν, καὶ πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίων οὖσα τὴν περίμετρον, διέχουσα τῆς Σικελίας περὶ ἑξακοσίους σταδίους. — Ovid. *Fast.* III, 567 sq.:

« Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyrae
Insula, quam Lybici verberat unda freti ».

Numi n. 3098 exhibent inscr. ΚΟΣΣV et COSSVRA.



Incolae dicti sunt Κοσσυριοι, quorum meminit Nonnus *Dionys.* XIII, 711.

COSTANS, *constans* (ital. *costante*), adiect., unde COSTANTINVS, quod vide. Est cognomen virile in titulo apud Mommsen n. 263 (M · POMPEIO COSTANTI). Recentior forma Costanzo invenitur in titulo chr. apud Osann pg. 555 n. XXIII, COSTANZO MARTIRE | ANCXXVII. Vide COSTATIVS et CONSTAS.

COSTANTINVS, *Constantinus*, diminut. *costantis* = *constantis*, in lapide apud Mommsen n. 6274.

COSTATIVS, *Constantius*, nomen virile apud Lupi pg. 117.

COSTITVO, *constituo* (ital. *costituire*), in titulo apud Lupi pg. 114 (COSTITVERIT). COST pro *constituit* legitur in titulo sepulcr. apud Grut. 997, 15.

COSTITVTIO, *constitutio*, e COSTITVO = *constituo*, in tab. Larin. apud Mommsen n. 5237 lin. 18.

COSVL, *consul*, subst. m. (vide COSOL), apud veteres. Quintil. *Inst. orat.* I, VII, 29: « columna et consules, exempta *N* litera, legimus ». Cf. ΚΩΣΟΥΛΕ ΚΛΑΥΔΕΙΩ ΕΔ ΠΑΤΕΡΝΩ in titulo rom. apud Mai *Script. vet.* V, 448 n. 1.

COSVLARIS, *consularis*, adiect. ad cosul (consul) pertinens, in lapide Aeclan. apud Mommsen n. 1109 (COSVLARI = *consulari*).

COSVLO, *consulo*, antiquiori orthographia COSOLO, e COSVL = COSOL, in lapide apud Henzen n. 6485 (COSVLVIT).

COSVMTVS, *consumtus* (consumptus), particip. a *consumo*, in lapide apud Boissieu *Inscr. antiq. de Lyon*, ch. XIV n. 26 pg. 495.

COSVTIES, *Cossutius*, gentilitium italicum, e COSSVS derivatum. In tabula veliterna n. 2736 lin. 4: EC : SE : COSVTIES = *Egnatius Sexti* filius *Cossutius*. In titulo vatic. apud Osann pg. 439 n. CV: ΜΚΟCCΟΥΤΙΟC.

COT, *quod*, pronom. relat. (cf. CVIS et CIS = *quis*). Inscr. apud Spon sect. II art. XI pg. 57: COT SI QVIS AEAM ARCAM POST MORTEM EORVM APERIRE VOLVERIT etc. Cf. *Catac. de Rome* vol. I pl. XXXII.

ANƎ+OƆ (cotena), *Cotenius*, nomen virile in titulo falisco n. 2441.

COTES, *cautes*, subst. f., contracta diphthongo *au* in *o*, apud veteres. Priscian. pg. 39 = 562 P.: « Transit (*au*) in *o*, productam more antiquo, ut lotus pro *lautus*, plostrum pro *plaustrum*, cotes pro *cautes* ».

COTIARIVS, ἀκονήτης, apud Labb. *Gloss.* pg. 44 col. 3.

COTIDIANVS, *quotidianus* (ital. *cotidiano* et *quotidiano*), = COTTIDIANVS, et barbara orthogr. CVTTIDIANVS, adiect. e COTIDIE = *quotidie*. Charis. pg. 196 = 177 P.: « Cotidiano Afranius in Vopisco [vs. 370 sq.]: *Etenim cotidiano in rebus maximis Qui propositis nunc* (al. *noenum*) *potest, qui* (al. *quia*) *meo sit nixus nomine;* Fronto quoque ad Marcum invicem IIII: *satis abundeque honorum est, quos mihi cottidiano tribuis* ». Adde Afran. vs. 369 ed. Ribbeck, et Plaut. *Capt.* IV, II 75, *Merc.* II, III 64, *Trin.* IV, II 95.

COTIDIE, *quotidie*, adverb. temporis (cf. Quintil. *Inst. orat.* I, VII, 6). Vel. Long. *De orth.* pg. 2237 P.: « Per *quo*, quotidie dicunt; quam per *co*, cotidie, cum

et dicatur melius et scribatur. non enim est *quotidie* a *quoto* dictum, sed a *continenti die* cotidie tractum ». Charis. pg. 174 = 193 P.: « Non quia negem ultra Sassinum inter question. os Teatinis et Marucinis esse moris *e* litteram relegare, *o* videlicet pro eadem littera claudentibus dictionem. itaque veteres nec haec seu facultas sive ratio seu quidquid est elegantiarum potuit evadere. denique Q. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia *cum ab isto viderem*, inquit, *cotidie hostis adiuvari* ». Cf. Mar. Victor. pg. 2460 P., Cassiod. *De orthogr.* pg. 2290 P., Beda pg. 2344 P. Fab. Pictor apud Aul. Gell. X, 15: « Dialis cotidie festatus est ». In carm. Nelei apud Fest. *Qu.* XIV, 21 pg. 317: « Foede stupreque castigor cotidie ». Adde Plaut. *Asin.* V, II 14, *Aul.* prol. vs. 23, *Cist.* I, I 45, *Epid.* I, I 56, *Men.* I, I 15, *Pseud.* III, II 53, *Rud.* prol. vs. 16, *Stich.* I, II 64, III 11, *Truc.* I, I 48; Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 26, 173, et *Fragm. iuridic.* apud eundem, et inscr. apud Grut. 408, 1 lin. 10.

COTIDIO, *cotidie* (quotidie). Charis. pg. 196 = 177 P.: « Cotidio ut falso pro *cotidie* Q. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia, *cum ab isto viderem cotidio consiliis hosteis adiuvari* ».

COTONEA, σύμφυτον πετραῖον, apud Venetos. Plin. XXVI, 26: « Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti cotoneam, medetur lateri ».

COTTABVS, sonus vel crepitus plagarum loris incussarum (cf. gr. κότταβος). Plaut. *Trin.* IV, III, 4: « Cave, sis, tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

KOTTEIHIC (Κοττειηις), *Cottii*, nomen virile, genit. sg. 2 decl. (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 186, 272, et in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 144; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 214), in latere Vibonensi n. 3035, ut KOTTEI et KOTTI n. 3036 sq.

COTTIAE Alpes, montes excelsi, qui Galliam ab Italia separant. Nomen acceperunt a Cottio rege (vide COTTIVS). Cf. Cottianae civitates (Plin. III, XXIV, 3 et 5), et Ammian. Marcell. XV, 10.

COTTIDIANVS, *cotidianus* (quotidianus), adiect., e COTTIDIE = COTIDIE pro *quotidie* in lapide apud Orell. n. 3787, et Mommsen n. 6828. Afran. vs. 261 ed. Ribbeck: « Cottidiano hic opere miscet omnia ». Cic. pro Scauro cap. 15 (apud Mai *Class. auct.* II, 306): « cottidiana res ».

COTTIDIII (COTTIDIE), *cotidie* (quotidie), adverb., unde COTTIDIANVS = COTIDIANVS pro *quotidianus*. Inscr. pompeiana apud Garrucci *Graff. de Pompéi* pl. VII n. 2: COTTIDIII IN MANV [SCII PTR]VM TII-NIIS. Tab. Heracl. cap. 1 lin. 16 (apud Mazocchi pg. 304): COTTIDIE · MAIO[R]EM · PARTEM · DIEI · PROPOSITVM · HABETO. Adde inscr. apud Henzen n. 5393. Scribitur etiam CVOTTIDIE, quod vide.

COTTIVS, populorum Alpinorum rex, unde Cottii terra, ἡ Κοττίου γῆ (Strab. codd. V, I, 11 Κοττούτης, Κοττούσης; vide TICINVM), et Cottiae seu Cottianae Alpes appellatae. Strab. IV, I, 3 (cf. IV, VI, 6): Κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὁδὸν τὴν διὰ Οὐοκοντίων καὶ τῆς Κοττίου (alii codd. Κουτίου) . . . . . πόλιν δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα (εἰς) ἐπ' Ἐβρόδουνον κώμην. Suet. in *Ner.* cap. 18: « item Alpium (*regnum*), defuncto Cottio, in provinciae formam redegit ». Cf. Ammian. Marcell. XV, 10.

COTYRGA, Κότυργα (Ptolem. III, 4), oppidum Siciliae.

COTVRNIVM. Vide CVTVRNIVM.

KOTYTTIA, festum siciliense; unde proverbium *rapina Cotyttiis*. Pseudoplutarch. *Prov. alexandrin.* n. 78: « Ἁρπαγὰ Κοτυττίοις ». Κοτύττια ἑορτή τίς ἐστι Σικελική, ἐν ᾗ περί τινας κλάδους ἐξάπτοντες πόπανα καὶ ἀκρόδρυα ἐπέτραπον ἁρπάζειν.

ꓘOVEHRIV, *conventu*, subst. m. abl. sg. apud Volscos, e praepos. ꓘO pro com = *cum* et VEHRIV (e rad. VEH-, *veh-ere*), comparatum cum umbr. V+I3ƎVꓘ (ku-veitu) = *con-vehito* et cum osc. ꓘVMBENNIEIS (retrograde) kúm-bennieís = *conventus* (Corssen *De Volscor. lingua* pgg. 23 sqq.; cf. Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 263, qui covehriu, pro *covegeriu* scriptum, comparat cum gr. συνήγυρις, e co = *cum* et gr. ἀγείρω, ἀγορά). Tab. veliterna n. 2736 lin. 3: TOTIꓘV : ꓘOVEHRIV = *publico conventu* (Corssen op. cit. s. 25), vel *publico concilio* (Huschke op. cit. s. 261). Alii exponunt *curia* (Guarini *Comm.* I, 21; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 325; cf. Lanzi II 802 = 711, et Orioli in *Album* XXIII, 152), quod e *co-viria* (Benary *Die röm. lautl.* s. 96, Pott *Etym. forsch.* I 123, II 493). Cf. Grotefend *Rud. l. o.* V 18 sq., 28, VIII 37 (covehriu = *conspiciat, cumulet*).

COVENIO, *convenio*, in lapide capuano apud Mommsen n. 4139 (COVENVMIS).

COVENTIO, *conventio*, subst. f. antiquo scribendi more, unde abl. sg. COVENTIONID in S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 22.

COVERTV, *convertito* (revertito), imperat. 3 pers. sg. (antiquiori orthogr. V+ƆƎƎVꓘ kuvertu), e praepos. CO pro COM = *cum* et rad. VERT-, rom. *vert-ere*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 40, 43, 65, 67, 82, 142, 155, II 70, 235; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II, 19; Huschke *Die iguv. taf.* s. 214, 654, 691). Tab. eugub. VIb 47: VEROFE · TREBLANO · COVERTV = *ad portam Trebulanam revertito;* tab. VIIa 44: ENEM · RVBINAME · POSTRO · COVERTV = *tum ad —am retro revertito;* et tab. VIIa 45: ENOM · TRAHA · SAHATAM · COVERTV = *tum trans —am revertito.* Grotefend *Rud. l. u.* II 30, V 26, 28, VI 22, VII 27, VIII 29 *confercito, completo, instaurato* exponit.

COVINTVS, *Quintus* (cf. etr. Ǝ+NIVƆ cuinte et I+NIƎƆ cvinti), gr. orthogr. Κουιντος (cf. KOYINTOY et

KYINTON apud Osann pg. 341 n. 2 et pg. 472 n. 1). In numis Hostiliani: C · OVAL · OSTIL · MES · COVINTVS pro *Caius Valens Hostilianus Messius Quintus* (Eckhel *Doctr. num. vet.* I, CXXX), in numis gr. OYAΛ · OCTIΛ · KOYINTOC (Mionnet *Med. Rom.* II 8 nt. 1).

COVORTVS, *converterit* (reverterit), futur. exact. 3 pers. sg., pro COVORTVST, compositum e praepos. CO = *cum* et VORTVS = *verterit*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 61, 65, 145 sq., II 59; Huschke *Die iguv. taf.* s. 280. Cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 70, 96, et *De Volsc. ling.* pg. 47). Tab. eugub. VIIa 39: APE · TRAHA · SAHATA · COVORTVS = *postquam trans —am reversus fuerit.* — *Compleveris* exponit Grotefend *Rud. l. u.* V 13, 28, VI 5, VIII 29.

COVORTVSO, *converterunt* (reverterunt), perf. indic. 3 pers. plur. apud Umbros, compositum e praepos. CO pro COM = *cum* et VORTVSO = *verterunt*, quod e rad. VORT- pro VERT-, rom. *vert-ere* (Aufr. et Kirch. I 53, 83, 103, 145, II 59, 70, 273; Huschke *Die iguv. taf.* s. 256; Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 70, 96). Tab. eugub. VIb 63 sq.: APE · TERMNOME | COVORTVSO = *postquam ad terminum reversi sunt.* — *Compleveritis* exponit Grotefend *Rud. l. u.* V 13, 28, VI 25, 27.

COV[O]RTVST, *converterit* (reverterit), futur. exact. 3 pers. sg., apud Umbros, minus recte COVORTVS (cf. ƧVꟻƎƆVK kuvertus = *converteris*), compositum e praepos. CO pro COM = *cum* et VORTVST = *verterit*, quod e rad. VORT- pro VERT-, rom. *vert-ere* (Aufr. et Kirch. I 146, II 58 sq., 241; Huschke *Die iguv. taf.* s. 62 sq. Cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 96, II 41, 348, 353, et in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 23). Tab. eugub. VIa 6: NERSA · COVRTVST = *donec se converterit.* — *Compleveris* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VI 9. Cf. Lanzi I 374 sg. = 292 (courtust = *coerctus, divisus esto*).

COVRO, *coiro, coero* (curo), apud veteres. Inscr. apud Garrucci *Scoperte falische* (in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 274): C · SANGVRI · C · F | L · GARGONI · L · F | SACELLVM · D · S · S | SAEПIVNDVM | COVRAVERVNT. Lex Servil. *Repet.* (Append. n. LX) cap. 10: ITAQVE · IS · EDITO · COVRATOQVE · VBEI · IS · ITA · EDIDERIT.

?1ꓘ (cp), in lapide etr. n. 2576.

ꟼƆ (cr), in lapide corton. n. 1040.

CRA, *cera*, subst. f., antiquo scribendi more, teste Scauro *De orthogr.* pg. 2253 P. (vide KNVS = *canus*).

CRABOVIE, pro GRABOVIE, invenitur in tab. eugub. VIa 27, 37, 48. Vide GRABOVIE.

CRABRA aqua, Latii fluvius, qui oritur ex agro Tusculano, et in duo brachia dividitur, quorum pars maior (nunc *la Marrana*) in Anienem se exonerat, pars minor (*la Marranella*) in Tiberim defluit. Front. *De aquaed.* cap. 9: « Praeter caput Iuliae transfluit aqua, quae vocatur Crabra. Hanc Agrippa emisit, seu quia eius usum improbaverat, seu quia Tusculanis possessoribus relinquendam credebat. Ea namque est, quam omnes villae tractus eius per viam in dies modulosque certos dispensatam accipiunt ». De ea loquitur Cic. *Agr.* III, 2, *Balb.* cap. 20, *Epist. fam.* XVI, 18 = n. 667.

KRAΘEIHI (?), in lapide messap. n. 2995 lin. 7.

ƎꓘAꟼꓘ (krake), *Gracci* (Gracchi), nomen virile genit. sing. pro krakeś. In ossuario tudertino num. 88: IIIXXXꓶIꟻA | ƎꓘꟼAꓘAMIAIꟻIƎꓶAO (tha leiviai ma krake avil XXXIII) = *Tannia Livia Marci Gracchi* uxor *an. XXXIII* (Passeri *Lett. Roncagl.* n. 2 pg. 385, *Paralip.* pg. 226; Lanzi II 458 = 387 ad n. 453; Orioli in *Album* XXII 195). Vide ꓶAIƆAꟼƆ cracial = *Gracchâ*, et cf IƎNƆAꟼƆ (cracnei). Cracca est nomen mulieris in lapide apud Grut. 838, 9.

CRACENTES, *graciles*, adiect. apud veteres (Isidor. in *Glossar.*). Paul. pg. 53: « Cracentes, *graciles.* Ennius [*Ann.* vs. 497]: *Succincti gladiis media regione cracentes* ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 450: « Cracentes, *graciles, tabidos* ».

ꓶAIƆAꟼƆ (cracial), *Graccâ* (Gracchâ), nomen mulieris abl. sg., fortasse vetustiori orthographia ꓶANƆAꟼƆ cracnal e IƎNƆAꟼƆ cracnei (cf. ƎꓘAꟼꓘ krake = *Gracchi*). In sarcophago tuscaniensi num. 2109: IIIΛXX : ƧꓶIꟻA : ꓶAIƆAꟼƆ : ƧƎꟻOƎM : ƧIꟼAꓶ (laris śethres cracial avils XXVIII) = *Lars Setrius* (vel *Lartis Setrii*) *Gracchâ* natus (vel nati) *aetatis* an. *XXVIII.* Alii exponunt *Graecia* (Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* CXIX, 332; cf. Orioli in *Giorn.* cit. CXX, 238). Adde inscr. viterb. n. 2070.

ꓶANƆAꟼƆ (cracnal), *Graccâ* (?), nomen mulieris abl. sg., fortasse idem ac ꓶAIƆAꟼƆ cracial, e IƎNƆAꟼƆ cracnei, in titulis volaterranis n. 328 bis et n. 329.

IƎNƆAꟼƆ (cracnei), *Gracca*, nomen mulieris, abl. sg. ꓶANƆAꟼƆ cracnal et recentiori orthogr. ꓶAIƆAꟼƆ cracial. In ossuario volaterr. n. 327: IƎNƆAꟼƆ · IOꟼAꓶ (larthi cracnei) = *Lartia Gracca* (cf. Lanzi II 349 = 278 ad n. 29).

ꓶANMAꟼƆ (cramnal), *Craniâ*, nomen mulieris abl. sg., in ossuario perusino n. 1483. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 265 ad n. 215.

CRAXSIVS, *Craxius*, nomen virile, in titulo edito in *Mém. de la société d'hist. et d'arch. de Genève* I 213 = Momms. *Inscr. Helv.* n. 95 (C · CRAXSIO VOLT · HILARO).

VꓶIꟻAꟼƆ (crapilu), *Carbilius*, gentilitium etr. per metathesin, in ossuario n. 890.

§ 2. *Carbilii*, genit. sg., pro crapiluś. In operculo ossuarii clusini n. 656: VꓶIꟻAꟼƆ : INƆꟼAM : ꓶꟻ (vl marcni crapilu) = *Velia Marcania Carbilii* uxor.

§ 3. Est etiam cognomen virile, ut mihi videtur, in ossuario clusino n. 507.

ꟾƎVꟼRƆK (krapuvi), *Grabovio*, dat. sg. 2 decl., recentiori orthographia GRABOVI pro GRABOVEI, epitheton Iovis, Martis et Vofioni, apud Umbros, comparandum cum rom. *Gradivus* (Lanzi II 666 = 577, 815 = 725 « Krapuvi et Grabovei, a *cura boum* »; Müller *Die Etr.* I, 51; Lassen *Beiträge zur deut. der eugub. taf.* s. 21; Grotefend *Rud. l. u.* V 29, VIII 14; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Corssen *Orig. poesis rom.* pg. 29 sq.; Aufr. et Kirch. I 53, 73, 75 anm. 1, 117, II 122, 129 sq., 185 sq., 210 « Grab-ovio, Krap-ovio »; Huschke *Die iguv. taf.* s. 106 « Grabovis = *bobus delectatus* »). Tab. eugub. I a 3: ꟾƎVꟼRƆK : ƎƎVI (iuve krapuvi) = tab. VI a 22 IVVE · GRABOVEI h. e. *Iovi Grabovio;* tab. I a 11: ꟾƎVꟼRƆK : ƎꟷƆRM (marte krapuvi) = tab. VI b 1 MARTE GRABOVEI h. e. *Marti Grabovio;* et tab. I a 20 sq.: ꟾƎVꟼRƆK : ƎИVI8VƎ (vufiune krapuvi) = tab. VI b 19 VOFIONE · GRABOVIE h. e. *Vofiono Grabovio.*

CRASSITIVS, gentilitium tarentinum. Suet. *De ill. gramm.* cap. 18: « L. Crassitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasicles, mox Pansam se transnominavit ». Gentilitium Crassicius e cognomine Crassus, unde etiam Crassinius, saepe occurrit in titulis rom.

CRATA, *grata*, adiect. Est nomen mulieris, apud Garrucci *Graff. de Pompéi* pl. XXVI n. 66.

CRATAS, Κράτας (Ptolem. III, 4), mons Siciliae.

CRATER, Κρατὴρ (Strab. V, IV, 3), sinus Campaniae, inter Misenum et Minervae promontorium. Strab. V, IV, 8: μέχρι μὲν δεῦρο ἔχει τέλος ὁ κόλπος ὁ Κρατὴρ προσαγορευόμενος, ἀφοριζόμενος δυσὶν ἀκρωτηρίοις βλέπουσι πρὸς μεσημβρίαν, τῷ τε Μισηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ. Cf. Polyb. XXXIV, XI, 5 sqq., et Philosteph. Cyren. fragm. n. 25.

CRATHIS, Κράθις (Diod. Sic. XI, XC 3, XII, IX 1; Aelian. *De nat. anim.* VI 42, XII 36), nunc *Crati*, fluvius Calabriae, qui Consentiam rigat, et in sinum Tarentinum influit (Plin. III, XV, 3). Nomen habuit a Crathide fluvio in Achaia, qui oritur e monte Crathide in Arcadia (Pausan. *Ach.* XXV 11, *Arcad.* XV 9). Herodot. I, 145: μετὰ δὲ Αἴγρα καὶ Αἰγαὶ, ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀέναος ἐστι, ἀπ' ὅτευ ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε. Plin. XXXI, 9 (cf. XXXI, 10): « Theophrastus in Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori ». Nymphodorus, Theophrastus cet. Crathidis aquam flavo colore comas tingere narrant (Nymphod. Syracus. fragm. n. 5 *a*, Philosteph. Cyren. fragm. n. 25, Eurip. *Troad.* vs. 226 sqq., Tzetzes ad Lycophr. vs. 1021 et vs. 1023). Vib. Sequest. *De flum.* pg. 9: « Crathis confinis Sybari, capillos facit aurei coloris ». Ovid. *Metam.* XV, 315 sq.:

« Crathis, et huic Sybaris nostris conterminus arvus,
Electro similes faciunt auroque capillos ».

Et *Fast.* III, 581 sq.:

« Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Purus ager: Cameren incola herba vocant ».

CRATICVLVM a graeco κρατευταί deducitur. Ita Paul. ex Festo pg. 53, ubi cf. Muellerus.

CRATICVLVS, *in modo craticulae factus*, adiect., apud Cat. *De r. r.* cap. 13.

CRAVDELIS, *crudelis*, adiect., apud Garrucci *Graff. de Pompéi* pl. XIX n. 7.

CREASSIT, *creaverit*, apud veteres. S. C. apud Cic. *De leg.* III, 3: PLEBES, QVOS PRO SE CONTRA VIM, AVXILII ERGO, DECEM CREASSIT, TRIBVNI EIVS SVNTO.

CREBIVS, *crebrius*, adverb. Garcil. Martial. *De re hort.* II, 7 (in *Mem. dell'Acad. Ercol.* II, 159): « quum crebius excestae dulcior sucus hauriatur ».

CREBRISVRO apud Ennium significat *vallum crebris suris*, id est palis, munitum. Ita Paul. ex Festo pg. 59, ubi cf. Muellerus.

CREBRO, *crebro facere, iterare*. Plaut. *Truc.* I, I, 29: « Sin crebravit, ipsus gaudet, res perit ». Alii legunt *increbavit*.

CREDIMS, *credimus*, in tabula aenea (lin. 8 sq.) edita in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 tav. d'agg. *A* (pg. 78).

CREDVAM, creduas, creduat, *credam, credas, credat*, apud veteres. Plaut. *Poen.* III, V, 2: « Quid ego illis posthac, quod loquantur creduam? ». *Bacch.* III, III, 72: « Ipsus nec amat: nec tu creduas ». *Trin.* III, I, 5: « An tu, edepol, nullus creduas ». *Bacch.* III, IV, 5: « Nam mihi divini nunquam quisquam creduat »; IV, VIII, 6: « Nam neque Bellona mihi unquam, neque Mars creduat etc. ».

CREDVIS, creduit, *credas, credat*, vel *credideris, crediderit*, apud veteres. Plaut. *Amph.* III, II, 40: « Nunquam, edepol, tu mihi divini quicquam creduis post hunc diem ». *Capt.* III, IV, 73: « Neque, pol, me insanum, Hegio, esse creduis etc. ». *Truc.* II, II, 52: « Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit ».

ƎƆIƎꟼƆ (creice), *—ius*, nomen virile, in ossuario perus. n. 1338.

§ 2. *—ii*, genit. sg., ut mihi videtur, pro creiceś, unde RƧƎƆIƎꟼƆ creicesa, e ƎƆIƎꟼƆ creice = *—ius*, in titulo sepulcr. n. 593.

RƧƎƆIƎꟼƆ (creicesa), *—ii uxor*, cognomen mulieris e coniugio derivatum (vide ƎƆIƎꟼƆ creice). In titulo clus. n. 589: RƧƎƆIƎꟼƆ : ꟼRIИIꟷRꟼ : IИꟷИꟼR : ꟼƎꟻ (vel arntni latinial creicesa) = *Velia Aruntinia Latinia nata —ii uxor.*

CREISPINVS, *Crispinus*, diminut. e creispus pro *crispus*. Est cognomen rom. in titulo campano apud Mommsen n. 2795 (IVLIVS CREISPINVS).

-MƎꟼK (krem-), radix umbrica, = lat. *crem-are*,

sanscr. śrâ, in verbis 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌀 (krematra), 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖 (krematru) et 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖𐌚 (krematruf), quae sequuntur.

𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌀 (krematra), *—atra*, subst. n. acc. pl. e rad. umbr. -𐌊𐌓𐌄𐌌 krem-, rom. *crem-are* et suff. -tro (Aufr. et Kirch. I 42, 119, II 385), in tab. eugub. IIa 23. Alii aliter interpretantur: κρεμάθρα s. *canistra ad obsonia servanda* (Lanzi II 745 = 653, 815 sq. = 725); fortasse *prunas*, quemadmodum Columella (XII, xix, 3), ligna tenuia, quibus fornax incendebatur, *cremia* dixit (Grotefend *Rud. l. u.* VII, 23); *adhaerentia*, quasi ἡ κρεμάθρα e κρεμάννυμι, *pendo*, *annecto* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 371).

𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖 (krematru), *—atrum*, subst. n. fortasse acc. sg. pro krematrum (cf. 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌀 krematra et 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖𐌚 krematruf), e rad. umbr. -𐌊𐌓𐌄𐌌 krem-, rom. *crem-are*, et suff. -tro (Aufr. et Kirch. I 162, II 385 sq.), in tab. eugub. IIa 28. Alii aliter interpretantur, ut supra diximus ad voc. 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌀 (krematra). Cf. Lanzi II 745 = 653, 816 = 725, Grotefend *Rud. l. u.* III 15, VII 21, 32, VIII 36, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 374.

𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖𐌚 (krematruf), *ad —atra*, fortasse locat. pl. 2 decl. pro krematrufem (cf. 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌀 krematra et 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖 krematru), e rad. umbr. -𐌊𐌓𐌄𐌌 krem-, rom. *crem-are*, et suff. -tro (Aufr. et Kirch. I 40, 95, 120). Tab. eugub. IIa 26 sq.: 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌖𐌚 | 𐌔𐌖𐌌𐌄𐌋 : 𐌚𐌄𐌓𐌕𐌖 (krematruf sumel fertu) = *ad —atra* (?) ..... *ferto* (cf. Aufr. et Kirch. I 37, II 385). Alii aliter vertunt, ut diximus ad voc. 𐌊𐌓𐌄𐌌𐌀𐌕𐌓𐌀 (krematra). Cf. Lanzi II 745 = 653, 816 = 725, Grotefend *Rud. l. u.* VII 20, 25, VIII 36, Huschke *Die iguv. taf.* s. 371, 374.

CREMERA, Κρεμέρα (Diod. Sic. XI, liii, 6), rivus parvus Tusciae, qui oritur ex lacu apud Baccanas, et in Tiberim fluvium labitur (Liv. II, 49 sq.; Dionys. Halic. IX, 15. Cf. Cluv. *Ital. ant.* pgg. 534 sqq.). Ovid. *Fast.* II, 205 sq.:

« Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem,
Turbidus hibernis ille fluebat aquis ».

Aul. Gell. XVII, 21: « Atque inde anno fere quarto, Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo consulibus, bello Veiente, apud fluvium Cremeram, ab his sex trecenti patricii Fabii cum familiis suis, universi ab hostibus circumventi perierunt ». — Cremerensis adiect. est ad Cremeram pertinens, ut Cremerensis dies (Tacit. *Hist.* II, 91).

§ 2. Oppidum Etruriae, ita dictum a flumine Cremera (cf. Liv. II 49 sq.). Dionys. Halic. IX, 15: Γενόμενοι δὲ ποταμοῦ Κρεμέρα πλησίον, ὃς οὐ μακρὰν ἀπέχει τῶν Οὐϊενταvῶν πόλεως, ὑπὲρ ὄχθου τινὸς ἀποτόμου καὶ περιῤῥῶγος ἐπετείχιζον αὐτοῖς φρούριον ἱκανὸν φυλάττεσθαι τοσαύτῃ στρατιᾷ, τάφρους τ' ὀρυξάμενοι περὶ αὐτὸ διπλᾶς, καὶ πύργους ἐγείραντες συχνούς. καὶ ὠνομάσθη τὸ φρούβιον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, Κρεμέρα. Idem IX, 19 (cf. IX 23, 59): Μενήνιος δὲ τοσαύτην στρατιὰν ἑτέραν ἄγων ἐπὶ Τυῤῥηνούς, ἔμελλε ποιεῖσθαι τὴν ἔξοδιν. παραεκεμαζομένου δ' αὐτοῦ καὶ τρίβοντος τὸν χρόνον, ἔφθη τὸ ἐν Κρεμέρᾳ φρούριον ἐξαιρεθὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ τὸ Φαβίων γένος απολόμενον.

ΚΡΕΜΙΣΑ. Vide CRIMISSA et CRINISVS.

CREMONA, Κρεμώνη (Strab. V, i 11, et iv 8; Polyb. III, xl, 5) vel Κρεμὼν (Appian. *De bello Ann.* cap. 7), urbs Cenomanorum, ad Padum fluvium (Liv. XXXI 10, 21, XXXIV 22). Cf. κρεμὼν = ἀκρεμὼν, apud Arcad. pg. 13. Liv. *Epit.* lib. XX (cf. XXI 25, XXXIII 23): « Coloniae deductae in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona [an. u. c. dxxxiv] ». Ptol. III, 1: Κρέμωνα κολωνία. Cf. Serv. in Virg. *Ecl.* IX 7, *Georg.* II 198, Frontin. *De limit.* pg. 30, et *De col.* pg. 170 ed. Lachm. Virg. *Ecl.* IX 28: « Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae ». Ubi Servius: « Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem, quibus sola obfuit vicinitas Cremonensium. Nam Cassii, Bruti et Antonii copias Cremonenses susceperant: quos etiam ipsos mire excusat, dicens *miserae Cremonae*, quae etiam si vellet, minime tamen tantis copiis posset resistere. *Nimium* autem *vicina*, id est, usque ad periculum: nam ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis; qui cum non suffecissent, his addidit agros Mantuanos; non propter civium culpam, sed propter vicinitatem ». Cf. Plutarch. in *Oth.* VI, 7 (ἐπὶ Κρεμώνην ... ἑτέραν πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην). Inscr. apud Orell. n. 3750 (cf. n. 1765, 2728, 3266): P · ATILIO | PHILIPPO | ORNAMENTIS | DECVRION · BRIXI .. | VERON · CREMON .... | ET IVRE QVATTVOR .... | VSVQ · ANVLOR · A · D .... | EX POSTVLATION ..... | OB LIBERALITA ..... | IN OPVS AM ...... — Cremonenses sunt eiusdem urbis incolae (Liv. XXVII 10, XXVIII 11, XXXVII 46; Tacit. *Hist.* II, 70). Inscr. apud Orell. n. 3843: M · AVRELIVS | FOELIX · D · CREMONENSIVM | QVAESTOR · PECVN | PVBL · AEDIL · PLEB · VI VIR | IVR · DIC · OFF · OMNIBVS | FVNCTVS etc. Alia apud Henzen n. 6132: IOVI · [PAGANICO] | M · POMPONIVS · M · F · PRIMI[O] | E[T] · C · POMPONIVS · M · F · | [AR]IAS SEPTE · POSVERVNT | [IOVI · P]AGANICO PAGI · FARRATIC | EX · SCITV · PAGI · PAGANORVM | [F]ARRATICANORVM · ET · PERMIS | OP · TE .. MAGISTERIVM PAGI | [E]T · VOCATIONEM · IN · PERPETV[VM] | [S]IBI · ET · FILIO | [F]INIBVS · CREMONENSIVM | D P S. Cremonensis, adiect. ad Cremonam pertinens, ut Cremonensis ager (Tacit. *Hist.* III, 15), Cremonense proelium (Tacit. *Hist.* III, 41), co-

hors Cremonensis (Liv. XLIV, 40) et Cremonenses coloni (Liv. XXXIII, 23). Cf. Cremon vel Cremo, mons alpinus inter Italiam et Galliam, apud Liv. XXI, 38.

ꟿVO+AƆꓘИƎOꓘ (krenkatrum), —*atrum*, subst. n. acc. sg. 2 decl. apud Umbros, quod et scribitur VO+AꓘIOꓘ· krikatru et recentiori orthographia CRINGATRO, e krenka et suff. VO+- -tru (Aufr. et Kirch. I 73, 96 sq., 117, II 60, 241), in tab. eugub. Ib 11. Nonnulli exponunt *circulationem* (Grotefend *Rud. l. u.* V 21, VI 23, VII 17) vel *circulum* (Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 90 et *Die iguv. taf.* s. 219).

CREPA, *capra*, apud veteres. Paul. pg. 48: « Caprae dictae, quod omne virgultum carpunt, sive a crepitu crurum. Unde et crepas eas prisci dixerunt ». Isidor. *Orig.* XII, 1: « Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt. Alii quod captant aspera. Nonnulli a crepitu crurum, unde eas crepas (al. *capreas*) vocitatas, quae sunt caprae agrestes ». Pro *capra* nonnulli Italiae populi *crapa* dicunt, et Pedemontani *crava*. — Creparius est gentilitium rom. apud Murat. 1583, 8.

CREPERVS, *incertus, dubius*, adiect., unde CREPVSCVS et CREPVSCVLVM (Varro *De l. l.* VI 5 pg. 74, VII 77 pg. 150). Paul. pg. 52: « Creperum dubium, unde increpitare dicimus, quia maledicta fere *incerta* et *dubia* sunt ». Et pg. 71: « Decrepitus est desperatus crepera iam vita, ut crepusculum extremum diei tempus ». Isidor. *Orig.* V, 31: « Crepusculum est dubia lux; nam creperum dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras ». Nonius I, 45 = pg. 13: « Crepera res proprie dicitur *dubia;* unde et crepusculum dicitur *lux dubia*, et senes decrepiti dicti, in dubio vitae constituti. Creperum bellum, *anceps* et *dubium*. Lucret. lib. v [vs. 1295]: *Exaequataque sunt creperi certamina belli.* Accius Phoenissis [vs. 601]: *Quae ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi.* Idem Telepho [vs. 428]: *Nunc tua in re crepera tu quid capias consilii vide.* Lucill. *Satyr.* lib. v: *Sannunt solis mihi in magno maerore, tristitia in summo crepera inventus salutis.* Pacuvius Duloreste [vs. 128]: *Non decet animum aegritudine in re crepera confici.* Plautus in Asinaria: *Qui quidem cum filio Potet una, atque unam amicam ductet decrepitus senex.* Varro *Mysteriis: Prisca, horrida silent oracla; crepera in nemoribus* ». Symmach. *Ep.* I, 7: « Priusquam manifestus dies creperum noctis absolveret, forte rumor allatus est sermonem desiderati principis multa nocte venisse, et erat verum ». Placid. Gloss. apud Mai *Class. auct.* III, 446: « Creperae, *res incertae dubiae*que, unde et crepusculum ». Et pg. 451: « Crepero, *dubio, incerto*, unde crepusculum ». Serv. in Virg. *Am.* II, 268: « De crepusculo vero, quod est dubia lux, nam creperum, *dubium* est, quaeritur ». Cf. Mart. Capell. §§ 2, 116, 805. — Gentilitium Creperius invenitur in lapid. apud Mommsen cet.

CREPIDARIVS. Vide CREPIDVLA, quod sequitur.

CREPIDVLA, *parva crepida* (κρηπὶς), subst. f. Aul. Gell. XIII, 21: « Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, caetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, *soleas* dixerunt; nonnunquam voce graeca crepidulas. ..... Sed, ut dixi, crepidas et crepidulas prima syllăba correpta id genus calceamentum appellaverunt, quod Graeci κρηπῖδας vocant, eiusque calceamenti sutores crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio in libro rerum gestarum quartodecimo, *Crepidarium*, inquit, *cultellum rogavit a crepidario sutore* ». Plaut. *Pers.* IV, II, 3: « Tum hanc hospitam crepidula ut graphice decet! ».

CREPITVLVM, ornamentum capitis; id enim in capitis motu crepitum facit. Ita Paul. pg. 52. Alii legunt *crepiculum* vel *crepidulum* (cf. Tertull. *De pallio* cap. 4).

CREPPI, dicti sunt *luperci* apud Romanos. Paul. pg. 57: « Creppos, id est *lupercos*, dicebant a *crepitu* pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in Lupercalibus nudos discurrere et pellibus obvias quasque feminas ferire ».

CREPVSCVLVM, ital. *crepuscolo* (gr. δείλη), et per metaphoram *dubium*, apud Sabinos, ab adiect. CREPERVS derivatum vel a crepus (sanscr. ćsapas, *nox*) et suff. culum. Varro *De l. l.* VI, 5 pg. 74: « Secundum hoc dicitur crepusculum a crepero. Id vocabulum sumpserunt a Sabinis, unde veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce. In Reatino crepusculum significat *dubium;* ab eo res dictae *dubiae* creperae, quod crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox, multis dubium ». Idem VII, 77 pg. 150: « Apud Plautum in Parasito Pigro: *inde hic bene potus primo crepusculo;* crepusculum ab Sabinis, quod id dubium tempus noctis an diei sit. Itaque in Condalio est: *Tam crepusculo, fere ut amant, lampades accendite.* Ideo *dubiae res* creperae dictae ».

CREPVSCVS. Vide supra CREPVSCVLVM.

CRESCENTILLA, diminut. crescentis. Est cognomen mulieris. Inscr. apud Grut. 662, 3: D · M | CRESCENTILLAE · FILIAE | DVLCISSIMAE · FECERVNT | CRESCENS · PATER | ET SOTERIS · MATER etc.

CRESCENTINVS et Crescentina, adiect. ad crescentem pertinens. Est cognomen rom. in titulis sepulcr. apud Grut. 708, 1 (PEDANIA CRESCENTINA), et apud Murat. 71, 1 = Mommsen n. 1393 (PRO FILIO CRESCENTINO). Adde alias inscript. apud Gruterum (531, 8; 673, 7; 751, 1; 760, 8; 762, 1; 775, 10; 776, 8; 799, 9; 1148, 10), Muratorium (71, 5; 777,

5; 1482, 12; 2031, 6; 2078, 3) et al. Cf. Κανουτία Κρησκεντίνα, apud Dion. Cass. LXXVII, 16.

CRESCENTIO, diminut. crescentis. Est cognomen rom. in titulo apud Fabr. cap. x n. 65 pg. 682 (FVSCIVS CRESCENTIO). Adde inscr. apud Gruterum (21, 3; 517, 5) et apud Murat. (1664, 5).

CRESCENTSIANVS, *Crescentianus*, cognomen virile apud Gruter. 126 sq. col. 7.

CRESCES, *crescens*, particip. e *cresco* (cf. CRISCENS), unde CRESCETIANVS = *crescentianus*. Est cognomen romanum, in lapidibus frequentissimum: M · LVCILIVS · CRESCES (Maffei *Mus. ver.* 124, 3), AVR · CRESCES (Grut. 43, 3), et AVRELIVS CRESCES (Grut. 760, 9), SEMPRONIVS CRESCES (Grut. 704, 7), ANINIVS CRESCES (Mommsen n. 5971), C · VIBIVS CRESCES (Mommsen n. 1172), VALERI · CRESCES (Fabr. cap. IV pg. 264), SEPTIMIA · CRESCES (Boissieu *Inscr. antiq. de Lyon* pg. 445 n. 14), A · LAELIVS · CRESCES (Grut. 692, 8), C · TVRRONIVS · CRESCES (Grut. 1145, 7). Inscr. in *Bull. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 182: AMMIVS | CRESCES | SILVANO | V · S · L · M. Alia inscr. perus. (Vermigl. pg. 501 n. 110): D · M | SENTIAE · MO|DERATAE | Q · M · CRESCES | COIVGI · B · M · P. Figulina Bononiensis (apud Gozzadini *Append. al Sepolcr. etr.* pg. 3 nt. 1): CRESCES · AN | FACIT · BONON. Cf. orthogr. CRII·SCIIS (Mommsen n. 6494) et T · FLAVIVS CRENSCES in *Bullett.* cit. an. 1833 pg. 48. Adde sigilla apud Deminicis n. 174, Boissieu op. cit. pg. 434 n. 42, De Lama *Tav. legisl. Vell.* pg. 75 n. 7, et inscr. apud Mommsen n. 291, 6198, 6690 (29), Murat. 22, 12, et Lupi pg. 114; et cf. F. Lanza in *Ann. dell'Inst. arch.* XXII = 1850 pg. 127. Ita Κρήσκης, pro Κρήσκηνς, legitur apud Herodian. Epimer. pg. 169, et apud Georg. Syncell. pg. 351.

CRESCETIANVS, *crescentianus*, adiect. e cresces pro *crescens*. Est nomen virile in titulo sepulcr. apud Murat. 1210, 7.

ƎꟼƧƎЯƆ (crespe), *Crispus* (cf. ital. *crespo* = *crispus*), nomen virile apud Etruscos, unde AIꟼƧƎЯƆ crespia, AIMAƎꟼƧƎЯƆ crespeaśia, AIƧAIИIꟼƧƎЯƆ crespiniasia, CRESPINVS = CREISPINVS et CRISPINVS. In tegula sepulcrali n. 157 bis: Ǝ[ꟼ]ƧƎ|ЯƆ · OA (ath crespe) = *Attius Crispus*. Cf. Lanzi II 412 = 341 ad n. 269 et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 82.

§ 2. Cognomen virile. Operculum ossuarii clus. n. 696:

ƎꟼƧƎЯƆAИMƎЯ:ꟼƎꟼ

lege: vel remzna crespe = *Velius —anius Crispus.*

AIMAƎꟼƧƎЯƆ (crespeasia), *Crespiasia* (?), nomen mulieris e ƎꟼƧƎЯƆ crespe, in operculo ossuarii etr. n. 158. Cf. Lanzi II 414 = 343 ad n. 279.

AIꟼƧƎЯƆ (crespia), *Crispia*, cognomen mulieris (cf. ƎꟼƧƎЯƆ crespe = *Crispus*). In ossuario etr. n. 159: AIꟼƧƎЯƆ : ITIT : IOЯAꟼ (larthi titi crespia) = *Lartia Titia Crispia.* Cf. C · CRESPIVS · HESPERIO in lapide Brixiens. apud Grut. 175, 7.

? AIƧAIИIꟼƧƎЯƆ (crespiniasia), *Crespiniasia* (Crispiniasia), nomen mulieris, e ƎꟼƧƎЯƆ crespe = *Crispus*, in tegula etr. n. 953. Cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 223.

CRESPINVS, creispinus (crispinus), diminut. e crespus = etr. ƎꟼƧƎЯƆ crespe, pro *crispus*. Est cognomen rom. in titulo beneventano apud Mommsen n. 1527 (C · VIBIO · CRESPINO). Crespina pro *Crispina* invenitur in titulo sepulcr. apud Murat. 1035, 4.

CRESPVLVS, ὀρθρινὸς (matutinus), adiect. apud Labb. *Gloss.* pg. 45 col. 2.

CRESSE, *crevisse*, e cresco, per syncopen, apud Lucret. III, 683.

CRETERRAE vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini. Ita Paulus pg. 53. Cf. Non. XV, 22 = pg. 547.

KRIΘONAS (κριθονας), in inscr. messap. n. 3009.

VЯTAꓘIЯꓘ (krikatru), *—atrum*, subst. n. acc. sg. 2 decl., pro krikatrum = MVЯTAꓘИƎЯꓘ krenkatrum, recentiori orthographia CRINGATRO, e AꓘIЯꓘ krika et suff. -tru, apud Umbros (Aufrecht et Kirchhoff I 73, 96 sq., 117, II 241, 351). Tab. eugub. IIb 27: VTƎBAⴲ : ƎꞳVƎ : ƎЯTƧƎT : VЯTAꓘIЯꓘ (krikatru testre euze habetu) = *—atrum in dextra —a habeto;* et tab. IIb 28 sq.: VЯTAꓘIЯꓘ | VTƎBAⴲ ƎꞳVƎ : ƎЯTƧƎT (testre euze habetu krikatru) = *in dextra —a habeto —atrum.* Alii vertunt *circulationem habeto* (Grotefend *Rud. l. u.* V 21, VII 17), vel *circulum capito* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 218 sq.).

CRIMESSVS. Vide CRINISVS.

CRIMISSA, Κρίμισσα vel Κρίμισα (Strab. VI, I, 3), Italiae inferioris oppidum, in Crotoniatarum agro (fortasse in loco ubi nunc *Capo dell'Alice*), a Philocteta conditum. Strab. loc. cit.: Φιλοκτήτου δ' ἐστὶ καὶ ἡ παλαιὰ Κρίμισσα (al. codd. Κρίμισα) περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τοῖς περὶ Νεῶν τοῦ Φιλοκτήτου μνησθεὶς λέγειν τινάς φησιν, ὡς εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν ἀφικόμενος Κρίμισσαν ἄκραν οἰκίσαι καὶ Χώνην πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς, etc. Steph. Byz.: Κρίμισα, πόλις Ἰταλίας, πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου. Λυκόφρων [vs. 913 codd. Κρίμισσα vel Κρίμισα]. ἀπὸ Κριμίσης νύμφης. Τὸ ἐθνικὸν Κριμισσαῖος καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως. Καὶ ποταμὸς Κρίμισα (vide CRIMISVS vel CRINISVS).

CRIMISVS. Vide CRINISVS.

CRINGATRO, *—atrum*, subst. n. acc. sg. 2 decl. pro cringatrom, antiquiori orthographia VЯTAꓘIЯꓘ (krikatru) = MVЯTAꓘИƎЯꓘ krenkatrum, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 73, 96 sq., 117, II 241, 351), in tab. eugub. VIb 49. *Circulationem* vel *circulum* ex-

ponunt Grotefend *Rud. l. u.* VI 23 et Huschke *Die iguv. taf.* s. 218.

CRINISVS, seu Crinissus, vel Crimisus, seu Crimessus, Κρίμισος vel Κριμισσὸς (Lycophr. vs. 961 codd. κρημισσὸς, κριμησος, κριμισσὸς; Diod. Sic. XIX, II 8 κριμισσὸς; Aelian. *Var. hist.* II, 33, et Dionys. Halic. I, 52 κριμισὸς) vel Κρίμησος (Plutarch. in *Timol.* XXV 5 et XXVIII 6), fluvius Siciliae, in mare Africum apud Segestam influens. Hodie appellatur *Fiume di S. Bartolommeo* et *Fiume Freddo*. Virg. *Aen.* V, 38 sq.:

« Troïa Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit ».

Servius in *Aen.* V, 30 (Dardanium ..... Acesten): « Ut et supra I, 550 diximus, Hippotes filiam suam Segestam, ne ad cetos religaretur, superposuit naviculae, et misit quo fors tulisset. Qua delata ad Siciliam, Crimisus fluvius concubuit cum ea conversus in canem: unde Acestes natus est: vel, ut quibusdam videtur, Egestus: unde supra I, 550 *Troiano a sanguine clarus Acestes.* Huius rei ut esset indicium, nummum effigie canis percussum Siculi habuerunt. Alii dicunt Laomedontem, regem Troianorum, cum graviter cives sui ab eo ceto, id est bellua marina, infestarentur, propterea quod mercedem Neptuno ob fabricatos muros negasset, ad templum Iovis Ammonis scitatum misisse de mali remedio vel fine: cui cum esset responsum, ut filiam suam Hesionam belluae offerret, et hoc a civibus facere cogeretur, fore respondit, si ante eorum filias belluae obiecisset: quo facto, cum plures puellae a ceto absumptae essent, plerique parentes filias in longinqua miserunt, ex quibus una Troia, nomine Segesta, delata in Siciliam est, et a Crimiso sicut dictum est, compressa, edidit Acesten. Alii dicunt Laomedontem, cum, sicut narratum est, propter filiam suam seditionem a civibus pertulisset, unum de Troianis, auctorem seditionis occidisse, filiasque eius mercatoribus exponendas dedisse: a quibus illae in Sicilia prope Crimisum amnem relictae sunt, quarum ille unam in canem conversus compressit ». Idem in *Aen.* I, 550: « Et haec (*Segesta*) ad Siciliam delata, a Crimiso fluvio, quem Crinisum Virgilius poëtica licentia vocat, converso in ursum, ut alii, in canem, compressa edidit Egestum, quem Virgilius Acestem vocat ». Lycus Rheg. fragm. n. 8 (ex Antig. *Mirab.* 148 = 133 W.): ὁ δὲ Κάπαιος καὶ Κριμισὸς ὅτι τὰ μὲν ἐπιπολῆς τῶν ὑδάτων εἰσὶ ψυχρά. Hyg. *Fab.* n. 273: « Quintodecimo fecit Aeneas Veneris et Anchisae filius, in Sicilia ad Acesten Crinisi fluminis filium, hospitem ». Corn. Nep. in *Timol.* § 2: « apud Crimessum flumen ».

CRINOVOLVM, Umbriae oppidum excisum. Plin. III, XIX, 3: « Interiere et Arienates cum Crinovolo ».

?ꟼƎПIЯƆ (cripes), in vase nolano n. 2778 bis.

CRISCENS, *crescens*, adiect., et minus recte CRISCINS (vide CRESCES). Est cognomen rom. apud Grut. 573, 1 (Q · POBLICI · CRISCENTIS). Alia inscr.: D · M | VALERIA · NICE | CORNELIO · CRIS|CENTI · CONIVGI | OPTIMO · NATIONE · BISS | VIX · ANN · [L]XX · MIL · AN · XXIV. Κρίσκης, ὄνομα κύριον, legitur apud Suidam. Κρίσκην τὸν κυνικὸν Romae ab Iustino institutum memorat idem s. v. Ἰουστῖνος φιλόσοφος.

CRISCINS, *criscens* (crescens), adiect. Est cognomen rom. in titulo sepulcrali apud Mommsen n. 1249 (VIBIVS · CRISCINS).

CRISPICANS, *crispans*, particip. apud veteres. Aul. Gell. XVIII, 11: « ventus mare caeruleum crispicans nitefacit ».

CRISPILLVS, diminut. crispi. Est nomen virile in titulo apud Murat. 808, 7 (T. Crispillus). Cf. Crispilla apud Grut. 611, 12.

CRISPINILLA, diminut. crispinae. Est cognomen mulieris in lapidibus apud Mommsen n. 4083, 4870 sq., et Grut. 69, 10 (589, 2 Crispinella?).

CRISPINVS, diminut. crispi (cf. CREISPINVS). Est cognomen virile apud Faesulanos. Plin. VII, XI, 2: « In actis temporum Divi Augusti invenitur, XII consulatu eius, Lucioque Sylla collega, a. d. III idus aprilis, C. Crispinum Hilarum ex ingenua plebe Faesulana, cum liberis novem (in quo numero filiae duae fuerunt), nepotibus XXVII, pronepotibus XXIX, neptibus octo prolata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolasse ». Fuit etiam cognomen familiae rom. in gente Quinctia, ut in nummis aeneis apud Cohen *Méd. consul.* pl. LXV n. 3-7. Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *crispina* et *crispinus.*

CRISPITVDO, subst. f. Arnob. II, 42 pg. 79, ubi cf. Orell.

VƧIЯƆ et VƎIЯƆ (crisu), *Crisius*, nomen virile, in titulis etr. ad Clusium (n. 577) et ad Polimartium (n. 2418) inventis. Cf. *Mus. chius.* vol. 2.° ad n. 35, et Vettori *Mem. di Polimarzo* pg. 46. Est etiam gentilitium rom. in titulo sepulcr. apud Doni cl. XII n. 95 pg. 413 (P · CRITIVS SECVNDINVS).

CRITNIA, *Critonia*, nomen mulieris. Inscr. apud Amaduzzi *Anecd. litter.* III 479 n. 39: D · M | CRITONIO · DIADVMEN | FECIT | CRITNIA SYNTROPHIS | PATRONO · SVO · BIM ... PO ... | IN · RE · SVA · ET · SIBI · ET · SV ...

CROCATIO, corvorum vocis appellatio (Paul. pg. 53).

CROCITVS, vox, cantusve corvorum (cf. *crocito* = *crocio*). Non. I, 218 = pg. 45: « Propriam corvorum vocem, crocitum veteres esse voluerunt. Plaut. in Aulul. [III, IV, 2]: *Simul radebat pedibus terram, et voce crocibat suam* ».

CROCOTILVM, *valde exile* (Paul. pg. 52). Plautus apud Paul. loc. cit.: « Extortis talis cum crocotillis crusculis ».

CROCOTINVM, genus operis pistorii. Ita Paul. pg. 53.

CRONIA vel Cronion, Κρονία vel Κρόνιον (Diod. Sic. XV, xvi, 3), urbs Siciliae, inde Hierapolis appellata, uti narrat Io. Lydius fragm. *De mens.* pg. 274 ed. Hase (vide SATVRNVS). — Cronia loca in Sicilia a Κρονῷ h. e. *Saturno* sunt dicta. Diod. Sic. III, lxi, 3: *Δυναστεῦσαι δὲ φασι τὸν Κρόνον κατὰ Σικελίαν καὶ Λιβύην, ἔτι δὲ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὸ σύνολον ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν τόποις συστήσασθαι τὴν βασιλείαν· παρὰ πᾶσι δὲ φρουραῖς διακατέχειν τὰς ἀκροπόλεις καὶ τοὺς ὀχυροὺς τῶν τόπων· ἀφ' οὗ δὴ μέχρι τοῦ νῦν χρόνου κατά τε τὴν Σικελίαν καὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν νεύοντα μέρη πολλοὺς τῶν ὑψηλῶν τόπων ἀπ' ἐκείνου Κρόνια προσαγορεύεσθαι.*


KROSETI..., in titulo Messap. n. 2966 lin. 3.

CROTALVS, fluvius Italiae inferioris, in Bruttiis apud Plin. III, xv, 2. Cf. Romanelli *Topogr.* I, 186.

CROTO vel Croton, Κρότων (Herod. III 137, V 44; Ptol. III, 1; Diod. Sic. VIII 7, XII 9, XIV 103, XXI 4, XXVI 13; Paus. *Ach.* XXV, 11; Strab. VI, i 12 sq., VI, ii 4; Polyb. VII, i 1, X, i 4; Appian. *De bello Ann.* cap. 57; Aelian. *Var. hist.* II 26, IV 17, *Epist. rust.* n. 10, et fragm. n. 254), hodie *Crotone*, oppidum Bruttiorum, ad Aesarum fluvium, initio a Crotone Aeaci filio conditum (teste Heracl. Pont. *De reb. publ.* cap. 36; cf. Schol. *Theocr.* IV 32 sq.), postea a Myscello Achaeo secundum Diod. Sic. VIII 7 et Antiochum apud Strab. VI, i, 12 (cf. Hypp. Rheg. fragm. n. 5, Scymn. *Orb. descr.* vs. 324, et Ovid. *Metam.* XV, 15 sqq.). Solin. II, 10: « A Myscello Achaeo Crotonam (*constitutam*) ». Sil. Ital. XI, 17 sqq.:


« patefecit amicas
Alta Croton portas, Afrisque ad barbara iussa
Thespiadum docuit submittere colla nepotes ».

Hinc Herod. VIII, 47: *Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί.* Fuit colonia Lacedaemoniorum, secundum Pausan. *Lac.* III, 1. Ephorus autem scribit Crotonem ante ab Iapygibus fuisse habitatam. Strab. loc. cit.: *Ὤμουν δὲ Ἰάπιγες τὸν Κρότωνα πρότερον, ὡς Ἔφορος φησι. δοκεῖ δ' ἡ πόλις τά τε πολέμια ἀσκῆσαι καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται, ὥστ' εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, διότι Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, καὶ τὴν παροιμίαν δὲ ὑγιέστερον Κρότωνος λέγουσαν ἐντεῦθεν εἰρῆσθαί φασιν, ὡς τοῦ τόπου πρὸς ὑγείαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορὸν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν. πλείστους οὖν Ὀλυμπιονίκας ἔσχε, καίπερ οὐ πολὺν χρόνον οἰκηθεῖσα διὰ τὸν φθόρον τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ πεσόντων ἀνδρῶν τοσούτων τὸ πλῆθος· προσέλαβε δὲ τῇ δόξῃ καὶ τὸ των Πυθαγορείων πλῆθος καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονώς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου, διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει πολὺν χρόνον.* Crotonem colonia civium Romanorum deducta est an. u. c. dlviii. Liv. XXIII, 30: « Iisdem ferme diebus [an. u. c. dxxxvi] et Bruttiorum exercitus Crotonem, graecam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum iam adeo multis magnisque cladibus adflictam, ut omnis aetatis minus viginti millia civium superessent. itaque urbem a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captae urbis e media caede quidam effugere ». Idem XXXIV, 45: « Tempsam item et Crotonem civium Romanorum coloniae deductae. ..... Crotonem Graeci habebant. Triumviri Cn. Octavius, L. Aemilius Paullus, C. Plaetorius Crotonem ». Petron. *Sat.* cap. 116: « Crotona esse, cognovimus, urbem antiquissimam, et aliquando Italiae primam ». Cf. Aristot. fragm. n. 233 *a*, Dicaerch. Messen. fragm. n. 29, Aristox. Tarent. vit. fragm. n. 11, Phleg. Trall. fragm. n. 26, Plin. III, xv, 2, Mela II, iv, 8, Liv. I 18, XXIV 2 sq., XXIX 36, Ovid. *Metam.* XV, 15. Numi n. 3026 habent ϘϤϘ (ϘϤΚ), ϘΡΟ (ΚΡΟ), ϘΡΟΤΟΝ (ΚΡΟΤΟΝ) et ΚΡΟΤΩΝ. Cf. Avellino *Opusc.* I 144 sg.,



II 147 sg., *Bullett. arch. nap.* II 120 et nv. sr. III 146, IV 101, Fiorell. *Ann. numism.* I 21, Riccio *Repert.* etc. pg. 98-102. De concordia Crotonis cum Metaponto cf. Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. III, 147 (vide METAPONTVM). — Crotoniates (Liv. XXII, 6; Cic. *De nat. deor.* I, 11) et Crotoniatae (Liv. XXIV, 3; Cic. *De inv.* II, 1) vel Crotonienses (Plin. III, x, 2; Iustin. XX, 2; Frontin. *Strateg.* III, vi, 4), gr. *Κροτωνιᾶται* (Strab. VI, i 3, 10 sqq.; Diod. Sic. X 23, XI 48, XII 9, 11, XIV 103, XIX 10, XXI 4; Pausan. *Lac.* XIX, 11 sq., *Eliac. sec.* XIII, 1; Thucyd. VII, 35; Polyb. II, xxxix 6, X, i 6; Aelian. *De nat. anim.*

XVI 23, *Var. hist.* III 43), ionice Κροτωνιῆται (Herod. III, 137, V 44 sq.), sunt eius oppidi incolae, in nummis n. 3026*c* ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΙ et ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ



= Κροτωνιατῶν. Κροτωνιᾶτις (Thucyd. VII, 35; Aristot. *De mir. ausc.* cap. 107; Pausan. *Eliac. sec.* XIV 8; Iambl. *De Pythag. vita* cap. 35) dicitur regio. Steph. Byz.: Κρότων, πόλις Ἰταλίας εὔσημος, περὶ τὸ Ῥήγιον. Βαρύνεται δὲ ὅτε τὸ ὄρος σημαίνει, ὅθεν ὁ Αἴσαρος ῥεῖ ποταμός. τὸ μέν τοι ἐπὶ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κονῶν, ὀξύνεται. Ἔστιν ἑτέρα πόλις Τυῤῥηνίας μητρόπολις· καὶ τρίτη, Ἰταλίας. οἱ πολῖται, Κροτωνιάται· καὶ θηλυκῶς, Κροτωνιᾶτις, καὶ Κροτώνιος, καὶ Κροτωνία, καὶ Κροτωνιάτης, καὶ Κροτωνιάς. Cf. numum n. 3026*d* cum scriptione ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ. — Crotoniensis adiect.



ad Crotonem pertinens, ut Crotoniensis ager (Liv. XXIX 36, XXX 19) et Milo Crotoniensis (Plin. XXXVII, LIV, 5, Aul. Gell. XV, 16). Cf. Κροτωνιῆται ἰατροί, apud Herod. III, 131.

?ꓘVVꓱIVꓘꓘ (kruipuus), —*ii*, nomen virile genit. sg., in operculo ossuarii etr. n. 213. Cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 119.

CRVCIVM, *quod cruciat* (ital. *cruccio*). Paul. pg. 53: « Crucium, *quod cruciat*. Unde Lucilius vinum insuave crucium dixit ».

ƧꓘAIꓤƆVꓤƆ (crucrials), —*â*, nomen mulieris, abl. sg., in titulis etr. n. 2347 sq. Cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 162.

?AIИOꓕꓘVꓤƆ (crullthnia), in lucerna fictili n. 1014 bis.

CRVPTA, *crypta*, subst. f. In titulis christ. (G. Settele in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* II, 66): IN CRVPTA NOBA RETRO SANCTVS; - IN CYMETERIVM BALBINAE IN CRVPTA NOBA; - IN CRVPTA NOBA IN SENESTRVM. Cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I, 147.

KRVS, *karus* (carus), adiect. antiquo scribendi more, ut docet Scaurus *De orthogr.* pg. 2253 P. (vide KNVS = *canus*).

LABICVM vel Lavicum, et Labici -orum, Λαβικόν (Strab. codd. V, III, 2 Λαβῖνον), oppidum Latii, inter Tusculum et Praeneste, ubi nunc *La Colonna* (Nibby *Carta dei dintorni di Roma* II 159-167). Virg. *Aen.* VII, 796: « et picti scuta Labici ». Ubi Servius: Glaucus, Minois filius, venit ad Italiam, et cum sibi imperium posceret, nec acciperet: ideo quod nihil praestabat, sicut eius pater praestiterat: zonam eis transmittendo, cum antehac discinti essent, ostendit scutum militare, a quo et ipse Labicus dictus est, et ab eo populi, ἀπο τῆς λαβῆς, quam latine *ansam* vocamus ». Liv. II, 39: « Inde Lanuvium recepit (*Coriolanus*): tunc deinceps Corbionem, Vitelliam, Trebiam, Lavicos, Pedum cepit ». Liv. IV, 47: « Captis direptisque castris, quum praedam dictator militi concessisset, secutique fugientem ex castris hostem equites renunciassent, omnes Lavicanos victos, magnam partem Aequorum Lavicos confugisse; postero die ad Lavicos ductus exercitus: oppidumque, corona circumdatum, scalis captum ac direptum est. Dictator, exercitu victore Romam reducto, die octavo, quam creatus erat, magistratu se abdicavit; et opportune senatus, priusquam ab tribunis plebi agrariae seditiones, mentione inlata de agro Lavicano dividendo, fierent, censuit frequens, coloniam Lavicos deducendam. coloni ab urbe mille et quingenti missi bina iugera acceperunt [U. C. an. CCCXXXVIII] ». Sil. Ital. XII, 534: « Iamque adeo est campos ingressus et arva Labici ». Huc pertinent Diod. Sic. verba (XIV, CII, 4): καὶ πρὸς μὲν Αἰκοὺς διαπολεμοῦντες Λίφλον (Labicum) πόλιν κατὰ κράτος εἷλον. Cf. Cic. *Agr.* II, 25 (Labici). — Labici vel Labicani sive Lavicani (Liv. II 39, IV 45, 47), gr. Λαβικανοὶ (Dionys. Halic. V 61, VIII 29), sunt eius oppidi incolae. Sil. Ital. VIII, 366: « atque habiles ad aratra Labici ». Inscr. apud Fabr. *De aquaed.* diss. III n. 21 (Orell. n. 118 et n. 3997): D · M · | PARTHENIO ARCARIO | REI · PVBLICAE | LAVICANORVM QVINTANENSIVM. — Labicanus vel Lavica-

nus adiect. ad Labicos pertinens, ut Labicanus ager (Plin. III, ix, 11; cf. Cic. *Parad.* VI, 3) vel Lavicanus ager (Liv. III 25, IV 49, XXVI 9), et via Labicana (Liv. IV, 41, Orell. inscr. n. 3044, Henzen. n. 6470 et n. 7321 VIA · LABIC ·), quae Roma Labicos ferebat, ab Exquilina porta incipiens. Strab. V, iii, 9: Εἶτα συμπίπτει καὶ ἡ Λαβικανή, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἠσκυλίνης πύλης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Πραινεστίνη· ἐν ἀριστερᾷ δ' ἀφεῖσα καὶ ταύτην καὶ τὸ πεδίον τὸ Ἠσκυλῖνον. πρόεισιν ἐπὶ πλείους τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων, καὶ πλησιάσασα τῷ Λαβικῷ, παλαιῷ κτίσματι κατεσπασμένῳ, κειμένῳ δ' ἐφ' ὕψους, τοῦτο μὲν καὶ τὸ Τούσκουλον ἐν δεξιοῖς ἀπολείπει, τελευτᾷ δὲ πρὸς τὰς Πικτὰς καὶ τὴν Λατίνην. Labicanus est cognomen rom. in lapide apud Mommsen n. 5537.

LABINA, moles saxorum, ac praecipue nivium conglobatarum, et e monte descendentium (Furlan. in Forcell. *Lexic.*). Isid. *Orig.* XVI, 1: « Labina, eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem a *labe* ».

LABIONILLA, diminut. labionis. Est cognomen mulieris in lapide amerino apud Grut. 1449, 1 (Sesia Labionilla).

LABO, *labores*, nominat. pl. Front. *De fer. Alsiens.* ep. 3.ª (pg. 207 ed. Romae 1823): « Qua malum volup? Immo, si dimidiatis verbis verum dicendum est, ubi tu animo faceres vigil, *vigilias* dico: aut ut faceres labo: aut ut faceres mole, *labores* et *molestias* dico ».

LABORAIT et laborabit, *laboravit*, in titulis sepulcralibus apud Mommsen n. 318 (LABORAIT) et n. 984 (LABORABIT).

LABORATIO, *labor*, subst. fem. (ital. *lavorazione*), apud Front. *Princip. hist.* pg. 313 (ed. Romae 1823).

LABORATOR, ital. *lavoratore*, apud August. in (Forcell. *Lexic.* ed. Lipsiae).

LABORIAE. Vide LABORINI.

LABORINI campi, vel Laboriae, nunc *il territorio di Gaudo*, in Campaniae tractu, qui a viis consularibus, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam ducit, et Vulturno amne finitur, hinc tota Campania nunc *Terra di Lavoro* dicitur, quia ingens sit labor in eo colendo, quod agrorum genus Itali nunc *di terren forte* vocant (Forcell. *Lexic.* s. v. *Laborini*). Plin. XVIII, xxix, 3: « Quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quae Laboriae vocantur, quem Phlegraeum Graeci appellant. Finiuntur Laboriae via ab utroque latere consulari, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam ducit ». Id. III, ix, 8: « Ibi Laborini campi sternuntur, et in delicias alicae populatur messis ». Id. XVII, iii, 3: « Inter argumenta stipulae crassitudo est, tanta alioqui in Laborino Campaniae nobili campo, ut ligni vice utantur: sed idem solum ubicumque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius paene quam vitis posset, affligit agricolam ».

LABOS, *labor*, subst. m. unde LABOSVS = *laboriosus*, apud veteres (Quintil. *Inst. orat.* I, iv, 13; Prisc. pg. 185 = pg. 670 P.; Prob. pg. 1461 P. cit. ad v. ARBOS). Varro apud Non. VIII, 27 = pg. 487: « Sternit iuvencus, quam labos mollem facit ». Adde script. cit. in Forcell. *Lexic.* s. v. *labor*.

LABOSVS, *laboriosus*, adiect. e LABOS = *labor*, apud veteres. Non. VIII, 46 = pg. 489: « Ab eo quod est labos, labosum facit, non *laboriosum*. Lucil. *Sat.* lib. iij: *Praeterea omne iter hoc est labosum* ».

LABRO -onis, locus in Etruria cum portu: fortasse est *Livorno*. Cic. *Ep. ad Q. Fr.* II, 6 = n. 104: « Erat autem iturus, ut aiebat, a. d. iii id. apr., ut aut Labrone aut Pisis conscenderet ». Cf. Salebrone, apud Antonini *Itiner.* pg. 292, et Inghir. *Storia della Tosc.* II, 83.

LABSVS. Vide CONLABSVS.

LABVRINTTVS, λαβύρινθος (labyrintus). Inscr. edita in *Archaöl. Zeit.* V, 144 (oct. 1847): LABVRINTTI | HIC HABITAT | MINOTAVR.

LAGARIA vel Langaria, Λαγαρία (Strab. VI, i, 14) vel Λαγγαρία, Lucaniae urbs, Epei et Phocensium colonia (Strab. loc. cit.), inter Thurios et Heracleam sita; hodie est *Lagara*. Lycophr. vs. 930: Ο δ' ἱπποτέκτων Λαγγαρίας ἐν ἀγκάλαις. Lagarinus, gr. Λαγαριτανός, adiect. ad Lagariam pertinens, ut Lagarina vina (Plin. XIV, viii, 9), ὁ Λαγαριτανὸς οἶνος, γλυκὺς καὶ ἁπαλὸς καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς σφόδρα εὐδοκιμῶν (Strab. loc. cit.).

ΛΑΓΕΣΙΣ, dea apud Siculos. Hesych. *Lexic.* II 408: Λάγεσις, θεός· Σικελοί.

LAGVS, Rutulorum dux, apud Virg. *Aen.* X, 381. Cf. Latagus troianus (Virg. *Aen.* X, 697 sq.).

ꓘADINEI. Vide LARINVM.

ꓘADINOD. Vide LARINVM.

LAENA, vestimenti genus. Quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece, quam χλανίδα dicunt (Paul. pg. 117). Gloss. apud Labb.: « Χλανίς, *lena* ». Plutarch. in *Numa* VII, 8: Καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι. Varr. *De l. l.* V, 133 pg. 134: « Laena quod de *lana* multa, duarum etiam togarum instar ». Virg. *Aen.* IV, 262: « Tyrioque ardebat murice laena ». Ubi Serv.: « Genus vestis. Est autem proprie toga duplex, amictus auguralis [Cic. *Orat.* XIV: *sacrificium publicum cum laena faceret*]. Alii amictum rotundum; alii togam duplicem, in qua Flamines sacrificant infibulati. Quidam tradunt bene filio Veneris habitum laenae datum: quia hunc sibi amictum genus Veneris vindicavit: unde Popilii Laenates, propter hunc habitum, qui se de Veneris genere ortos volebant. Alii inventorem huius vestis ab

hac ipsa veste Laenatem appellatum tradunt. Quidam muliebrem vestem quasi amatori aptam, volunt. Quidam pontificalem ritum hoc loco expositum putant. Veteri enim religione Pontificum praecipiebatur inaugurato Flamini vestem, quae Laena dicebatur, a Flaminica texi oportere: quam vestem cum cultro, quae secespita appellabatur, geri debetur ». Cf. etr. ΙИΑΑΝ laani, ΙИΙΙΑΝ laiini et ΑИƧƎΝ+ tlesna. Laenas est cognom. gentis Popiliae, ut M. Popilius Laenas (Liv. VII, 12) et P. Popilius Laenas (Liv. XL, 43). Laenius vel Lenius est gentilitium Brundisinum, ut M. Laenius Strabo (Varr. *De r. r.* III, v, 8; cf. Cic. *Ep. ad Att.* V 20 sq. = n. 228, *Ep. fam.* XIII 63 = n. 251, *Orat.* pro *Planc.* cap. 41, et pro *Sext.* cap. 63).

LAENILLA, diminut. *laenae.* Est cognomen mulieris, in lapide apud Grut. 44, 5 (Mammia Laenilla).

LAESTRYGONES, Λαιστρυγόνες, populi ferocissimi et immanes (Aul. Gell. XV, 21; Iuven. XV, 18; Ovid. *Met.* XIV, 237), gigantibus similes (Paus. *Arcad.* XIX 2, *Phoc.* XXII 7; Strab. I, ii, 11), vel Siciliae in Leontinis campis (Polyb. VIII, xi, 13), vel Italiae inferioris circa Formias. Strab. I, ii, 9: *καὶ γὰρ τὸν Αἴολον δυναστεῦσαί φασι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων, καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνην Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας ἀξένους τινάς.* Et I, ii, 32: *καὶ εἰς Αἰολίαν δὲ καὶ Λαιστρυγόνας καὶ τοὺς ἄλλους, ὅπου ποτὲ καὶ καθωρμίσατο, ἐκεῖσέ φησιν ἀφῖχθαι* (Ulysses). Sil. Ital. XIV, 125 sq.:

« Prima Leontinos vastarunt praelia campos,
Regnatam diro quondam Laestrigone terram ».

Plin. III, ix, 6: « Oppidum Formiae, Hormiae prius olim dictum: ut existimavere, antiqua Laestrygonum sedes ». Solin. II, 23: « Formiae etiam Laestrygonibus habitatae ». Et V, 14: « Laestrygonum sedes (*in Sicilia*) adhuc sic vocantur ». De his ita loquutus Homer. *Odyss.* X, 118 sqq.:

οἱ δ' ἀίοντες
φοίτων ἴφθιμοι Λαιστρυγόνες ἄλλοθεν ἄλλος,
μυρίοι, οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ Γίγασιν.
Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισιν
βάλλον.

Plin. VII, ii, 1: « Esse Scytharum genera, et quidem plura, quae corporibus humanis vescerentur, indicavimus. Id ipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum, ac Sicilia et Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclopas et Laestrygonas, et nuperrime trans Alpes hominem immolari gentium earum more solitum ». Thucyd. VI, ii, 1: *Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι, ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν οὔτε ὁπόθεν ἐσῆλθον ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν· ἀρκείτω δὲ ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται καὶ ὡς ἕκαστός πῃ γιγνώσκει περὶ αὐτῶν.* — Ovid. *Metam.* XIV, 450:

« Inde Lami veterem Laestrygonis, inquit, in urbem
Venimus. Antiphates terra regnabat in illa ».

Et *Pont.* II, ix, 41: « Quis non Antiphaten Laestrigona devovet? ». Cf. Homer. *Odyss.* X 82, 106, 199, XXIII 218. Eorum urbs *Λαιστρυγονίη.* Hesych. *Lexic.* II, 415: *Λαιστρυγονίη· ἡ τῶν Λαιστρυγόνων πόλις.* — Laestrygonius, adiect. ad Laestrygoniam pertinens, ut Laestrygonii campi in Sicilia (Plin. III, xiv, 3); Laestrygoniae rupes (Sil. Ital. VII, 276) h. e. Formiana saxa (Liv. XXII, 16); Laestrygonii recessus (Sil. Ital. VII, 410), nunc *il Golfo di Gaeta;* Laestrigoniae domus (Ovid. *Ib.* vs. 390) h. e. Formiae. Horat. *Od.* III, xvi, 34 sq.: « Nec Laestrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi ». *Λαιστρ[υγονία]* est nomen mulieris in inscr. attica (*Thes. gr. ling.* s. h. v.).

LAETINVS, adiect. ad laetum pertinens. Est cognomen rom. in titulo apud Grut. 418, 7 (M. Herennius M. f. Laetinus).

LAETITVDO, *laetitia*, apud veteres. Accius vs. 61: « excitasti ex luctu in laetitudinem ». Et vs. 259: « Quanta in venando affecta est laetitudine ».

LAETO, *laetum facio*, apud veteres. Accius vs. 513: « et te ut triplici laetarem bono ». Liv. vs. 7: « Iamne oculos specie laetavisti optabili? ».

LAEVI vel Levi Ligures. Vide LIGVRIA.

LAEVICVS, adiect. ad laevam pertinens. Est cognomen rom. in inscr. apud Murat. 596, 2 (MESSIVS LAEVICVS).

LAEVINVS, qui laeva manu pro dextra utitur (vide SCAEVOLA). Est cognomen rom., ut P. Valerius Laevinus (Liv. XL 44, XLI 21 sq., 30, XLIII 16, Horat. *Sat.* I, vi, 12 et 19), gr. Λαιβῖνος (Appian. *De reb. samn.* X, 3; Plutarch. in Pyrrh. XVI 3 sq., XVII 4, XVIII 1).

LAEVORSVM, *ad laevam* (sinistrorsum), adverb. Paul. pg. 117: « A *laeva* laevum *sinistrum* et laevorsum *sinistrorsum* ». Apul. *Flor.* cap. 3: « cum igitur eo sese aquilae extulit, nutu clementi laevorsum vel dextrorsum tota mole corporis labitur ». Ammian. XXXI, 10: « Laevorsus flexus itinere ».

LAEVVS, nomen virile, ut Laevus Cispius ex Anagnia, apud Cic. *Ep. fam.* X, 18 et 21 = n. 827 et n. 834.

..8ΑΝ (laf..), in titulo etr. n. 234 lin. 3.

LAFRENIVS. Vide AFRANIVS.

ƧΑΛ (ΛΑϚ), *Λαινων*, in numis argent. n. 2909 *b*. Vide LAVS § 3.


ΜΟИƧΑΛ (ΛΑϚΝΟΜ), pro ΛΑΙΝΩΝ, in numis n. 2909 *c* ad Laum spectantibus. Vide LAVS § 3.

ΛΑΗΙΑΝΕϚ, in lapide Messap. n. 2997.

ΟΑΝ (lath), *Lars* sive *Lartia*, praenom. fem. etr. (= ΥΑΝ lat), pro ΟϤΑΝ larth, ut ΙΟΑΝ lathi pro ΙΟϤΑΝ

larthi et ⅃AOA⅃ lathal pro ⅃AOꟼA⅃ larthal, in lapide tarquin. n. 2331.

⅃AOA⅃ (lathal), *Lartiā*, praenom. mulier. etruscar., abl. sg. = ⅃AIOA⅃ lathial, pro ⅃AOꟼA⅃ larthal = ⅃AIOꟼA⅃ larthial, e IOA⅃ lathi = IOꟼA⅃ larthi (cf. AƧI⅃A◇A⅃ lathalisa et A⅃ƧI⅃AƧIOA⅃ lathisalisla). Olla etr. n. 149:



(lari carcna lathal) = *Lartia Carconia Lartiā* nata. Adde operculum ossuar. tuscan. n. 2119.

AƧI⅃A◇A⅃ (lathalisa), *Lartiā*, praenom. mulieris, abl. sg., = A⅃ƧI⅃AƧIOA⅃ lathisalisla pro AƧI⅃AIOꟼA⅃ larthialisa, e ⅃AOA⅃ lathal pro ⅃AOꟼA⅃ larthal (cf. IOA⅃ lathi = IOꟼA⅃ larthi). In ossuario clusino n. 754: AƧI⅃A◇A⅃ | MAИ+V+ : ƎϽꟼA⅃ (larce tulnaś lathalisa) = *Larcius Tulinius Lartiā* natus.

IOA⅃ (lathi), *Lartia*, praenom. mulierum etruscarum, contractum e IOꟼA⅃ larthi = AIOꟼA⅃ larthia (cf. OA⅃ lath et I+A⅃ lati), unde ⅃AOA⅃ lathal = ⅃AOꟼA⅃ larthal, et AƧI⅃A◇A⅃ lathalisa vel A⅃ƧI⅃AƧIOA⅃ lathisalisla pro AƧI⅃AOꟼA⅃ larthalisa vel AƧI⅃AIOꟼA⅃ larthialisa et A⅃MI⅃AOꟼA⅃ larthaliśla. In titulis sepulcr.: IƎИI⅃ϽA : IOA⅃ (lathi aclinei, n. 1177) = *Lartia Oclinia;* IAϽ · IOA⅃ (lathi cai, n. 1897) = *Lartia Caia;* AI⅃AϽ · IOA⅃ (lathi calia, n. 625) = *Lartia Calia;* IИVꟼ+Ǝꟻ : IOA⅃ (lathi vetruni, n. 1261) = *Lartia Petronia* (?); [I]ИIƧ⅃VƎ · IOA⅃ (lathi vulsini, n. 2095 bis) = *Lartia Volsinia.*

⅃AIOA⅃ (lathial), *Lartiā*, praenom. mulieris, abl. sg., pro ⅃AIOꟼA⅃ larthial, e IOA⅃ lathi = IOꟼA⅃ larthi pro AIOꟼA⅃ larthia, apud Etruscos (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 46 sg.). In ossuario perusino n. 1442: ⅃AIOA⅃ : AI[V]ꟼ : IƎИ⅃ƧAM : A⅃IƎꟻ (veila maslnei puia lathial) = *Velia Masonia* (?) *vidua Lartiā* nata. Adde inscr. etr. n. 2031.

A⅃ƧI⅃AƧIOA⅃ (lathisalisla), *Lartiā*, praenom. mulieris, abl. sg., quod et scribitur AƧI⅃A◇A⅃ lathalisa (pro AƧI⅃AOꟼA⅃ larthalisa vel AƧI⅃AIOꟼA⅃ larthialisa et A⅃MI⅃AOꟼA⅃ larthaliśla) e ⅃AOA⅃ lathal pro ⅃AOꟼA⅃ larthal (cf. IOA⅃ lathi = IOꟼA⅃ larthi h. e. AIOꟼA⅃ larthia). In lapide perusino n. 1901: A⅃ƧI⅃AƧIOA⅃ MƎƎƎИϽ MƎ⅃ƎA (aeleś cneveś lathisalisla) = *Aelii Gnaevii Lartiā* nati.

ꓘAOVИIAI (lathuniai), *—ā* (?), fortasse nomen mulieris, pro lathunial, comparandum cum ⅃AIИI+A⅃ (latinial) = *Latiniā*, vel cum IИ+VA⅃ (lautni), in ossuario volaterrano n. 344 (cf. Lanzi II 352 = 287 ad n. 40).

ꓘAꓘ (laí), *Laius* (?), forlasse pro laiis, nisi decurtatum est pro *Laesius* (cf. Mommsen in *Bullett. arch. nap.* IV 116 sg., et *Die unterit. dial.* s. 271; Huschke *Die osk. und sab. spr.* s. 154). In titulo sammitico n. 2880: ꓘAꓘ · ꓘП (pk laí) = *Pacius Laesius* (Mommsen op. cit. s. 175) vel *Pacius Laus* (Huschke op. cit. s. 153). Laius est gentilitium rom. in inscr. apud Grut. 798, 8, et apud Mommsen n. 6841.

LAIDVS, *abiectus, obscenus* (ital. *laido*). Est cognomen rom., ut in titulo sepulcr. apud Murat. 530, 1 (P · AVONIVS · LAIDVS). Trahitur ad gr. λαὸς, *populus.* Cf. LAIS.

IИIIA⅃ (laiini), *Laenius*, nomen virile (cf. IИAA⅃ laani et LAENA). In operculo ossuarii clusini num. 639: IИIIA⅃ : Ǝ⅃VA (aule laiini) = *Aulus Laenius.*

LAIS, cognomen mulieris, antiquiori orthographia LAAIS (cf. osc. ꓘAꓘ laí). Ossuar. perus. n. 2012: ACONIA · L · L · | LAIS.

LAIS -idis et -idos, Λαΐς, famosa meretrix (quae etiam Ἀξίνη h. e. *Securis* dicta est), natione Sicula, domicilio Corinthia (Ovid. *Amor.* I, v, 12; Auson. *Epigr.* n. 17 sq.; Philostr. *Ep.* cap. 22, 44, 47; Aelian. *Var. hist.* XIV, 35; Aristoph. *Plut.* vs. 179, et al.). Pausan. *Corinth.* II, 4 sq.: καὶ τάφος Λαΐδος, ᾧ δὴ λέαινα ἐπίθημά ἐστι κριὸν ἔχουσα ἐν τοῖς προτέροις ποσίν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἐν Θεσσαλίᾳ Λαΐδος φάμενον μνῆμα εἶναι· παρεγένετο γὰρ καὶ ἐς Θεσσαλίαν ἐρασθεῖσα Ἱπποστράτου. Τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς ἐξ Ὑκάρων αὐτὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ λέγεται παῖδα οὖσαν ὑπὸ Νικίου καὶ Ἀθηναίων ἁλῶναι, πραθεῖσαν δὲ ἐς Κόρινθον ὑπερβαλέσθαι κάλλει τὰς τότε ἑταίρας, θαυμασθῆναί τε οὕτω παρὰ Κορινθίοις ὡς ἀμφισβητεῖν σφᾶς καὶ νῦν ἔτι Λαΐδος. Aelian. *Var. hist.* XII, 5: Ὅτι Λαῒς ἡ ἑταίρα, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. Ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα.

LAITILIA, *Laetilia*, nomen mulieris, apud Grut. 863, 1.

?ƎИAϽA⅃ (lacane), *Lacaena* (?) sive *Larcanius* (?), nomen virile in titulo etr. n. 1623 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 312 ad n. 374).

LACINIA. Vide LACINIVM, quod sequitur.

LACINIVM, Λακίνιον (Strab. VI, I 11 et III 5; Ptol. III, 1; Diod. Sic. VIII, XVII, 1; Polyb. III, XXXIII 18, XXXVI 4, XV, I 11, XXXIV, XI 9; Appian. *De reb. samn.* VII, 1; Theocr. *Idyll.* IV, 33, ubi cf. Schol.), Italiae promontorium, in Bruttiis (Plin. III, VI 5, XV 2, XVI 1; Mela II, IV, 8; Solin. II, 24), hodie *Capo delle Colonne* vocitatum. Cf. Liv. XXVII 25, XXXVI 42. Ibi erat templum Iunoni Laciniae dicatum (Liv. XXIII 33 sq., XXIV 3, XXX 20, XLII 3; Plin. XXXV, XXXVI, 4; Plutarch. in *Pomp.* XXIV, 3; Scyl. Caryand. § 13). Diod. Sic. XIII, III, 4: Λακινίας Ἥρας τὸ ἱερόν. Strab. VI, I, 11: Μετὰ δὲ ταύτας τὸ Λακίνιον Ἥρας ἱερόν, πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν. Appian. *De bell. civ.* V, 133: Πομπήϊ…

δ' ἐκ μὲν Σικελίας ἄκρα Λακινίᾳ προσέσχε, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἥρας πλουτοῦν ἀναθήμασιν ἐσύλησε, φεύγων ἐς Ἀντώνιον. Virg. *Aen.* III, 552: « Adtollit se diva Lacinia ». Ubi Servius: « Iunonis Laciniae templum, secundum quosdam, a rege conditore dictum: secundum alios a latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit: et loco expiato Iunoni templum constituit. Alii a promontorio Lacinio, quod Iunoni Thetis sono dederat, quod ante Troicum bellum collatitia pecunia reges populique fecerunt. Quidam dicunt templum hoc Iunonis, a Lacinio rege appellatum, cui dabat superbiam mater Cyrene et Hercules fugatus: namque eum post Geryonem extinctum de Hispanis revertentem hospitio dicitur recipere noluisse: et, in titulum repulsionis eius, templum Iunoni tanquam novercae, cuius odio Hercules laborabat, condidisse. In hoc templo illud miraculi fuisse dicitur, ut, si quis ferro in tegula templi ipsius nomen incideret, tam diu illa scriptura maneret, quam diu is homo viveret, qui illud scripsisset ». Cic. *De divin.* I, 24: « Hannibalem Coelius scribit, quum columnam auream, quae esset in fano Iunonis Laciniae auferre vellet, dubitaretque utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata, perterebravisse: quumque solidam invenisset statuissetque tollere, ei secundum quietem visam esse Iunonem praedicere, ne id faceret, minarique, si id fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine acuto non esse neglectum. Itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam, et eam in summa columna collocavisse. Hoc idem in Sileni, quem sequitur Coelius, graeca historia est ». Cf. Lacinia litora, apud Ovid. *Metam.* XV, 13,701, et quae de Lacinio et Latino scripsit Niebuhr I, 120 sq.

LACIO, *decipio*, ab inusit. λάκω vel λακίω, ex λάω, *capio*. Paul. ex Festo pg. 116: « Lacit decipiendo inducit. Lax etenim fraus est ». Et pg. 117: « Lacit in fraudem inducit. Inde est allicere et lacessere; inde lactat, illectat, delectat, oblectat ». Et pg. 27: « Allicit est perducit aliquem in rem, dictum a verbo lacit, id est *decipit*. Hinc descendit illicere et oblectare, id est frustrantem inducere ». Lucr. IV, 1200: « Quae lacere in fraudem possent, vinctosque tenere ». In not. Tiron. pg. 149: « Lixit, illixit ».

ΛΑΚΚΙΟΣ, parvus portus Syracusanorum. Diod. Sic. XIV, VII, 3: Ὠκοδόμησε δ' ἐν αὐτῇ πολυτελῶς ὠχυρωμένην ἀκρόπολιν πρὸς τὰς αἰφνιδίους καταφυγάς, καὶ συμπεριέλαβε τῷ τούτης τείχει τὰ πρὸς τῷ μικρῷ λιμένι τῷ Λακκίῳ καλουμένῳ νεώρια. Ταῦτα δ' ἑξήκοντα τριήρεις χωροῦντα πύλην εἶχε κλειομένην, δι' ἧς κατὰ μίαν τῶν νεῶν εἰς πλεῖν συνέβαινε. Lacius est gentilitium rom. apud Momms. n. 4274, et Laccius, unde Lacceius, apud Murat. 877, 1.

LACO, Anagninus. Cic. *Phil.* II, 41: « praesertim quum duos secum Anagninos haberet, Mustellam et Laconem; quorum alter gladiorum est princepes, alter poculorum ». Idem *Ep. ad Att.* XVI, 11 = n. 769: « Anagnini sunt Mustela ταξιάρχης, et Laco, qui plurimum bibit ».

ΛΑΚΡΑΤΗΣ, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De vita Pythag.* cap. 36 (267).

LACRIMAS, *lacrumans* (lacrimans), particip. e lacrumo (lacrymo). Inscr. apud Grut. 517, 3: VLPIAI · SCITAI · PILVMENAI | CONIVGI · B · M · P | AELIVS · MACER · ANTESIG|NANOR · TRIB | LACRIMAS · POSVIT.

ΛΑΚΡΙΤΟΣ, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De vita Pythag.* cap. 36 (267).

LACRVMA, *lacryma* (lacrima), subst. f., antiquo scribendi more, ut DACRIMA, quod e gr. δάκρυα (cf. Aufr. et Kirch. I, 35): hinc LACRVMANS = LACRIMAS h. e. *lacrymans*, et LACRVMANDVS = *lacrymandus*. Cassiod. pg. 2284 P.: « Lacrumae an *lacrimae*, maxumus an *maximus*, et si quae similia sunt, scribi debeant, quaesitum est. Terentius Varro tradidit Caesarem per *i* eiusmodi verba solitum esse enuntiare et scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. sed ego in antiquiorum multo libris quam Caius Caesar est, per *u* pleraque scripta invenio, optumus, intumus, pulcherrumus, lubido, dicundum, faciundum, maxumae, monumentum, contumelia, minumae. Melius tamen est ad enuntiandum et ad scribendum, *i* literam pro *u* ponere, in quod iam consuetudo inclinavit ». In titulo sepulcrali apud Grut. 942, 2: DESINITE · LVCTV · QVESTVQ · LACRVMAS · FVNDERE; et in inscr. apud Mommsen n. 6444 LACRVMIS. Enn. *Trag.* vs. 238: « Vide hinc, meae in quem lacrumae guttatim cadunt ». Id. *Trag.* vs. 370: « Strata terrae lavere lacrumis vestem squalam et sordidam ». Id. *Epigr.* vs. 3: « Nemo me lacrumis decoret ».

LACRVMANDVS, *lacrymandus* (lacrimandus), antiquo scribendi more e lacrumo = *lacrymo*, quod e LACRVMA, in lapide apud Mommsen n. 7125.

LACRVMANS, *lacrymans* (lacrimans), particip. e lacrumo (cf. LACRIMAS), quod e LACRVMA pro *lacryma*. Enn. *Ann.* vs. 50 sq. (cf. vs. 37): « Quamquam multa manus ad caeli caerula templa Tendebam lacrumans et blanda voce vocabam ». Plaut. *Asin.* III, II, 41: « Lacrumantem lacinia tenet lacrumans ».

ƧϽAᛚ (lacs), *Lacus* vel *Lagus* (?), nomen virile in tegula etr. n. 176*a* (cf. Conest. *Inscr. etr.* pg. 121).

LACT et lacte, *lac*, apud Varronem. Pomp. in *art. Donat.* XVIII, 2: « Lectum est hoc saepius apud Varronem; ille dicit, *lac* non debemus dicere, sed lact. Sed dixit Caesar contra ipsum rem validissimam, nullum nomen

duabus mutis terminari ». Capella § 307 pg. 310 (cf. § 279 pg. 291): « Quidam quum *lac* dicunt, adiiciunt T, propter quod facit *lactis;* sed Virgilius: *Lac mihi non aestate novum, non frigore defit;* quippe quum nulla apud nos nomina in duas mutas exeant, et ideo veteres lacte in nominativo dixerunt ». Auson. *Edyll.* n. 349 vs. 12 sq.: « Vox solita, et cunctis notissima, si memores, lac. Cur condemnetur, ratio magis ut faciat lact? ». Gloss. apud Labb.: « Lacte, γάλα ».

LACTANS. Vide LACTVRNVS.

LACTATVM, *lactarium*, subst. n. Isid. *Orig.* XX, 3: « Lactatum est potio e lacte ».

LACTICINA -orum, *γαλάκτινα,* cibi ex lacte et ovo. Gloss. apud Labb.: « Lacticina, ὠογάλα ». Vide voc. sq.

LACTICINIVM, cibus ex lacte, apud Apic. VII, 11. Vide LACTICINA.

LACTILLA, diminut. lacteae. Est cognomen mulieris in titulo sepulcr. apud Fabr. cap. IX pg. 616 n. 134.

LACTVRCIA. Vide LACTVRNVS, quod sequitur.

LACTVRNVS, deus lactescentium frumentorum, apud Romanos. August. *De civ. Dei* IV, 8: « lactescentibus deum Lacturnum ». Alii legunt deam Lacturciam. Serv. ad Virg. *Georg.* I, 315: « Sane Varro in libris divinarum dicit, *Lactantem deum esse*, qui se infundit segetibus et eas facit *lactescere* ».

ΛΑΚΥΔΑΣ, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De vita Pythag.* cap. 36 (267).

LACVVS, *lacus*, subst. m., antiquo scribendi more, in lapid. Helvet. apud Mommsen n. 83 sq.

⅃A⅃ (LAL), *Laris*, praenom. virile, genit. sg., = MV⅃A⅃ lalus pro MVꟼA⅃ larus, mutato *r* in *l*, ut monui apud Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 122 (cf. A⅃A⅃ lala et ИA⅃A⅃ lalan = ИAꟼA⅃ laran). In operculo ossuar. perus. n. 1268: ⅃A⅃·ƎƚVA⅃[1] V1ИMV1·ΘꟼA⅃ (larth pumpu plaute lal) = *Lars Pompus* (Pomponius) *Laris* filius. Ossuarium perus. n. 2023: L·VOLVMNI·LAL·THEONIVS (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 23 ad n. 9).

A⅃A⅃ (lala), *Lara*, genius quidam apud Etruscos, fortasse unus ex Dioscuris, idem ac ИA⅃A⅃ lalan vel ИAꟼA⅃ laran (cf. MV⅃A⅃ lalus = MVꟼA⅃ larus, AƧA⅃ lasa, et LASES = *Lares*). Invenitur in etrusco speculo n. 2473 (una cum ИV⅃1A aplun = *Apollo*), et nonnullis sumitur pro Diana Lucifera h. e. *Luna* (Gerhard *Ueb. die gottheit. der Etr.* anm. 91, s. 575, *Etr. spieg.* ad taf. XLI, 1; cf. Lajard in *Ann. dell'Inst. arch.* XIII = 1841 pg. 234). *Il perigeo lunare ch'è sulla testa della donna*, inquit Inghiramius (*Monum. etr.* II, 370), *da per se dichiara essere il simbolo della luna, poichè quel pianeta si è sempre mostrato particolarmente in tal foggia a differenza degli altri ..... Presso alla testa del sole sta scritto* ИV⅃1A ... *riferibile ad Apollo, e per conseguenza al sole ... L'altro nome è* A⅃A⅃ *resoci noto dai dotti soltanto per qualche osservazione sugli antichi scrittori. Lara e Larunda è più noto come appellativo nome di quella ninfa tiberina, che per aver manifestati a Giunone i furtivi amori di Giove con Giuturna, fu da lui punita con la privazione della lingua ..... Dicono poi che non Lara, ma Lala esser doveva propriamente il nome di lei, da* λάλος, loquace (Gesner *Thes. ling. lat.* in voc. *Lara*), *e v'è chi adduce parecchi esempi di greche voci che mutano il* λ *in* ρ, *per cui da Lala siasi potuto far Lara.*



ΛᛧΛ⅃ (lala), in marmore n. 2 ter, ad lacum vulgo *di Mezzano* invento.

Ǝ⅃A⅃A⅃ (lalals), quod legitur in inscr. etr. n. 451 *a*, εἰμι τοῦ Λαλοῦ h. e. *sum garruli* interpretatus est Oriolius (*Album* an. XXII pg. 194).

ИA⅃A⅃ (lalan), idem ac A⅃A⅃ lala, pro ИAꟼA⅃ laran (cf. MV⅃A⅃ lalus = MVꟼA⅃ larus), fortasse unus ex Dioscuris, in speculo etr. n. 2478 (cf. Lajard in *Ann. dell'Inst. arch.* XIII = 1841 pg. 223). Cum gr. ἀλαλά, unde ἀλαλάζειν, comparat Braun in *Ann.* cit. XXIII = 1851 pg. 148 (cf. Cavedoni in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1843 pg. 48).

LALLIAS, nomen virile, ut Γάϊος Λαλλίας Τιωναῖος (al. Τιωναῖνος), Λουκίου υἱός, πόλεως Βιωνίας (al. Βονωνίας), apud Fleg. Trall. fragm. n. 29 (*Hist. Graec. fragm.* III, 609).

LALLVS, nutricum deus, apud Turneb. XVIII, 34. Cf. *Lallo* in Forcell. *Lexico*. Lalus est cognomen rom. in inscr. apud Gruterum (238, 12; 597, 2; 982, 1; 1117,

8) et Mommsen (n. 2383, 5179 sq., 6769); unde gentilitium Lalius (Mommsen n. 4870 sq.) et Lallius (Mommsen n. 5093, 6769). Cf. Lalluus apud Grut. 916, 20.

MVꟼAꟼ (lalus̓), *Laris*, praenom. virile, genit. sg., per compendium ꟼAꟼ (LAL), pro MVꟼAꟼ larus̓, e ꟼAꟼ lar = *Lar* vel *Lars*. Operculum ossuarii perusini n. 1674: MVꟼAꟼ · IMMVꟼVꟼ · VA (au luchumni lalus̓) = *Aula Lucumonia Laris* filia (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 121 sg.).

ꟼAMATIR, —*atur*, coniunct. pass. 3 pers. sg. (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 272; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 21 sqq.; Bugge, Schweizer et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 38, 207, 215, V 5, VII 269, VIII 39), fortasse e rad. la-, a quo etiam *la-mentum*, quod trahitur ad rad. sanscr. lap, *queri*, *lamentari* (cf. Mommsen loc. cit.); unde *queratur* exponit Mommsen loc. cit. et s. 147. Alii aliter interpretantur; ut *diminuat*, e rad. lam, sanscr. clam, *defatigari*, *confici* (Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 11), vel *obstinatus*, comparatum cum gr. ληματτίας, e λάω, unde etiam λαιμάω, et suff. -tir = rom. -tor (Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 110).

LAMBERO, *scindo*, *lanio*. Fest. pg. 118: « Lamberat, *scindit* ac *laniat* ». Plaut. *Pseud.* II, IV, 53: « Lepide, Charine, me meo ludo lamberas ».

LAMBIO, *lambo*, apud Cassiod. *De orthogr.* pg. 2309 P.

LAMBITO, frequentat. a lambo, apud Solin. XV, 12. Cf. Lambitus, apud Forcell. *Lexic.* s. h. v.

LAMBRVM, oppidum Italiae superioris, in *itiner. Gadit.* apud Henzen n. 5210, et in *Tab. Peuting.* segm. III*b*. *Lambro* hodie est fluvius in Padum incidens.

LAMGENSES. Vide LANGENSES.

ΛΑΜΕΙΑ, Laestrygonum regina, quae etiam Gelo vocatur (vide ΛΑΜΙΑ et LAMVS). Schol. in Theocr. *Idyll.* XV, 40: ΜΟΡΜΩ: Λάμεια βασίλισσα Λαιστρυγόνων, ἡ καὶ Γελὼ λεγομένη, δυστυχοῦσα περὶ τὰ ἑαυτῆς τέκνα ὡς ἀποθνήσκοντα, ἤθελε καὶ τὰ λειπόμενα φονεύειν. Cf. *Thes. gr. ling.* s. v. Λάμια s. Λαμία.

LAMENTA, *lamentatio*, apud veteres. Non. II, 493 = pg. 132: « Lamentas pro *lamentationes*. Pacuv. Hermione [vs. 175 ed. Ribb.]: *Lamentas fletus facere conpendi licet* ».

LAMETVS, Λάμητος, fluvius Italiae. Tzetzes ad Lycophr. vs. 1085: Ὁ Λάμητος, ὥς φησι Φιλογένης, Ἰταλίας ποταμός. Hinc Lametini, urbs prope Crotonem. Steph. Byz.: Λαμητῖνοι, πόλις, ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνι. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἐν δὲ Λάμητος ποταμὸς, ἐν δὲ Λαμητῖνοι. ὁ πολίτης, Λαμητῖνος. Cf. Lameticus sinus, κόλπος Λαμητικὸς (Aristot. *Polit.* VII, 9).

ΛΑΜΙΑ, urbs Italiae, appellata de Lamia virgine libyca ab Iove in Italiam traducta, uti narrat Schol. in Aristoph. *Pac.* vs. 758. Cf. ΛΑΜΕΙΑ et LAMVS. — Alia est Lamia, urbs Thessaliae, ad quam pertinent numi ΛΑΜΙΕΩΝ inscripti.

LAMIAE, λάμιαι, ital. *streghe*, veneficae mulieres, quae strigum instar infantium sanguinem sugunt, sive ipsae striges (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Plutarch. *De curios.* cap. 2: ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἴκοι μὲν ᾄδειν τυφλὴν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους, ἔξω δὲ προϊοῦσαν ἐπιτίθεσθαι. Lamia cognomen est gentis Aeliae, ut Q · AELIVS L · F · LAMIA in numo aeneo apud Cohen *Méd. consul.* pl. XLVI, 2. Cf. inscr. apud Mommsen (n. 2263) et Gruter. (776, 3; 1063, 6).

LAMISCVS, Lucanorum rex. Heracl. Pont. *De reb. publ.* cap. 20: Οἱ δὲ Λευκανοὶ φιλόξενοι καὶ δίκαιοι. Ἐβασίλευσε δὲ τούτων Λαμίσκος, ὃς εἶχε λύκου τὸν τρίτον δάκτυλον τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ μεγάλου.

LAMNA, *lamina*, per syncop. apud Horat *Od.* II, II 2, *Epist.* I, XV 36, Valer. Flac. *Arg.* I 123, Vitruv. VII 9, Sen. *Agam.* vs. 855. Vide voc. sq.

LAMNVLA, *lamella*, diminut. e LAMNA (lamina). Tertull. *De cor. mil.* cap. 12: « Triumphi laurea ..... lamnulis ornatur ». Alii legunt *lamnis*.

LAMPADIVS, *lampadarius*. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 126, 1. Cf. inscr. apud Gruterum (1059, 3; 1060, 7), Mommsen (n. 2619 sq., 3607, 6826) et al. — LAMBADIORVM pro *lampadiorum* (lampadariorum?) vidi in tabula votiva temporis Theodosii imperatoris.

ΛΑΜΠΕΤΙΑ. Vide CLAMPETIA.

LAMPETRA, eadem ac *muraena* (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Gloss. apud Labb.: « Lampetra, μύραινα ».

LAMPONIVS, gr. Λαμπώνιος, Lucanorum dux, tempore belli marsici (Flor. III, XXI, 22; Eutrop. V, 8; Oros. V, 20: « cum Lamponio Samnitium duce »; Appian. *De bell. civ.* I 40, 90, 93; Plutarch. in *Sylla* XXIX 2: Μάρκος Λαμπώνιος ἐκ Λευκανίας, et Λαμπώνιος ὁ Λευκανὸς). Diod. Sic. XXXVII, 23: Ὅτι ὁ δὲ Λαμπώνιος ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Κράσσον, ὑπολαμβάνων προσήκειν μὴ τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων, ἀλλὰ τοὺς ἡγεμόνας ὑπὲρ τοῦ πλήθους διαγωνίζεσθαι. Id. XXXVII, II 11 Λαμπώνιος, et XXXVII, II 13 Μάρκος Ἀπώνιος.

LAMYRVS, Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX, 332. Est etiam cognomen rom. in titulis sepulcr. apud Murat. 1008, 5, et Mommsen n. 6991. Lamyra, nomen mulieris, invenitur apud Murat. 1487, 1.

LAMVS, Λάμος, antiquus Laestrygonum rex, Neptuni filius, Caietae et Formiarum conditor. Hinc apud Ovid. *Metam.* XIV, 233 (vide LAESTRYGONES) urbs Lami = *Formiae*.

§ 2. Λάμος, urbs Laestrygonum (cf. ΛΑΜΕΙΑ et ΛΑΜΙΑ). Schol. in Aristoph. *Pac.* vs. 758: ἐντεῦθεν καὶ Λάμος ἡ πόλις τῶν Λαιστρυγόνων. Hesych. *Lexic.* II, 421: Λάμος· ἡ χώρα τῶν Λαιστρυγόνων. ἢ ἐπιχώριός τις ἥρως, ἀφ' οὗ ἡ χώρα ὠνομάσθη.

§ 3. Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX, 332. Lamus est cognomen virile in titulo sepulcrali apud Grut. 1158, 2 (C · VALGIVS · C · L · LAMVS).

LANARIS, *laniger*, adiect. Varro *De r. r.* II, IX, 1: « nos, qui pecus pascimus lanare ».

LANGATES, Liguriae populi. In tab. genuate (Append. n. I) lin. 6: LANGATIVM · FINEIS · AGRI · PRIVATI · AB RIVO · INFIMO · QVI · ORITVR · AB · FONTEI · IN · MANNICELO · AD · FLOVIVM EDEM·

LANGENSES, Liguriae populi, in tab. genuate (Append. n. I) lin. 13, 24 sq., 27, 29 sqq., 35, 37 (LAMGENSES), 39, 40 (LANGVESES).


LANGVITAS. Vide voc. sq.

LANGVITVDO et languitas, ἀῤῥωστία, apud Labb. *Gloss.* pg. 103 col. 4.

ΛΑΝΕΙΑ vel Λάνασσα, Agathoclis Syracusanorum regis filia, Pyrrho Epiri regi nupta. Appian. *De reb. samn.* XI, 1: οὗ (Agathoclis) θυγατέρα Λάνειαν ἔχων ὁ Πύῤῥος ἐν ταῖς γυναιξί. Plutarch. in *Pyrrh.* IX, 1: Γυναῖκας δὲ πραγμάτων ἕνεκα καὶ δυνάμεως πλείονας ἔγημε μετὰ τὴν Ἀντιγόνης τελευτήν. Καὶ γὰρ Αὐτολέοντος τοῦ Παιόνων βασιλέως ἔλαβε θυγατέρα καὶ Βιρκένναν τὴν Βαρδύλλιος τοῦ Ἰλλυριῶν καὶ Λάνασσαν τὴν Ἀγαθοκλέους τοῦ Συρακοσίου προῖκα προσφερομένην αὐτῷ τὴν Κερκυραίων πόλιν ἡλωκυῖαν ὑπὸ Ἀγαθοκλέους.

LANERVM, vestimenti genus ex lana sucida confectum. Ita Paul pg. 118.

IИAƎ (lani), *Lanius*, gentilitium etr., = IИAAƎ laani et IИIIAƎ laiini (cf. LAENA). Ossuar. etrusc. n. 162:



(larti laani) = *Lars Lanius.*

?AƧIƎAIИAƎ (lanialisa), in marmore clusino n. 640. Cf. IИAƎ lani = *Lanius.*

LANIENA, officina in qua laniantur et venduntur carnes. Plaut. *Epid.* II, II, 15: « Per myropolia, et lanienas, circumque argentarias ».

?ƎAIИVЯIИAƎ (lanirunial), —*â*, nomen mulieris, abl. sg., in operculo ossuarii etr. n. 1766.

LANISTATVRA, *lanistae artificium*, in lege Iulia municip. cap. 7 (apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 424).

LANIVINI. Vide LANVVIVM.

LANNA, *lamna* (lamina). Gloss. apud Labb.: « Lannae, λοβοί ». Cf. Burmann in Petron. *Sat.* cap. 58 pg. 388.

LANO, *lanosus fio.* Gloss. apud Labb.: « Lano, ἐριοφορέω ».

LANTERNA, *laterna*, ital. *lanterna*, subst. f. Gloss. apud Labb.: « Lanterna, φανός ». Lanterna pro *laterna*, et lanternarius pro *laternarius*, nonnulli legunt in codd. (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *laterna*). Lanterninia est nomen mulieris, apud Murat. 908, 7 (LANTERNINIA LVPVLA).

IOIƎVИAƎ (lanueithi), quod legitur in aeneo signo etr. n. 255, cum Iunone *Lanuvina* comparat Lanzius II 526 = 449 nt. 3, sed ibid. et pg. 282 = 409 la nueithi vertit *Lartiae Noviciae.*

LANVENSES, incolae urbis cuiusdam Italiae, in Frentanis, teste Plinio III, XVII, 1.

LANVIVS, *Lanuvius.* Vide LANVVIVM, quod sequitur.

LANVVIVM, Λανούιον (Strab. codd. V, III 4 Λαουινίῳ pro Λανουίῳ, et V, III 5 Λανούγου pro Λανουίου) vel Λανούβιον (Ptol. III, 1; M. Antonin. I, 16; Appian. *De bell. civ.* I 69, II 20, V 24), oppidum Latii, hodie *Civita Lavinia*, inter Ariciam et Ardeam, a Latino Silvio conditum (Diod. Sic. VII, IIIa, 6). Strab. V, III, 12: ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λανούιον (codd. Λαουίνιον), πόλις Ῥωμαίων, ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἔποπτος ἥ τε θάλασσά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον. Inscr. apud Orell. n. 1308 (suspecta; cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1853 pg. 173): D · M · S | OSSA MECILAE BALBILLAE LANVVII | SAC · QVAE IN AEDE IVNONIS S M R | SCVTVLVM ET CLYP · ET HAST · ET CALC · | RITE NOVAVIT VOTO. Alia apud Mommsen n. 3633 (Henzen n. 5157): G · LART... | GABINIO · P · F | PAL · FORTVITO | DICTATORI · LAN | II VIR · CAPVAE etc. Front. *De col.* pg. 235 ed. Lachm.: « Lanuvium, muro ductum, colonia deducta a divo Iulio. ager eius limitibus Augusteis pro parte est adsignatus militibus veteranis, et pro parte virginum Vestalium lege Augustiana fuit. sed postea imp. Hadrianus colonis suis agrum adsignari iussit ». Cf. Liv. III 29, VI 2, XXVI 8, XLV 16. — Lanuvini (Liv. VI, 21) vel Lanivini (in lapid. rom.) sunt incolae Lanuvii. Liv. VIII, 14: « Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita cum eo, ut aedes lucusque Sospitae Iunonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano esset ». Inscr. apud Orell. n. 4014: IVNONI S · M · R | Q · OLIVS PRINCEPS | REDEMPTOR OPER | PVBLICORVM LANIVINORVM | DE · S · D · D. Naev. vs. 21: « Praenestini et Lanuvini hospites ». — Lanuvinus (Iul. Capitol. *Anton.* § 1) vel Lanivinus (in lapid. rom. apud Henzen n. 5177), Lanumvinus et Lanuvianus (Iul. Capitol. op. cit. § 8), adiect. ad Lanuvium (Lanivium?) pertinens, ut ager Lanuvinus (Horat. *Od.* III, XXVII, 3), SENATVS · P · Q · LANIVINVS (Orell. n. 3786), magistratus Lanuvinus (Liv. XLI, 20), IVNO LANVMVINA (cf. Fabr. cap. x n. 202 pg. 698) h. Iuno Lanuvina. In manubrio parvi cochlearis argentei, apud Maffei *Mus. ver.* 262, 3 (Orell. n. 1292): IVNONI LANVMVINAE SPS · SVLP · QVIRIN. Liv. XXIX, 14: « In aede Iunonis Sospitae Lanuvii cum horrendo fragore strepitum editum ». In lapide

apud Fabr. cap. IX n. 37 pg. 603: IVNONI · REG · SISPITAE · LANVMVIANAE. Cf. Colei Lanuvini, apud Cic. *Ep. fam.* IX, 22 = n. 659. — Lanuvius est gentilitium rom. apud Fabr. cap. IX n. 235 pg. 627 (C · LANVVI · Ͻ · L · FELICIONIS), et sublata digammo Lanuius apud eundem cap. III n. 232 pg. 153 (C · LANVIVS · C · L · SECVNDVS). Cf. Maffei *Mus. ver.* 156, 3 (LANIVIAE · L · C · LEVCE), Grut. 838, 1 (ANTONIA LANVVINA), et Murat. 1698, 13.

ꓘAOΔ (λαοδ), Λαοδάμεια (Laodamia), in gemma etr. n. 2524 (cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1839 pg. 102).

ΛΑΟΡΓΟΣ, *ἀνόσιος* (impius, nefarius), apud Siculos, teste Hesych. *Lexic.* II, 425. Idem est ac *λεωργός* (cf. *Thes. gr. ling.* s. h. v.).

?1A⅃ (lap), in vase etr. n. 2247.

ƧΑΝΟΔΕЯΑΠΑΛ (*λαπαρεδονας*), in lapide Messap. n. 2998.

LAPICINI, populi Liguriae. Liv. XLI, 23: « Cis Apenninum Garuli, et Lapicini, et Hercates ».

LAPIO, *durum efficio*, apud veteres. Pacuv. vs. 276: « Lapit cor cura, aerumna corpus conficit ». Paul. pg. 118: « Lapit, *dolore afficit* ».

?IИY1A⅃ (laptni), in vase volaterr. n. 359. Fortasse legendum la𐌇tni.

LAR -ris, deus domesticus, apud Etruscos. Prisc. pg. 645 P. (cf. ed. Keil. I, 149): « Lar quando significat *κατοικίδιον θεόν*, Laris facit genitivum ». Et Charis. pg. 136 = 110 P.: « Lar, si familiaris erit, genetivo Laris faciet ». Nominat. plur. Lares -ium vel -um facit, antiquiori orthographia LASES (cf. rad. sanscr. vas, *habitare*, cum Boppio *Gloss. scr.* pg. 312), quo nomine dicti sunt duo filii Larae seu Larundae nymphae. Ovid. *Fast.* II, 615 sq.:

« Fitque gravis, geminosque parit (*Lara*), qui compita (servant,
Et vigilant nostra semper in aede, Lares ».

Et Auson. *Edyl.* n. 343 vs. 9: « Nec genius domuum, Larunda progenitus Lar ». In tab. fratr. Arval.: MATRI LARVM OVES N̄ · II (Marini tab. XXXII, XLI sq.). Arnob. III, 41 pg. 133 Orell.: « Possumus, si videtur, summatim aliquid et de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse, ex eo quod Graeci vicos cognominant lauras. In diversis Nigidius scriptis modo tectorum domuumque custodes, modo Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iovis aeribus aliquando vagitum, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant Graeci Idaeos dactylos nuncupari [cf. Diomed. pg. 475 P.]. Varro similiter haesitans, nunc esse illos Manes, et ideo Maniam matrem esse cognominatam Larum: nunc aerios rursus Deos, et heroas pronunciat appellari: nunc antiquorum sententias sequens *larvas* esse dicit Lares, quasi quosdam genios, defunctorum animas mortuorum ». Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 51: *οὗτος οἱ Λάρητες ἐριννυώδεις τινές εἰσι καὶ τοίνυμοι δαίμονες, ἐπίσκοποι βίων καὶ οἴκων*. Plin. III, IX, 13: « Complexa montes septem, ipsa dividitur in regiones quatuordecim, compita Larium CCLXV ». Sacra iis fiebant publice quidem in compitis. Plin. XXXVI, 70: « Inde et in regia cubanti puero (*Servio Tullio*) caput arsisse visum, creditumque Laris familiaris filium (1): ob id Compitalia, et ludos Laribus primum instituisse ». Macrob. *Saturn.* I, 10: « Undecimo autem kalendas feriae sunt Laribus consecratae; quibus aedem bello Antiochi Aemilius Regillus, praetor in campo Martio curandam vovit ». Augustus vero Lares ornari bis anno instituit, vernis floribus et aestivis (Suet. in *Aug.* cap. 31). Ovid. *Fast.* V, 129 sq.:

« Praestitibus Maiae Laribus videre kalendae
Aram constitui, signaque parva deûm ».

Cf. Kalend. Venus. apud Orell. II, 591 (K · MAI · F · LVD · LAR), Varr. *De l. l.* V, 74 pg. 30, Apul. *De deo Socr.* pg. 689, Marini apud Visconti *Mus. Pio-Clem.* IV, 298 sgg., Inghir. *Monum. etr.* I 21, et Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* s. 527, anm. 174, 177 sq., 185 (vide A⅃A⅃ lala, ИA⅃A⅃ lalan, AЯA⅃ lara et ИAЯA⅃ laran). Lares saepe memorantur in lapidibus rom. apud Orell. n. 1321, 1588, 1654-1657, 1888, 2386, 2410 sqq., 2505. Inscr. apud Henzen n. 6118: LARIB · D · D · ROMANO | MORE · DEDICATA. Appellantur Compitales sive Quadrivii (Orell. n. 1664, 3958 sq.), Patrii (Horat. *Epod.* XVI, 19; cf. Ovid. *Heroid.* XIV, 83), Penates (Orell. n. 1589), Publici (Orell. n. 1668, 1719?, Henzen n. 5768), Publici Coloniae (Orell. n. 1669), Familiares (Henzen n. 5770; Plaut. *Aul.* prol. vs. 2, *Merc.* V, I 5, *Rud.* IV, VI 3; Cat. *De r. r.* cap. 43), Domestici (Orell. n. 1666; cf. Henzen n. 7389, et Plin. XXVIII, LXXXI, 5), Casanici (Henzen n. 5770 a), Paterni (Orell. n. 1667), Praestites (Ovid. *Fast.* V, 128), gr. *πραιστίτεις* (Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 51), Militares (Orell. n. 1665; Henzen n. 5631; Capella § 48 pg. 95), Permarini (Liv. XL, 52, Kalend. Praen. apud Orell. II, 404; cf. II, 410), Rurales (Orell. n. 5), Viales (Orell. n. 1672; Plaut. *Merc.* V, II, 25), Augusti (Orell. n. 782, 1662, 2033, 2424 sq., 3220, 3958 sq.; Henzen n. 6062, 6079, 6081, 6090, 6102). Cf. Lar vialis (Orell. n. 1762, 1894), Lar communis (Ovid. *Fast.* VI, 95), Lar privatus (Ovid. *Pont.* I, I, 10), Lares publici et privati (Plin. XXI, 8), Lar coelestis (Capella § 48 pg. 95), Lar omnium cunctalis (Capella § 55 pg. 99), Lar agrestis (Orell. n. 1604?), Lar victor (Orell. n. 1673), Lar sanctus (Henzen n. 6041), Lares et Familia (Henzen n. 7157), dii Lares Capeticorum gentilitatis et dii Lares Caperensis gentilitatis (Orell. n. 1663), Lares Taribucenbaci (Orell. n. 1671), Lares Volusiani (Orell. n. 1674). Laribus veteres sacrifica-

(1) Dionys. Halic. IV, 2: *ὁ κατ' οἰκίας ἥρως.*

bant (Suet. in *Aug.* cap. 31; Horat. *Od.* IV, v, 34. Cf. Paul. ex Festo pg. 69 s. v. *donaticae coronae*). Plaut. *Aul.* II, vii, 15 sq.:

« Nunc thusculum emi et hasce coronas floreas:
Haec inponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunatas faciat gnatae nubtias ».

Horat. *Od.* III, xxiii, 3 sq.: « Si thure placaris et horna Fruge Lares avidaque porca ». Id. *Sat.* II, iii, 164 sq.: « immolet aequis Hic porcum Laribus ». Marin. *Arval.* tabb. xxxii, xli, xliii: LARIBVS · VERVECES N̄ · II. Cf. Tibull. I, i 20 sqq., I, iii 34; Varr. *De l. l.* V 49 pg. 19, et V 74 pg. 30; Plin. II, v 5 et XXVIII, v 5; Iuven. *Sat.* IX, 137 sq.

𐌓𐌀𐌋 (lar), *Lar* vel *Lars*, gr. orthographià Λάρος (Dionys. Halic. V 21, XI 51), vel Λάρτας (Tzetz. *Chil.* VI, 39 vs. 202), praenomen etruscum, idem ac 𐌔𐌉𐌓𐌀𐌋 laris (genit. 𐌑𐌖𐌓𐌀𐌋 laruś et 𐌑𐌖𐌋𐌀𐌋 laluś), quod saepius scribitur 𐌈𐌓𐌀𐌋 larth, per compendium 𐌋, 𐌀𐌋, 𐌓𐌋, 𐌈𐌋, 𐌔𐌋, ?𐌙𐌋, 𐌈𐌀𐌋, 𐌕𐌀𐌋. Derivatur a Lare Etruscorum genio. *Epit de nom. rat.*: « Philo Lar Lartis praenomen est, sumptum a Laribus. Tuscum autem creditum est praenomen esse: fuitque consul Lar Herminius cum T. Virginio Tricosto ». *Può venire*, inquit Lanzius II 284 = 225, *da Laris figlio o da Larissa madre di Pelasgo* (Serv. in Virg. *Aen.* lib. i). Hygin. fab. cxxv: « ex Pelasgo Laris ». Nonnulli Lartem *regem* significare existimarunt (Dempster *De Etr. reg.* I, 137) vel *ducem* (Turneb. *Advers.* XVIII, 15), alii *summum* vel *dominum* (cf. Müller *Die Etr.* I 405, et Michelet *Hist. rom.* P. i lib. i ch. 1), ut cognationem habeat cum scotico *laird* (Orioli in *Album* XXIII 230) vel cum anglico *lord* (Grotefend *Zur geogr. und gesch. von Alt-Ital.* IV, 12 sq.). Vide 𐌈𐌍𐌓𐌀 (arnth) h. e. *Aruns*; et cf. Drakenborch ad Liv. I 277, 1102, Amaduzzi *Alphab. vet. Etr.* pg. xliii, Maffei *Osserv. lett.* IV 53, VI 119, 124 sg., 163, Passeri *Lett. Roncagl.* n. iii pg. 387 et *Acheront. diss.* cap. 9 pg. 387, Lanzi II 283 sgg. = 324 sgg., Hempel. *De diis Laribus* pg. 19, Heyn. *Etr. antiq.* etc. (in *Comm. Gotting. soc.* VII, 27), Müller *Die Etr.* II 408 sq. et *De Lar. et Penat.* pg. 53 sq., Inghir. *Monum. etr.* I 53 sg., Micali *Storia* etc. II 76 et 131, Maltebrun *Précis de la géogr.* VI 106, Altmeyer *Précis de l'hist. ancienne* § 77, Creuzer II, ii pg. 411 (Guigniaut), Gierig in Ovid. *Exc. IV*, I. Amati et Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* LVIII 307 et LXXXV 140 sg., Galvani *Delle genti* etc. pg. 82, Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* pg. 15 (ed. 2.ª), Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 167, et apud Vermigl. op. cit. pg. 132 sg., Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 7 et 13. Sic Lars Tolumnius (Liv. IV, 58), Lartis Tolumnii (Val. Max. IX, ix, 3), et Lartem Tolumnium (Liv. IV, 17; Serv. ad Virg. *Aen.* VI, 842); Lar vel Lars Porsena, gr. Λάρος Πορσῖνος (Dionys. V, 21), Lartem Porsenam (Liv. II 9; *Epit. de nom. rat.*) = Λάραν Πορσίναν (Plutarch. in *Popl.* XVI, 1); Lar Herminius (Liv. III, 65), Λάρος Ἑρμίνιος (Dionys. XI, 51), cos. u. c. an. cccvii, quem Λαρῖνον Ἑρμίνιον vocat Diod. Sic. XII, xxvii, 1. Hinc cognomen romanum LARISCVS (Grut. 648, 4 = Mommsen n. 6848) et diminut. Lariscolus (Lanzi II 283 = 224; ACCOLEIVS LARISCOLVS, in denario gentis Accoleiae), et gentilitium Lartius, gr. Λάρτιος (Plutarch. in *Popl.* XVI, 6), comparandum cum gr. Λαέρτης (Laertes), unde Λαερτιάδης et Λαερτίου παῖς h. e. *filius Laertis* (cf. Λαερτας in numo Coo apud Mionnet *Suppl.* VI, 571; ὦ παῖ Λαρτίου, apud Sophocl. in *Aiac.* vs. 1; et τὸν Λαρτίου μιμούμενοι, apud Aristoph. *Plut.* vs. 312). Romani Lartius aliquando scribebant, quod idem est ac Largius et Larcius (cf. etr. 𐌄𐌂𐌓𐌀𐌋 larce, et Drakenborch ad Liv. I 277, 328, 362, 814), ut Lartius Licinius (Plin. XIX, xi 2; XXXI, xviii 3; inscr. apud Grut. pg. 180) = Largius Licinius (Plin. *Epist.* II, 14). In titulis ex sepulcris perusinis:

𐌄𐌈𐌓𐌖𐌐𐌀 · 𐌓𐌀𐌋 (lar apurthe) = *Lars —ius.*
𐌄𐌕𐌀𐌚𐌀𐌂 · 𐌓𐌀𐌋 (lar cafate) = *Lars Cafatius.*
𐌄𐌕𐌀𐌍𐌉𐌕𐌍𐌄𐌔 : 𐌓𐌀𐌋 (lar sentinate) = *Lars Sentinatius.*
𐌄𐌕𐌀𐌍𐌉𐌓𐌖 : 𐌓𐌀𐌋 (lar urinate) = *Lars Urinatius.*
𐌄𐌍𐌀𐌋𐌉𐌕𐌖 · 𐌓𐌀𐌋 (lar utilane) = *Lars Utilianus.*
𐌄𐌕𐌄𐌍𐌄𐌅 · 𐌓𐌀𐌋 (lar venete) = *Lars Venetius.*
𐌉𐌔𐌋𐌄𐌐𐌖 · 𐌖𐌉𐌐𐌉𐌅 · 𐌓𐌀𐌋 (lar vipiu upelsi) = *Lars Vibius Obelsius.*
𐌀𐌍𐌈𐌄𐌐 : 𐌓𐌀𐌋 (lar pethna) = *Lars Paetinius.*

Cf. inscr. num. 547, num. 871, et vocc. sqq.

§ 2. *Lartis*, genit. sg., pro 𐌑𐌖𐌓𐌀𐌋 laruś, per compendium 𐌋, 𐌀𐌋 (la), 𐌋𐌀𐌋 (LAL), 𐌓𐌋 (lr), 𐌈𐌋 (lth), in ossuario perus. n. 1775 et in inscr. tarquin. n. 2320. In inscr. apud Furlan. *Lap. Patav.* pg. 425 n. 582: ....LIVS · LARTIS · F. Charis. pg. 136 = 110 P.: « Lar, si familiaris erit, genetivo Laris faciet, si Tolumni Porsennae Lartis ». Serv. in Virg. *Aen.* VI, 842: « Erit autem nominativus hic Lars, huius Lartis ». Cf. Prisc. pg. 645 P.

§ 3. *Lartia*, praenomen muliebre, pro 𐌀𐌓𐌀𐌋 lara et 𐌉𐌈𐌓𐌀𐌋 larthi vel 𐌀𐌉𐌈𐌓𐌀𐌋 larthia. In tegula etr. n. 116: 𐌉𐌐𐌀 : 𐌓𐌀𐌋 (lar api) = *Lartia Appia;* et in inscr. perus. n. 1214: 𐌉𐌂𐌓𐌀𐌋 𐌓𐌀𐌋 (lar larci) = *Lartia Larcia.* Cf. 𐌉𐌍𐌉𐌐𐌀 : 𐌓𐌀𐌋 (lar apini, n. 871), 𐌉𐌄𐌍𐌂𐌓𐌀[𐌋] 𐌓𐌀𐌋 (lar larcnei, n. 534 ter *l*), 𐌉𐌖𐌙𐌀 · 𐌓𐌀𐌋 (lar achui, n. 547), et inscr. perus. n. 1850 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 297 ad n. 118).

𐌀𐌓𐌀𐌋 (lara), *Lara* vel *Lartia*, praenomen muliebre, per compendium 𐌋, 𐌀𐌋 et 𐌓𐌀𐌋, pro 𐌈𐌓𐌀𐌋 larth et 𐌉𐌈𐌓𐌀𐌋 larthi h. e. 𐌀𐌉𐌈𐌓𐌀𐌋 larthia, in operculo ossuarii perus. n. 1953 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 283 ad n. 275).

LARA et Larunda, una Naiadum Tiberis, filia Alimonis (Ovid. *Fast.* II 585 sqq.). Varro *De l. l.* V, 74 pg. 30 Larundam sabinam vocem esse docet. Vide voc. sq.

ИAЯAɅ (laran), *Lara*, genius quidam apud Etruscos (Lanzi II 201 sg. = 159 sg.), idem ac ИAɅAɅ lalan (cf. MVɅAɅ lalus = MVЯAɅ larus), et AɅAɅ lala vel AƧAɅ lasa, et fortasse *Martem* designat vel alium daemonem (Gloss. vet. a Lanzio II 202 = 160 cit., Λαρα et Λαρυνδα μήτηρ δαιμόνων), in monumentis artis etruscae (Gori *Mus. etr.* III 106 sq., 112 sq., Passeri *Paralip.* pg. 26 et *Lett. Roncagl.* n. IX pg. 304 sg., Braun in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIII = 1851 pgg. 147-150; cf. Lenormant et De Witte *Monum. céram.* I, 222, *Mus. etr. vatic.* vol. I ad tab. XXVIII, 1, Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* anm. 186 et in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1860 pg. 144, Maffei *Osserv. lett.* VI 33 sg.), videlicet in duobus speculis, n. 477 cum ƧИAɅΘƎM (sethlans?), ИVɅ8V8 (fuflun) et MIЯAM (maris), et n. 2474 cum VɅ1A (aplu), AVЯИƎM (menrva), et ИAЯV+ (turan).

+MAƧAɅ (larast), in candelabro etr. n. 2586. Cf. *Mus. etr. vatic.* I, 8, et Gennarelli *La moneta prim.* pg. 133.

LARGITVDO, *largitas*, subst. f. Charis. pg. 101 = 78 P.: « largitudo nusquam invenitur nisi apud Nepotem ».

LARDARIVM, lardi frustum (ital. *lardello*). Not. Tiron. pg. 161: « Lardum, lardaria ». Vide voc. sq.

LARDARIVS, *qui lardum vendit*. Inscr. apud Grut. 647, 4: L · NEFFINIVS | POTITI · L | PRIMVS | LARDARIVS | SIBI · ET .....

ɅVⵖƎЯAɅ (larezul), quod legitur in cippo perus. n. 1914*A* lin. 1, *Laresiae* genit. sg. e AЯAɅ lara exponit Vermigl. *Inscr. per.* pg. 87 (cf. AƧIЯAɅ larisa). Laretia est nomen mulieris in titulo sepulcr. apud Doni cl. V n. 37 pg. 170.

LARENTIA vel Laurentia, Ἄκκα Λαρεντία (Diocl. Pepar. fragm. n. 2; Plutarch. in *Rom.* IV 7, *Quaest. rom.* cap. 35), Faustuli uxor (Liv. I, 4, Fest. *Qu.* XIII, 6 pg. 269, Aul. Gell. VI, 7, Aur. Vict. *Orig. gent. rom.* XX 3, XXI 1, Minuc. *Octav.* cap. 25, Lactant. I, 20, Noris *Coenotaph. Pis.* diss. 3 cap. 5; vide ACCA), in cuius honorem feriae Larentalia vel Larentinalia (Diocl. Pepar. loc. cit., et Plutarch. loc. cit.: Λαρεντίαν καλοῦσι τὴν ἑορτήν). Ovid. *Fast.* III, 55 sqq.:

« Non ego te, tantae nutrix Larentia gentis
  Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.
Vester honos veniet, quum Larentalia dicam:
  Acceptus geniis illa december habet ».

LITERNVM, Λίτερνον (Strab. V, IV, 4) vel Λείτερνον (Ptol. III, 1), hodie *Tor di Patria*, oppidum Campaniae (Plin. III, IX 9, XXXV, LXI 2; Mela II, IV, 9), ad Liternum amnem. Strab. loc. cit.: Πόλεις δ' ἐπὶ μὲν τῇ θαλάττῃ μετὰ τὴν Σινόεσσαν Λίτερνον, ὅπου τὸ μνῆμα τὸ Σκιπίωνος τοῦ πρώτου προσαγορευθέντας Ἀφρικανοῦ... Παραρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. Frontin. *De col.* pg. 235: « Liternum, muro ductum, colonia ab Augusto deducta ». Cf. Liv. XXIII 35, XXXIV 45. — Liternus et Literninus, adiect. ad Liternum pertinens, ut Liternus ager (Cic. *Agr.* II, 25), Liternina villa (Val. Max. II, X, 2), Literninum rus (Plin. XIV, V 3, XVI, LXXXV 1) = Literni rus (Liv. XXXVIII, 53; Sen. *Ep.* n. LXXXVI, 2) et absol. Literninum (Liv. XXXVIII, 52).

LITERNVS, Λίτερνος (Appian. *De bell. civ.* I, 39), fluvius Campaniae (Liv. XXXII, 29), a quo Liternum oppidum appellatum (cf. Strab. V, IV, 4 cit. ad v. LITERNVM). Cum Liri confundit Appian. loc. cit. (ὅσα τε ἄλλα ἀπὸ Λίριος ποταμοῦ, ὃν νῦν μοι δοκοῦσι Λίτερνον ἡγεῖσθαι). Sil. Ital. VI, 653 sq. (cf. VIII 530):

« Hic dum stagnosi spectat templumque domosque
Literni ductor, etc.

Liv. XXII, 16: « Poenus contra inter Formiana saxa ac Literni arenas stagnaque perhorrida situ hibernaturus esset ». Ovid. *Metam.* XV, 713 sq.: « Lentisciferumque tenentur Liternum ». — Liternus, adiect. ad Liternum pertinens (Sil. Ital. VII, 278), ut Literna palus (Stat. *Silv.* IV, III, 66).

ΛΙΤΡΑ, apud Siculos, pro pondere usurpata, idem ferme pensante quod Atticae mina vel στατήρ (Salmas. *De mod. usur.* cap. XI pg. 233 sq.). Hesych. *Lexic.* II, 489: Λιτροσκόπους· αργυραμοιβούς. Ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται, Λίτρα.

LITTAMVM, oppidum Rhaetiae, apud Antonini *itiner.* pg. 280.

LITVBIVM, oppidum Liguriae, apud Liv. XXXII, 29 (vide CLASTIDIVM).

LIVENTER, *libenter*, adverb., in lapide Campano apud Mommsen n. 4063.

LIVIA, nomen mulieris, apud Pisaurenses, in lapide n. 77 (vide DEDA).

LIVILLA, diminut. Liviae, apud Suet. *Cal.* cap. 7. Cf. Thesaur. epigr. Grut. et Murat.

LIVIVS. Vide POSTVMIVS.

ΛΙΦΛΟΝ, oppidum Latii, apud Diod. Sic. XIV, cii, 4. Vide LABICVM.

?ƆꟻI (lc), in lapide etr. n. 456.

ΟΛ (ΛΟ), et ΛΟΚ, pro ΛΟΚΡΩΝ, in numis n. 3043. Vide LOCRI.

ΛΟΓΓΑΝΟΣ, *Longanus*, fluvius Siciliae, per Mylaeum campum decurrens (Polyb. I, ix, 7, περὶ τὸν Λογγανὸν).

ΛΟΓΓΩΝΗ, oppidum Siciliae. Steph. Byz.: Λογγώνη, Σικελίας πόλις. ὁ πολίτης Λογγωναῖος. Φίλιστος δεκάτῳ. In numo aeneo n. 3078 ΛΟΓ. Cf. *Thes. gr. ling.* s. h. v.

ΛΟΓΕΤΙΒΑΣ, in inscr. Messap. n. 2999.

LOEBASIVS, *Liber*, deus apud Sabinos, e LOEBER = *liber*. Serv. ad Virg. *Georg.* I, 7: « Quamvis Sabini *Cererem*, *panem* appellent, *Liberum*, Loebasium: dictum autem, quia Graeci λοιβὴ dicitur res divina ».

LOEBERTAS, *libertas*, apud veteres. Vide voc. sq.

LOEBER, *liber*, adiect., apud veteres. Paul. pg. 121: « Loebesum et loebertatem antiqui dicebant *liberum* et *libertatem*. Ita Graeci λοιβὴν et λείβειν ».

LOEDVS, *loidus* (ludus), subst. m., antiquo scribendi more. In titulo capuano (Append. n. xlix): EIDEMQVE LOEDOS FECERE.

ΛΟΘΡΟΝΟΣ, h. e. *Vulturnus*, fluvius Campaniae, apud Plutarch. in *Fab. Max.* VI, 2 (Λοθρόνος ποταμὸς). Vide VOLTVRNVS.

LOIDVS, *loedus* (ludus), subst. m., antiquo scribendi more. In titulis capuanis: LOID · FEC · (Append. n. xlviii) et LOIDOS · FECERVNT (Append. n. xlvii).

ΛΟΙΤΑΝΟΣ, fluvius Siciliae, prope Messanam (Diod. Sic. XXII, xiii, 2).


ꓘOKAN (lokan), *locavit*, fortasse pro lokafed, in lapide tudertino n. 864 lin. 7 (Aufr. et Kirch. II 395, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 510, 651).

LOCARIVM, pretium, « quod datur, in stabulo et taberna ubi consistant (Varr. *De l. l.* V, 15 pg. 7) ».

LOCASSIM et locassint, *locaverim* et *locaverint*, apud veteres. Plaut. *Aul.* II, ii, 51: « Nunc si filiam locassim meam tibi etc. ». Antiqua lex apud Cic. *De leg.* III, iv, 11: QVOS CENSORES IN PARTIBVS POPVLI LOCASSINT.

ΛΟΚΡΑ, fluvius Corsicae, apud Ptol. III, 2 (Λόκρα ποταμοῦ ἐκβολαί).

LOCRI, Λοχροὶ (Ptol. III, 1 Λοκροὶ πόλις; Thucyd. VII 4, 35, VIII 91; Polyb. X, 1; Diod. Sic. XII 54, XXVII 4; Pausan. *Lac.* XIX 3 et 12, *Eliac. sec.* VI 4; Aelian. *Var. hist.* III 16; Scyl. Caryand. § 13; Scymn. Ch. vs. 308; Dicaearch. Messen. fragm. n. 31) h. e. Locri Zephyrii (Plin. III, x, 3), Λοκροὶ Ἐπιζεφύριοι (Strab. VI, i, 7; Herod. VI, 23; Thucyd. VII, 1; Appian. *De reb. Samn.* cap. 11; Plutarch. in *Marc.* XXIX 2, et *De se ips. laud.* cap. 11; Clearch. Solens. *Vitar.* fragm. n. 6), oppidum Italiae inferioris (Plin. II, lxii 1 et xcviii 2, VII, xlviii 1; Liv. XXIV 2, XXVII 25, XXIX 6 sqq., 16 sqq., XXXI 13). — Incolae sunt Locrenses (Liv. XXIII 30, XXIV 1, XXIX 6 sqq., 16 sqq.; Cic. *Verr.* II, v, 34) vel Locri (Liv. XXII 61; Cic. *De nat. deor.* II, 2), gr. Λοκροὶ (Strab. VI, i, 8 sqq.; Thucyd. III 99, 103, 115, IV 1, 24 sq., V 5, VI 44; Polyb. I 20, XII 5 sq., 8, 10 sq.; Diod. Sic. VIII 25, 32, XXVII 4; Pausan. *Lac.* XIX 12, *Eliac. sec.* XIX 5; Aelian. *De nat. anim.* V 9, *Var. hist.* II 22, IX 8, et fragm. n. 177; Aristot. fragm. n. 230; Appian. *De bello Ann.* cap. 55; Dicaearch. Messen. fragm. n. 31; Clearch. Solens. *Vitar.* fragm. n. 10), cognomine Epizephyrii, gr. Ἐπιζεφύριοι (Strab. XVII, iii 18; Aelian. *Var. hist.* II, 37; Scymn. Ch. vs. 113; Aristot. *Polyt.* II, ix, 5), colonia eorum Locrensium, qui in sinu Crisaeo habitant, ab Evanthe deducta. Strab. VI, i, 7: Εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ, μικρὸν ὕστερον τῆς (ἀπὸ) Κρότωνος καὶ Συρακουσσῶν κτίσεως ἀποικισθέντες ὑπὸ Εὐάνθους· Ἔφορος δ' οὐκ εὖ, τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν ἀποίκους φήσας. ἔτη μὲν οὖν τρία ἢ τέτταρα ᾤκουν ἐπὶ τῷ Ζεφυρίῳ· εἶτα μετήνεγκαν τὴν πόλιν, συμπραξάντων καὶ Συρακουσίων· † ἅμα γὰρ οὗτοι, ἐν οἷς· καὶ ἔστιν ἐκεῖ κρήνη Λοκρία, ὅπου οἱ Λοκροὶ ἐστρατοπεδεύσαντο. εἰσὶ δ' ἀπὸ Ῥηγίου μέχρι Λοκρῶν ἑξακόσιοι στάδιοι. ἵδρυται δ' ἡ πόλις ἐπ' ὀφρύος, ἣν Ἐσῶπιν καλοῦσι. Numi n. 3042 habent ΟΛ (ΛΟ), ΛΟΚ et ΛΟΚΡΩΝ. Inscr. apud



Orell. n. 1799: IOVI OPTI|MO MAXIMO | DIIS DEABVS|QVE IMMOR|TALIBVS ET ROMAE | AETERNAE | LOCRENSES. De Locrensium moribus et legibus locutus Heracl. *De reb. publ.* cap. 30, Aristox. Tarent. fragm. n. 36 et n. 49, Clearch. Solens. *Vitar.* fragm. n. 6 et n. 40, et Maxim. Tyr. *Dissert.* XXVI, 8. Locris, gr. Λοκρὶς (Polyb. I, 56; Diod. Sic. IV 22, XII 54, XIV 44; Pausan. *Eliac. sec.* VI 4, XIX 5), est Locrorum regio. Locrensis (Plin. XI, xxxii, 4), gr. Λοκρὸς, adiect. ad Locros s. Locrenses pertinens, ut Λοκρὸν ῥόδον (Lycophr. vs. 1429), Ζάλευκος Λοκρὸς (Diod. Sic. XII, 20; Aelian. *Var. hist.* II, 37; Aristot. fragm. n. 230), Λοκρὸς Ξενόκριτος καὶ Ἐράσιππος (Heracl. *De reb. publ.* cap. 30; cf. Glauc. Rheg. fragm. n. 4), et Λοκρὸς Μνασέας (Nymphod. Syrac. fragm. n. 11). Item Λοκρικὸς, ut Λοκρικὴ πόλις (Aelian fragm. n. 41). Athen. XIV pg. 639 A: Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν τὰ ἐρωτικά, φησὶν ᾄσματα καὶ τὰ

Λοκρικὰ καλούμενα, οὐδὲν τῶν Σαπφοῦς καὶ Ἀνακρέοντος διαφέρειν.

ΛΟΚΡΙΑ, fons, in Locrensium agro (Strab. VI, I, 7). Vide LOCRI.

LOCVOR, *loquor.* In lapide sepulcr. apud Doni cl. II, n. 196: DE · CVIVS · FAMA · MVLTI · CVM · LAVDE LOCVNTVR. Cf. Corssen *Ueber aussprache* etc. I, 35 et 308.

LOLIANVS, *Lollianus,* adiect. ad Lollium pertinens. Est cognomen rom. in lapide apud Grut. 28, 5.

ΛΟΛΙΟΣ, nomen virile, apud Samnites. Zonar. *Ann.* VIII, 7: Λόλιός τις ἀνὴρ Σαυνίτης. Cf. PALICANVS.

LONGAVO, genus farciminis (Arnob. VII, 24; Apic. IV, 2). Varro *De l. l.* V, 111 pg. 44: « Tertium fartum est longavo, quod longius quam duo hila ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *longano* vel *longabo.*

LONGISCO, *longus fio.* Ennius vs. 429 sq.: « neque corpora firma Longiscunt quicquam »; et vs 480: « Cum soles tandem faciunt longiscere longe ».

LONGISTRORSVS, *in longum*, adverb., apud Paul. pg. 120.

LONGITIA, *longitudo,* subst. f., apud rei agr. script. (*Gromat. vet.* pgg. 316, 321, 333, 363 ed. Lachm.). Adde Veget. VI, II 2 codd. *longitia* vel *longicia.*

LONGVLA, Λογγόλα (Dionys. Halic. VI 91, VIII 36, 85), oppidum Volscorum, non longe a Coriolis (Liv. II 39, IX 39). Liv. II, 33: « alter (*consul*), ad Volscum bellum missus, Antiates Volscos fundit fugatque: compulsos in oppidum Longulam persecutus, moenibus potitur ». Incolae sunt Longulani apud Plin. III, IX, 16.

LOQVS, *locus,* subst. m. In titulo sepulcr. apud Maffei *Mus. ver.* 151, 4: LOQVS HIC · EST.

LORACINA, Latii fluvius, circa Antium. Liv. XLIII, 6: « aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinae duceret ».

LORENTIVS, *Laurentius.* Vide LAVRENTVM.

LORETVM. Vide LAVRETVM.

ꓘODI (lori), in lapide Patav. n. 58.

LORIVM vel Lorii -orum, oppidum Etruriae. Iul. Capitol. in *Anton. Pio* cap. 12 (cf. cap. 1): « atque ita conversus quasi dormiret, spiritum reddidit apud Lorium ». Eutrop. VIII, 8: « Obiit apud Lorium villam suam, miliario ab urbe XII ». Antonini *itiner.* pg. 290 « Loria ». Aur. Vict. *De Caes.* cap. 16: « apud Lorios ».


ꓘOSNA, *Luna* (gr. Σελήνη), e rad. luc-, *luc-ere,* in etrusco speculo n. 2689 (Maffei *Oss. lett.* VI, 96; Lanzi I 162 sg. = 123, II 234 = 186; Millin *Gal. myth.* II, 17; Lepsius *De tab. eugub.* pg. 60; Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* s. 525 anm. 91). Etiamnunc Pedemontani aliique *losna* pro *baleno* (fulgore) dicunt, apud Romandiolae populos *lusna.* Cf. IИMVꓘ (lumni).

LOTARIA, h. e. quae pannos lavat. Inscr. apud Murat. 908, 6: IVNIA · FAVORINA AVGVS · N̄ · SERVA LOTAR.

LOTVS, *lautus,* adiect., agnoscitur a Prisciano pg. 39 = 562 (vide COTES).

LOVF[RVD], *libero,* adiect. abl. sg. m. 2 decl., apud Samnites, e rad. LOVF- pro LOEB- = *lib-,* unde etiam ꟻIƎЯꟻVꓘ lúvfreís = *Liberi* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 58 sqq., Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 21 sq.). Tab. Bantina n. 2897 lin. 8: DAT · CASTRID · LOVF[RVD] = *de agro libero* (Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange op. cit. s. 87). Loufirud legit Mommsen (*Die unterit. dial.* s. 145 et s. 273).


LOVCANIA et Lucania, Λευκανία (Strab. VI, I, 1 et 4; Appian. *De bell. civ.* I, 90; Plutarch. in *Crass.* X 4, in *Cic.* XXXI 4 et XXXII 1, in *Brut.* XXIII 1), hodie *Basilicata,* regio Italiae in Magna Graecia, Bruttiis, Apuliae et Campaniae contermina (Plin. XXXVII, LXVII, 2; Liv. XII, 21; Horat. *Sat.* II, I, 38). Scyl. Caryand. § 12: Σαυνιτῶν δὲ ἔχονται Λευκανοὶ μέχρι Θουρίας. Ὁ πλοῦς δὲ ἐστι παρὰ Λευκανίαν ἡμερῶν ς' καὶ νυκτῶν ς'. Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή. Ἐν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε· Ποσειδωνία, Ἐλέα, Λᾶος Θουρίων ἀποικία, Πανδοσία, Πλατεεῖς, Τερίνα, Ἱππώνιον, Μέσμα, Ῥήγιον ἀκρωτήριον καὶ πόλις. In titulo ex Scipionum sepulcro n. 2707: SVBIGIT · OMNE · ꓘOVCANA · OPSIDESQVE · ABDOVCIT. Memoratur etiam in inscr. apud Orell. n. 1074, 1187, et Henzen n. 6524, 6745, 6932. — Lucani (Plin. II, LVII 1, III, XVI 5, VIII, VI 1; Cic. *Tusc.* I, 37), gr. Λουκανοί (Ptol. III, 1; Strab. codd. V, I, 3) et saepius Λευκανοί (Strab. V, I 3 et V 4, VI, I 1 sqq. et III 4; Scymn. Ch. vs. 246; Polyb. II 24, X 1; Diod. Sic. XIV 91, 101 sq., XVI 5, 61, 63, XX 104, XXXVII 2; Paus. *Att.* XI, 3 et 7; Aelian. *Var. hist.* IV 1, et fragm. n. 458; Appian. *De bello Ann.* capp. 35, 37, 43, 49, *De bell. civ.* I 39, 51, 53, 91; Diog. Laert. VIII, I, 15; Iambl. *De Pythag. vita* § 241; Porphyr. *De vita Pythag.* § 22; Isocr. *Orat. de pace* § 50; Plutarch. in *Timol.* XXXIV 3, in *Pyr.* XIII 8, XVII 8, in *Syl.* XXIX 7), in numis n. 2896 ΛΟΥΚΑΝΟΜ et ΛΥΚΙΑΝΩΝ



= Λουκανῶν vel Λευκανῶν (Lucanorum), sunt Lucaniae incolae, a Samnitibus orti, duce Lucio (Strab. V, III 1, VI, I 3 et 13). Plin. III, X, 1: « novissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio ». Paul. pg. 119: « Lucani appellati dicuntur, quod eorum regio sita est ad partem stellae luciferae, vel quod loca cretosa sunt, idest multae lucis, vel a Lucilio duce, vel quod primitus in luco consederunt ». Recentiores vero putant

a luporum copia, qui graece λύκοι dicuntur, Lucaniam appellatam fuisse. Iul. Valer. *Rer. gest. Alex. M.* I, 16: « pergit ad Lycaoniam, cui nunc aetas recens nomen Lucaniae dedit ». Strab. VI, I, 2: Κατὰ μὲν δὴ τὴν Τυρρηνικὴν παραλίαν ταῦτ' ἐστὶ τὰ τῶν Λευκανῶν χωρία, (ἃ) τῆς ἑτέρας οὐχ ἥπτοντο θαλάττης πρότερον· ἀλλ' οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτουν οἱ τὸν Ταραντῖνον ἔχοντες κόλπον. πρὶν δὲ τοὺς Ἕλληνας ἐλθεῖν οὐδ' ἦσάν πω Λευκανοί· Χῶνες δὲ καὶ Οἴνωτροὶ τοὺς τόπους ἐνέμοντο. τῶν δὲ Σαυνιτῶν αὐξηθέντων ἐπὶ πολὺ καὶ τοὺς Χῶνας καὶ τοὺς Οἰνωτροὺς ἐκβαλόντων, Λευκανοὺς δ' εἰς τὴν μερίδα ταύτην ἀποικισάντων, ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τὴν ἑκατέρωθεν παραλίαν μέχρι Πορθμοῦ κατεχόντων, πολὺν χρόνον ἐπολέμουν οἵ τε Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους. A Lucanis Bruttii originem habuere (Strab. V, III 1, VI, I 4). Iustin. XXIII, 1: « Primi igitur hostes illi Brutii fuere, qui et fortissimi tum, et opulentissimi videbantur, simul et ad iniurias vicinorum prompti. Nam multas civitates Graeci nominis Italia expulerant: auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, et pacem cum his, aequis legibus, fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini suae parcerent. Namque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus et Spartani, instituere soliti erant ». De rebus ab eis gestis vide Liv. VIII 17, 19, 25, 27, IX 20, X 11 sq., 18, XXII 61, XXV 1, 16, XXVII 15, XXVIII 11; Iustin. XII 2, XVIII 1, XXI 3; Plutarch. in *Timol.* XXXIV 3, in *Pyr.* XVI 3 et XXV 2, in *Cat. min.* XX 1, in *Syl.* XXIX 7. — Lucanus (Liv. VIII 24, 27, X 13; Horat. *Sat.* II, I, 34), gr. Λευκανὸς (Plutarch. in *Fab. Max.* XX 4, in *Syl.* XXIX 2) vel Λευκανίδος (Strab. VI, I, 1), adiect. ad Lucaniam pertinens, ut Lucanus ager (Cic. *Phil.* XIII, 5; Plin. III, X, 1), Lucani montes (Liv. IX, 17), Lucanum mare (Stat. *Silv.* III, II, 85), Λευκανὶς λίμνη (Plutarch. in *Cras.* XI, 1), Lucanum vinum (Plin. XIV, VIII, 9; Varr. *De r. r.* I, 25), Lucanus saltus (Horat. *Epist.* II, II, 178), Lucana pascua (Horat. *Epod.* I, 28), Lucanae legiones (Liv. VIII, 24), Lucanus aper (Horat. *Sat.* II, VIII, 6), Lucanus ursus (Mart. *De Spect.* n. 8), Lucana nix (Horat. *Sat.* II, III, 234), Stenius Statilius Lucanus (Plin. XXXIV, XV, 1). Λουκανιος est nomen virile apud Plutarch. *Quaest. conv.* V, III, 1. Vide LVCANA.

LOVCERIA et Luceria, Λουχερία (Strab. VI, I 11, et III 9) vel Λουκερία (Polyb. III, LXXXVIII 5, C 1 et 3), oppidum Apuliae (Liv. IX 2, 12 sqq., XXII 9, XXIII 37, XXIV 3; Cic. *ad Att.* VII, 12 = n. 305, *Cluent.* cap. LXIX; Caes. *De bell. civ.* I, 24), Dauniorum colonia (Plin. III, XVI, 5). Liv. IX, 26: « Eodem anno [U. C. an. CDXL], prodito hostibus romano praesidio, Luceria Samnitium facta. nec diu proditoribus inpunita res fuit. Haud procul inde exercitus romanus erat: cuius primo inpetu urbs, sita in plano, capitur. Lucerini ac Samnites ad internecionem caesi. eoque ita processit, ut Romae quoque, quum de colonis mittendis Luceriam consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent. Praeter odium, quod exsecrabile in bis captos erat, longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat. Vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni. duo millia et quingenti missi ». Cf. Polyb. III, 88. Diod. Sic. XIX, LXXII, 8: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ τὰ κατὰ τὴν Ἀπουλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν, ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκερίαν πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. Oppugnatur a Samnitibus. Liv. X, 35: « Quum ad Luceriam duceret legiones (*M. Atilius cons.*), quam obpugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ibi ita vires aequavit ». Ibi templum erat, in quo Minerva Iliaca colebatur. Strab. VI, III, 9: Ἐν μὲν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τῆς ἐν Λουχερίᾳ παλαιὰ ἀναθήματα· καὶ αὕτη δ' ὑπῆρξε πόλις ἀρχαία Δαυνίων, νῦν δὲ τεταπείνωται. Cf. Cic. *Ep. fam.* XV 15 = n. 424, *ad Att.* VIII 11 = n. 334; Lucan. II 473; Horat. *Od.* III, XV 4. Numi n. 2917 habent ⊦OVCERI, aliique n. 2918 ⊦ et ROMA (cf.



Avellin. *Opusc.* II, 63, et in *Bullett. arch. nap.* I 129, II 199, III 67 sgg.; Riccio *Monete di Luceria*, et *Repert.* etc. pg. 29-36). Inscr. apud Mommsen n. 949 (Henzen n. 5187): L · VIBIENVS · L · F · CLA · LICIN[VS] | II · VIR · SIPONTI · IIII · VIR · LVCERIA | VIBIENA · L · F · SOROR. — Eius incolae Lucerini (Liv. IX 2, 26, X 35, XXVII 10). Lucerinus (Liv. X, 35), adiect. ad Luceriam pertinens, ut ager Lucerinus (Front. *De col.* pgg. 210, 261). — Lucerinus est cognomen rom. apud Mommsen n. 1651 et n. 1456.

LOVCETIOS, *Loucetius* (Lucetius), cognomen Iovis, ut Leucesius (= DIESPITER), e rad. LOVC-, vel -ꓘƎVꓘ luvk-, apud Oscos (Müller *Die Etr.* I, 38). Mar. Victor. pg. 2459 P.: « Sic *u* quod apud illos (*Graecos*) iunctum *o* literae *υ* facit syllabam, nostri etiam quoties eiusdem soni longa syllaba scribenda esset et ipsa adiungebant *o* literae. Inde scriptum legitis Loucetios, nountios et loumen etc. ». Virg. *Aen.* IX, 569 sq.:

« Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis
Lucetium, portae subeuntem, ignisque ferentem ».

Ubi Servius: « Solum hoc nomen est, quod dictum a Virgilio a nullo alio reperitur auctore. Sane lingua osca Lucetius, est *Iuppiter*, dictus a luce, quam praestare

hominibus dicitur. Ipse est nostra lingua Diespiter, id est *diei pater* ». Paul. pg. 114: « Lucetium *Iovem* appellabant, quod eum lucis esse causam credebant ». Aul. Gell. V, 12: « Lucetium autem *Iovem* Cn. Naevius in libris belli Poenici appellat ». Macrob. *Saturn.* I, 15 (vide ITIS): « nam cum *Iovem* accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carmine canunt, et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant ». Gloss. apud Labb.: « Lucerius, Ζεύς ». Cf. Mars Loucetius in inscr. apud Henzen n. 5899, et etr. ƧI+ƎƆƎ⅃ lecetis. — Iuno quoque Lucetia appellatur. Mart. Capella § 149 pg. 199: « Sive te Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucetiam convenit nuncupari ». — Lucetius est gentilitium rom. apud Grut. 626, 6.

ⱶOVCINA, *Lucina*, gr. Εἰλείθυια, dea partuum praeses (Io. Lydus *De mens.* pg. 264 sq. ed. Hase), eadem ac Luna (e *luc-na* = ⱶOSNA) seu Diana, quae et Iuno Lucina et Diana Lucina vocatur (Varro *De l. l.* V, 74 pg. 30), e rad. LOVC-, osc. -ꓘƎV⅃ luvk-, *luc-ere* (vide LVCETIA). Macrob. *Saturn.* VII, 16 pg. 696: « Lucina a parturientibus invocatur, quia proprium eius munus est distendere rimas corporis, et meatibus viam dare; quod est ad celerandos partus salutare ». Plin. XVI, LXXXV, 1: « Romae vero lotos in Lucinae area, anno qui fuit sine magistratibus CCCLXXIX Urbis, aede condita, incertum ipsa quanto vetustior. Esse quidem vetustiorem non est dubium, quum ab eo luco Lucina nominetur: haec nunc circiter annum CCCCL habet ». Paul. pg. 304 (et Fest. *Qu.* XIV, 10 pg. 305): « Supercilia in Iunonis tutela esse putabant, quod his proteguntur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Iunonem; unde et Lucina dicta est ». Terent. *Adelph.* III, IV, 41, et *Andr.* III, II, 6: « Iuno Lucina, fer opem! serva me, obsecro ». Ubi Donatus addit, Iunonem Lucinam Iunonis filiam esse. Ovid. *Fast.* VI, 39 sq.:

« An faciant mensem luces, Lucinaque ab illis
Dicar, et a nullo nomine mense traham? ».

Et *Fast.* II, 449 sqq.:

« Gratia Lucinae: dedit haec tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.
Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis;
Maturumque utero molliter effer onus ».

Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 77: καὶ Λουκίναν, Ἥραν καλοῦσιν οἷον φωτεινὴν, ἢ φωτίζουσαν· καὶ νομίζουσιν ἐπὶ ταῖς λοχείαις καὶ ὠδῖσι βοηθεῖν, ὥσπερ καὶ τὴν σελήνην, « διὰ κυάνεον πόλον ἄστρων, διά τ' ὠκυτόκοιο σελάνας » εὐτοκεῖν γὰρ ἐν ταῖς πανσελήνοις μάλιστα δοκοῦσι. Cf. Virg. *Ecl.* 8, et *Georg.* III 60, IV 339, Horat. *Epod.* V 5, Plaut. *Aul.* IV, VII 11, Senec. *Med.* vs. 1 sq., Ovid. *Ars am.* III 785, Tibul. III, IV 13. Templum Iunonis Lucinae, apud Ceretanos Etruriae, Pelasgi condiderunt (Strabo V, II, 8). Iuno Lucina saepe invenitur in lapidibus romanis, apud Orell. n. 874, 1294, 1295?, 1297 sq., 3148, et apud Henzen n. 6983, antiquiori orthographia IVNO ⱶOVCINA (n. 77*a*), dandi casu IVNONE ⱶOVCINA (Garrucci *Scop. falische* in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 232) vel IVNONE · ⱶOVCINAI et IVNONEI ⱶOVCINA (Mommsen n. 6762), pro Iunonei Loucinai. Lamella aenea n. 2689 bis:



Restitui (vide CASTVS § 2): Iunonei Loucinai [arnud c]astud facitud h. e. *Iunoni Lucinae agno casto facito;* at Mommsen: Iunonei Loucinai [die nef]astud facitud. Sive fastud sive nefastud legendum putat cl. Petrus Capei.

LOVMEN, *lumen*, subst. n., factum e louc-men, quod e rad. louc-, *luc-ere*, apud veteres (Mar. Victor. pg. 2459 P., cit. ad voc. LOVCETIOS).

AꟼЯƎ↓O⅃ (locherta), *Lucerta*, cognomen mulieris. In titulo falisco n. 2452: AꟼЯƎ↓O⅃ : AƎИƎꟼЯƎƆ : AIMIV (vipia vertenea locherta) = *Vibia Vertenia Lucerta.*

q⅃ (lr) vel Ɑ⅃ (lr), *Lar* vel *Lars*, praenomen virile etr., pro qA⅃ lar = OqA⅃ larth, in titulis sepulcralibus: VqꟻƎ1 : q⅃ (lr petru) = *Lar Petrius*, et IMIꟻ : q⅃ (lr vipi) = *Lar Vibius.* Adde inscr. etr. n. 887 bis. Aliquando postponitur gentilitio, ut in Ɑ⅃ · AИOƎ⅃A (alethna lr) = *Aletinius Lar* (Lar Aletinius), et q⅃ · ƧƎ+A8AƆ (cafates lr) = *Cafatius Lar* (Lar Cafatius).

§ 2. *Laris* vel *Lartis*, genit. sg. (cf. ƧIqA⅃ laris et OqA⅃ larth). In lapid. etr.: q⅃ · q⅃ · ƧƎ+A8AƆ (cafates lr lr) = *Cafatius Lar Laris* filius; et Ɑ⅃ AИƆqA⅃ · OA (ath larcna lr) = *Attius Larcanius Laris* filius. Adde inscr. etr. n. 1946, et n. 2620.

? MI⅃⅃ (lris), in tegula etr. n. 939.

Ƨ⅃ (ls), *Lars*, praenomen virile etr., sive pro ƧIqA⅃ laris, sive pro qA⅃ lar = OqA⅃ larth, in titulis sepulcralibus:

Ǝ⅃8A · Ƨ⅃ (ls afle) = *Lars Ofelius.*
ƎꟻA⅃8 · Ƨ⅃ (ls flave) = *Lars Flavius.*
Ǝ+VA⅃1 Ƨ⅃ (ls plaute) = *Lars Plautius.*
Ǝ+VA⅃1 · V1MV1 · Ƨ⅃ (ls pumpu plaute) = *Lars Pomponius Plautus.*
IИVq+Ǝ1 · Ǝ+I+ · Ƨ⅃ (ls tite petruni) = *Lars Titius Petronius;* IИVq+A1 · Ǝ+I+ · Ƨ⅃ (ls tite patruni) = *Lars Titius Petronius.*
Vq A8 : Ƨ⅃ (ls faru) = *Lars Farius.*
AИƆIƎƆ · Ƨ⅃ (ls ceicna) = *Lars Cecina.*
AИ+AƧ Ƨ⅃ (ls satna) = *Lars Satinius.*
AИIꟼƎ+ : Ƨ⅃ (ls tetina) = *Lars Tetinius.*

IΜΙ+ΑΛ : ƧΛ (ls latini) = *Lars Latinius.*

IΜΛΝΞΊ : ƧΛ (ls petrni) et IΜVЯΤΞΊ · ƧΛ (ls petruni) = *Lars Petronius.*

I8ΑЯ · ƧΛ (ls rafi) = *Lars Rofius.*

I+Ξ+ · ƧΛ (ls teti) = *Lars Tetius.*

Adde inscr. etr. n. 363 bis, 773, 1146, 1411, 1530, 1820.

§ 2. *Laris* vel *Lartis*, genit. sg. pro ƧΙЯΑΛ laris = OЯΑΛ larth, in titulis sepulcralibus:

ƧΛ · ΞΊΑΛ8 · ƧΛ (ls flave ls, n. 345) = *Lars Flavius Lartis* filius.

ƧΛ · VЯΑ8 · ƧΛ (ls faru ls, n. 1192) = *Lars Farius Lartis* filius.

ƧΛ · I+Ξ+ · ƧΛ (ls teti ls, n. 1792) = *Lars Titius* (?) *Lartis* filius.

ƧΛ · IΜVЯ+ΞΊ · Ξ+I+ · ƧΛ (ls tite petruni ls, n. 1243) et ƧΛ · IΜVЯ+ΑΊ · Ξ+I+ · ƧΛ (ls tite patruni ls, n. 1251) = *Lars Titius Petronius Lartis* filius.

ƧΛ · ΑΜΙΤΞ+ · ƧΛ (ls tetina ls, n. 217) = *Lars Tetinius Lartis* filius.

ƧΛ · I+ΞΊ · ƧΛ (ls veti ls, n. 1156) = *Lars Vettius Lartis* filius.

ƧΛ · Ξ+VΛΊ : VΊΜVΊ · ΑΛ (la pumpu plute ls, n. 1273) = *Lars Pomponius Plautus Lartis* filius.

ƧΛ · Ξ+ΑΜΙЯV · OΜЯΑ (arnth urinate ls, n. 245) = *Aruns Urinatius Lartis* filius.

ƧΛ · ΑΜ+ΑƧ · ЯΑ (ar satna ls, n. 1745) = *Arius Satinius Lartis* filius.

ƧΛ : IΜ+ΜΞƧ : VΑ (au semtni ls, n. 1758) = *Aulus Sentinius* (vel *Aula Sentinia*) *Lartis* fil.

ƧΛ : IΜVΑЯ8 : VΑ (au frauni ls, n. 601) = *Aula Fruginia Lartis* filia.

ƧΛ · ΑΙΑƆ · ΑΙOЯΑΛ (larthia caia ls, n. 1145) = *Lartia Caia Lartis* filia.

ƧΛ · IΜΟΞΛ · ΟΑ (ar lerni ls, n. 2566) = *Arria Lernia Lartis* filia.

Adde inscriptiones etruscas n. 183, 273, 319, 325 bis*g*, 325 bis*h*, 325 ter, 339, 361 ter, 363 ter, 366, 1146, 1472, 1498.

ƆƧΛ (lsc), in titulo sepulcr. n. 2057.

LVA, dea, quae purgationibus praeerat: dicta a luendo, idest *purgando*. Liv. VIII, 1: « *Ea Luae matri dari se*, consul dixit (*C. Plautius*) ». Id. XLV, 33: « Edito ludicro omnis generis, clypeisque aereis in naves inpositis, cetera omnis generis arma, cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, Luamque matrem et celeros deos, quibus spolia hostium dicare ius fasque est, ipse imperator, face subdita, succendit ». Luam Saturni scriptum esse in libris sacerdotum populi romani et in plerisque antiquis orationibus, docet Aulus Gellius XIII, 22. Et Varro *De l. l.* VIII, 36 pg. 179: « Sic ex diversis verbis multa facta in declinando inveniuntur eadem: ut quom dico ab Saturni Lua *Luam*, et ab *luo*, *luam* ». Inscr. apud Reines. cl. I n. 238: LVAE SACRVM | L · ABINIVS L · F · CLAVDIA | SABINVS etc.

LVAERVE. Vide LVERVE.

LVBENS, *libens*, particip. (Prisc. pg. 25 = 352 P., cit. ad v. CARNVFEX), quod et scribitur LVBS. Cf. Plaut. *Cist.* I, I 13, *Pers.* III, I 9, inscr. apud Orell. n. 558, et vide vocc. sqq.

LVBENTIA et Libentia, *voluptas* (Aul. Gell. XV, 2; Plaut. *Stich.* II, 1, 3). Fuit laetitiae et voluptatis dea. Plaut. *Asin.* II, II, 2: « Ubi ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia 'st ».

LVBENTINA et Libentina, dea libidinis h. e. *Venus*, cui nomen a lubidine vel libidine (Aug. *De civ. Dei* IV, 8). Varro *De l. l.* VI, 47 pg. 90: « Ab *lubendo* libido, libidinosus ac Venus Libentina et Libitina, sic alia ». Cic. *De nat. deor.* II, 23: « Quo ex genere Cupidinis et Voluptatis et Lubentinae Veneris vocabula consecrata sunt, vitiosarum rerum, neque naturalium, quamquam Velleius aliter existimat; sed tamen ea ipsa vitia naturam vehementius saepe pulsant ».

LVBIDO, *libido*, subst. f., antiquo scribendi more (Cassiod. pg. 2284 P., cit. ad voc. LACRVMA), ut lubens pro *libens*, Lubentina pro *Libentina*, cet.

LVBITINA. Vide LIBITINA.

LVBS, *lubens* (libens), particip., in lapide apud Mommsen n. 5567.

ΛΥΓΔΑΜΙΣ, Syracusanus, apud Pausan. *Eliac. pr.* VIII, 8.

LVERVE et luaerve, *luerem* (luem)?, acc. sg. apud veteres, in carm. fratr. Arval. inscr. n. 2692 lin. 2 sq. (Lanzi I 144 = 110 nt. 3; Grotefend *Gröss. latein. gramm.* II 290, Klausen apud Egger *Lat. serm. rel.* pg. 71, Hamilton-Gray *Tars* etc. pg. 528, Galvani *Delle genti* etc. pg. 418, Corssen *Orig. poes. rom.* pg. 93).

ΜΑΜƧΞVΛ (luesnaś), *Lusanii* (?), nomen virile, genit. sing. Inscr. sepulcr. n. 1607, ad Perusiam reperta: ΜΑΜƧΞVΛ · IЯΊΞO · ΑΛ (la thepri luesnaś) = *Lartia Tiberia Lusanii* uxor. In lapide perusino n. 1902: ΜΑΜƧΞVΛ | IVЯΝΞΊIOΟΑΛ (larthi petrui luesnaś) = *Lartia Petria Lusanii* uxor. Adde inscr. n. 1965 bis.

? ΑΙVΛ (luia), fortasse legendum ΑΙV[Ί] puia, in titulo sepulcrali n. 2335*c*.

LVCA, Λοῦκα (Ptolem. III, 1; Strab. V, I, 11; Plutarch. in *Pomp.* L 2, in *Caes.* XXI 2, in *Crass.* XIV 4), nunc *Lucca*, Etruriae urbs. Plinius III, VIII, 1: « Colonia Luca a mari recedens ». Inscriptio apud Henzen n. 6493: L · MEMMIVS · C · F · GAL · Q · TR · P[LEB] | FRVMENTI · CVRATOR · EX · S · C | PRAEFECTVS · LEG · XXVI · ET · VII | LVCAE · AD · AGROS · DIVIDVNDOS | PONTIFEX · ALBANVS | MEMMIA · FILIA · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT. — Lucensis, adiect. ad Lucam pertinens,

ut Lucense municipium (Cic. *Ep. fam.* XIII, 13 = n. 483). Vide LVCENSES.

LVCAGVS, dux etruscus, de quo Virg. *Aen.* X, 574 sqq.:

« Interea biiugis infert se Lucagus altis
In medios, fraterque Liger; sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem ».

Cf. gr. Λοχαγὸς h. e. qui ductat cohortem s. centuriam, quae λόχος dicitur. Λοχαγὸς est etiam nomen virile apud Polyb. XXVII, xiii, 14.

LVCANA et lucanica, genus farciminis ex porcinis carnibus concisis (cf. Apic. II, 4), a Lucanis populis, a quibus Romani milites primi didicerunt. Pedemontani dicunt *luganighin*, ital. *salsicciotto*. Varro *De l. l.* V, 111 pg. 44: « Quod fartum intestinum e crassundiis, Lucanam dicunt, quod milites a Lucanis didicerunt, ut, quod Faleriis, Faliscum ventrem ». Cf. Charis. pg. 94 = 73 P., et Forcell. *Lexic.* s. v. *lucanica.*

LVCANIA. Vide LOVCANIA.

AIИAƆV⅃ (lucania), *Lucania*, nomen mulieris, e rad. -ƆV⅃ (luc-), *luc-ere* (vide LVCANIA, antiquiori orthographia LOVCANIA). In titulo sepulcr. n. 1673: AIИAƆV⅃AIИAO (thania lucania) = *Tannia Lucania.* Cognomen Lucanus, unde gentilitium Lucanius, saepe invenitur in lapid. rom.

LVCARIA festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit, pro eo, quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverint. Ita Paul. pg. 119. Cf. Kalend. Maff. et Amitern. apud Orell. II, 394, et Forcell. *Lexic.* s. v. *lucar* et *lucaria.*

LVCAS, Latinorum dux (contractum ex Lucanus), apud Virg. *Aen.* X, 560.

LVCENSES, incolae cuiusdam oppidi ad Fucinum lacum, apud Plin. III, xvii, 1.

LVCERES et Lucereses vel Lucerenses, quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo, appellati sunt a Lucero, Ardeae rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti. Ita Paul. pg. 119 (s. v. *Lucereses* et *Luceres*). Alii tradunt Luceres a Lucumonibus appellatos, ut et ipse Paulus pg. 120 aliique (vide LVCOMEDI). Varro *De l. l.* V, 55 pg. 22: « Ager Romanus primum divisus in parteis tris, a quo tribus appellata Tatiensium, Ramnium, Lucerum: nominatae, ut ait Ennius, Tatienses a *Tatio*, Ramnenses a *Romulo*, Luceres, ut Iunius, a *Lucumone.* Sed omnia haec vocabula tusca, ut Volnius, qui tragoedias tuscas scripsit, dicebat ». Et V, 81 pg. 32: « Tribuni militum, quod terni tribus tribubus Ramnium, Lucerium, Titium olim ad exercitum mittebantur ». Ascon. in Cic. *Verr.* II, i, 5 (ed. Orell. V, ii, 159): « Principio tres fuerunt: Tatienses una, a *Tatio* rege; Ramnes altera, a *Romulo;* Luceres tertia, a *Lucumone* sive *Lucretino*, sive a *luco*, quem lucum *Asylum* vocaverat Romulus ». Plutarch. in *Rom.* XX, 2 (vide RAMNESES): τρίτους δὲ Λουκερήνσης διὰ τὸ ἄλσος, εἰς ὃ πολλοὶ καταφυγόντες, ἀσυλίας δεδομένης, τοῦ πολτεύματος μετέσχον· τὰ δ' ἄλση λούκους ὀνομάζουσιν. Liv. I, 13: « Eodem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt, Ramnenses ab *Romulo*, a *Tito Tatio* Titienses adpellati. Lucerum nominis et originis caussa incerta est ». Serv. ad Virg. *Aen.* V, 560 (« Tris equitum numero turmae »): « Rem romanae militiae suo inserit carmini; nam constat, primo tres partes fuisse populi Romani: unam Tatiensium, a *Tito Tatio*, duce Sabinorum, iam amico post foedera; alteram Ramnetum, a *Romulo:* tertiam Lucerum, quorum secundum Livium I, 13 et nomen et causa in occulto sunt. Varro tamen dicit, Romulum dimicantem contra Titum Tatium, a Lucumonibus, id est Tuscis auxilia postulasse: unde quidam venit cum exercitu: cui, recepto iam Tatio, pars Urbis est data: unde in Urbe Tuscus dictus est vicus. Horatius II sat. ii, 32 *Ac Tusci turba impia vici.* Ergo a Lucumone Luceres dicti sunt. Sic autem in tres partes divisum fuisse populum romanum constat; adeo ut etiam qui praeerant singulis partibus tribuni dicerentur ». Et Cic. *De rep.* II, 8: « populumque et suo, et Tatii nomine, et Lucumonis, qui Romuli socius in Sabino praelio occiderat, in tribus tris, curiasque triginta descripserat ». Ovid. *Fast.* III, 131:

« Quin etiam partes totidem Titiensibus idem,
Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit ».

Et Propert. IV, i, 31: « Hinc Taties, Ramnesque viri, Luceresque coloni ».

LVCERESES, *Lucerenses.* Vide LVCERES.

LVCERIVS. Vide LOVCETIOS.

LVCERVS, Ardeae rex, apud Paul. pg. 119 cit. ad v. LVCERES.

LVCETIA. Vide LOVCETIOS.

LVCETIVS, nomen *Iovis* apud Oscos. Vide LOVCETIOS.

ΛΥΚΙΑΝΩΝ, Λευκανῶν (Lucanorum), in numis ad Lucaniam pertinentibus. Vide LOVCANIA.

LVCILLVS et Lucilla, diminut. *Lucii* et *Luciae.* Est cognomen rom., ut L · CAESONIVS · C · FIL · QVIRINA · LVCILLVS (Marini *Arvali* tav. lxii pg. clxxix) et ANICETVS DOMITIAE P · F · LVCILLAE (Marini op. cit. pg. 667).

LVCINA. Vide LOVCINA.

LVCINIVM, *cicindela*, subst. n. in *Gloss. vet.* - Gloss. Isid.: « Licini candelae, lucernae vel cicindilia ». Vide voc. sq.

LVCINVLVS, diminut. *lucini.* Est cognomen rom., apud Grut. 675, 6. (T · CASSII LVCINVLI).

LVCIPOR, *Lucii puer* (famulus), apud veteres (Plin. XXXIII, vi, 10). Vide POR et MARCIPOR.

qIƆV⅃ (lucir), *Luceria?*, nomen mulieris (cf. LOVCERIA).

in lapide etr. n. 961 (Maggi in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1831 pg. 29, et apud Inghir. *Lett. di etr. erud.* pg. 205 sg.).

LVCIVS. Vide ꓘVCKIꓢ (luvkis).

LVCMO. Vide LVCVMO.

LVCOFERONENSES, ad Lucum Feroniae pertinentes, Etruriae urbem ad Soractem. Inscr. apud Orell. n. 4099: M · SILIO EPAPHRODITO PATRONO | SEVIRVM AVG | MAGISTRO IVVENVM ITERVM · IVVENES | LVCOFERONENSES PATRONO OB MERITA | QVOD AMPHITHEATRVM COL · IVL · FELICI · LVCOFER · S · P · F | DEDICAVITQVE · L · D · D · D. Vide FERONIA § 2.

ΛVKOFO (λυκοϜο), in lucerna fictili n. 42 bis ad Libarnam effossa. Comparatur cum gr. Λυκόφος (diluculum) et Λυχνοῦχος (lucerna).

LVCOMEDI, a duce suo Lucomo dicti, qui postea Luceres es appellati sunt. Paul. pg. 120. Vide LVCERES.

ΛΥΚΟΡΤΑΣ, Syracusanus, apud Pausan. *Eliac. pr.* XXVII, 7.

ΛΥΚΟΣ, fluvius Siciliae, apud Plutarch. in *Timol.* XXXIV, 2.

LVCRETIA, secunda Numae regis uxor, apud Plutarch. in *Numa* XXI, 2.

LVCRII dii, qui lucris praeerant, apud Arnob. IV, 3.

LVCRINVS, lacus Campaniae, inter Puteolos et Baias (Plin. III, IX 9, IX, VIII 2, XXXII, XXI 3, XXXVI, XXIV 20), qui nunc *il Maricello* dicitur. Virg. *Georg.* II, 161 sqq.:

« An memorem portus, Lucrinoque addita claustra:
Atque indignatum magnis stridoribus aequor,
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso,
Tyrrhenusque fretis inmittitur aestus Avernis? ».

Ubi Servius: « In Baiano sinu Campaniae, contra Puteolanam civitatem, lacus sunt duo, Avernus et Lucrinus: qui olim propter copiam piscium vectigalia magna praestabant. Sed cum maris impetus plerunque irrumpens exinde pisces excluderet, et redemptores gravia damna paterentur, supplicaverunt senatui: et profectus C. Iulius Caesar, ductis brachiis exclusit partem maris, quae antea infesta esse consueverat, reliquitque breve spatium per Avernum, qua et piscium posset copia intrare, et fluctus non essent molesti: quod opus, Iulium dictum est. Sed hic ambitiose *undam Iuliam* appellavit frementem contra moles a Iulio oppositas..... *Indignatum* ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare immissum est, inde terra effossa, contigit inter ipsum Lucrinum et Avernum ut duo lacus miscerentur: et tanta tempestas orta est, ut prodigii loco habita sit; ac nuntiatum, simulacrum Averni sudasse; propter quod Pontifices ibi piacularia sacra fecerunt. *Iulia* autem *unda* Puteolanum portum significat ». Alii narrant, non C. Iul. Caesarem, sed Augustum ex consilio Agrippae lacum Lucrinum cum lacu Averno iunxisse (Suet. *Aug.* cap. 16, et Dio Cass. XLVIII, 50). Cf. Plin. IX, LXXIX 2, XXXII, XXI 4 (« Lucrina ostrea »), Propert. I, XI 9, Mart. VI, XI 12, Horat. *Epod.* II, 49. Paul. pg. 121: « Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus ominis boni gratia, ut in dilectu censuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius ». In eius vicinia templum erat Veneri sacrum: hinc Lucrina Venus, apud Stat. *Silv.* III, I, 150. — Cf. Λοκρῖνος κόλπος, apud Strab. V, IV 5 sq. Lucrinensis, adiect. ad Lucrinum lacum pertinens, ut res Puteolanae et Lucrinenses, apud Cic. *Ep. ad Att.* IV, 10 = n. 118. — Lucrinus est cognomen rom. (apud Grut., Murat. cet.), unde gentilitium Lucrinius (Grut. 639, 8).

LVCRIO -onis, h. e. qui undique lucrum aucupatur (Paul. pg. 56). Est cognomen rom. in inscr. apud Marini *Arvali* pg. 252, et apud Maffei *Mus. ver.* 270, 10.

LVCRITIVS, *Lucretius*, nomen virile, apud Garrucci *Graff. de Pompéi* pl. XXVII n. 21 (LVCRITIVS ΛDΛMΛTVS).

LVCSERVNT, *luxerunt*, e luceo, in lapide apud Grut. 544, 4.

LVCVMO et Lucomo, per contractionem Lucmo, gr. orthogr. Λουκούμων (Strab. V, II, 1; Plutarch. in *Cam.* XV, 4 sq.), vel Λοκόμων (Dionys. Halic. II 37, 42, III 46, 48), *rex* vel *praefectus*, vel *princeps*, apud Etruscos (vide ETRVRIA et LVCERES). Trahitur ad rad. -ϽVꓲ luc-, -ꓤVꓲ luch-, -ϽVΛꓲ lauc- vel -ꓤƎΛꓲ lavch-, osc. -ꓘƎVꓲ luvc-, rom. LOVC-, *luc-ere* (vide ƎMꓤVΛꓲ lauchme, et ƧƎMꓤVΛꓲ lauchmes, ꟾИMVꓤΛꓲ lachumni, VMVϽVꓲ lucumu, ꟾИMVꓤVꓲ luchumni). Döderlein *De voc. aliq.* etc. pg. 13: « Lucumo, lucmo, tusce lauchme, est Ἀλκμάν, Ἀλκμαίων, ἄλκιμος. Serv. in Virg. *Aen.* II, 278 (cf. V 560, X 202): « Propter duodecim populos Tusciae. Duodecim enim Lucumones, qui *reges* sunt lingua Tuscorum, habebant; unde est X 202 *gens illi triplex, populi sub gente quaterni* ». Id. ad *Aen.* VIII, 65: « De Tuscis, quum illis multum constat floruisse temporibus; nam et Lucumones reges habebat, et maximam Italiae superaverat partem ». Et ad *Aen.* VIII, 475: « Tuscia duodecim Lucumones habuit, idest reges, quibus unus praeerat ». Hinc ille, qui cum exercitu Etruscorum Romulo cum T. Tatio, et Sabinis bellum gerenti auxilium tulit, Lucumo, quasi nomine proprio, appellatur (1). Propert. IV, I, 29: « Prima galeritus posuit praetoria Lucmo ». Et IV, II, 51 sq.: « Tempore quo sociis venit Lucumonius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati ». Dionys. Halic. II, 37: Ἧκε δὲ αὐτῷ Τυῤῥηνῶν ἐπικουρίαν

(1) Niebuhr *Hist. Rom.* II, 100: *Pour un Étrusque* Lucumo *serait un nom comme* Patricius *pour un Romain. Les inscriptions sépulcrales démontrent suffisamment qu'il n'y en eut jamais de semblables chez les Tusci.*

ἱκανὴν ἄγων ἐκ Σολωνίου πόλεως ἀνὴρ δραστήριος, καὶ τὰ πολέμια ἔργα διαφανής, Λοκόμων ὄνομα, φίλος οὐ πρὸ πολλοῦ γεγονώς ..... Ἦν δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων δύναμις οὐ πολὺ τῆς Σαβίνων δέουσα, δύο μὲν αἱ τῶν πεζῶν μυριάδες, ὀκτακόσιοι δ' ἱππεῖς, καὶ προεκάθηντο τῆς πόλεως διχῇ διῃρημένη, μία μὲν μοῖρα τὸν Ἐσκύλινον κατέχουσα λόφον. ἐφ' ἧς αὐτὸς ὁ Ῥωμύλος ἦν· ἑτέρα δὲ τὸν Κυρίνιον, οὔπω τότε αὐτὴν ἔχοντα τὴν προσηγορίαν, ἧς ὁ Τυῤῥηνῶν ἦν Λοκόμων ἡγεμών. Et II, 42: τοῦ δὲ ἀριστεροῦ, Λοκόμων ὁ Τυῤῥηνός. Demaratus Tarquiniensem mulierem in matrimonium duxit, ex qua quum duos filios suscepisset, iis etrusca nomina imposuit, alterum Aruntem, alterum Lucumonem appellavit, uti narrat ipse Dionysius III, 46 (cit. ad v. ΘИΘЯ arnth). Alius est Lucumo, iuvenis praepotens, qui corrupit uxorem Aruntis Clusini (Liv. V, 33). Lucumo Tarquinius, mutato nomine, Lucius Tarquinius priscus est appellatus (Liv. I, 34; Dionys. III, 48; Strab. loc. cit. ad v. TARQVINIOS). Epit. *De nom. rat.*: « Lucii coeperunt appellari, qui ipso initio *lucis* orti erant, aut, ut quidam arbitrantur, a Lucumonibus etruscis ». Inscr. apud Furlan. *Lap. Patav.* n. LV: SALVTI · AVG | PRO INCOLV|MITATE · PIQVENT | L · VENTINARIS | LVCVMO | ADIECT · IVNIC | V · L · L · S. Cf. Aulucmus, apud Gruterum. — Sumitur etiam pro melancholico vel insano (cf. gr. λυκάων). Paul. pg. 120: « Lucomones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quae venissent, infesta facerent ». Cf. Auson. *Ep.* IV, 68.

VMVƆV⅃ (lucumu), *Lucumo*, cognomen virile. Inscr. etr. n. 2421: VMVƆV⅃ · V⅃IƆЯ (acilu lucumu) = *Acilius Lucumo* (Vittori *Mem. di Polimarzo* pg. 46, et Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1849 pg. 182).

LVCVNS, edulii genus, apud Non. II, 483 = pg. 131. Paul. ex Festo pg. 119: « Lucuntem genus operis pistorii ». Cf. Müller in Fest. loc. cit.

ΛΥΚΩΝ, Tarentinus, pythagoreus, apud Iambl. *De vita Pythag.* cap. 36 (267).

§ 2. Syracusanus, unus de Dionis interfectoribus, apud Plutarch. in *Dion.* LVII, 2.

ЯƧƎ⅃V⅃ (lulesa), *Lolli uxor* (?), cognomen mulieris e coniugio derivatum (cf. Я⅃ƧVƎ⅃ leusla), in lapide clusino n. 629, comparando cum n. 628 ter.

..MV⅃ (lum..), in lapide volaterrano n. 362 bis *a*.

LVMA, genus erbae vel spinae (Paul. pg. 120). Hinc LVMARIVS et LVMECTVM.

§ 2. Est etiam sagum, ex gr. λῶμα. Gloss. Isid.: « Luma, sagum quadrum ».

LVMARIVS, adiect. ad lumas pertinens, ut lumariae falces (vide LVMA). Varr. *De l. l.* V, 37 pg. 53: « Lumariae sunt quibus secant lumecta, id est quom in agris serpunt spinae, quas quod ab terra agricolae solvunt id est luunt, lumecta ».

LVMECTVM, locus lumis plenus, apud Varr. *De l. l.* V, 137 pg. 53. Vide LVMARIVS.

LVMEN, *limen*?, in carm. fratr. Arval. n. 2692. Alii exponunt *lumen*. Cf. Egger *Lat. serm. vet. reliquiae* pg. 70 sq.

LVMENAR, *luminar*, in titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* vol. I pl. XXXIII n. 7 (IN CATACVMBAS AD LVMENAREM).

LVMINARIS, h. e. qui lumen diffundit. Est cognomen rom. in titulo sepulcr. apud Murat. 935, 3 (M · ABVDIVS · LVMINARIS).

IИMVΛ (lumni?), fortasse *lumen* (λύχνος), apud Etruscos, in lucerna cortonensi n. 1050 (Abeken in *Ann. dell'Inst. arch.* XV = 1843 pg. 55). Alii legunt lus'ni = ꓘOƧNA h. e. *Luna* (Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* ed. 2 pg. 65, Cavedoni in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1843 pg. 176).

LVMPHAE, *Lymphae*, deae praesides aquarum (cf. Mart. Capell. § 46 pg. 93, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.), apud Oscos ƧꓘNПMVIЯ diumpaís = *Lymphis*. In inscr. apud Mommsen n. 5728: LVMPHEIS · DIAN ..... REDVCIS SACR. Inscr. apud eundem n. 3523: L · RANTIVS · L · F · TRO · LVMPHIEIS, graece ΛΕΥΚΙΟΣ ΡΑΝΤΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ | ΥΙΟΣ ΝΥΜΦΑΙΣ. Cf. inscr. apud Orell. n. 1637 sq., et apud Henzen n. 5762 sq.

?MV⅃MV⅃ (lumpum), fortasse perperam descriptum ex ossuario perus. n. 1675, pro IИV⅃MV⅃ (lumpuni) = *Luponia* (?), vel IИV⅃MV⅃ (pumpuni) = *Pomponia*. Cf. Lanzi II 448 = 377 ad n. 422, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 250 ad n. 175.

LVNA, una ex septem planetis, per contractionem e luc-na (LOVCINA, etr. ꓘOƧNA), quod e rad. LVC-, osc. -ꓘƎV⅃ luvk-, rom. *luc-ere*. Varro *De l. l.* V, 68 pg. 27: « Luna vel quod sola lucet noctu, itaque et dicta Noctiluca in Palatio; nam ibi noctu lucet templum. Hinc, ut Solem Apollinem, quidam Dianam vocant; vocabulum graecum alterum, alterum latinum, et hinc, quod luna in altitudinem et latitudinem simul eat, Diviana appellata ». Cic. *De nat. deor.* II, 27: « Dianam autem, et lunam, eamdem esse putant. ..... Luna a *lucendo* nominata sit. Eadem est enim Lucina. Itaque ut apud Graecos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant ». Cf. Varr. *De l. l.* V, 74 pg. 30, Plin. II, VII, 1 sq. Memoratur in Kalend. Pinciano apud Orell. II, 597, et in inscr. rom. (Orell. n. 324, 910, 1270, 1926 sqq., Henzen n. 5262, 5856, 6804), et dicitur dea Luna (Orell. n. 4980), Luna aeterna (Orell. n. 1925 sq., 1929), Luna augusta (Orell. n. 1928). Lunae aedem Romae in Aventino memorat Livius XL, 2. — Lunai pro *lunae* dat. sg. invenitur in inscr. apud Orell. n. 1926.

LVNA, Λούνη (Strab. V, I 11, II 5) vel Λοῦνα (Ptol. III, 1), Etruriae oppidum, ad Macram fluvium, iuxta *Sarzana*. Plin. III, VIII, 1 (cf. XIV, VIII, 7): « Primum

Etruriae oppidum Luna portu nobile ». Mela II, iv, 9: « Luna Ligurum »; Antonini *itiner*. pg. 293, et *Tab. Peuting*. segm. III *d*: « Lunae ». Sil. Ital. VIII, 480 sqq.:

« Tunc quos a niveis exegit Luna metallis,
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, et claudere portum,
Maeoniaeque decus quondam Vetulonia gentis ».

Strab. V, ii, 5: τούτων δ' ἡ μὲν Λοῦνα πόλις ἐστὶ καὶ λιμήν, καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα καὶ πόλιν. Inscr. apud Henzen n. 5120: C · LEPIDIVS | C · F · PAL | SECVNDVS | PRAEF · FABR · PR | COH · TR · MILIT | PROMAG XX | HEREDIT · AVG | LVNAE · D · D. Luna PISAE IN TVSCIS memoratur in inscr. apud eundem n. 5121. Cf. inscr. apud Orell. n. 4896 (LVNAE HETRVSCAE · INCOLIS · INQVILINISQVE). Lunai pro *Lunae* dixit Ennius. *Ann*. vs. 16. Cf. ꓭИVꓶꟼVꓶ (pupluna) = *Populonia*, et Lanzi II 26 = 21. — Incolae dicti sunt Lunenses (Plin. XXXVI, iv, 4). Lunensis, adiect. ad Lunam pertinens, ut marmor Lunense (Plin. XXXVI, vii, 1; cf. Strab. V, ii, 5), Lunensis silex (Plin. XXXVI, xxix, 1), Lunensis ara (Suet. *Ner*. cap. 50), Lunensis caseus (Plin. XI, xcvii, 1). Mart. XIII, 30 (caseus lunensis):

« Caseus Etruscae signatus imagine Lunae
Praestabit pueris prandia mille tuis ».

ƆИVꓶ (lunc), Λυγκεὺς (Lynceus), unus ex Argonautis, in speculo etr. n. 1072 bis.

IƆИVꓶ (lunci), *Lunicia*, nomen mulieris (abl. sg. ꓶꓭIƆИVꓶ luncial), in titulis sepulcralibus n. 1229 et n. 1353.

ꓶꓭIƆИVꓶ (luncial), *Luniciā*, nomen mulieris, abl. sg. e IƆИVꓶ lunci. In lapidibus sepulcralibus ad Perusiam inventis: ꓶꓭIƆИVꓶ : ꟼꓭ : MИIT : ꟼꓭ (ar tinś ar luncial, n. 1345) = *Arrius Tinius Arrii* filius *Luniciā* natus; et ИꓭꓶƆ · ꓶꓭIƆИVꓶ · ꟼꓭ · MИIT · ꓶƎƎ (vel tinś ar luncial clan, n. 1346) = *Velius Tinius Arrii filius Lunicia gnatus*. Cf. ossuarium n. 1347.

LYNSA, dea quaedam bestiarum, seu lyncum praeses, apud Mart. Capell. § 48 pg 95 (« Lynsa silvestris »).

LVNVLA, *parva luna*. Isid. *Orig*. XIX, 31: « Lunulae sunt ornamenta mulierum in similitudine lunae bullulae aureae dependentes ». Plaut. *Epid*. V, i, 33 sq.: « Non meministi me ad te adferre natali die Lunulam atque anellum aureolum in digitum ». Cf. Tertull. *De cult. fem*. cap. 10.

LVNVS, idem qui Luna (cf. DIANVS et DIANA), apud Tertull. *Apol*. cap. 15, et Spart. *Carac*. cap. 6 sq. Cf. Rasche in *Lex. rei numm*. II, ii pg. 1884 sqq., Visconti *Iconol. gr*. II tab. xxii n. 6, et B. Borghesi *Osserv. num*. dec. xi n. 10

LVXSILIVS, *Luxilius*, gentilitium rom., in lapide lucano apud Mommsen n. 279.

LVXTI, *luxisti*, apud Catull. LXVI, 21.

ꟼꟼVꓶ (lup), in vase aeneo n. 1919. Vide ꟼVꓶVꓭ (aulup), et cf. voc. sq.

ƧꓭƎꟼVꓶ (lupeas), *Lupiae* (?), fortasse nomen mulieris, genit. sg., in lapide etr. n. 2331. Cf. Vermigl. *Inscr. per*. pg. 74.

LVPERCAL, antrum sub Palatino monte ita dictum a Luperco (vide LVPERCVS). Virg. *Aen*. VIII, 342:

« Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum
Rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycaei ».

Ubi Servius: « Sub monte Palatino est quaedam spelunca, in qua de capro *luebatur*, id est sacrificabatur: unde et Lupercal dictum nonnulli putant: alii, quod illic lupa Remum et Romulum nutrierit [cf. Plutarch. in *Rom*. XXI, 7]: alii, quod et Virgilius, locum esse hunc sacratum Pani, deo Arcadiae: cui etiam mons Lycaeus in Arcadia est consecratus: et dictus Lycaeus, quod λύκους, hoc est *lupos*, non sinat in oves saevire [cf. Plutarch. *Quaest. rom*. cap. 68, in *Caes*. LXI 1]. Ergo ideo et Evander deo gentis suae sacravit locum, et nominavit Lupercal, quod praesidio ipsius numinis, lupi a pecudibus arcerentur. Sunt qui dicant hunc Panem, alii deum bellicosum: alii Liberum patrem; eo quod capro ei fit divina res, qui est hostia Liberi propria. In huius similitudinem intecti cultores eius, cui Lupercalia instituta sunt: quia deus pastoralis est: nam Remum et Romulum ante Urbem conditam Lupercalia celebrasse, quod quodam tempore nuntiatum illis sit, latrones pecus illorum abigere, illos togis positis cucurrisse, caesisque obviis pecus recuperasse: id in morem versum, ut hodieque nudi currant. Nonnulli propter sterilitatem hoc sacrum dicunt a Romulo constitutum: ideoque et puellae de loro capri caeduntur, ut careant sterilitate et foecundae sint: nam *pellem* ipsam *capri* veteres *februum* vocabant ». Cf. Ovid *Fast*. II, 381-422, Plutarch. in *Anton*. XII 1, Nicol. Damasc. fragm. cap. 21, et Quintil. *Inst. orat*. I, v, 66.

LVPERCILLA, diminut. Lupercae. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 1147, 3 (AP · AVRELIAE AP · FILIAE LVPERCILLAE).

LVPERCVS, deus apud veteres, idem qui Pan (vide LVPERCAL). Iustin. XLIII, 1: « In huius (*Palatii*) radicibus templum Lycaeo, quem Graeci *Pana*, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur ». Hinc Luperci sacerdotes, qui Lupercalibus sine veste discurrebant (inscr. apud Orell. n. 2252-2256, et Henzen n. 6008, 6010 sq.). Inscr. apud Henzen n. 7418: IN · HOC · TVMVLO · IACET · CORPVS | EXANIMIS (*sic*) · CVIVS · SPIRITVS · INTER · DE|OS · RECEPTVS · EST · SIC · ENIM MERVIT | M VLPIVS MAXIMVS EQVES ROMANVS QVI ET | LVPERCVS

CVCVRRIT etc. Virg. *Aen.* VIII, 663: « Hic exsultantes Salios, nudosque Lupercos ». Iuven. II, 142: « agili palmas praebere Luperco ». Ovid. *Fast.* II, 267 sq.:
« Tertia post idus nudos Aurora Lupercos
Adspicit, et Fauni sacra bicornis eunt ».
Cf. Cic. *Phil.* II, 34, et *Ep. ad Q. F.* II 13 = n. 134 — Lupercalia, ea solemnia sacra dicebantur, quae Romae a Lupercis fiebant in honorem Panis pastorum dei (Kalend. Maff. mens. ian. apud Orell. II, 384, et inscr. apud Henzen n. 5381). Varro *De l. l.* VI, 13 pg. 77: « Lupercalia dicta quod in Lupercali Luperci sacra faciunt ». Inscr. apud Henzen n. 6009: L · LICINIO · SECVNDINO · L · FIL · QVIR | DECVRIONI CAE|SARIENSIVM | EQVO PVBLICO | EXORNATO | SACRISQVE · LVPER|CALIBVS FVNCTO..... Cf. Serv. ad *Aen.* VIII, 343, 663, Suet. in *Aug.* cap. 31: « Lupercalibus vetuit currere imberbis ». — Lupercalis, adiect. ad Lupercalia pertinens, ut Lupercale sacrum (Suet. loc. cit.). — Lupercus est cognomen rom. in inscr. apud Murat. 1378, 12. Cf. *Gr. hist. fragm.* III, 662.

LVPIA vel Lupiae, Λουπίαι (Ptol. III, 1; Strab. VI, III, 6; Appian. *De bell. civ.* III, 10; Nicol. Damasc. fragm. cap. 17), hodie *Lecce*, oppidum Iapygiae, antiquo nomine Sybaris appellatum (Paus. *Eliac. sec.* XIX, 9). Plin. III, XVI, 3 « Lupia », Mela II, IV, 7 « Lupiae », *Tab. Peuting.* segm. VI *b* « Luppia ». Eius incolae Lupienses, ut in inscr. apud Mommsen n. 2627 = Orell. n. 2570 (COL · LVPIENSIVM). Cf. inscr. apud Orell. n. 138. — Lupiensis vel Lyppiensis, adiect. ad Lupiam vel Lupias pertinens, ut Lyppiense territorium (Frontin. *De col.* pg. 211) et ager Lyppiensis (Frontin. pg. 262).

LVPILLVS et Lupilla, *lupulus* et *lupula*, diminut. *lupi* et *lupae*. Sunt cognom. rom. Inscr. apud Murat. 1192, 10: D · M · S | C · MONI · LVPILLI · ET | C · NONI · VESTINI | C · NONIVS | SATVRNINVS · ET | LVPILLA FIL | PIENTISSIMIS | ET P · B · M.

LVPINVS. Vide HIRPINI.

LVPIO -onis, diminut. *lupi*. Est cognomen rom. in lapide apud Marini *Inscr. alb.* pg. 70.

LVPOR, *scortor*, apud veteres. Non. II, 497 = pg. 133: « Lupari, ut *scortari* vel *prostitui*. Atta Aquis caldis: *Cum meretrices nostro ornatu per vias lupantur* ». Gloss. apud Labb.: « lupari, πορνεύειν ».

LVPPIA. Vide LVPIA.

LYPPIENSIS. Vide LVPIA.

ƧᗡƎꟽЯꟽ (MAMERS), idem ac Mavors, deus apud Italos, pro marmars, unde Mars, sicuti Marcus e Mamercus, e syllaba redupl. mar, comparandum cum etr. MIᗡЯꟽ maris (cf. Mommsen in *Ann.* 1848 pg. 420, *Die unterit. dial.* s. 276). Varro *De l. l.* V 73 pg. 29: « Mars ab eo quod maribus in bello praeest, aut quod ab Sabinis acceptus, ibi est Mamers ». Paul. pg. 131: « Mamers Mamertis facit, id est lingua osca *Mars Martis*, unde et Mamertini in Sicilia dicti, qui Messanae habitant ». Fest. *Qu.* IX, 8 pg. 158 (vide MESSANA): « et nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod coniectis in sortem duodecim deorum nominibus, Mamers forte exierat: qui lingua Oscorum *Mars* significatur ». Dion. fragm. n. XI: Μαμερτὸς γὰρ ὁ Ἄρης παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται. Antiquior forma ƧᗡƎꟽЯꟽ invenitur in aurea fibula n. 2184 (cf. Secchi in *Bullett. dell'Inst. arch.* 1846 pg. 11).

MAMERTINI. Vide MESSANA.

MAMERTIVM, Μαμέρτιον, oppidum Italiae inferioris, in Bruttiis. Dictum a MAMERTE h. e. *Marte*. Strab. VI, I, 9: τὴν δ' ὑπὲρ τῶν πόλεων τούτων μεσόγαιαν Βρέττιοι κατέχουσι· καὶ πόλις ἐνταῦθα Μαμέρτιον. Hinc Mamertini, gr. Μαμερτῖνοι, gens Campaniae. Vide MESSANA.

MAMILIA turris, intra Suburae regionem, a Mamilio nomen accepit. Ita Paul. pg. 131. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MAMILIVS, gentilitium italicum, ut Octavius Mamilius Tusculanus (Ὀκτάϊος Μαμίλιος vel Ὀκταουΐός ὁ Τουσκλανὸς, apud Dionys. Halic. IV 45, V 4, 21, 26, 34 sq., 50 sq., 53, 61, 76; VI 4 sq., 11 sq.), qui princeps Latini nominis erat, si famae credimus, ab Ulysse deaque Circe oriundus (Liv. I, 49). Fest. *Qu.* VIII, 12 pg. 130: « Mamiliorum familia progenita sit † a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreavit, quando id oppidum ipse condidisset ». Cf. Mamilium Octavium (Liv. II, 15, 19; Val. Max. I, VIII, 1), L. Mamilius (Λεύκιος Μαμίλιος, apud Dionys. X, 16), Tusculi dictator (Liv. III, 18 sq.), et Q. Mamilius Cumanus (Ascon. *in Milon.* pg. 38 ed. Orell.).

MAMMA, *mater*, puerorum more. Varro apud Non. II, 97 = pg. 81: « Quum *cibum* ac *potionem* buas ac pappas vocent, et *matrem* mammam, *patrem* tatam ». Mart. *Epigr.* I, 101:

« Mammas atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici et mammarum maxima mamma potest ».

Inscr. apud Grut. 663, 8: DIS · M | ZETHO · CORINTHVS | TATA EIVS · ET · NICE | MAMMA · F | V · A · I · B · XVI. Cf. *Giorn. arcad.* LXIX, 304.

§ 2. *Avia* (?), unde diminut. MAMMVLA, in hoc titulo sepulcrali (Murat. 1134, 3): CN · ARRIO AGAPETO | ARRIA AGAPETE MATER | ET BOSTRYCHVS PATER | ET HELPIS MAMMA ET | FIEIE NVTRIX FILIO PIENTISSIMO.

§ 3. *Nutrix*, in hoc titulo sepulcrali (Visconti *Mus. Pio-Clem.* II, 82): DIIS · PROPITIS | CLAVDIA · T · F · QVINTA | C · IVLIO · HYMETO AEDITVO | DIANAE · PLANCIANAE | PAEDAGOGO · SVO · KAI | ΚΑΘΗΓΗΤΗ · ITEM | TVTORI · A · PVPILLATV | OB · REDDITAM · SIBI | AB · EO · FIDELISSIME | TVTELAM ET C · IVLIO | EPITYNCHANO · FRATRI | EIVS · ET · IVLIAE · SPORIDI | MAMMAE · SVAE · F | LIB · LIBERTABVSQ · POSTER · EOR. Cf. inscr. apud Murat. 1130, 9, ubi MAMMIA.

MAMMIA. Vide MAMMA § 3.

MAMMVLA, *avia*, diminut. mammae (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Inscr. apud Grut. 663, 2: VALERIVS · IVLIANVS · ITALICO · FILIO · INFELICISSIMO · ET HONORATAE · MAMMVLAE · HVIVS · FEC. Est etiam cognomen virile, ut M. Cornelius Mammula, apud Liv. XLII, 6.

MAMOR. Vide MARMOR.

MAMVRIVS Veturius, Βετούριος Μαμούριος (Plutarch. in *Numa* XIII, 3, 8), faber aerarius, qui tempore Numae floruit (vide MARMOR; et cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II, 2). Paul. pg. 131: « Mamuri Veturi nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de causa. Numa Pompilio regnante e coelo cecidisse fertur ancile, id est scutum breve, quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum; ut summum infimumque eius latius (al. latus) medio pateret, unaque edita vox omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci coeleste posset. Probatum opus est maxime Mamuri Veturi, qui praemii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent ». Varro *De l. l.* VI, 45 pg. 90: « Itaque Salii quod cantant, *Mamuri Veturi*, significant *veterem memoriam* ». Cf. Ovid. *Fast.* III, 383 sqq., et Propert. IV, II, 61.

MAMVRRA, eques romanus, Formiis natus (Plin. XXXVI, VII, 1; Catull. XXIX, 3). Horat. *Sat.* I, v, 37: « In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus ». Mamurranus, adiect. ad Mamurram pertinens, ut VILLA MAMVRRANA (*Giorn. arcad.* XXVIII, 346; Orell. n. 103).

-ИꟼИꟽ (MAN-), radix osca, pro mand-, rom. *mand-are*, in voc. ꟼƎ88ИИꟼИꟽ (manaffed) = MANAFED.

ИЯꟽ (man), in marmore perus. n. 1899 et in olla sepulcr. n. 1975. Cf. Lanzi II 446 = 375 ad n. 417, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 154 sg. ad n. 17, et Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 173.

MANA et Manuana, nomina deorum praestitum. Mart.

Capella § 164 pg. 218: « In his etiam locis Submanes eorumque praestites Mana atque Manuana (codd. et edit. *manuona*, *montuona*, *mantuana*, *mantuona*, *manuini*, *montuani*) ». Cf. Γενείτη Μάνη, apud Plutarch. *Quaest. rom.* cap. 52.

MANAFED, *mandavit*, antiquiori orthogr. ꟻƎ88ИИИM manaffed, apud Oscos. Vide AMANAFED = *ad-mandavit*, et rad. -ИИM (MAN-).

ꟻƎ88ИИИM (manaffed), *mandavit*, recentiori orthogr. MANAFED. Vide ꟻƎ88ИИИMИИ (aa-manaffed), et rad. -ИИM (MAN-).

?⅃AИAM (manal), *Maniá*, nomen mulieris, abl. sg., pro ⅃AIИAM (manial), in urna perus. n. 1340.

MANATES, populi Latii, quorum meminit Plin. III, IX, 16.

MANDELA, pagus in Sabinis prope Digentiam rivum. Horat. *Epist.* I, XVIII, 104 sq.:

« Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,
Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus ».

Mandelanus, adiect. ad Mandelam pertinens. Inscr. apud Orell. n. 104: VAL·MAXIMA MATER | DOMNI·PREDIA·VAL | DVLCISSIMA FILIA·QVE VIXIT·ANNIS·XXX | VI·MENS·II·D·XII·IN PRE|DIIS SVIS MASSAE MAN|DELANE·SEPRETORVM | HERCVLES QVESQN·PACE.

MANΔONION. Vide MANDVRIA.

MANDRACLO, *—aculum*, subst. n. acc. sg. 2 decl., pro mandraclom, antiquiori orthographiâ V⅃ꓘAⱭ+ИAM mantraklu et V⅃ꓘ⊗AⱭ+ИAM mantrahklu, e mandra et suff. -clo, apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 27, Aufr. et Kirch. I 67, 96, 117, 162 anm. 2, II 190). Tab. eugub. VIb 4: MANDRACLO·DIFVE·DESTRE·HABITV = *—aculum —a dextra habeto.* Huschkio est rom. *mantile*, *mantelum*, *mantelium* (*Die iguv. taf.* s. 152), ubi manus *tergentur* (Varro *De l. l.* VI 85 pg. 108). Alii exponunt *mandragoram* (Lanzi II 823 = 733 et Grotefend *Rud. l. u.* VI 17, VII 16). Cf. Passeri *Paralip.* pg. 327.

MANDVRIA, Μανδύριον, oppidum Italiae inferioris, in Sallentinis. Steph. Byz.: Μανδύριον, πόλις Ἰαπυγίας. ὁ πολίτης Μανδυρῖνος, ὡς Λεοντῖνος. Plin. II, CVI, 4: « In Sallentino iuxta oppidum Manduriam (unus cod. *Anduriam*) lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur ». Liv. XXVII, 15: « Q. Fabius consul oppidum in Sallentinis Manduriam vi cepit [an. U. C. DXLIII]. ibi ad quatuor millia hominum capta, et ceterae praedae aliquantum ». Plutarch. in *Agid.* III, 2: ἦν γὰρ Ἀγησιλάου μὲν Ἀρχίδαμος ὁ περὶ Μανδόνιον τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Μεσσαπίων ἀποθανών.

MANES, antiquiori orthographia Maanes (Marini *Arvali* pg. 500 nt. 78 ex Donato pg. 38 n. 3), dii sive animae mortuorum, fortasse a manus h. e. *bonus* appellati (vide MANIA). Fest. *Qu.* IX, 6 pg. 157 (cf. pg. 122): « Manes Di ab Auguribus invocantur, quod i per omnia aetheria terrenaeque † man[are credantur. Idem di su]peri atque inferi [dicebantur, quos ideo invocabant] Augures, quod hi [existimabantur favere vitae] hominis ». Mart. Capella § 160 pg. 215: « Ibique Manes, id est, corpori humano praesules attributi, qui parentum seminibus manaverunt ». Cf. Varro *De l. l.* VI, 24 pg. 82, Apul. *De deo Socr.*, Serv. in Virg. *Aen.* III 63, August. *De civ. Dei* IX 11, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.*

8ИAM (manf), comparandum cum umbr. IИAM (MANI) = *manu*, invenitur in tab. eugub. IIa 38 (cf. Aufr. et Kirch. II 387, 411, et Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126). *Manibus* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VII 27, VIII 31, 36. Huschkio est adv., pro rom. *separatim* accipiendum, e gr. μανόω, μονόω (*Die iguv. taf.* s. 382).

IИAM (MANI), *manu*, abl. sg. 4 decl. (loc. sg. ƎƎVИAM manuve; cf. 8ИAM manf), apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* V 32, VII 26, VIII 31 sq.; Aufr. et Kirch. I 18, 60, 125, II 158 anm. 1, 219, 349; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 57; Huschke *Die iguv. taf.* s. 188; Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 206). Tab. eugub. VIb 24 sq.: EAM·MANI | NERTRV·TENITV = *eam manu sinistra teneto* (Huschke op. cit. 184, Bugge in *Zeitschr.* cit. VIII 31). Adde tab. eugub. IIa 32 (IИAM).

IИAM (MANI), *Mania*, nomen mulieris, pro AIИAM mania (vide MANIA et MANIVS), abl. sg. ⅃AIИAM manial. In olla sepulcrali n. 1681*b*: IИAM·AИAO (thana mani) = *Tannia Mania* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 330 ad n. 32). Inscr. apud Lanzi I 163 = 124 n. 17: LVCIA·MANI A·D·XII·KAL·NOVEM.

MANIA, mater Larum et Manium (Arnob. III, 41; vide LAR). Varro *De l. l.* IX, 61 pg. 216: « Videmus enim Maniam matrem Larum dici ». Macrob. *Saturn.* I, 7: « Hic Albinus Caecina subiecit: Qualem nunc permutationem sacrificii, Praetextate, memorasti, invenio postea Compitalibus celebratam; cum ludi per urbem in compitis agitabantur, restituti scilicet a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae, ex responso Apollinis: quo praeceptum est ut pro capitibus, capitibus supplicaretur. idque aliquandiu observatum, ut pro familiarium sospitate pueri mactarentur Maniae deae* matri Larum. quod sacrificii genus Iunius Brutus consul Tarquinio pulso aliter constituit celebrandum. nam capitibus alii et papaveris supplicari iussit, ut responso Apollinis satisfieret de nomine capitum; remoto scilicet scelere infaustae sacrificationis: factumque est ut effigies Maniae suspensae pro singulorum foribus periculum, si quod immineret familiis, expiarent: ludosque ipsos ex viis compitorum in quibus agitabantur Compitalia appellitaverunt ».

§ 2. *Maniae*, turpes deformesque personae (Paul. pg. 144, et Fest. *Qu.* VIII, 25 pg. 145, cit. ad voc.

MANIVS). Fest. *Qu.* VIII, 9 pg. 129: « Manias Aelius Stilo dicit † ficta quae † ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellent. Manias autem, quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse larvas, id est manes deos deasque, † qui aut ab inferis ad superos manant, aut † Mania est eorum avia materna. sunt enim utriusque opinionis auctores ». Et Paul. pg. 128: « Manias dicunt ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas vocant; Manias autem, quam nutrices minitentur pueris parvulis, esse larvas, id est manes, quos deos deasque putabant, quosque ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt, qui Maniam larvarum matrem aviamve putant ». Arnob. VI, 26: « Usque adeone mortales seculi illius ac temporis corde fuerant vacui, rationis sensusque nullius, ut ab actionibus improbis tamquam parvuli pusiones, personarum monstruosissima torvitate sannis etiam constringerentur et maniis? ».

§ 3. *Mania*, praenomen muliebre, apud Romanos (= etr. IИAM mani et AIИAM mania). Vide MANIVS.

AIИAM (mania), *Mania*, nomen mulieris (= IИAM mani), apud Faliscos (vide ⅃AIИAM manial = *Mania*), in titulo sepulcrali n. 2449 (Garrucci *Scop. falische* in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 274).

⅃AIИAM (manial), *Maniâ*, nomen mulieris, abl. sg. e AIИAM (mania). Operculum ossuarii perus. n. 1141: ⅃AIИAM · ƎᛏA8AƆ · A⅃ (la cafate manial) = *Lars Cafatius Maniâ* natus. Adde inscr. Tuscan. n. 2127 (Orioli in *Giorn. arcad.* CXX, 240).

MANICIVM, manuum involucrum. Gloss. apud Labb.: « Manicium, χειρίς ».

MANICIVS, praetor Praenestinorum, apud Liv. XXIII, 19.

MANICVLA, *parva manus*. Plaut. *Pseud.* I, I, 16 sq.: « Ubi mamma manicula Obprimitur alia ». *Rud.* IV, IV, 125: « Post, est sicilicula argenteola et duae connexae maniculae ».

§ 2. *Manicula* est etiam transversa regula in stiva aratri, ait Varro (*De l. l.* V, 135 pg. 52), quod manu bubulci tenetur.

MIИAM (manim), in inscr. Viterb. n. 2055. Cum dor. μὰν pro μῆν comparat Oriolius (*Album* XIX, 175). Vide IЯƎMIИAM (manimeri).

MANIM, *manum*, acc. sg. 4 decl. (cf. umbr. MANI = *manu*), Oscorum linguâ (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 276, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 34 sq., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 118, Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 206). Tab. Bant. n. 2897 lin. 24: MANIMASERVM = *manum asserere* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126, Kirchhoff op. cit. s. 34 sq., Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88) vel *manum inserere* s. *iniicere* (Mommsen op. cit. s. 277, Huschke op. cit. s. 67).

MANIMASERVM. Vide MANIM et ASERVM.

IЯƎMIИAM (manimeri), in titulo sepulcr. n. 2056. Vide etr. MIИAM (manim).

ƎƆИIИAM (manince), in inscr. etr. n. 347.

MANIOLAE, *parvae maniae*. Vide MANIA § 2.

MANIPLARIVS, *manipularius* (manipularis), adiect. in lapide apud Mommsen n. 2814 (C · SENIO · SEVERO MANIPLARIO).

MANIPLVS, *manipulus*, unde MANIPLARIVS = *manipularius*, apud poëtas (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *manipulus*, et Corssen *Ueb. ausspr.* II, 8).

MANIS, *Manius*, praenomen virile, ut MANIS NAVIVS apud Fabr. cap. IX n. 360 pg. 642.

⅃ƧIИAM (manisl), *Maniâ* vel *Maniliâ*, nomen mulieris, abl. sg. (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 162), in urna perus. n. 1377.

MANIVS et Mania, praenomina apud Romanos et alios. Varro *De l. l.* IX, 60 sq. pg. 216: « forsitan ab eo, qui mane natus esset *, ut is Manius diceretur *; qui luci, Lucius; qui post patris mortem, Postumus. E quibus, cum item accidisset feminis, proportione ita appellata declinarant praenomina mulierum antiqui, Mania, Lucia, Postuma ». Paul. pg. 148: « Manius praenomen dictum est ab eo, quod *mane* quis initio natus sit, ut Lucius, qui *luce* ». Et auct. *Epit. de nom. rat.*: « Manii, qui *mane* editi erant, vel ominis causa, quasi *boni*, manum enim antiqui *bonum* dicebant ». Fest. *Qu.* VIII, 25 pg. 145: « Manius Egeri[us lucum] Nemorensem Dianae consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt, et per multos annos fuerunt. unde et proverbium: *Multi Mani Ariciae*. Sinnius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes et deformes significari, quia Maniae dicuntur deformes personae. et Ariciae genus panni fieri; quod manici † appelletur ». Pers. *Sat.* VI, 55: « Adcedo Bovillas, Clivumque ad Virbî; praesto est mihi Manius heres ». Ubi *Manius* pro Aricino aliquo homine ponitur. Cf. Manius Marcius (Plin. XVIII, IV, 4), Μάνιος Ῥαβολήιος (Dionys. Halic. X 58, XI 23).

ƧAƆИAM (mancas), in titulo sepulcrali n. 2181.

MANCIA, *manus*, unde diminut. MANCIOLA (cf. ital. *mancia* h. e. *donum*). Est cognomen rom., ut Q. Curtius Mancia (Cic. *De off.* I, 30) et Curtilius Mancia cos. an. U. C. DCCCVIII (Marini *Arval.* pg. 88).

MANCINVS, *sinister*, diminut. manci (cf. Mancinianus in Forcell. *Lexic.*). Prisc. pg. 79 = 592 P.: « Mancus Mancinus ». Est cognomen rom., ut A · HOSTILIVS MANCINVS (Grut. pg. 293). Paul. pg. 131: « Mancini tifata appellabantur, quod Mancinus habuit insignem domum, quae publicata est eo interfecto ».

MANCIOLA, *parva mancia* h. e. *manus* (vide MANCIA). Vet. poeta apud Aul. Gell. XIX, 7: « quandoque manciolis, inquit, tenellis, pro manibus ».

MANCIPS, *manceps.* Inscr. apud Orell. n. 4217: P · CLAVDIVS · P · F | IVSTVS MANCIPS | OFFICINARVM | AERARIARVM | QVINQVAE | ITEM FLATVRAE | ARGENTARIAE.

MANCVPIVM, *mancipium,* apud veteres. Vel. Long. pg. 2228 P.: « Antiquis varie etiam scriptitatum est, mancupium, aucupium, manubiae. siquidem C. Caesar per *i* scripsit, ut apparet ex titulis ipsius ». MANCVPVM pro *mancipum* invenitur in leg. Thor. agr. capp. 20, 51 (Append. n. LIX).

MANLIANA, Μανλιάνα, oppidum Tuscorum, apud Ptol. III, 1.

MANLIOLA, diminut. Manliae, cognomen rom. Inscr. apud Mommsen n. 4755 (Grut. 344, 4): ACILIAE · M · F · MANLIOLAE etc.

MANLLIVS, *Manlius,* gentilitium rom. in inscr. apud Mommsen n. 44 (SEX · MANLLI SEX · F · LVPI).

MANMESSIO, *manumissio,* in titulo sepulcrali apud Perret *Catac. de Rome* pl. v *i* (QVI DECESSIT DIE MANMESsionis).

MANSONARIVS, *mansionarius,* in titulo sepulcr. apud Marini *Papir. diplom.* pg. 301.

MANSTI, *mansisti.* Lucil. apud Aul. Gell. XVIII, 8: « Quando in eo numero mansti ».

MANSVETILLA, diminut. mansuetae, nomen propr. rom., in inscr. apud Murat. 2060, 3.

MANSVETINVS, diminut. mansueti, cognomen rom., in titulo sepulcrali, apud Marini *Inscr. alb.* pg. 70 (T · AVRELIO · MANSVETINO).

MANTELE et mantelium, linteolum quo manus in mensa tergentur (vide Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Varro *De l. l.* VI, 85 pg. 105: « Mantelium ubi manus tergentur ». Hinc fortasse *mandillo,* apud Genuates.

MANTELVM, genus vestimenti (ital. *mantello*), apud Plaut. *Capt.* III, III, 5.

MANTICVLA, *parva mantica* (perula, sacculus); unde manticularius. Fest. *Qu.* VIII, 13 pg. 133: « Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poëtae pro dolose quid agendo usi sunt eo verbo. Pacuvius: *Ad manticulandum astu aggreditur scit enim quid promeruerit. modici manticulatur,* . . . . . *Ita me facti oppressi iugo.* Item deinde: *Aggrediar astu regem; manticulandum est mihi.* et *Machinam ordiris novam manticula* ». Et Paul. pg. 132: « Manticulari dicuntur, qui manticulas attrectant, ut furentur ».

MANTICVLARIVS. Vide supra MANTICVLA.

MANTICVLOR. Vide supra MANTICVLA.

MANTINΩN, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2 (Μαντίνων πόλις).

MANTISA, additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adicitur, sed deterius et quod sine ullo usu est. Lucilius: « *mantisa obsonia vincit* ». Ita Paul. pg. 132. Döderl. *De voc. al.* etc. pg. 8: « Novissima huius glossae verba intuenti in mentem venire necesse est ματάζειν, unde *mantissa,* ut a κωμάζειν *comissari,* ἀναγκάζειν *necesse,* πυτίζειν *pytissare,* ὄβρυζον *obrussa.* Insertum autem est *n* corroborandae syllabae, ut in *mentiri* ab eadem radice formato, *menda, mendax* μάτη, μάταιος, in *planta* πλάτη, *mentula* μήδεα, *mandare* μήδεσθαι, sexcentisque aliis ».

MANTO, *mansito,* frequent. a *maneo.* Fest. *Qu.* VIII, 13 pg. 133: « Mantare, *saepe manere.* Caecilius in Epistola: *Iam ne adeo manta* ». Caecil. apud Non. X, 9 = pg. 505: « In voltu eodem, in eadem mantat malitia ».

MANTO, Μαντώ, mulier fatidica, apud Virg. *Aen.* X, 199 (vide MANTVA).

V⊣ƆIⓈAⱭ+ИAꟽ (mantrahklu). Vide V⊣ꓘAⱭ+ИAꟽ (mantraklu), quod sequitur.

V⊣ꓘAⱭ+ИAꟽ (mantraklu) et V⊣ƆIⓈAⱭ+ИAꟽ (mantrahklu), —*culum,* subst. n. acc. sg. 2 decl. pro mantraklum, et recentiori orthogr. MANDRACLO pro mandraclom, e mantra vel mandra et suff. klu vel klo, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 78, 96, 117, II 183, 190). Tab. eugub. II b 16: V+ⱭƎ8 : V⊣ƆꓘAⱭ+ИAꟽ (mantraklu fertu) = —*culum ferto.* Adde tab. eugub. II a 19 (V⊣ƆIⓈAⱭ+ИAꟽ). Huschkius vertit *mantele ferto* (*Die iguv. taf.* s. 152, 329, 390 sq.). Alii exponunt *mandragora* (Lanzi II 733 = 641, 743 = 651, 823 = 733, et Grotefend *Rud. l. u.* VII 16, 20, 23).

MANTVA, Μαντούα (Strab. V, I, 6) vel Μάντουα (Ptol. III, 1), sive Μάντυα (Polyb. XVI, XLI, 2), urbs Italiae superioris, ad Mincium fluvium, a Tuscis condita. Plin. III, XXIII, 3: « Mantua, Thuscorum trans Padum sola reliqua ». Virg. *Aen.* X, 198 sqq.:

> « Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
> Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,
> Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen;
> Mantua dives avis. Sed non genus omnibus unum;
> Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
> Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires ».

Ubi Servius: « Hic (*Ocnus* vel *Aucnus*) Mantuam dicitur condidisse, quam a matris nomine appellavit: nam fuit filius Tyberis et Mantus, Tiresiae Thebani vatis filiae, quae post patris interitum ad Italiam venit. Alii Mantos filiam Herculis vatem fuisse dicunt. Hunc Ocnum alii Auletis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: et, ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Cesenam (*Felsinam*), quae nunc Bononia dicitur, condidisse: permisisse etiam exercitui suo, ut castella munirent, in quorum numero Mantua fuit. Alii a Tarchonte Tyrrheni fratre conditam dicunt: Mantuam autem ideo nominatam, quod etrusca lingua Mantum, *ditem patrem* appellant, cui etiam cum cae-

teris urbibus et hanc consecravit. Mantus vero, genitivus graecus est: nam si latine declinaveris, *Mantonis* facit, sicut in Plauto legimus, *Ionis. Dives avis.* Maioribus praepotens. Et bene *dives avis*, quia non ab Ocno, sed ab aliis quoque condita fuit: primum namque a Thebanis; deinde a Tuscis; novissime a Gallis; vel, ut alii dicunt, a Sarsinatibus, qui Perusiae consederant. *Sed non genus omnibus unum.* Quia origo Mantuanorum et a Tuscis venit, qui in Mantua regnabant, et a Venetis: nam in Venetia posita est, quae et Gallia Cisalpina dicitur. *Gens illi triplex* etc. Quia Mantua tres habuit populi tribus, quae in quaternas curias dividebantur: et singulis singuli Lucumones imperabant, quos in tota Tuscia duodecim fuisse manifestum est: ex quibus unus omnibus praeerat. Hi autem totius Tusciae divisas habebant quasi praefecturas; sed omnium populorum principatum Mantua possidebat: unde est: *ipsa caput populis.* Ergo Virgilius miscet novam et veterem Etruriam; ut utriusque principatum patriae suae adsignet; cum alioquin Mantua ad haec auxilia pertinere non debeat; quod Aeneas nulla a Transpadanis auxilia postulaverit, cum omnis exercitus adversum Mezentium uno loco consederit: et propterea putetur Poëta in favorem patriae suae hoc locutus, ut de hac sola trans Padum pro Aenea adversum Mezentium auxilia faciat venisse, et quod nec populorum nomina, nec Lucumonum retulerit ». Comm. vet. interpr. in Virg. loc. cit. (edente Maio pg. 66): « Idem Vergilius ut Ocnus Mantus filius Mantuam condiderit, et a matris suae nomine appellaverit... Flaccus Etruscorum I: *In Appenninum*, inquit, *cum exercitu Appenninum transgressus primum oppidum constituit, quod tum Mantuam nominavit, vocatumque tusca lingua a Dite patre est nomen. Deinde undecim dedicavit Diti patri... Ibi constituit annum, et item locum consecravit, quod duodecim oppida condere.....* Vergilius ait: *Mantua dives avis* etc. A Darchonte enim in gente Etruscorum palam est Mantuam conditam, et alia undecim oppida. Describtio tamen, de qua loquitur, in vetere Etruria invenitur. Sed Vergilius miscet duas Etrurias veterem et inferiorem, ut utriusque principatum Etruriae suae adsignet: cum alioqui Mantua ad haec auxilia non pertineat ». Inscr. apud Orell. n. 3444: D · M | L · COMINI · L · M · MAXIMI · DOMV · MANTVA etc. Adde inscr. apud Henzen n. 6859, Ovid. *Am.* III, xv 7, Sil. Ital. VIII 595, Stat. *Silv.* II, vii 35 et IV, ii 9, Mart. I 62 et XIV 195, et Müller *Die Etr.* I 137 sqq. Liv. XXIV, 10: « Mantuae stagnum effusum Mincio amni cruentum visum ». — Incolae dicti sunt Mantuani (Serv. in Virg. *Ecl.* I, 3, 12, IX, 7, 10, 28). — Mantuanus, adiect. ad Mantuam pertinens (Stat. *Silv.* IV, vii, 26; Minuc. Fel. *Octav.* cap. 19; Macrob. *Saturn.* I 16, V 1; Solin. XLVI, 4), ut Respublica MANTuana (Orell. n. 2183 = n. 3905), plebs Mantuana (Serv. in Virg. *Ecl.* I, 1), ager Mantuanus (Serv. in Virg. *Ecl.* IX 1, 7, 28, *Georg.* II 198), ab Augusto militibus datus (vide CREMONA). Steph. Byz.: Μάντυα, πόλις Ῥωμαίων. τὸ ἐθνικὸν, Μαντυανός· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ· γράφεται καὶ Μάντουα, τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει· ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντούτης χρηματίζων. ἔστι καὶ κατὰ συγκοπὴν, ὡς τὸ Ζελείτης.

MANTVRNA, dea coniugii, apud August. *De civ. Dei* VI, 9.

MANTVS, *Dis pater*, apud Etruscos, teste Servio ad Virg. *Aen.* X, 198 (vide MANTVA).

MANVARIVS, *manualis*, adiect., apud Aul. Gell. XVIII, 13. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MANVFESTARIVS, *manifestarius* (manifestus), adiect. Plaut. *Trin.* IV, ii, 50 (ed. Ritschl): « Teneo hunc manufestarium ».

MANVFESTVS, *manifestus*, adiect., unde MANVFESTARIVS. Plaut. *Trin.* IV, ii, 66 (ed. Ritschl): « Teneor manufesto miser ».

MANVPLARIVS, *manipularius.* Inscr. apud Grut. 561, 1: C · SENIO · SEVERO · MANIPLARIO · EX · III · FIDE etc.

MANVS, *bonus*, adiect. apud veteres; unde Cerus manus est *creator bonus* (Paul. pg. 122, cit. ad v. MATVTA). Varro *De l. l.* VI, 4 pg. 74: « Diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod *bonum* antiqui dicebant manum, ad quoiusmodi religionem Graeci quoque, quom lumen adfertur, solent dicere φῶς ἀγαθὸν ». Macrob. *Saturn.* I, 3: « *Mane* autem dictum aut quod ab inferioribus, id est a manibus exordium lucis emergat, aut, quod verius mihi videtur, ab omine boni nominis: nam et Lanuvii mane pro *bono* dicitur: sicut apud nos quoque contrarium est immane. ut *immanis bellua*, vel *immane facinus*, et hoc genus cetera, pro *non bono* ». Fest. *Qu.* VIII, 28 pg. 146: « Manuos in carminibus secularibus † Aelius Stilo † significare ait *bonus:* et † Inferi di Manes pro boni dicuntur † a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut immanes quoque pro valde ..... dicuntur ». Et Paul. pg. 147: « Manues Aurelius significare ait *bonus.* Unde dii Manes pro *bonis* dicuntur a suppliciter eos venerantibus, propter metum mortis, ut immanes pro *valde non bonis* dicuntur ». Cf. Gloss. apud Mai *Cl. auct.* VII, 567 sq.

§ 2. Manus vel Mannus, nomen servile, apud Campanos. Liv. XVI, 27: « Eo praemio inductus Campanorum Calaviorum servus (Mannus ei nomen erat) indicavit etc. ». Alii legunt *Manus.* Cf. Drakenborch in Liv. loc. cit., et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 277.

MANVTIVS, h. e. *qui longas habet manus*, apud Isid. *Gloss.*

ƎƎVИAM (manuve), *in manu*, fortasse locat. sg. pro manuv-emem (Aufrecht et Kirchhoff I 60, 120, 125, II 349), vel ablat. sg. pro manuv-en (Knötel in

Zeitschr. f. die alterth. X = 1852 s. 122 sq. et s. 126, Huschke *Die iguv. taf.* s. 336), apud Umbros, qui ＩИAＭ (MANI) pro *manu* scripserunt. Tab. eugub. IIb 23: V+ƎBA⊗ : ƎƎVИAＭ : A+ƎBDV (urfeta manuve habetu) = —*am in manu habeto* (Aufr. et Kirch. II 352), quod alii vertunt *orbitam* (?) *manibus habeto* (Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* VIII 31, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 334). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 17. — *Manevus meis* pro *manibus meis* legitur in chart. Lucens. ann. 700 (vol. v p. II pg. 4).

MAXIMIOLA, *Maximilla*, diminut. maximae, = MAXXIMILLA, cognomen rom. apud Grut. 769, 6 (MAGNIA MAXIMIOLA).

MAXXIMILLA, *Maximilla*, diminut. maximae, = MAXIMIOLA. Est cognomen rom. apud Marini *Arval.* pg. 506 nt. 73 (CORFONIA MAXXIMILLA).

MAXXIMVS, *maxsimus* (maximus), adiect., unde diminut. MAXXIMILLA, apud Marini *Arvali* pg. 500.

OＭOXAＭ (maxomo), *maximos* (maximus), adiect. Est cognomen virile in inscr. falisca n. 2451 (cf. Garrucci *Scop. falische* pg. 273 in *Ann. dell'Inst. arch* XXXII = 1860).

MAXSIIMINVS, *Maxsiminus* (Maximinus), cognomen rom. (vide MAXSIMVS). Inscr. apud Grut. 94, 10: VOSEGO | MAXSII|MINVS | V · S · L · L. — *Maximeino*, pro *Maximino*, invenitur in lapide piceno, apud Mai *Script. vet.* V, 252 (GALERIO MAXIMEINO).

MAXSIMIANVS, *Maximianus*, cognomen rom. (e MAXSIMVS = *maximus*), ut IMP · CAESAR · M · AVR · MAXSIMIANVS · AVG. (Grut. 166, 7).


MAXSIMVS, *maximus*, adiect. superlat., (unde MAXSIMIANVS et MAXSIIMINVS), vetustiori orthographia MAXSVMVS (vide MAXXIMVS et MAXXIMILLA). Decr. col. Pis. pr. lin. 9 sq.: INTER · CETEROS · PLVRIMOS · AC · MAXSIMOS HONORES · L · CAESARIS; et Decr. col. Pis. sec. lin. 12 MAXSIMIS · GENTIBVS, et lin. 47 PONTIF · MAXSIMO. Est cognomen rom., ut A · HERENNVLEIVS MAXSIMVS (Fabr. cap. v n. 236 pg. 387), LICINIVS · L · F · MAXSIMVS (*Atti dell'Acad. Rom. d'arch.* I, I, 475), PETRONIVS MAXSIMVS (in numo Valentiniani III), NONIA · N · F · MAXSIMA (Mommsen n. 3281), AMBIBIAE MAXIMAE (Fabr. cap. v n. 235 pg. 387), DECIMIAE · MAXSIMAE (Mommsen n. 4874), AEMILIAE MAXSIMAE (Maffei *Mus. ver.* 370, 3). Adde inscr. apud Fabr. cap. v n. 233 sq. pg. 387, Mommsen n. 1609 cet. MAZIMOC pro Μάξιμος invenitur in lapide apud Boeckh n. 3766.

MAXSVME, *maxume* (maxime), adverb., antiquo scribendi more (vide MAXSVMVS), in lege Thor. agr. (Append. n. LIX) cap. 17.

MAXSVMVS, *maxumus* (maximus), adiect., unde MAXSVME = *maxume* (maxime), apud veteres (vide MAXSIMVS, MAXSIIMINVS, MAXXIMA et MAXXIMILLA). Decr. col. Pis. pr. lin. 6 PONTIFICIS · MAXSVMI, et Decr. col. Pis. sec. lin. 9 PONTIF · MAXSVMI. Inscr. apud Marini *Arvali* pg. 269: POMPEIA · ASCLEPIAS · HEIC · SEPVLTA · EST | AMANTISSVMA · SVIS · FIDE · MAXSVMA · PIA. Est etiam cognomen rom., ut C · EGNATIVS · CN · F · CN · N · MAXSVMVS (in numis argent. apud Cohen *Méd. consul.* pl. XVII n. 1-3), C · RVTILIO · MAXSVMO (Grut. 823, 7), IVVENTIA MAXSVMA (Murat. 174, 2), MAXSVMA · SADRIA (Mommsen n. 236).

IƎИƧVAЯAＭ (mapausnei), —*ia*, nomen mulieris, in inscr. clusina n. 653.

ƧV>AᐊΛM (maragus), in vase capuano n. 2750. Cf. Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. II, 139.



ƧIƎIBЯDЯＭ (marahieis), *Marae* vel *Marii*, praenomen oscum, pro ƧꟻƎIIЯDЯＭ (maraiieís), e MAPAΣ, in patera Nolana n. 2782 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 277). Cf. ƧƎIBᐊЯＭ (marhies), et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 220.

IЯᐊЯＭ (MAPAI), *Marae* (Marii), praenomen oscum (genit. sg. 1 decl.), fortasse pro ƧꟻƎIIЯDЯＭ maraiieís, e MAPAΣ = *Mara* vel *Marius* (Lanzi II 610 = 524 ad n. 7, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 33, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 277). In lapide Nolano n. 2768: IЯDЯＭ · ƧIIKVᐊVＭ · ᐊVKЯЯП (paakul mulukiis marai) = *Paculus Mulucius Marae* vel *Marii* filius (cf. Mommsen op. cit. s. 178, Aufr. et Kirch. I 168, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 165). Adde inscr. n. 3039 MAPAI · YCONTION, et n. 3040 MAPAI · VC · R (cf. Huschke op. cit. s. 214).

ƧꟻƎIIЯDЯＭ (maraiieís), *Marae* vel *Marii*, praenomen oscum, idem ac ƧIƎIBЯDЯＭ (marahieis), fortasse per compendium IЯDЯＭ (MAPAI), e MAPAΣ (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VII, 2), in inscr. Bovian. n. 2873 ter lin. 5.

ƎᐊAЯAＭ (marale), —*us*, cognomen virile, in operculo ossuarii corton. n. 1039.

MAИAЯAＭ (maraliaś), in tegula sepulcr. n. 738. *Maraliae*, nom. pr. fem., exponit Vermigl. (*Inscr. per.* pg. 329 ad n. 23).

?M[A]ЯAM (maram), in vase etr. n. 2404. Cf. Lepsius *Ueb. die Tyrrh.* etc. s. 40, et Orioli in *Album* XXII 195.

[MAP]AΣ, *Mara* vel *Marius*, praenom. samnit. (genit. sg. ƧꟻƎIIЯDЯＭ maraiieis = ƧIƎIBЯDЯＭ marahieis et IЯDЯＭ marai), per compendium DＭ mr (Mommsen

Die unterit. dial. s. 277; cf. Grotefend *Rud. l. o.* s. 22). Inscr. n. 3063: [MAP]AΣΠΟΜΠΤΙΕΣ = *Mara* vel *Marius Pomptius* (Mommsen op. cit. s. 193, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 215). Vide MARIVS, et etr. IƎꓷAꟽ (marei), MAIꟼAꟽ (mariaś) et ƎIꟼAꟽ (marie).

IƎꓷAꟽ (marei), *Maria*, nomen mulieris (vide ƎIꟼAꟽ = *Marius*). In tegula etr. n. 178: IƎꓷ[A]ꟽ IOꓷA⅃ (larthi marei) = *Lartia Maria.*

MAREITVS, *maritus*, subst. m. In inscr. apud Orell. n. 4848: SVOM · MAREITVM · CORDE · DEILEXIT · SOVO.

ƧƎIꓭꓘꓤꟽ (marhies), quod legitur in vase Nolano n. 2772, comparatur cum praenomine ƧIƎIꓭꓤꓘꓤꟽ (marahieis) = *Marae* vel *Marii* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 277). *Marciae* exponit Huschkius (*Die osk. und sab. sprachd.* s. 222 sq.).

MARIANA, Μαριανή, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2. Vide voc. sq.

MARIANVM, Μαριανόν, Corsicae promontorium. Ptol. III, 2: Μαριανὸν ἄκρον καὶ πόλις. Vide MARIANA.

MAIꟼAꟽ (mariaś), *Mariae*, nomen mulieris, genit. sg., e IƎꓷAꟽ marei = *Maria*. Operculum ossuarii Clusini n. 710: MAIꟼAꟽ : VꟼV+ꟼƎM : ⅃Ǝꟻ (vel s̕erturu mariaś) = *Velius Sertorius Mariae* filius.

MARID, *mari*, apud veteres. Col. rostr. inscr. n. 2715 lin. 9: IN · ALTOD · MARID.

ƎIꟼAꟽ (marie), *Marius*, gentilitium etr., = samnit. MAPAΣ (vide IƎꓷAꟽ marei, MAIꟼAꟽ mariaś et MARIVS). In titulo sepulcr. n. 654: ƎIꟼAꟽ : Ǝ⅃VA (aule marie) = *Aulus Marius.*

MARIINVS, *marinus*. Est cognomen rom., ut MESTRIVS · MARIINVS PICTOR, apud Grut. 90, 4.

MARICA, nympha litoris Minturnensium, Fauni uxor, et Latini mater. Virg. *Aen.* VII, 47 sqq.:

« Hunc (*Latinum*) Fauno et nympha genitum Laurente Marica
Adcipimus ».

Ubi Servius: « Est autem Marica, dea littoris Minturnensium, iuxta Lirin fluvium. Horatius III od. 17 *Et innantem Maricae littoribus tenuisse Lirin.* Quod si voluerimus accipere uxorem *Fauni Maricam*, non procedit. Dii enim topici, id est, locales, ad alias regiones nunquam transeunt. Sed potest dictum esse per poëticam licentiam, *Laurente Marica;* cum sit Minturnensium. Dicunt alii per *Maricam*, Venerem intelligi debere; cuius fuit sacellum iuxta *Maricam*, in quo erat scriptum: ΝΑΟΣ ΤΗΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ». In lapide Pisaur. n. 77: DEI · MARI | CA. Ab ea nomen habuit Minturnensium palus. Vell. Paterc. II, xix, 2: « Marius post sextum consulatum annoque lxx, nudus, ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto, circa paludem Maricae, in quam se, fugiens consectantes Sullae equites, abdiderat, iniecto in collum loro, in carcerem Minturnensium iussu duumviri perductus est ». Cf. Plutarch. in *C. Mar.* XXXIX, 6.

§ 2. *Marica* dicta est Circes mortua et consecrata. Lact. I, 21: « Romulus post mortem Quirinus factus est; et Leda, Nemesis; et Circe Marica ».

ƎИAƆIꟼAꟽ (maricane), *Maricanius* (Marcanius?), nomen virile, comparandum cum MAИƆꟼAꟽ marcnaś (cf. Lanzi II 402 = 331 ad n. 217, 422 = 351 ad n. 315, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 32). In titulis sepulcralibus: ƎИAƆIꟼAꟽ OꟼA⅃ (larth maricane, num. 179) = ƎИAƆIꟼAꟽ · O⅃ (lth maricane, num. 655) h. e. *Lars Maricanius.*

MARICI, populi Liguriae, qui Ticinum condiderunt (Plin. III, xxi, 2; vide TICINVM). Cf. Maricus, apud Tac. *Hist.* II, 61.

MARIO -onis, *masculus*. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. pg. 126 col. 4 (P · EGRILIVS MARIO).

ƧIꓷAꟽ (maris), *Marii*, nomen virile genit. sg. (vide ƎIꟼAꟽ marie = MARIVS), in vase etr. n. 807.

MIꓷAꟽ (maris̕) et ƧIꓷAꟽ (maris), genius vel daemon (cf. A⅃A⅃ lala et ИA⅃A⅃ lalan, ИAꓷA⅃ laran et AƧA⅃ lasa), apud Etruscos (Braun in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1842 pg. 173, et in *Annali* XXIII = 1851 pg. 151 sg.), fortasse pro *Marte* (Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* LXXXV, 140 sgg.), in speculo Volc. n. 2041 (ƧIꓷAꟽ). In alio speculo etr. n. 480, ubi Venus et Minerva sculptae sunt. Maris dicitur halna et hursnana, AИ⅃AꓭMIꓷAꟽ et AИAИꓷƧVꓭMIꓷAꟽ, quos pro *Dioscuris* declarat Cavedonius (in *Bullett.* cit. an. 1843 pg. 40 sg.); et in speculo Volsin. n. 2094 iisdem geniis maris̕halna et marishursnana iungitur maris̕ isminthians (ƧИAIOИIꟽƧIMIꓷAꟽ). Cf. Gerhard *Ueber die gotth. der Etr.* anm. 12, 56, 96, 186, et in *Bullett.* cit. an. 1860 pg. 144.

AИ⅃AꓭMIꓷAꟽ (maris̕halna). Vide MIꓷAꟽ (maris̕).

AИAИꓷƧVꓭMIꓷAꟽ (maris̕husrnana). Vide MIꓷAꟽ (maris̕).

ƧИAIOИIꟽƧIMIꓷA[ꟽ] (maris̕isminthians). Vide MIꓷAꟽ (maris̕).

MARITA, *uxor*, in titulis sepulcr. apud Fabr. cap. iv n. 268-271 pg. 299. Inscr. apud Grut. 794, 11: D · M | IVLIAE · PIETATI | MARITAE · OPTIMAE | C · IVLIVS · SYMFOR | FECIT.

MARITVMVS, *maritimus*, adiect. apud Cic. *De Rep.* II 14 et Varr. *De l. l.* V, 113 pg. 45. — Est cognomen rom., ut L · BENNIVS · L · F · TRO · MARITVMVS (Mommsen n. 2383).

MARIVS, praenomen samniticum, antiquiori orthographia Maras (MAPAΣ), ut Marius Statilius Lucanus (Liv. XXII, 42 sq.), Marius Blossius Campanus (Liv. XXIII, 7), Marius Alfius meddix tuticus Capuae (Liv. XXIII, 35), et Marius Egnatius (Vell. Paterc. II, 16) = Μάριος Ιγνάτιος (Appian.

De bell. civ. I, 40). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 277.

§ 2. Est etiam gentilitium samniticum (= etr. ƎIЯAM marie), ut Marcus Marius.

..ϽЯAM (marc..), fortasse pro MAИϽЯAM (marcnaś) = *Marcanii*, in titulo sepulcr. n. 1835.

MAИAϽЯAM (marcanaś), *Marcanius*, gentilitium etr., quod saepius per contractionem scribitur MAИϽЯAM marcnaś vel MAИ↓ЯAM marchnaś, sicut AMИϽЯAM marcnśa pro AMIИAϽЯAM marcaniśa, e MIΘAM mariś Etruscorum daemone et rad. -AИϽ cna-, rom. gna-scor, quasi *Marte genitus*, *Martigenus* (cf. AИϽЯAᒧ lar-cna = *Largenna*). Inscr. perusina num. 1683: MAИAϽЯAM · Ǝ†I† (tite marcanaś) = *Titus Marcanius* (Titius Marcanius?). In laterculo milit. MARCANIVS RESTITVTVS VOLSIN.

AMIИAϽЯAM (marcaniśa), *Marcanii uxor*, = AMИϽЯAM marcnśa, cognomen mulieris, e coniuge MAИAϽЯAM marcanaś = MAИϽЯAM marcnaś, in ossuariis etr. n. 505 et n. 1881 (cf. Lanzi II 376 = 305, 418 = 347 ad numm. 133, 297, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 325 ad n. 10).

MƎϽЯAM (marceś) et ⅁ƎϽϽAM (marces), *Marci* vel *Marcii*, genit. sg., praenomen sive gentilitium etr. (vide AIϽЯAM marcia), in titulo sepulcr. n. 1605 (cf. Passeri *Lett. Roncagl.* n. v, pg. 422, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 252 ad n. 184). Adde inscr. urbevet. n. 2046 (Orioli apud Vermigl. *Sepulcr. dei Volunni* pg. 134 ed. 2.ª). ⅁ƎϽϽAM marces invenitur etiam in vase volcente n. 2170.

IϽЯAM (marci), *Marcia*, familiae etruscae nomen, pro AIϽЯAM (marcia), quod vide. Operculum ossuarii n. 181: « larthi . marci . ril . LXXII » = *Lartia Marcia*

IIXXTVJIЯ·IϽЯAM·IOЯAᒧ

vixit ann. LXXII. In alio operculo ossuarii clus. n. 968 (cf. n. 969): IϽЯAM · AO (tha marci) = *Tannia Marcia.*

§ 2. IϽЯAM (marci), pro *Marci*, praenom. virile genit. sg., invenitur in inscr. falisca n. 2452.

AIϽЯAM (marcia), *Marcia*, familiae etr. nomen, quod et scribitur IϽЯAM marci (cf. MƎϽЯAM marceś = *Marci*). In tegula sepulcr. n. 897: AIϽЯAM : AIИAO (thania marcia) = *Tannia Marcia*. Inscr. falisca n. 2447: AIϽЯAM AᒧOΠ (pola marcia) = *Paulla Marcia*.

§ 2. *Marciā*, fortasse pro marcial, abl. sg. Urna perusina n. 1609: AIϽЯAM : AИMЯV[O] : ЯA (ar thurmna marcia) = *Arrius Tormenius Marciā* natus (?).

MARCINA, Μάρκινα, oppidum Italiae inferioris, a Tyrrhenis conditum, inter Paestum et Sirenussarum promontorium. Strab. VI, I, 13: μεταξὺ δὲ τῶν Σειρηνουσσῶν καὶ τῆς Ποσειδωνίας Μαρκῖνα (codd. Μάρκιννα), Τυρρηνῶν κτίσμα οἰκούμενον ὑπὸ Σαυνιτῶν.

OIϽЯAM (marcio), *Marcius*, nomen virile. Inscr. falisca n. 2440: OIИIJIϽЯAϽA : OIϽЯAM (marcio acarcelinio) = *Marcius Acarcelinius* (Garrucci in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 275).

MARCIPOR, *marci puer* (servus), apud veteres, qui etiam MARPOR scripserunt. Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 26: « In servis iam intercidit illud genus, quod ducebatur a domino, unde Marcipores, Publiporesque ». Plin. XXXIII, VI, 10: « Aliter apud antiquos, singuli Marcipores Luciporesque dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant ». Adde Fest. *Qu.* XII, 25 pg. 257 cit. ad voc. QVINTIPOR, et Priscian. pg. 236 = 700 P. cit. ad voc. PVBLIPOR.

MARCIVS, gentilitium sabinum, ut Ancus Marcius, Μάρκιος Ἄγκος (Plutarch. in *Numa* XXI, 4, *De fort. Rom.* cap. 5 et 10; Polyb. VI, II, 14), Romanorum rex, natus e Marcio, qui Pompiliam Numae filiam uxorem duxit (Plutarch. in *Numa* XXI 3 sq.; cf. Ovid. *Fast.* VI 812, Eckhel *Doctr. num. vet.* V 245, et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 356). Liv. I, 32: « Numae Pompilii regis nepos, filia ortus, Ancus Marcius (codd. *Martius*) erat ». Svet. *Caes.* cap. 6: « Nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges ». Plutarch. in *Coriol.* I, 1: Ὁ Μαρκίων οἶκος ἐν Ῥώμῃ τῶν πατρικίων πολλοὺς παρέσχεν ἐνδόξους ἄνδρας, ὧν καὶ Μάρκιος ἦν Ἄγκος ὁ Νομᾶ θυγατριδοῦς καὶ μετὰ Τύλλον Ὀστίλιον βασιλεὺς γενόμενος. Vide ANCVS et MAMERCVS; et cf. Forcellini *Lexic.* s. v. *Marcius.*

ИϽЯAM (marcn), *Marcan...*, in titulo sepulcr. n. 2369.

AИϽЯAM (marcna), *Marcanius*, gentilitium etruscum, = AИ↓ЯAM marchna, pro MAИϽЯAM marcnaś. Inscr. n. 180: AИϽЯAM : O[Я]Aᒧ (larth marcna) = *Lars Marcanius*, nisi reddendum *Lartia Marcania.* Est etiam cognomen virile, ex. c. AИϽΘAM · Ǝ†I† · VA (au tite marcna, n. 1359) et AИϽЯAM · I† · VA (au ti marcna, n. 1360) = *Aulus Titius Marcanius.*

§ 2. *Marcania*, nomen mulieris, pro IƎИϽЯAM marcnei vel IИϽЯAM marcni. Operculum ossuarii clusini n. 539: AИϽЯAM : OΘAᒧ (larth marcna) = *Lartia Marcania.*

§ 3. *Marcaniā* (?), fortasse pro marcnal (vide ᒧAIИϽΘAM marcnial), in operculo ossuarii clusini n. 707.

§ 4. *Marcanii* (?), genit. sg., fortasse pro MAИϽЯAM marcnaś, in olla clusina n. 503.

MAИϽЯAM (marcnaś), *Marcanius*, gentilitium etruscum, pleniori orthographia MAИAϽЯAM marcanaś, minus recte AИϽЯAM marcna (= AИ↓ЯAM marchna), unde IƎИϽЯAM marcnei et IИϽЯAM marcni = *Marcania*, et AMИϽЯAM marcnśa = AMIИAϽЯAM marcaniśa h. e. *Marcanii uxor.* Urna perusina n. 1366: MAИϽ|ϽAMMƎϟI†ƎΞ (vel titeś marcnaś) = *Velius Titius Marcanius.* Adde inscr. perus. n. 1365 et n. 1683.

§ 2. *Marcanii*, genit. sg. = MAИ↓ꟼAM marchnaś (cf. AИϽꟼAM marcna § 4). Ossuarium perus. n. 1364: MAИϽꟼAM | · ИƎꟼA : IИƧA8 (fasti atvli marcnaś) = *Fausta Atilia Marcanii* uxor. Cf. inscr. n. 1835.

IƎИϽꟼAM (marcnei), *Marcania*, nomen vel cognomen mulieris, = IИϽꟼAM marcni, unde ⅃AIИϽꓷ[AM] marcnial et AMИϽꟼAM marcnśa (vide MAИϽꟼAM marcnaś). Operculum ossuarii perusini n. 1406: IƎИϽꟼAM · IИIƎ : AI⅃IƎƎ (veilia vipi marcnei) = *Velia Vibia Marcania.*

IИϽꟼAM (marcni), *Marcania*, familiae etr. nomen, = IƎИϽꟼAM marcnei et vetustiori orthogr. IƎИ↓ꟼAM marchnei (vide AИϽꟼAM marcna § 2). In titulis sepulcr. ex Clusio: IИϽꟼAM VA (au marcni, n. 557) = *Aula Marcania*, IИϽꟼAM : ⅃Ǝ (vl marcni, n. 656) = *Velia Marcania*, et IИϽꟼAM : O⅃ (lth marcni, n. 897 bis) = *Lartia Marcania* (sive *Lars Marcanius*).

§ 2. *Marcanius*, gentilitium etr., pro marcniś = MAИϽꟼAM marcnaś. In lapid. clus.: IИϽꓷAM : Ǝ⅃VA (aule marcni, n. 502, 504) et IИϽꟼAM : Ǝ⅃ƎA (avle marcni) = *Aulus Marcanius*. Cf. inscr. n. 557 et n. 897 bis.

§ 3. *Marcanii*, genit. sing., ut mihi videtur, pro marcniś = MIИ↓ꟼAM marchniś (cf. MAИϽꟼAM marcnaś § 2). Operculum ossuarii clusini n. 743: IИϽꟼAM : IƎИ+V+ : OA (ath tutnei marcni) = *Attia Tutinia Marcanii uxor.*

⅃AIИϽꓷ[AM] (marcnial), *Marcaniā*, nomen mulieris, abl. sg., e IИϽꓷAM marcni, apud Etruscos, in fragm. inscr. clus. n. 506.

AMИϽꟼAM (marcnśa), *Marcanii uxor* (= AMIИAϽꟼAM marcaniśa), cognomen mulieris e gentilitio coniugis (MAИϽꟼAM marcnaś h. e. *Marcanius*) derivatum, in operculo ossuarii perus. n. 1818.

MARCVLVS, diminutivum a Marco. Ita Paul. pg. 125. Cf. MARTVLVS.

MARCVS. Vide M., MAARCVS et voc. sq.

ƧVϽꓘAM (marcvs), *Marci?*, genit. sg., in inscr. etr. n. 2340 lin. 1. Cf. Lanzi II 466 = 395 ad n. 471.

MARMA. Vide MARMAR, quod sequitur.

MARMAR, *Mamers* (Mars), in carm. fratr. Arval. (n. 2692, MARMA et MARMAR). Vide MARMOR, MAMERS, MAVORS et MARS; et cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 2 sqq.

ƧIMꓷAM (marmis), Μαρπήσσα (Marpessa), Eveni filia, de cuius matrimonio Idas (ƎTI ite) et Apollo (V⅃ꟼA aplu) inter se concertarunt (Apollod. II, 7, Homer. *Iliad.* IX, 553 sqq.; et vide ƎTI ite). Occurrit in etr. speculo n. 2479 (Caiet. De-Minicis *Congett. sopra uno specchio etr.* pg. 7 sgg., Braun et Iahn in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1838 pg. 128 et an. 1840 pg. 90 sg., Gerhard *Die Etr. spiegel* ad taf. LXXX; cf. *Giorn. arcad.* LXXV, 381).

MARMOR et Mamor, fortasse *Mamers*, in carm. fratr. Arval. (n. 2692). *Mamurius* exponit Lanzius I 144 = 110. Cf. Galvani *Delle genti* etc. pg. 440, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II, 2 sq., 9 sqq.

MARMVR, *marmor* (gr. μάρμαρος). Quintil. *Inst. orat.* I, VI, 23: « sicut Antonius Gnipho, qui robur quidem et ebur, atque etiam marmur fatetur esse: verum fieri vult ex his *robura*, *ebura*, *marmura* ».

MARO, collis Siciliae. Plin. III, XIV, 3: « fragor ad Maronem et Gemellos colles ».

MARONATEI, *Maronis* (?), cognomen virile, genit. sg., pro maronater (?), apud Umbros, in lapide n. 81 lin. 4 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 8, Aufr. et Kirch. I 54, 61, 106, 122 sq., II 391; cf. Müller *Die Etr.* I 51 anm. 107, Grotefend *Rud. l. u.* III 13, et Mommsen in *Zeitschr. f. die wissensch. der sprache* I 393 sq.). *Curatione* exponit Huschke (*Die iguv. taf.* s. 509, et in *Rhein. Mus.* n. f. XI, 346 sq.), et hanc vocem sumit pro magistratu umbrico = osc. MEDIX, e rad. *med-* vel *mer-* (gr. μήδομαι, μῆδος, μερμαίρω = μερμηρίζω). Cf. MARONES in inscr. Asis. apud Grut. 167, 7.

MAROVCAI (maroucai), *Maroucae* (Marruvicae), adiect. dat. sg., ad Marruvium pertinens (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 136 sqq.). In aere Rapin. n. 2741 lin. 1 sq.: AISOS PAKRIS TOTAI | MAROVCAI LIXS = *sacri paciferi civitati Marruvicae leges* (Corssen loc. cit. s. 159), et lin. 5: TOTAI MAROVCAI = *civitati Marruvicae*, quod alii vertunt *populo Marrucino* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 340 et in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pgg. 87, 97; vide MARRVCINI). Cf. Aufrecht et Kirchhoff II 48, et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 246.

MARPOR, *Marcipor* (Marci puer), apud veteres. In marmore rom. (*Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1861 pg. 81 et pg. 251): M · PINARI · PL | MARPOR.

MARRVBIVM vel Marruvium, Μαρούιον (Strab. V, IV, 2; Dionys. Halic. I, 14), oppidum Marsorum, hodie *S. Benedetto*, ad Fucinum lacum. Dionys. Halic. I, 14: Πλησίον δὲ τῆς Ἴσσης Μαρούϊον, ἐπὶ τῷ μυχῷ τῆς αὐτῆς λίμνης κειμένη, τετταράκοντα σταδίους ἀπέχουσα τῶν καλουμένων ἑπτὰ ὑδάτων. Sil. Ital. VIII, 505 sq.:

« Marruvium, veteris celebratum nomine Marri,
Urbibus est illis caput ».

In lapidibus rom.: REIP · SPLENDIDISSIMAE · CIVITATIS · MARS · MARR · (Mommsen n. 5491), M · MARIOCVS · PATRONVS · CIVITATIS MARSORVM · MARR · (Mommsen n. 5499), L · DINDIO PRIMITIVO DECVR · MAR · (Mommsen n. 5500). Cf. *Tab. Peuting.* segm. V*b* (« Marrubio »). — Marrubii (Serv. in Virg. *Aen.* VIII, 430, vide RHOETVS) vel Maruvii (Plin. III, XVII, 1) sunt eius oppidi incolae. — Marrubius, adiect. ad Marrubium pertinens. Virg. *Aen.* VII, 750: « Quin et Marrubia (cod. Med. *Marruvia*) venit de gente sacerdos ». Ubi Servius:

« Scilicet Medea, quando relictis Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam pervenisse: et populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubii appellabantur, quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra serpentes. Quamquam alii Marrubios a rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam *Angitiam* nominaverunt ab eo, quod eius carminibus serpentes angerent. Ab his nunc Umbronem venisse dicit, non regem sed ducem. Sunt autem isti Marsorum populi ». Cf. Pott *Etym. forsch.* II 51, 91 (Marrubium pro *Mars-urbium* h. e. *Marsorum urbs?*).

MARRVCINI, Μαρρουκῖνοι (Strab. V, IV, 2; Polyb. II, XXIV, 12; Diod. Sic. XIX, CV 5, XX, CI 5; Appian. *De bell. civ.* I, 39, 52; Plutarch. in *Paul. Aem.* XX, 3) vel Μαρουκῖνοι (Ptolem. III, 1), populi Italiae inferioris, prope Aternum fluvium, quorum caput Teate oppidum (Strab. loc. cit.). Plin. III, XVII, 1 (cf. XV, XXI, 3): « Marrucinorum Teatini ». Ptol. III, 1: Τεατέα Μαῤῥουκινῶν. Antonini *itinerarium* pg. 310: « Teate Marrucino »; et *Tab. Peuting.* segm. V*b*: « Tea Nomarruci ». Cato in IV Originum (Prisc. pg. 487 = 871 P.): « Marsus hostem occidit prius quam Paelignus, propterea Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomine ». Cf. Pott *Etym. forsch.* II 91. Cic. *pro Cluent* cap. 69: « Adsunt Ferentani, homines nobilissimi, Marrucini item pari dignitate ». Cf. Liv. VIII 29, IX 45, XXII 9, XXVI 11, XXVIII 45, Caes. *De bello civ.* I 23, II 34, Colum. X 131, Tertull. *Adv. Marc.* V, 17, et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 294. — Marrucinus, gr. Μαῤῥουκῖνος, adiect. ad Marrucinos pertinens (vide MAROVCAI = *Maroucae* vel *Marrucae*), ut Marrucinus ager (Plin. II, LXXXV 2, XVII, XXXVIII 4; Liv. XXVII, 43), Μαῤῥουκίνη χώρα (Polyb. III, LXXXVIII, 3), Marrucini montes (Stat. *Silv.* IV, IV, 86), Marrucina domus (Sil. Ital. XVII, 453). Sil. Ital. VIII, 519 sq.:

« Marrucina simul Frentanis aemula pubes
Corfini populos, magnumque Teate trahebat ».

Idem XV, 566 sq.:

« Qua duri bello gens Marrucina, fidemque
Exuere indocilis sociis Frentanus in armis ».

MARRVVIVM. Vide MARRVBIVM.

MARS, Ἄρης, deus belli praeses, apud veteres MAVORS (unde MAVRTE = MARTE pro *Martei* h. e. *Marti*), Oscorum linguâ MAMERS, umbr. I+ᗡAM marti, et Ǝ+ᗡAM (MARTE) = *Marti*, e marmars, quod e syllaba reduplicata mar (cf. MARMAR, etr. MIᗡAM mariś et AИϽЯAM marcna). In lapidibus romanis appellatur deus (Orell. n. 2397), amicus et consentiens (Orell. n. 1341), augustus (Orell. n. 274, 346, 1342 sq., 2122, 2171), campester (Orell. n. 1356, 3496), conservator (Orell. n. 3427), custos (Henzen n. 5490), cyprius (Orell. n. 4950 = Henzen n. 5669), dominus (Orell. n. 1356), gradivus (Henzen n. 5670), invictus (Kalend. Venus. mense maio, et inscr. apud Henzen n. 5671), Leucetius (Orell. n. 1356, Henzen n. 5899) vel Loucetius (Henzen n. 5898 sq.), militaris (Orell. n. 1356, Henzen n. 5672), pacifer (Orell. n. 1353), pater conservator (Orell. n. 1347), pater actor (Orell. n. 961), victor (Orell. n. 1356, Henzen n. 5673), ultor (Henzen n. 6836). Cf. Mars Pelasgus, apud Enn. *Ann.* vs. 17. — Martialis, adiect. ad Martem pertinens, ut Martiales ludi (Suet. in *Claud.* cap. 4), Martialis campus (Ovid. *Fast.* III 519, Paul. pg. 131) in Coelio monte. Cic. pro *Cluent.* cap. 15: « Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati ».

MARSI, Μαρσοὶ (Strab. V, II 1, III 7, 9, 11 et 13, IV 2; Ptol. III, 1; Diod. Sic. XX, XLIV 8 et CI 5; Dio Cass. LX, 11, et fragm. n. 111) vel Μάρσοι (Polyb. I, XXIV, 12; Appian. *De bell. civ.* I 39, 50, 52), populi Italiae, iuxta lacum Fucinum (Plin. XVII, XXXV 15, XXI, XLV 3, XXVIII, IV 1, XXXI, XXIV 1), ubi nunc *Abruzzo ulteriore;* ita dicti a Marso Circes filio. Plin. XXV, V, 2 (cf. VII, II 7 et XXVIII, IV 5): « multique Circeios, ubi habitavit illa (*Circe*), magno argumento etiamnum durante in Marsis a filio eius orta gente, quos esse domitores serpentium constat ». Solin. II, 27 sqq.: « Gentem Marsorum serpentibus illaesam esse, nihil mirum. A Circes filio genus ducunt, et de avita potentia deberi sibi sentiunt servitium venenorum, ideoque venena contemnunt. Coelius Aeetae tres filias, Angitiam, Medeam et Circen dicit fuisse .....; Medeam ab Iasone Buthroti sepultam, filiumque eius Marsis imperasse ». Lucil. apud Non. III, 69 = pg. 201: « Iam disrumpetur medius; iam ut, Marsus colubras Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnis ». Ennius apud Cic. *De div.* I, 58 (cf. II, 33): « Non habeo denique nauci Marsum augurem ». Hinc Marsi dicti sunt, qui serpentes manu tractant, et contra eorum venenum remedia venditant (Firmic. *Math.* VIII, 17). Pauperrimi, sed fortissimi fuere, praecipui auctores belli socialis sive marsici (Flor. III, 18; Liv. VIII 6, IX 41, 45, X 3, XXII 9, XXVI 11, XXVIII 45, XXXIII 36; Cic. *in Vatin.* cap. 15, *De leg. agr.* II 33; Caes. *De bello civ.* I 15, 20, II 27, 29). Cf. Inscr. apud Mommsen n. 370 = Henzen n. 5346, et vide MARRVBIVM. Appian. *De bell. civ.* I, 46: Μάρσους δὲ Κορνήλιος Σύλλας καὶ Γάϊος Μάριος, ἐπιθεμένους σφίσι, συντόνως ἐδίωκον, μέχρι θριγκοῖς ἀμπέλων ἐμπεσεῖν αὐτούς. Καὶ Μάρσοι μὲν τοὺς θριγκοὺς κακοπαθῶς ὑπερέβαινον· Μαρίῳ δὲ καὶ Σύλλᾳ διώκειν ὑπὲρ τοῦτ᾽ οὐκ ἔδοξε. Κορνήλιος δὲ Συλλας, ἐπὶ θάτερα τῶνδε τῶν ἀμπέλων στρατοπεδεύων, αἰσθόμενος τοῦ γεγο-

νότος, ὑπήντα τοῖς ἐκφεύγουσι τῶν Μάρσων. Καὶ πολλοὺς καὶ ὅδε ἀπέκτεινεν· ὡς τὸν φόνον ἐκείνης τῆς ἡμέρας γενέσθαι περὶ πλείους ἑξακισχιλίων, ὅπλα δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ληφθῆναι πολὺ πλείονα. Μάρσοι μὲν δή, δίκην θηρίων, τῷ πταίσματι προσαγανακτοῦντες, αὖθις ὡπλίζοντο· καὶ παρεσκευάζοντο αὐτοῖς ἐπιέναι, προεπιχειρεῖν μὴ θαρροῦσι, μηδὲ ἄρχειν μάχης. Ἔστι γὰρ τὸ ἔθνος πολεμικώτατον· καί φασι, κατ' αὐτοῦ θρίαμβον ἐπὶ τῷδε τῷ πταίσματι γενέσθαι μόνῳ· λεγόμενον πρότερον, οὔτε κατὰ Μάρσων, οὔτε ἄνευ Μάρσων, γενέσθαι θρίαμβον. — Marsus vel Marsicus, gr. Μάρσικος, adiect. ad Marsos pertinens, ut Marsus ager (Lucan. IX, 790), Marsi montes (Colum. VI, v, 3), Marsica natio (Mart. Capella lib. IV § 331 pg. 331), Marsa manus (Enn. *Ann.* vs. 280), Marsica vina (Mart. XIII, 121), Marsum duellum (Horat. *Od.* III, XIV, 18) h. e. bellum Marsicum (Cic. *De div.* I 44, II 25; Plin. VII, III 2, VIII, LXXXII 1, IX, LXXIX 1, XV, XXXVI 2, XXII, VI 2, XXV, XXI 4), Μάρσικος πόλεμος (Strab. V, III 10 et IV 2, VI, I 7; Diod. Sic. XXXVII, I 1 et II 1; Plutarch. in *Luc.* II 1, in *Sert.* IV 1), Marsus aper (Horat. *Od.* I, I, 28), Marsae nives (Stat. *Silv.* I, v, 26), Marsa naenia (Ovid. *Ars am.* II, 102; Horat. *Epod.* XVII, 29), Marsae voces (Horat. *Epod.* V, 76). Frontin. *De col.* pg. 229 et pg. 256 ed. Lachm.: « Marsus municipium licet consecratione veteri maneat, tamen ager eius intercisivis limitibus est assignatus ». Plutarch. in *Luc.* I, 8: Περὶ μὲν οὖν τῆς φιλολογίας αὐτοῦ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα λέγεται· νέον ὄντα πρὸς Ὁρτήσιον τὸν δικολόγον καὶ Σισενναν τὸν ἱστορικὸν ἐκ παιδιᾶς τινος εἰς σπουδὴν προελθούσης ὁμολογῆσαι, προθεμένων ποίημα καὶ λόγον Ἑλληνικόν τε καὶ Ῥωμαϊκόν, εἰς ὅ τι ἂν λάχῃ τούτων, τὸν Μαρσικὸν ἐντενεῖν πόλεμον. Καί πως ἔοικεν εἰς λόγον Ἑλληνικὸν ὁ κλῆρος αφικέσθαι· διασώζεται γὰρ Ἑλληνική τις ἱστορία τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου. Cf. ager Marsensis, apud Frontin. *De col.* pg. 258. — Marsus, unde gentilitium Marsius, est cognomen rom. in inscr. apud Gruter. cet.

MARSILLVS, diminut. Marsi, cognomen rom. apud Murat. 1263, 4 (D · LAELIVS MARSILLVS).

MARSPEDIS, sive sine *r* littera Maspedis, in precatione solitaurilium quid significet, ne Messala quidem Augur in explanatione auguriorum reperire se potuisse ait. Ita Fest. *Qu.* IX, 9 pg. 161.

MARSPITER vel Maspiter, *Mars pater*, apud Aul. Gell. V, 12 (« Marspiter ») et Varr. *De l. l.* VIII 33 pg. 178, VIII 49 pg. 184, IX 75 pg. 222, X 65 pg. 257. Prisc. pg. 229 = 695 P. (vide DIESPITER): « Maspiter Maspiteris et Maspitris ». Idem pg. 1284 P.: « Dicitur tamen Maspiter, quasi *Mars pater*, quomodo Diespiter id est *diei pater*, *Iuppiter* ». Cf. inscr. apud Orell. n. 1350, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 3 sqq., 16, 32. Cf. etiam Q. Maspetius Severianus (Murat. 1055, 2), et Maspitia Sabina (Murat. 1176, 5).

ΜΑΡΣΥΑΣ, Syracusanus, apud Plutarch. in *Dion.* IX, 3.

MΛRTΛ, *Martia*, praenomen mulieris, ut MΛRTΛ PHOTICIΛ, apud Lupi pg. 91 n. 8 (Lanzi I 163 = 124 n. 18, et Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 194 tav. 12 n. 15). Marta vel Martha et Martus sunt etiam cognom. rom. apud Mommsen n. 5950, 6540, 7044, et Gruter. 999, 2.

MARTA, Etruriae oppidum, ad Martam fluvium, in *Tab. Peuting.* segm. IV*e*.

§ 2. Marta vel Martha, fluvius Etruriae, adhuc hodie *Marta* appellatus, apud Antonin. *itiner.* pg. 291 (« Martha ») et *Tab. Peuting.* segm. IV*e* (« Marta »).

MAPTAΠIΔOΓ, in lapide Messap. n. 2995. Μασσάπιδος, *Messapiae*, exponit Lanzius II 620 sg. = 534 sg.

ƎꟷQAM (MARTE), *Martei* (Marti), dat. sg. 3 decl., = IꟷQAM marti, apud Umbros (cf. MARTE et MAVRTE pro *Marti* et *Mavorti* in inscr. n. 2719 et n. 2727), unde adiect. MARTIE = *mart-io* (Passeri *Lett. Roncagl.* n. XV pgg. 216, 240; Lanzi II 717 = 625, 824 = 733; Müller *Die Etr.* I 51; Grotefend *Rud. l. u.* V, 30; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Aufr. et Kirch. I 127, II 122, 129, 185 sq., 232; Huschke *Die iguv. taf.* s. 146 et s. 624). Tabula eugubina Ia 11 sq. haec habet: Vꟷ38 | IƎV1AQK:ƎꟷQAM:Vꟷ38:8V8ƎQꟷ (tre buf fetu marte krapuvi fetu) h. e. *tres boves facito Marti Grabovio facito* = tab. VIb 1: BVF · TRIF · FETVMARTEGRABOVEI h. e. *boves tres facito Marti Grabovio.* Tab. Ib 1 sq.: Vꟷ38 : ƎI9VΘ : ƎꟷQAM | : 8VQVꟷ : 8VJꟷI3 : 8ƎQꟷ (tref vitluf turuf marte hurie fetu) = tab. VIb 43: VITLV · TORV · TRIF · FETV · MARTE · HORSE h. e. *vitulos tauros tres facito Marti Hodio.*

MARTE, *Martei* (Marti), ut MAVRTE pro Mavortei (Marti), dat. sg., apud veteres, = umbr. ƎꟷQAM (MARTE). Lamella aenea Tiburt. n. 2727: C · PVΛCENTIOS · HER · F · MARTE SACROM et C · PVΛCENTIVS · HER · F · MARTE DONV · DEDET. Inscr. apud Mommsen n. 6766: ... MARTEI ... CVAVDIVS · M · ... ONSOV · DED... Cf. inscr. apud Henzen n. 7194, ubi legitur AD MARTE FICANVM.

MARTESIS, *martensis*, adiect. a Marte, in inscr. apud Mommsen n. 1525 et n. 1531 (Henzen n. 7204). Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *martensis.*

IꟷQAM (marti), *Martei* (Marti), = ƎꟷQAM (MARTE), dat. sg. 3 decl., apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VII, 18; Aufr. et Kirch. I 127, II 381 sq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 625), in tab. eugub. IIa 11. Vide VИVQ8A (abrunu).

§ 2. *Martio*, adiect. m. dat. sg. 2 decl., pro MARTIE, quod e mart-, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* V 30; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33; Aufr. et Kirch. I 26, 38, 117, II 265; cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 615)

Tab. eugub. Ib 24: I+ᗡAM : Ǝ8ᗡƎꟼ (śerfe marti) = tab. VIIa 3 ꞨERFE · MARTIE h. e. *Cerfio Martio.*

MARTIE, *Martie*, adiect. voc. sg. 2 decl., ad Martem pertinens, sicut ƧƎI+ᗡAM marties vel MARTIER = *Martii*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 116, 163, II 265; cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 22, et Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 35). Tab. eugub. VIb 57, 61 SERFE · MARTIE = *Cerfie Martie.*

§ 2. *Martio*, dat. sg., antiquiori orthographia I+ᗡAM marti (Aufr. et Kirch. I 117, Huschke *De iguv. taf.* s. 615, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 34 et *Ueb. ausspr.* etc. I 205). Tab. eugub. VIIa 3: ꞨERFE · MARTIE = *Cerfio Martio.*

MARTIER, *Martii*, genit. sg. = ƧƎI+ᗡAM marties (vide Ǝ+ᗡAM marte et MARTIE), adiect. ad Martem pertinens (Lanzi II 824 = 733, Grotefend *Rud. l. u.* IV 22, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 32, Aufr. et Kirch. I 118, II 265, 356, Corssen *De Volscorum lingua* pg. 34, Huschke *Die iguvischen tafeln* s. 615). Tab. eugub. VIb 57 sq., 58, VIIa 6, 9-11, 13, 15, 18-22, 24, 25, 27, 29 sq., 30, 32-36, 41: ꞨERFER · MARTIER = tab. VIb 61 et VIIa 16, 23 SERFER · MARTIER h. e. *Cerfio Martio.* Adde tab. Vb 9, 15 (vide AGRE = *agri*).

ƧƎI+ᗡAM (marties), *Martii*, genit. sg. 2 decl., recentiori orthogr. MARTIER (cf. MARTIE et I+ᗡAM marti), adiect. ad Martem pertinens (Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 32, Aufr. et Kirch. I 21, 105, 118, II 265, 286, Corssen *De Volscorum lingua* pg. 34, Huschke *Die iguv. taf.* s. 614). Tab. eugub. Ib 28, 31: ƧƎI+ᗡAM : Ǝ8ᗡƎꟼ (śerfe marties) = tab. VIIa 6, 41 SERFER · MARTIER h. e. *Cerfi Martii*, vel *Serfi Martii* (Grotefend *Rud. l. u.* V, 9) vel *Servi Martii* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 266).

MARTINVS, adiect. ad Martem pertinens. Est cognomen rom. In inscr. apud Murat. 21, 2: DEO · AESCVL | SEP · MARTINVS · ET · PLAETORIA | IANVARIA | PRO · SEPTIMIA · MARTINA · ALVMNA.

MARTIOLA, diminut. Martiae, cognomen rom. in inscr. apud Grut. 414, 4, et De Boissieu *Inscr. ant. de Lyon* ch. x n. 19 pg. 417.

MARTISIVM, genus escae. Isid. *Orig.* XX, ii, 29: « Martisia, in mortario ex pisce fiunt, unde et nominata ».

MARTIVS, adiect. ad Martem pertinens (vide MARS). Martius mensis primus olim fuit ipsius anni, Marti parenti dicatus a Romulo (Ovid. *Fast.* III 75, Serv. in Virg. *Georg.* I 43). Cf. Plutarch. in *Numa* XVIII 4, XIX 1 sq. et 8. Varro *De l. l.* VI, 33 pg. 86: « Mensium nomina fere aperta sunt, si a Martio, ut antiqui constituerunt, numeres. Nam primus a Marte ». Fest. *Qu.* VIII 32 pg. 150: « Martius mensis initium anni fuit et in Latio, et post Romam conditam, quod eo † gens erat bellicosissima, cuius rei testimonium est, quod posteriores menses, qui annum finiunt, ac numero appellati, ultimum habent Decembrem ». Macrob. *Saturn.* I, 12: « Non igitur mirum in hac varietate Romanos quoque olim auctore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum, qui annus incipiebat a Martio, et conficiebatur diebus trecentis quatuor ». Et loc. cit.: « ut primum quidem mensem a patre suo Marte, secundum ab Aeneae matre Venere nominaret ». Cf. Martias calendas apud Paul. pg. 147.

MARTVLVS, sacerdos Martis. Caper *De orthogr.* pg. 2246 P.: « Martulus est sacerdos a Marte, non Marculus ». Vide MARCVLVS.

MARTVR, μάρτυρ (martyr), e rad. mar-, sanscr. smar (recordari), in titulis sepulcr. apud Lupi pg. 181 sq., et Perret *Catac. de Rome* pl. x n. 25 (MARTVRIBVS), pl. xv n. 15 (MARTVRES), et pl. lxxi n. 6 (MARTVRORV[M]). Adde inscr. cit. ad voc. BOTVM.

AƎIVᐊAM (maruiva), quod invenitur in titulo sepulcrali n. 2101, pro nom. pr. f. *Maria* sumit Sec. Campanarius in *Giorn. arcad.* CXIX, 334. Cum etr. AƎ↓VNVᑫAM (marunuchva) comparat Oriolius (in *Giorn. arcad.* CXX, 239).

MARVLLINVS et Marullina, diminut. marulli et marullae (vide MARVLLVS). Est cognomen rom. in marmore apud Grut. 683, 11 (MARVLLINO), et 794, 10 (TERENTIA MARVLLINA).

MARVLLVS, *masculus* (?), diminut. maris sive maronis (Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 263, II 20), cognomen rom. in lapidibus et apud scriptores, ut C. Epidius Marullus (Val. Max. V, vii, 2), L. Eggius Maryllus (Fabr. cap. v n. 127 pg. 367) etc. Cf. Marulla apud Martial. X, 51, et gentilitium Marullius (Fabr. cap. i n. 17 pg. 4; Murat. 1375, 1; Maffei *Mus. ver.* 269, 6). Scribitur etiam Marulus (Mommsen n. 4525), et Marula (Grut. 647, 3). Vide MARVLLINVS.

VNVᐊAM (marunu), idem ac ↓VNVᗡAM (marunuch), in sarcophagis Viterb. n. 2056 sq.

↓VNVᐊAM (marunuch), in titulis sepulcr. n. 2071 et n. 2335*b*. Vide voc. praeced.

AƎ↓VNVᑫAM (marunuchva). Lege AƎ↓ VNVᑫAM (marunu chva), in sarcophago Viterb. n. 2056.

MARVS. Vide TMARVS.

ᒧYVᐊAM (marutl), in vase etr. n. 2221.

ƧᗡA↓ᗡAM (marchars), *Marci*, praenomen virile, genit. sg., in marmore etr. n. 2328. *Marciae* exponunt Lanzius II 508 = 433 et Oriolius in *Album* XXII 194.

AN↓ᑫAM (marchna), *Marcanius*, gentilitium etr., idem quod ANƆᑫAM marcna, uti MAN↓ᑫAM marchnaś pro MANƆᑫAM marcnaś h. e. *Marcanii*, et IƎN↓ᑫAM marchnei pro IƎNƆᑫAM marcnei h. e. *Marcania*. In operculo ossuar. perus. n. 1363: AN↓ᑫAM I+I+·ƎᒧVA (aule titi marchna) = *Aulus Titius Marcanius.*

MAN↓ᑫAM (marchnaś), *Marcanii*, gentilitium etr., genit. sg., idem ac MANƆᑫAM marcnaś (vide AN↓ᑫAM

marchna). Operculum ossuarii perusini n. 1367: MAИ↓qAM · IƎИ⊁ƆИƎ∃ · I+ƧA8 (fasti velcznei marchnaś) = *Fausta Velcinia Marcanii* uxor. In urna perus. n. 1142 bis *a*: MAИ↓qAM : MIAƆ : I+ƧA8 (fasti caiś marchnaś) = *Fausta Caii Marcanii* uxor. Alia urna perus. n. 1685: MAИ↓qAM AI+ . . . ⅃ (l . . . tia marchnaś) = *Lartia* (?) *Marcanii* uxor.

IƎИ↓qAM (marchnei), *Marcania*, nomen vel cognomen mulieris, = IƎИƆqAM marcnei (vide AИ↓qAM marchna). In operculo ossuarii perusini n. 1682: IƎИ↓qAM · I+ · I+ƧA8 (fasti ti marchnei) = *Fausta Titia Marcania*.

MASISSE, *mansisse*. Vide REMASISSE.

MASCELLINVS. Vide MASCELLVS.

MASCELLIO, diminut. mascelli (vide MASCELLVS), cognomen rom. in tab. marm. apud Grut. 127 col. 6 (A · EGRILIVS · MASCELLIO).

MASCELLVS, *masculus*, cognomen rom., unde MASCELLINVS (vide MASCLVS). Inscr. apud Grut. 111, 2: GENIO · NORICORVM MASCELLVS MASCELLINVS ET SECVNDINIVS VIBIANVS V · S · L · L · M.

MASCLVS, *masculus*, adiect. (cf. MASCELLVS). Est cognomen rom. apud Grut. 859, 7 (P · ATILIO MASCLO), unde gentilitium Masclius (Grut 76, 5; 567, 4; 946, 8).

IƎИ⅃ƧAM (maslnei), *Masulnia* (Masunnia?) vel *Masonia*, familia etrusca (cf. MIИ⅃ƧAM maslniś). In titulis sepulcr.: IƎИ⅃ƧAM : A⅃IƎ∃ (veila maslnei, n. 1442) = *Velia Masulnia;* et IƎИ⅃ƧAM · IOqA⅃ (larthi maslnei, n. 1686) = *Lartia Masulnia*. Gentilitium Masunnius invenitur apud Grut. 993, 8. Comparari potest cum ⅃AIИMAM maśnial = *Masoniâ*, ut dixi in Conest. *Monum. del Palazz.* pg. 46 (cf. inscr. apud Mommsen n. 736, 6769 col. 2). *Manilia* exponit Vermigliolius (Conest. op. cit. pg. 46 nt. 2).

MIИ⅃ƧAM (maslniś), *Masulnii* (Masunnii?) vel *Masonii*, gentilitium etr., genit. sg. (vide IƎИ⅃ƧAM maslnei). Urna perusina n. 1441: MIИ⅃ƧAM . . IAƆ · IOqA⅃ (larthi cai . . maslniś) = *Lartia Caia Masulnii* vel *Masonii* uxor.

⅃AIИMAM (maśnial), *Masoniâ*, nomen mulieris, fortasse idem quod maslnial (vide IƎИ⅃ƧAM maslnei), sublato *l* euphonico (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 46), in marmore etr. n. 2602 (vide IOVM śuthi).

MASPEDIS. Vide MARSPEDIS.

MASPITER. Vide MARSPITER.

MASSICVS mons, in Campania, nunc *Monte Masso* vel *Massico*. Plin. III, IX, 7: « Dein consurgunt Massici, Gaurani, Surrentinique montes ». Ferax est optimi vini (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Mons Masicus et mons Massicus legitur apud Frontin. *De contr. agr.* pgg. 15, 48 (cf. pg. 79) ed. Lachm.

MASTARNA, primitivum nomen Servii Tullii (cf. Niebuhr *Hist. rom.* II 104, Müller *Die Etr.* I 117, Maffei *Oss. lett.* VI 16, 163). *Oratio Claudii Aug.* apud Alph. de Boissieu *Inscr. antiq. de Lyon* pg. 136 (Grut. pg. 502) col. 1 lin. 17-24: INSERTVS · SERVIVS · TVLLIVS · SI · NOSTROS | SEQVIMVR · CAPTIVA · NATVS · OCRESIA · SI · TVSCOS CAELI · QVONDAM · VI|VENNAE · SODALIS · FIDELISSIMVS · OMNISQVE · EIVS · CASVS COMES · POST | QVAM · VARIA · FORTVNA · EXACTVS · CVM OMNIBVS · RELIQVIS · CAELIAN[I] | EXERCITVS · ETRVRIA · EXCESSIT · MONTEM · CAELIVM · OCCVPAVIT · ET · A DVCE · SVO | CAELIO ITA · APPELLITATVS · MVTATOQVE · NOMINE · NAM TVSCE · MASTARNA | EI · NOMEN · ERAT · ITA · APPELLATVS · EST · VT · DIXI · ET · REGNVM · SVMMA · CVM · REI|P · VTILITATE · OPTINVIT.

?q+ƧAM (mastr), in tegula clusina n. 658.

MASTRVCA vel mastruga, genus vestis apud Sardos (cf. Isid. *Orig.* XIX 23, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 324: « Quem purpura regalis nec commovit, cum Sardorum mastruca mutavit ». Quintil. *Inst. orat.* I, v, 8: « mastrucam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit ». Plaut. *Poen.* V, v, 33 sq.: « Deglupta maena, Sarrapis sementium, Mastruga, ἅλς ἀγορᾶς ἅμα ». Hinc adiect. mastrucatus, ut mastrucati latrunculi in Sardinia (Cic. *De prov. cons.* cap. 7). Cf. La Marmora *Voyage en Sardaigne* III, 4 pgg. 206-211.

VƧAM (masu), cognomen etr., in titulo sepulcr. n. 327 bis. Cf. IƧ∃AM (mavsi) et IƎИ⅃ƧAM (maslnei).

§ 2. *Medius* (?), adiect. (osc. ꟷИI8ƎM mefiaí = *in media*), in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 14. Alii aliter interpretantur (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 101, et Sec. Campan. *Tav. perus.* pg. 42).

?[⅃]AIИA∃ƧAM (masvanial), —*â*, nomen mulieris, abl. sg. in lapide etr. n. 336 bis *c*.

MASVETA, *mansueta*, adiect. (vide MASVETINVS = *mansuetinus*). Est cognomen rom., ut VALERIA · MASVETA (Grut. 684, 4), MASVETA · LIB (Lancellottus *Inscr. Picen.* fol. 74 mss. = Grut. 465, 4).

MASVETINVS, *Mansuetinus*, cognomen rom., diminut. masueti = *mansueti* (vide MASVETA), in titulo sepulcrali apud Grut. 918, 8 (D · M · MASVETINI).

MASVCIVS, *mansucius*, adiect. Paul. pg. 139: « Masucium *edacem* a mandendo scilicet ». Cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I, 99.

. . TИM (mat . .), *Matius* (?), nom. pr. m., apud Samnites, in lapide pompeiano n. 2790 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 182 et s. 278, Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 84 et in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 29 sg., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 175, Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I 8 = XXIV). Vide etr. AƧAIYAM (matiasa).

MATAXA et metaxa, filum glomeratum (nos Itali *matassa*). Gloss. apud Labb.: « Mataxa, σικὰ ». Cf. Fest. *Qu.* XIII, 1 pg. 265, Isid. *Orig.* XIX, xxix, 6, et Forcell. *Lexic.* s. v. *metaxa.* Gloss. apud Forcell. l. c.: « Mataxa, σειρὰ », et « mataxa, ἠνία ».


MATAΥΡΟΣ (?), oppidum Siciliae. Strab. VI, ii, 9: Τὸ δὲ περὶ † Μάταυρον (Μάζαρον?) σπήλαιον ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ μέχρι πολλοῦ διαστήματος, εἶτ' ἀνακύπτοντα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν.

MATAVRVM. Vide METAVRVS.

ᛚΑΝƧVΑ+ΑΜ (matausnal), *Matusiá* (?), nomen mulieris, abl. sg., in operculo ossuarii clus. n. 521 (cf. osc. ..TΝΜ mat.., et etr. ΑƧΑΙΚΑΜ matiasa). *Matausiá* vel *Matusianá* exponit Vermigl. *Opusc.* IV 17 sg., *Mattonia* Oriolius apud Vermigl. loc. cit.

ƎΚΑΜ (male), *mater*, apud Faliscos. In titulo n. 2452: Α1VϽ : ƎΒ : ƎΚΑΜ (mate he cupa) = *mater hic cubat* (Garrucci *Scop. falische* in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 272; cf. Ritschl in *Rhein. Mus.* n. f. XVI = 1861 s. 603).

MATEOLVM vel Mateola, oppidum Apuliae, cuius incolae Mateolani (Plin. III, xvi, 6), quibus a Millingenio et Cavedonio tribuitur numus aen. n. 2943 cum



scriptione ΜΑ (*Bullett. arch. nap.* I 130, II 54; vide EGNATIA).

MATERI, *matri*, dat. sg. in inscr. apud Fontanini *De antiq. Hortae* lib. i cap. 9 § 5.

MATERNINVS, adiect. ad maternum pertinens. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 807, 9. Vide voc. sq.

MATERNVM, Etruriae oppidum, in *Tab. Peuting.* segm. IV*d*. Cf. Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1854 pg. xxiv.

MATERTERA, *mater altera*. Paul. pg. 136: « Matertera patris et matris mihi magna matertera est »; et « Matertera *matris soror*, quasi *mater altera* ». Glossar. apud Mai *Class. auct.* VI, 501: « abmatertera, *soror aviae* ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

ΑƧΑΙΚΑΜ (matiasa), *Matii uxor* (?), cognomen mulieris e coniugio derivatum (cf. osc. ..TΝΜ mat.. et etr. ᛚΑΝƧVΑ+ΑΜ matausnal), in tegula sepulcr. n. 116. Cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 146.

MATIENA vel Matiera. Vide TIORA.

MATILICA, oppidum Umbriae, nunc *Matelica* appellatum. Frontin. *De col.* pg. 257 (cf. pg. 240): « Matilica, oppidum. iter populo debetur ped. lxxx. ager eius in ea lege continetur qua et Kamerinus ». Incolae dicti sunt Matilicates (Plin. III, xix, 2).

MATINVS, mons ad pedes Gargani in Apulia Daunia. Lucan. IX, 185: « et calidi lucent buxeta Matini ». — Matinus adiect. ad Matinum montem pertinens (Horat. *Od.* IV, ii, 27), ut Matina cacumina (Horat. *Epod.* XVI, 28) et Matinum litus (Horat. *Od.* I, xxviii, 3).

ᛗΟΙΧΑᛗ (malion), in inscr. Italiae superioris, n. 1.

MATISA, Μάτισα, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2.

? ƎᛚΝΝΑΜ (matnles), in tegula etr. n. 129.

MATRAE -arum vel Matres -um, deae regionum, vel urbium, vel pagorum tutelares (vide MATRONAE). Inscr. apud Murat. 32, 3 (Orell. n. 1391): VESTAE ET MATRIBVS | T · CELERINVS · TEM · PORTIC | CVSTODIARVM D · S... Alia apud Orell. n. 2080: MATRABVS ACRV | EX MACERIE CIR|CVM DVCTVM SEXT|IVS CLEMENTIS FIL | V · S · L · L · M. Adde inscr. apud Orell. n. 2076 sq. (DEIS vel DIS MATRIBVS) et cf. n. 2097. Matres vel Matrae dicuntur Augustae (Orell. n. 2078, 2091), campestres (Henzen n. 5943), domesticae (Henzen n. 5933 sq.), Tramarinae (Henzen n. 5940), Lucinae (Henzen n. 5938), omnium gentium (Henzen n. 5928). Cf. Matres Pannoniorum et Delmatarum (Orell. n. 2106), Alaternae (Henzen n. 5943), Arsaciae et Brittae (Orell. n. 2094, Henzen n. 5932), Aug. Eburnicae (Henzen n. 5935), Mapates (Orell. n. 2094), Quadruburg. (Orell. n. 2090), Treverae (Orell. n. 2092).

MATRALIA. Vide MATVTA.

MATRE, *matrei* (matri), dat. sg. in inscr. n. 77. Vide MATVTA.

MATREIVM, Rhaetiae oppidum, hodie *Matrey*, in *tab. Peuting.* segm. III*b* (« Matreio »).

MATRIMIS et matrimus, h. e. qui habet matrem superstitem (vide PATRIMIS). Paul. pg. 126: « matrimes ac patrimes dicuntur, quibus matres et patres adhuc vivunt ». Idem pg. 93: « Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes et matrimes, qui flamini Diali ad sacrificia praeministrabat ». Et pg. cit. s. v. *flaminia:* « Flaminia † dicebatur sacerdotula, quae Flaminicae Diali praeministrabat, eaque patrimes et matrimes erat, id est *patrem* et *matrem* adhuc vivos habebat ». Macrob. *Saturn.* I, 6: « Acta igitur obsecratio est pueris ingenuis, itemque libertinis, sed et virginibus patrimis matrimisque pronunciantibus carmen ». Liv. XXXVII 3: « Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique, ad id sacrificium adhibiti ». Cf. patrimus et matrimus, apud Cic. *Harusp. resp.* cap. 11, Tacit. *Hist.* IV 53, Aul. Gell. I, 12 cet.

MATRINIVS, gentilitium umbricum. Cic. pro *Balbo* cap. 21: « Nam Spoletinus L. Matrinius, unus ex hiis, quos C. Marius civitate donasset, dixit causam, ex colonia Latina, in primis firma et illustri: quem quum disertus homo L. Antistius accusaret, Spoletinus dixit,

fundum populum Spoletinum non esse factum ». Gentilitium Matrinius occurrit in inscr. apud Gruterum, Murat., Donium cet.

MATRINVS, Ματρῖνος (Ptol. III, 1), fluvius Piceni (Mela II, IV 6), hodie *Piomba* appellatus. Strab. V, IV, 2: Εἶτα Καστρουνόουν, καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμός, ῥέων ἀπὸ τῆς Ἀδριανῶν πόλεως, ἔχων ἐπίνειον τῆς Ἀδρίας ἐπώνυμον ἑαυτοῦ.

MATRONA, *matronai* (matronae), nominat. pl., in inscr. n. 76 sq. Vide PISAVRESE et MATVTA.

MATTICI, cognominantur homines malarum magnarum atque oribus late patentibus. Ita Paul. pg. 126. Cf. Ματύαι, γναθοί, apud Hesych. *Lexic.* II, 550.

MATTVS et matus, *humectus, lutosus. Gloss.* Isid.: « Matum est, *humectum est, emolitum, infectum* ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

V+ΑΜ (matu), in inscr. Viterb. n. 2056 lin. 8. Cf. etr. specul. n. 2581.

ƧƎ⅃TAM (matves), —*ius* (Matius?), gentilitium etr. (= *Matuesius*, secundum Sec. Campanar. in *Giorn. arcad.* LXXVII, 283), in inscr. Tarquin. n. 2303. *Mater* exponit Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1828 pg. 84 suiv. Vide voc. sq.

IƧƎ⅃TAM (matvesi), in inscr. Tarquin. n. 2301. *Matuesia* exponit Sec. Campanar. in *Giorn. arcad.* LXXVII, 273. Vide ƧƎ⅃TAM (matves), et cf. Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1828 pg. 84 suiv., et Hamilton Grey *Tours* etc. pg. 180.

?Μ⅃V+ΑΜ (matulm), fortasse legendum matulni, in inscr. etr. n. 2340 lin. 1. Vide vocc. sqq.

>ƧΑИ⅃V+ΑΜ (matulnasc), in inscr. etr. n. 2340 lin. 3. Vide voc. sq.

IΘИ⅃V+ΑΜ (matulnvi), quod invenitur in inscr. etr. n. 2340 lin. 1 (ubi etiam >ƧΑИ⅃V+ΑΜ matulnasc et ?Μ⅃V+ΑΜ matulm), pro matulnei, Lanzio II 466 = 395 ad n. 471 est nomen propr. fem. *Macolnia.* Cf. Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 176, et in *Album* XX 323.

[ƧΑИV+ΑΜ] (matunas), —*ii*, nomen pr. m., in inscr. etr. n. 2600.

MATVS. Vide MATTVS.

MATVTA, dea apud Sabinos atque Latinos, quae significat Auroram (Prisc. pg. 76 = 591 P.), e rad. mât- = osc. -TNNM maat- (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 259, et Pott *Etym. forsch.* II 246); eadem est quae Inus et Leucothea apud Graecos (Plutarch. *De frat. am.* cap. 21, et *Quaest. rom.* cap. 16 sq.). Cic. *Tusc.* I, 12: « Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris? ». Et *De nat. deor.* III, 19: « Ino dea dicetur, quae Leucothea a Graecis, a nobis Matuta dicitur, quum sit Cadmi filia? ». Ovid. *Fast.* VI, 545: « Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris ». Lucr. V, 655 sq.:

« Tempore item certo roseam Matuta per oras
Aetheris Auroram defert, et lumina pandit ».

Plutarch. in *Cam.* V, 1 sq.: ἵππαρχον δ' ἐκεῖνος αὐτῷ προσελόμενος Κορνήλιον Σκηπίωνα, πρῶτον μὲν εὐχὰς ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τέλος εὐκλεὲς λαβόντι τὰς μεγάλας θέας ἄξειν καὶ νεὼν θεᾶς, ἣν Μητέρα Ματοῦταν καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καθιερώσειν. Ταύτην ἄν τις ἀπὸ τῶν δρωμένων ἱερῶν μάλιστα Λευκοθέαν νομίσειεν εἶναι· καὶ γὰρ θεράπαιναν εἰς τὸν σηκὸν εἰσάγουσαι ῥαπίζουσιν, εἶτ' ἐξελαύνουσι καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα πρὸ τῶν ἰδίων ἐναγκαλίζονται καὶ δρῶσι περὶ τὴν θυσίαν ἃ ταῖς Διονύσου τροφοῖς καὶ τοῖς διὰ τὴν παλλακὴν πάθεσι τῆς Ἰνοῦς προσέοικε. Invenitur in inscr. apud Mommsen n. 3952 sq. = Henzen n. 6982 sq., et appellatur Mater Matuta (inscr. apud Orell. n. 1501), vel Matuta parens (Ovid. *Fast.* VI, 479). Paul. pg. 122: « Matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant ». Idem pg. 125: « Mane a diis *manibus* dixerunt. Nam mana *bona* dicitur, unde et Mater Matuta et poma matura ». Fest. *Qu.* IX, 10 pg. 161 (et Paul. pg. 160): « Mater Matuta, manis, mane, matrimonium, mater familiae, matertera, matrices, materiae dictae videntur, ut ait Verrius, quia sint bona, qualia scilicet sint, quae sunt matura, vel potius a matre, quae est originis graecae μήτηρ ». Inscr. Pisaur. n. 76 bis: MAT · MATVT, et n. 77: MATRE | MATVTA | DONO · DIIDRO | MATRONA | M/CVRIA | POLA · LIVIA | DEDA h. e. *Matrei Matutai* (Matri Matutae) *donum dederunt matronai* (matronae), *Mania Curia* et *Pola Livia dedicarunt.* Aedem Matutae matris Servius Tullius Romae dedicavit (Liv. V, 19; cf. VI 33, XXV 7, XXXIII 27, XLI 33, et Niebuhr *Hist. rom.* IV 225, 246, V 312, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 275, et Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* anm. 28, 73 sq., 165, 195). Liv. XXVIII, 11: « Tarracinae Iovis aedem, Satrici Matris Matutae de coelo tactam ». — Matralia dicta sunt Matris Matutae festa, tertio idus iunii a matronis celebrari solita (Kalend. Maff. et Venus. apud Orell. II, 392 sq.). Varro *De l. l.* V, 106 pg. 42: « Testuatium, quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae ». Ovid. *Fast.* VI, 475: « Ite, bonae matres; vestrum Matralia festum *etc.* ». Id. VI, 533: « Nunc quoque liba iuvant festis Matralibus illam ».

MAVOLO, *magis volo*, contractiori forma *malo* (Cic. *Orat.* cap. 45), apud Plautum (*Asin.* V, I, 8, *Poen.* I, II, 88, 90 et alibi). Cassiod. pg. 2283 P.: « primo *magis volo* dixerunt, postea pluribus elisionibus hoc verbum angustaverunt, ut *mage volo*, deinde *mavolo*, quod frequentissimum apud illos est; novissimo hoc substiti, ut *malo* esset ». Cf. mavoltis (Plaut. *Bacch.* III, I, 31), mavolunt (Naev. apud Fest. *Qu.* XIV, 21 pg. 317), mavoluit (Petron. *Satyr.* cap. 77 pg. 300), mavolet (Plaut. *Asin.* I, I, 108), mavellem (Plaut. *Amph.* II,

III, 14; *Mil.* II, II, 16), mavelim (Plaut. *Asin.* V, II, 27; *Truc.* IV, II, 22), mavelis (Plaut. *Capt.* II, II, 20; *Pseud.* I, II, 8), mavelit (Plaut. *Trin.* II, II, 25).

MAVORS et Mavortius, *Mars*, deus apud veteres (Serv. in Virg. *Georg.* I 137, in *Aen.* VI, 385, Phoca pg. 1701 P. cit. ad voc. OИΘA arnth, inscr. apud Orell. n. 1348 sq.; cf. Enn. *Ann.* vs. 108, Virg. *Aen.* VI 873, VIII 630, Horat. *Od.* IV, VIII 23, Lucan. VII 569, X 206, Lucr. I 33, Valer. Flacc. V 668, VI 280, 694, VII 519, 544, Auson. *Eidyll.* n. 372 vs. 7, n. 374 vs. 5, n. 381 vs. 14, n. 385 vs. 8), samnitica orthographia ꙅᴚƎMAM (MAMERS), apud Tusculanos MAVRS, e marmars, quod e syllaba redupl. mar. Paul. pg. 147: « Mavortem poetae dicunt *Martem* ». Veteres trahebant ad rad. vort-, *vert-ere* (cf. Pott *Etym. forsch.* I 124, 222, II 31, 200). Cic. *De nat. deor.* II, 26: « Iam qui magna verteret, Mavors ». Et III, 24: « Mavors, quia magna evertit ». Inscr. Tuscul. n. 2719: M · FOVRI · C · F · TRIBVNOS | MILITARE · DE · PRAIDAD · MAVRTE · DEDE h. e. *M. Furius Caii fil. tribunus militaris de praeda Maurtei* (Marti) *dedit.* Cf. Mavors pater (Valer. Flacc. VI, 178) et genitor Mavors (Ovid. *Fast.* IV, 828). Mavortius pro Mavors usurpatur a Petron. *Satyr.* cap. 124 vs. 266 (« et ingentem quatiens Mavortius hastam »). Mavors pro *fortuna bellica* usurpatur a Virg. *Aen.* X, 755 sq. (ubi cf. Serv.): « Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors Funera ». Cf. Auson. *Eidyll.* n. 322 vs. 64, et n. 325 vs. 85. — Mavortius (raro MABORTIVS) h. e. *bellicosus*, adiect. ad Mavortem pertinens, ut Rhesi Mavortia tellus (Virg. *Georg.* IV, 462) h. e. *Thracia*, Mavortius Haemon (Virg. *Aen.* IX, 685), Mavortia moenia (Virg. *Aen.* I, 276 sq.), Mavortia signa (Petron. *Satyr.* cap. 123 vs. 182), Mavortia Amazon (Valer. Flacc. V 90, 613), Mavortia coniux (Valer. Flacc. II, 208). Mavortius est cognomen rom. in lapidibus apud Mommsen n. 2502-2504, 4036, raro MABORTIVS (Mommsen n. 428) et MABVRTES (Mommsen n. 696). Lucus Mavortianus (S. Ruf. col. 36) fuit Romae in regione IX.

MAVORTE vel mavors, genus vestis muliebris (vide MAFORTES et MAFVRTIVM). Serv. ad Virg. *Aen.* I, 282: « Recinus autem dicitur ab eo, quod post tergum reicitur, quod vulgo mavorte dicunt ». Isid. Orig. XIX, 25: « Eadem (*stola*) et ricinium latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro eiicitur, quod vulgo mavortem dicunt. Vocatam autem dicunt mavortem quasi *Martem*. Signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim muliebris vir est inde et super caput mulieris est ».

MAVORTIVS. Vide MAVORS.

MAVRILLA, diminut. Maurae. Est cognomen rom. in inscr. apud Murat. 1396, 5 (ROSCIA CN · F · MAVRILLA).

MAVRINVS, adiect. ad Maurum pertinens (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *maurus*). Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 1068, 8 (IVNIA · MAVRINA).

MAVRS, *Mars*, pro MAVORS, quod vide.

MAVRTE, *Maurtei* (Mavortei) = *Marti*, dat. sg. Vide MAVORS.

IƧƎAM (mavsi), *Mausiá* (?), nom. pr. fem. abl. sg., pro mavsial, in urna perus. n. 1337. Cf. Passeri *Lett. Roncagl.* 3.ª pg. 396, *Paralip.* pg. 126, Lanzi II 379 = 308 ad n. 147, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 29 ad n. 20 et pg. 185 ad n. 44.

↓AM (mach), *unus*, adiect. numerale, comparandum cum gr. *μία* = *ἴα*, *una* (Sec. Campanari in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 60 et *Tav. Perus.* pg. 44 sq., Orioli in *Bullett.* cit. pgg. 74, 141; cf. Migliarini in *Arch. stor. ital.* nv. sr. XII, II, 5). Reperitur in tesseris etr. n. 2552, et in inscr. volcente n. 2163 (↓AMПƎƎƧ svepmach = *si quis unus?*). In duobus titulis sepulcralibus scribitur ꙅ↓AM machs, ut ꙅ↓↓AΘMƎꙅ ꙅ↓AM : ꙅꓘIƎA (avils machs semhalchls, n. 2071) h. e. *aetatis* ann. *unum* et *septuaginta* (Migliarini in op. cit. pg. 9; cf. Orioli in *Album* XIX 154 sg.), et ꓘꙅ↓↓AƎM · ꙅ↓A[M] · ꙅꓘIƎA (avils machs sealchlsc?, n. 2340) h. e. *aetatis* ann. *unum* et *sexaginta* (Migliarini loc. cit.).

[И]A↓AM (machan), *Μαχάων* (Machaon), Aesculapii filius, in etrusco speculo n. 45 (Lanzi II 222 = 176, Biancani apud Schiassi *De pat. ant.* pg. 23, Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1834 pg. 712).

ꙅ↓AM (machs). Vide ↓AM (mach).

..ƎM (me..), in inscr. etr. n. 2340 lin. 4. Vide etiam AΘAVƎM (meuatha).

ME, *mihi*, apud veteres. Fest. *Qu.* IX, 9 pg. 161: « Me pro *mihi* dicebant antiqui, ut Ennius, cum ait libro secundo: « *Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis.* Et Lucilius: *Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, agatur* ». Varro *De r. r.* III, XVI, 2: « a quo hereditate me cessa primum, *etc.* ».

ИAƎM (mean), *Mania* (?), dea sive genius, apud Etruscos, in speculis n. 1067, 2146, 2470, 2494 bis, 2500 (Orioli in *Giorn. Pisan.* an. 1828, in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 184 sgg., 243; Vermigl. *Inscr. per.* pg. 67 sg.; Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* s. 527 anm. 97 et 123; De Witte *Catal. Durand* pg. 421. Cf. Zannoni apud Inghir. *Lett. di etr. erud.* pg. 19 sgg., et *Giorn. arcad.* XL 216 sg., LVIII 302).


ΜΕΓΑΚΛΗΣ, Dionis Syracusani frater, apud Plutarch. in *Dion.* XXVIII 3 et XXIX 1.

MEGALESIA et Megalensia, gr. *Μεγαλήσια* (Dio Cass. XXXVII, 8), dies dicatus Magnae Matri Deorum, et ludi, qui celebrabantur ante eius templum (Virg. *Aen.* VIII, 636; Cic. *Harusp. resp.* cap. 11; Liv. XXIX 14, XXXIV

54, XXXVI 56; Ovid. *Fast.* IV, 179, 187, 357; Quintil. *Inst. orat.* I, v, 52; Vel. Long. pg. 2237 P. cit. ad v. HORTESIVS). Paul. pg. 125: « Megalesia ludos Matris Magnae appellabant ». Varro *De l. l.* VI, 15 pg. 79: « Megalesia dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo rege Pergama, ubi prope murum Megalesion templum eius deae, unde advecta Romam ». Kalend. Praenest. apud Orell. II 388-389: LVDI · M · D · M · I · MEGALENSIA · VOCANTVR · QVOD · EA · DEA | MIGALE · APPELLATVR · NOBILIVM · MVTITATIONES · CENARVM | SOLITAE · SVNT · FREQVENTER · FIERI · QVOD · MATER · MAGNA | EX · LIBRIS · SIBVLLINIS · ARCESSITA · LOCVM · MVTAVIT · EX · PHRYGI.

ΜΕΓΑΛΛΟΣ, Siculus, megallii unguenti inventor. Athen. XV, 42 pg. 690: Ὁμοίως ἱστορεῖ καὶ Σωσίβιος ἐν Ὁμοιότησιν. ὡς καὶ τὸ μεγάλλιον· ὠνομάσθη γὰρ καὶ τοῦτο ἀπὸ Μεγάλλου τοῦ Σικελιώτου. Cf. *Comic. gr. fragm.* pgg. 108 n. 4, 296 n. 2, 430 n. 3, 454 col. 1, 465 n. 17. Alii scribunt Μετάλλος, unde μετάλλειον μύρον (Aristoph. *Telmes.* fr. n. 451 apud Hesychii *Lexic.* II, 583, et *Etymol. M.* pg. 587 = pg. 532 Sylb.).

MEGARA -ae et Megara -orum vel Megaris, Μέγαρα (Strab. VI, ii 2 et 4; Ptol. III, 4; Thucyd. VI 49, 75, 97) et Μέγαραι (Thucyd. VI 4, 94, VII 25, Andr. Th. fragm. n. 6) vel πόλις Μεγαρὶς (Scyl. § 13), oppidum Siciliae, colonia dorica Megarensium. Antea Hybla vocabatur (Thucyd. VI 4; Strab. VI, ii 2 et 4; vide HYBLA). Serv. in Virg. *Ecl.* I, 55: « Hybla et Hyble, oppidum est Siciliae, quae postea Megara ». Idem in *Aen.* III, 689: « Megara, oppidum est non longe a Syracusis ». Plin. III, xiv, 3: « Oppida Leontini, Megaris ». Liv. XXIV, 35 (cf. XXIV, 30): « Megara vi capta diruit ac diripuit (*Marcellus*) ad reliquorum, ac maxime Syracusanorum, terrorem ». Plutarch. in *Marc.* XVIII, 2: Τῆς δὲ πολιορκίας διὰ μέσου Μάρκελλος ᾕρε μὲν Μεγαρέας, πόλιν ἐν τοῖς παλαιοτάταις τῶν Σικελιωτίδων. Numi n. 3080: ΜΕ, ΜΕΓ, ΜΕΓΑ, ΜΕ-





ΓΑΡΑ. — Incolae Megarenses, gr. Μεγαρεῖς (Strab. VI, ii 6; Thucyd. VII, 57; Scymn. Ch. vs. 277), qui Nicaei appellantur (Diod. Sic. IV, lxxviii, 1). Herod. VII, 156: Μεγαρέας τε τοὺς ἐν Σικελίῃ, ὡς πολιορκεόμενοι ἐς ὁμολογίην προσεχώρησαν, τοὺς μὲν αὐτῶν παχέας, ἀειραμένους τε πόλεμον αὐτῷ καὶ προσδοκέοντας ἀπολέεσθαι διὰ τοῦτο, ἀγαγὼν ἐς τὰς Συρηκούσας πολιήτας ἐποίησε· τὸν δὲ δῆμον τῶν Μεγαρέων οὐκ ἐόντα μεταίτιον τοῦ πολέμου τούτου οὐδὲ προσδεκόμενον κακὸν οὐδὲν πείσεσθαι, ἀγαγὼν καὶ τούτους ἐς τὰς Συρηκούσας ἀπέδοτο ἐπ' ἐξαγωγῇ ἐκ Σικελίης. — Megareus (Ovid. *Fast.* IV, 471) et Megarus (Virg. *Aen.* III, 688), idem ac Megarensis, adiect. ad Megaram pertinens.

MEGARIS vel Megalia, insula maris Tyrrheni, hodie *Castel dell' Ovo*, inter Pausilypum et Neapolim. Plin. III, xii, 3: « Inter Pausilypum et Neapolim Megaris ». Stat. *Silv.* II, ii, 80: « Quaeque ferit curvos exserta Megalia fluctus ».

MED, *me*, acc. sg., apud veteres (Plaut. *Asin.* I, i 5, III, ii 35; *Amph.* I, i, 278; *Bacch.* III, vi, 42; *Curc.* V, ii, 64; *Capt.* II, iii, 56; *Epid.* V, i, 24; *Menaech.* V, i, 20, ii 68). Inscr. rom. n. 2690: NOVIOS PLAVTIOS · MED · ROMAI · FECID h. e. *Novius Plautius me Romae fecit.*

ꟽƎЯ (med), *medix* vel *meddix*, pro ƧꟾЯЯƎꟽ (MEDDIS), nomen magistratus apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278), ut in inscr. campana n. 2751 .. ꓥƎꓒꓥꓘ ЯƎꟽ (med kapva..) = *meddix capuanus.* In lapidibus pompeianis: ꓱVT · ЯƎꟽ · ꓱ · ƧꟾꟾЯꟾПVП · ꓱ (v. púpidiis v. med. túv., n. 2786 et n. 2787) = *Vibius Pupidius Vibi* fil. *meddix tuticus;* ꓱVT · ЯƎꟽ · ꓷT · ƧꟾꓭƎꓷT · ꟾꟽ (ni trebiis tr med túv, n. 2788) = *Numerius Trebius Trebii* fil. *meddix tuticus.* Adde inscr. n. 2732 bis: ƧИƎЯƧꓷƎVꟽ · ꓱVT · ЯƎꟽ | ꟾVꟾИИƎЯƎꓭ · ПVП (pup. herenniui med. tuv. nuersens) = *Pupius Herennius meddix tuticus Nuersenus.*

MEDAMA. Vide MEDMA.

ΜΕΔΔΕΙΞ, *meddices* vel *medices* (magistratus), nominat. pl. 3 decl., graeca orthogr. = ƧƧꟾЯЯƎꟽ (meddíss), apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278; Aufr. et Kirch. I, 168; Corssen *De Volscor. lingua* pg. 5 et in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 136), in inscr. Italiae inferioris n. 3063.

MEDDIX vel Medix. Vide ƧꟾЯЯƎꟽ (MEDDIS).

MEDDIXVD, *meddico* (magistratu), abl. sg. ab adiect. meddixo (?), quod e MEDDIX, apud Samnites, in tab. Bant. n. 2897 lin. 13, 21 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 21 sq., et in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 132; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 99). Vide PRVMEDDIXVD.

ƧꟾЯЯƎꟽ (MEDDIS), *meddix* vel *medix*, nomen magistratus, apud Samnites (Müller *Die Etr.* I 29 et anm. 54, Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 154, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 41, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278, Klenze *Phil. abhandl.* s. 33, Henop *De lingua sabina* pg. 15, Aufr. et Kirch. I 168, Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 217, Corssen

De Volscor. lingua pg. 13, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 325), aliquando ꟽ (M), ЯƎꟽ (med) et mutato *d* in *t* ЯTƎꟽ (metd). Est gr. *μέδων*, *regnator* (Dacier in Festo pg. 240 ed. 1681; Lanzi II, 609 = 523 ad n. 6; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 15 et *Rud. l. u.* IV 14; cf. Voss. *Etymol.* s. v. *recta*), comparandum cum rom. *med-ix*, e *med-eri* (Mommsen op. cit. s. 278 sq., Pott *Etym. forsch.* I 195). Alii *medium dicens* exponunt (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 128). Paul. pg. 123: « Meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius [*Ann.* vs. 296]: *Summus ibi capitur meddix: occiditur alter* ». Fest. *Qu.* XIV, 14 pg. 309: « Sufes dic[tus Poenorum ma]gistratus, ut Oscor[um Meddix tuticus] ». Liv. XXIII, 35: « medixtuticus *summus magistratus* erat Campanis ». Et XXVI, 6: « Medixtuticus, qui summus magistratus apud Campanos est ». Adde Liv. XXIV, 19. Gloss. apud Mai *Class. auct.* VIII, 360: « meddis, *magistratus, didascalatus.* Caecilius: ubi summus capitur meddix occiditur alter ». In lapide Nolano n. 2768: ꟻIꟻATƎKƎЯ | ꟻIꟻЯЯƎꟽ·IAꟻAꟽ·ꟻIIKVꟻVꟽ·ꟻVKAAП (paakul mulukiis marai meddís degetasis) = *Paculus Mulucius Marii fil. meddix dictarius.* Inscr. n. 2873 bis: ꟻ[KꟻT]ƎVT | ꟻꟻЯЯƎꟽ ..... [ꟻI]ИƎTꟻ (stenis ..... meddís túvtíks) = *Stenius ..... meddix tuticus.* Tab. Bant. n. 2897 lin. 12: SVAEPIS · IONC · FORTIS · MEDDIS · MOLTAVM · HEREST = *si quis eum forte magistratus multare volet.* Adde tab. eiusd. lin. 8, 18, 26; et vide MEDIS, genit. sg. ꟻꟻƎKꟻЯƎꟽ (medíkeís), dat. ꟻƎKꟻЯƎꟽ (medíkeí), acc. MEDICIM, nominat. pl. ꟻꟻꟻЯЯƎꟽ (meddíss), MEΔΔEIΞ et MEDIX, cum MEDDIXVD cet.

ꟻꟻꟻЯЯƎꟽ (meddíss), *meddices* vel *medices* (magistratus), nominat. pl. 3 decl., gr. orthogr. MEΔΔEIΞ, e ꟻꟻЯЯƎꟽ (MEDDIS), apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 327, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 5, Ebel et Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 62, III 211, 217). In lapide Nolano n. 2769: ꟻVIꟻATƎKƎЯ · ꟻꟻꟻЯЯƎꟽ (meddíss degetasiús) = *meddices dictarii* (vide ꟻVIꟻATƎKƎЯ degetasiús).

§ 2. *Meddix* vel *medix*, nominat. sg. pro ꟻꟻЯЯƎꟽ meddís (Mommsen op. cit. s. 278, Huschke op. cit. s. 325). In lapide Herculanensi num. 2784 *a*: ꟻKꟻTƎVT · ꟻꟻꟻЯЯƎꟽ · ꟻꟻKVA · ꟻ · ꟻIIBAꟻꟻ · ꟻ (l. slabiis l. aukíl meddíss túvtíks) = *Lucius Slabius Lucii fil. Ocelus meddix tuticus.*

MEDENTIVS, Mezentius vel Mezzentius, et Messentius, gr. orthogr. Μεσέντιος (Dionys. Halic. I, 64 sq.), vel Μεζέντιος ὁ Τυῤῥηνῶν στρατηγὸς (Plutarch. *Quaest. rom.* capp. 45, 78), pater Lausi, deorum contemptor. Virg. *Aen.* VII, 647 sq. (cf. Macrob. *Saturn* III, 5):

« Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor divûm Mezentius ».

Cod. Medic. Virg. Mezentius (*Aen.* VII 648, 654, VIII 7, 501, IX 522) et Mezzentius (*Aen.* VIII 482, 569, IX 586, X 150, 204, 689, 714, 729, 742, 762, 768, 897, XI 7, 16): alius cod. *Medientius* (Ribbeck in *Rhein. Mus.* n f. XII = 1857 s. 419-425). Cf. Mezentium Caeritum regem, apud Fest. *Qu.* X, 12 pg. 194. Prisc. pg. 24 = 551 (cf. pg. 36 = 561): « antiquissimi quoque Medentius dicebant pro *Mezentius* ». Diomed. pg. 426 = 421 P.: « pro hac (*z*) veteres duabus *s* utebantur, ut Messentius ». Max. Victor. pg. 1945 P.: « Siquidem *me* brevis est syllaba, verum excipitur a duplici *z*, quae si assumpta non esset, per *s* et *d* *Mesdentium* scriberemus ». Cf. Plin. XIV, xiv, 1 (« Mezentius »), Diomed. pg. 422 = 417 P., Scaur. pg. 2257 P., Vel. Long. pg. 2216 P., Prob. pgg. 1390, 1431 P., Schneider *Gramm. der lat. Sprache* I 385, Müller *Die Etr.* I 115, 368. — Serv. in Virg. *Aen.* I, 267 (cf. IV 620, 696, VII 647, VIII 7, IX 745, X 689): « Turnum postea ad Mezentium confugisse, eiusque fretum auxilio bella renovasse, quibus Aeneas Turnusque pariter rapti sunt. Migrasse postea in Ascanium et Mezentium bella; sed eos singulari certamine dimicasse. Et occiso Mezentio, Ascanium, *Iulium* coeptum vocari ».

MEDIDIES, *meridies*, apud veteres (Quintil. *Inst. orat.* I, vi, 30, Prisc. pg. 24 = 551 et pg. 137 = 636 P.; cf. Vel. Long. pg. 2232 P.). Varro *De l. l.* VI, 4 pg. 73: « *Meridies* ab eo quod *medius dies; d* antiqui, non *r* in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi ». Cic. *Orat.* cap. 47: « Ipsum *meridiem*, cur non *medidiem?* credo, quod erat insuavius ».

MEDICAT, *magistratu* (?), fortasse idem quod MEDICATVD (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 72; cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 16, Guarini *Tab. oppid. lex.* pg. 154, et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 102), in tab. Bantina n. 2897 lin. 16.

MEDICATVD, *magistratu*, abl. sg. e MEDDIS vel MEDIS, apud Oscos (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 80; cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 420 et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 118), in tab. Bant. n. 2897 lin. 24. Vide voc. praec.

ꟻƎKꟻЯƎ[ꟽ] (medíkeí), *medici* vel *meddici*, dat. sg. 3 decl., e MEDIS = ꟻꟻЯЯƎꟽ (MEDDIS), apud Samnites (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 44, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278, Aufrecht et Kirchhoff I 127, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 12, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 327). In cippo Abell. n. 2783 lin. 3 sqq.: | ꟻVTAꟻAKVП · IAꟽ · ꟻVꟻIKƎVT | [ꟻ]VIIAꟽ · ꟽꟻꟻꟻ ꟻ[V]ꟽ | AVƎVA · ꟻVIꟻATƎKƎЯ · ꟻƎKꟻЯƎꟽ (ínim maiiúí iúvkiiúí mai pukalatúí medíkeí deketasiúí núvlanúí) = *et Magio Iovicio Magii fil. Pucalato magistratui dictatori*

Nolano (Peter op. cit. s. 68, Mommsen op. cit. s. 119, Huschke op. cit. s. 33).

ƧƎIꓘIƎM (medíkeís), *medicis* vel *meddicis* (magistratus), genit. sg. 3 decl., e MEDIS vel ƧIꓤꓤƎM (MEDDIS), apud Samnites (Aufrecht et Kirchhoff I 127, Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I, 82, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 12, Fiorelli *Monum. epigr. Pomp.* I 6 = xv et nt. 9; cf. Henzen in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1852 pg. 90). Tabula Pompeiana n. 2785 lin. 9: ƧIƎИAIIAПMVП · ƧIƎꓘIƎM (medíkeís púmpaiianeís) = *meddicis Pompeiani* (Aufr. in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 56), quod alii vertunt *meddices pompeiani* (Minervini et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 14, 16, 18, 23, 35 sg., 88, 91, 93 sg., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 180, 185).

MEDICIM, *medicem* vel *meddicem* (magistratum), acc. sg. 3 decl., e MEDIS vel MEDIX, apud Samnites (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 45, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 278, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 12, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 125), in tab. Bant. n. 2897 lin. 30, 31 et 33.

MEΔIMNAIOI (?), Siciliae populi, apud Diod. Sic. XIV, LXXVIII, 5.

MEDIX, *medices* vel *meddices* (magistratus), nominat. pl. 3 decl. = MEΔΔEIΞ et ƧƧIꓤꓤƎM meddíss, nominat. sg. MEDIS vel ƧIꓤꓤƎM (MEDDIS), apud Volscos et Samnites (Guarini *Comm.* I 23, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 325, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 265, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 5). Tab. Veliterna n. 2736 lin. 4: E< : SE : <OSVTIES : MA : <A : TAFANIES : MEDIX : SISTIATIENS = *Egnatius Sexti* filius *Cossutius et Marcus Caii* filius *Tafanius medices statuerunt* (Mommsen op. cit. s. 320, et Corssen op. cit. s. 8).

MEDIXTVTICVS. Vide MEDDIX et TVTICVS.

MEDIOCRICVLVS, diminut. mediocris. Fest. *Qu.* IX, 4 pg. 154: « Mediocriculo usus est in ea quam dixit Cato in † consulatu: Ridibundum magistratum genere † pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci ». Et Paul. pg. 155: « Mediocriculus ipse, qui supra, posuit quum ait: *Ridibundum magistratum, pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci* ».

MEDIOLANVM, Μεδιόλανον (Polyb. II 34; Plutarch. in *Marc.* VII 5 sq. et in *Caes.* XVII 5) vel Μεδιολάνιον (Strab. V, I, 6; Ptol. III, 1), apud recentiores Μεδιόλανα (Procop. *De bello goth.* I 14, II 7, 21) et Μεδιόλανος (Procop. op. cit. II, 21), nunc *Milano*, Insubrium caput, olim pagus, inde urbs clara (Oros. *Hist.* IV, 13). Strab. loc. cit.: Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν, πάλαι μὲν κώμην (ἅπαντες γὰρ ᾤκουν κωμηδόν), νῦν δ' ἀξιόλογον πόλιν, πέραν τοῦ Πάδου, συνάπτουσάν πως ταῖς Ἄλπεσι. Plutarch. in *Marc.* VII, 5: Μεδιόλανον καλεῖται καὶ μητρόπολιν αὐτὴν οἱ τῇδε Κελτοὶ νομίζουσιν. Liv. V, 34: « Ipsi (*Galli*) per Taurinos saltusque invios Alpes transcenderunt: fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quum, in quo consederant, agrum Insubrium adpellari audissent, cognomine Insubribus pago Aeduorum: ibi, omen sequentes loci, condidere urbem: Mediolanum (duo codd. *Mediolanium*) adpellarunt ». Plin. III, XXI, 2: « sicut Boii trans Alpes provecti, Laudem Pompeiam, Insubres Mediolanum (*condidere*) ». Adde Iustin. XX, 5, Claudian. *De nupt. Honor. et Mar.* vs. 182 sq., Sidon. Apoll. *Ep.* VII 15, Isid. *Orig.* XV 1. Auson. *Clar. urb.* 5 (n. 289):

« Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumerae cultaeque domus, facunda virorum
Ingenia et mores laeti. Tum duplice muro
Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, et inclusi moles cuneata theatri:
Templa, Palatinaeque arces, opulensque Moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lavacri,
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis,
Moeniaque in valli formam circumdata labro.
Omnia quae magnis operum velut aemula formis
Excellunt: nec iuncta premit vicinia Romae ».

Cf. Liv. XXXIV 46, Tacit. *Hist.* I 70, Antonini *itiner.* pgg. 98, 123, 127, 278, *Itiner. Hierosol.* pgg. 557, 612, 617, *Tab. Peuting.* segm. III*b*. Memoratur in inscr. apud Orell. n. 65, 1909 (A REPVBL MEDIOL), et dicitur col. Aelia Augusta Mediolanensis (Orell. n. 4127), col. Claudia aug. felix (Orell. n. 1702). — Incolae dicti sunt Mediolanenses (Varro *De r. r.* I, VIII, 3), apud Procop. *De bello goth.* II 21 Μεδιολάνιται. — Mediolanensis vel Mediolaniensis (inscr. apud Orell. n. 2484 et n. 4905), adiect. ad Mediolanum pertinens, ut Mediolanensis ager (Varro *De r. r.* I, VIII, 2), Mediolanensis praeco (Cic. *Pis.* cap. 26), Novellius Torquatus Mediolanensis (Plin. XIV, XXVIII, 5). — Cf. Mediolanum in Gallia Lugdunensi (Amm. Marcell. XV, XI, 12; Antonini *itiner.* pg. 384; Tab. Peuting. segm. III*b*), in Gallia Boetica (Strab. IV, II, 1, Ptol. II 6) et in Britannia (Antonini *itiner.* pgg. 409, 482).


MEDIS, *medix* vel *meddix* (magistratus) = ƧIꓤꓤƎM (MEDDIS), apud Volscos et Samnites. In tab. Antin. n. 2740: ПA · VI · ПACVIES · MEDIS = *Paquius Vibii* filius *Pacuvius medix* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 325, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 266, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 26; cf. Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 12).

MEDITRINA, dea medendi, cuius sacra meditrinalia dicta. Varro *De l. l.* VI, 21 pg. 81: « Octobri mense Meditrinalia dies, dictus a medendo, quod Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die solitum vinum novum et vetus libari et degustari medicamenti causa; quod facere solent etiam nunc multi quom dicant: *Novum vetus vinum bibo; novo veteri vino morbo medeor* »

Paul. pg. 123: « Meditrinalia dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia: *Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor*. A quibus verbis etiam Meditrinae deae nomen conceptum, eiusque sacra meditrinalia dicta sunt ». Cf. Kalend. Maff. apud Orell. II, 400.

MEDIVS FIDIVS. Vide FIDIVS.

MEDMA vel Medama vel Mesma, Μέδμα vel Μέδμη et Μέσμα (cf. ὀδμὴ et ὀσμὴ, ἴδμεν et ἴσμεν), Bruttiorum oppidum cum emporio et navali (Plin. III, x, 2 « Medma ». al. *Medna*, *Medina;* Mela II, IV 9 « Medama »; Apollod. apud Steph. Byz. et Etym. M. pg. 581 = pg. 526 Sylb. Μέσμα; Scyl. Caryand. § 12 cod. Μέσα pro Μέσμα; Hecat. apud Steph. Byz. et Theognost. *Can.* 112, 4 Μέδμη; cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 244). Strab. VI, I, 5: Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδμα (codd. Μέδαμα), πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν ὁμώνυμος κρήνῃ μεγάλῃ, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον· ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμός, καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος. Scymn. Ch. vs. 308: καὶ Μέδμαν (codd. perperam Μέδναν) ᾤκισαν Λοκροί. In numis n. 3041 *a* apud Riccio *Repert.* etc. pg. 102 sg.: ΜΕ, ΜΕΔΜΑ et ΜΕΣΜΑ.



— Eius incolae Μεδμαιοι, in numis n. 3041 *b* ΜΕΔΜΑΙΩΝ (Mionnet suppl. I, 346) et ΜΕΣΜΑΙΩΝ.



MOENVS, *munus*, subst. n., apud veteres. Lucr. I, 29: « fera moenera militiai ». — Cf. MOENIVS, gentilitium rom. apud Gruterum (194, 6; 918, 19).

MOERA, oppidum Campaniae, inde Abella, a Murano conditum. Serv. ad Virg. *Aen.* VII, 740: « Quidam

hanc civitatem (*Abellam*) a rege Murano conditam Moeram nomine vocatam ferunt; sed Graecos primum eam incoluisse, quae ab nucibus *abellanis* Abella nomen acceperit: alii quod imbelle vulgus et otiosum ibi fuerit, ideo Abellam appellatam: huius cives, cum loca circa Capuam possiderent, orto tumultu interiisse, aliosque fugientes Moeranum abiisse, et eius incolis servisse, et quod imbelliores fuerint, Abellanos dictos ». — Moeris est nomen servile in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 2140.

MOERVS, *moirus* (murus), subst. m., apud veteres (Lucret. IV, 220 ed. Lachm., et Virg. *Aen.* X, 24 ubi cf. Servius). Inscr. apud Mommsen n. 322: MOERVM [P]EDES ΦCC · DE · SVA [P]ECVNIA · FACIVNDV[M] COERAVER. In sacris Argeorum (Varro *De l. l.* V, 50 pg. 20): « sinistra via secundum moerum est ». In comment. anquisitionis M. Sergii (apud Varr. op. cit. VI, 92 pg. 111): « in Arce classicus canat tum circumque moeros ».

MOETA, *meta* (lapis erectus), apud Frontin. *De limit.* pg. 32 sqq. ed. Lachm.

MOINICIPIVM, *municipium*, e MOINIO pro *moenio* vel *munio*, apud veteres (vide MONICIPIVM). Lex Thoria agr. (Append. n. LIX) cap. 16: QVEIVE PRO COLONIA MOINICIPIOVE PROVE MOINICIPIEIS FRVENTVR.

MOINIO, *moenio* (munio), apud veteres (vide voc. sq.). Varro apud Non. II, 238 = pg. 99: « Unam viam Zenona moinisse ».

MOIRVS, *moerus* (murus), subst. m., apud veteres. Inscr. apud Mommsen n. 1119 (Orell. n. 566): C QVINCTIVS C F · VALG · PATRON · MVNIC | M · MAGI MIN F · SVRVS A PATLACIVS Q F | IIII · VIR · D · S · S PORTAS · TVRREIS MOIROS | TVRREISQVE AEQVAS · QVM MOIRO | FACIVNDVM · COIRAVERVNT.

ΜΟΙΤΟΣ, *mutuus*, apud Siculos (Müller *Die Etr.* I, 12). Varro *De l. l.* V, 179 pg. 69: « Si datum quod reddatur, mutuum, quod Siculi μοῖτον; itaque scribit Sophron: μοῖτον ἀνθύμω † ». Hesych. *Lexic.* II, 614 (III 116 ed. Schmidt): Μοιτοὶ ἄντιμοι· παροιμία Σικελοῖς· ἡ γὰρ χάρις μοι τὸν οἰνόχαριν. Doederl. *De voc. al.* etc. pg. 8: « Mutuus e μοῖτος non diversius est quam *mortuus* a μορτός sive βροτός. Est autem μοῖτος verbale verbi ἀμεύω, ἀμείβω, similiter ut ἄλοιμα et *aluta* ab ἀλείφω vel κοίτη a κεῖμαι formatum est ».

MOLAE -arum, fortasse filiae Martis, apud Aul. Gell. XIII, 22 (« Molas Martis »). Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

ΜΟΛΔΑΗΙΑΙΗΙ, in inscr. Messap. n. 2973. Vide voc. sq.

ΜΟΛΔΑΗΙΑΣ, in inscr. Messap. n. 2969 et n. 3000.

MOLENDINVM, *moletrina*, *molina* (ital. *molino*), *pistrinum*, apud August. in *Psalm.* XXXVI 2, CXXXII 4.

MOLETRINA, *pistrinum* (cf. MOLENDINVM et MOLINA). Cato apud Non. I, 320 = pg. 63: « Nervo, carcere, moletrina ».

MOLILE, quod legitur apud Cat *De r. r.* cap. 10 sq., videtur esse vel manubrium, quo mola versatur, vel helcium, quod servo aut iumento molam versanti aptatur (Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

MOLINA, *moletrina*, *molendinum* (ital. *molino*), *pistrinum*, apud Ammian. XVIII, VIII, 11.

MOLINARIVS, *molitor* (ital. *mugnaio*). Gloss. apud Labb.: « Molinarius, ὑδραλέτης ».

MOLINVS, *molaris*, adiect., apud Tertull. *Adv. Marc.* IV, 35.

MOLIO, *molior*, apud veteres (Prisc. pg. 392 = 797 P.), in S. C. apud Frontin. *De aquaed.* cap. 129.

MOLITAE, *Tmolitae*, apud Cic. *pro Flacco* II, 11 (Mai *Class. auct.* II, 8).

MOLLESTRAS dicebant *pelles ovillas*, quibus galeas extergebant. Ita Paul. ex Festo pg. 135, ubi cf. Muellerus. Vide Turneb. *Advers.* III 11, XIX 24, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MOLLICELLVS, dimin. molliculi, apud Tertull. XXV, 10.

MOLLICINA vel molicina, μαλακὸν ἱμάτιον (Gloss. apud Labb.), genus vestis, a *mollicie* dicta (Non. XIV, 23 = pg. 540). Novius vs. 71 ed. Ribb.: « Molicinam crocotam chiridotam ricam ricinium ».

MOLLICIVS, *qui mollis est*, adiect. Est cognomen rom. in inscr. apud Sirmond. ad Sidon. pg. 160 (M · AVR · MOLLICIVS TATIANVS NATIONE VERNA).

MOLTA, *multa*. Vide MOLTO.

MOLTAM, *multam*, subst. f. acc. sg. 1 decl., e MOLTO = *multa*, apud Oscos (Guarini *Tab. oppid. Lexic.* pg. 156 et *in comm. V exc.* pg. 24, Klenze *Phil. abhandl.* s. 45, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 13, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 45, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280). Tab. Bant. n. 2897 lin. 2: Q · MOLTAM · ANGIT = *q. multam agat* (Mommsen s. 145).

MOLTAS, *multae*, subst. f. genit. sg. 1 decl., antiquioribus literis ƧANTᖷVM (múltas = *multae*, nominat. pl.), apud Oscos, e MOLTO h. e. *multa* = umbr. VΥVΛ mutu vel ΑΥVΛ muta (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 15, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 47, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 5, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. II 139). Tab. Bant. n. 2897 lin. 12 sq. et lin. 27: ÁMPERT · MINSTREIS · AETEIS · EITVAS · MOLTAS · MOLTAVM · LICITVD = *dum minoris partis familiae taxat multae multare liceto* (Kirchhoff op. cit. s. 79 sq., Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87 sq.). Aliis est acc. plur. (Klenze *Phil. abhandl.* s. 46; cf. Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 405).

MOLTATICOS, *multaticus* (multaticius), adiect., antiquiori orthographia ЯANKHƧANTᖷVM múltasíkad = *multaticâ*, apud Samnites. Inscr. antiqua (Append. n. XXXIV): [Ͱ ·] TERENTIO · Ͱ · F | C · APRVFENIO ·

C · F | V · TVRPIVIO · C · F | M · ALBANI · V · F | T · MVNATIO · T · F | QVAISTORES | AIRE · MOV-TATICOD | DEDERONT. Cf. inscr. apud Donat. 263, 1 (AERE MVLTATICO).

MOLTAVM, *multare*, infin. praes. e MOLTO = *multa*, apud Oscos (Müller *Die Etr.* I 37 anm. 78, Klenze *Phil. abhandl.* s. 46, Lassen *Beiträge* etc. s. 45, 48, Grotefend *Rud. l. o.* pgg. 10, 15, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 66, Aufr. et Kirch. I 53, 64, 148, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 4 sq., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 405, Kuhn in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 240, Corssen *De Volscor. lingua* pg. 43 et *Ueb. ausspr.* etc. I 247). Tab. Bant. n. 2897 lin. 12 sq.: IN · SVAEPIS · IONC · FORTIS · MEDDIS · MOLTAVM · HEREST · AM-PERT · MINSTREIS · AETEIS | EITVAS · MOLTAS · MOLTAVM · LICITVD = *et si quis eum forte magistratus multare volet, dum minoris partis familiae taxat multae multare liceto* (Kirchhoff op. cit. s. 79, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87); et lin. 17 sq.: IONC · SVAE-PIS | HEREST · MEDDIS · MOLTAVM etc. = *eum si quis volet magistratus multare* etc. (Kirchhoff et Lange locc. citt.). Adde lin. 26 sq.

MOLTO, *multa*, subst. f. nomin. sg. 1 decl., apud Sabinos et Samnites (vide MOLTAM = *multam*, MOLTAS = *multae*), unde verbum denom. MOLTAVM = *multare*, et adiect. MOLTATICOD = *multatico*, ЯNKꟻRNTᴎVꟽ (múltasíkad) = *multaticâ* (Müller *Die Etrusker* I 41 sq.; Grotefend *Rud. l. o.* pgg. 10, 13, 15; Guarini *Comm.* V, 121; Henop *De lingua Sab.* pg. 40; Peter *Sprache und schrift* etc. s. 41; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280; Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, 74, II 307, 334; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 5; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 95 et s. 405). Varro *De l. l.* V, 177 pg. 68: « Multa pecunia quae a magistratu dicta ut exigi posset ob peccatum, quod singulae dicuntur additae* esse multae, et quod olim unum dicebant multam; itaque quom in dolium aut culeum vinum addunt rustici, primam urnam additam dicunt etiam nunc multam ». Fest. *Qu.* VIII, 24 pg. 142 (et Paul. pg. 143): « Multam Osce dici putant poenam quidam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in l. I quaestionum Epist. refert ». Aul. Gell. XI, 1: « Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro uno et vicesimo rerum humanarum non Latinum, sed Sabinum esse dicit; idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. sed turba grammaticorum novitia κατ' ἀντίφρασιν, ut quaedam alia, hoc quoque dici tradiderunt. Quum autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sunt, *multam dixit*, et *multa dicta est:* non esse ab re putavi notare, quod M. Cato aliter dixit. nam in quarto Originum, verba haec sunt: *Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit.* potest autem videri consulta elegantia mutasse verbum, quum in castris et in exercitu multa fieret; non in comitio nec ad populum diceretur ». Tab. Bant. n. 2897 lin. 11 sq.: MOLTO · ETAN|TO · ESTVD · N · ΦΦ = *multa tanta esto n. MM;* et lin. 26: MOLTO · ETANTO · ESTVD · N · Φ = *multa tanta esto n. M* (Mommsen op. cit. s. 146 sq., Kirchhoff op. cit. s. 29 sq., Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 87 sq.).

MOMAR, *stultus*, adiect. apud Siculos. Paul. ex Festo pg. 140: « Momar Siculi *stultum* appellant ». Gloss. Isid.: « Momar, Siculus, *stultus*, qui cito movetur ad iram. Plaut.: *Quid tu, ô Momar, Sicule homo praesumis?* ». Cf. Muellerum in Festi loc. cit.

ΜΟΝΑΛΟΣ, fluvius Siciliae, apud Ptol. III, 4 (Μονάλου ποταμοῦ ἐκβολαί).

MONERIM, moneris et monerint, *monuerim*, *monueris* et *monuerint*, antiqua scribendi ratione. Pacuv. vs. 20 (apud Non. X, 22 = pg. 507): « Dic, quid faciam: quod me moneris, effectum dabo ». Idem vs. 112: « Dii monerint meliora ».

MONETA, mater Musarum, a *moneo*, quae et Mnemosyne (cf. Hygin. *Praef.*). Gloss. apud Labb.: « Μνημοσύνη, Moneta ». Liv. Andron. in *Odyssia* apud Prisc. pg. 198 = 679 P.: « Nam diva Monetas (*Monetae*) filia docuit ».

§ 2. Cognomen Iunonis (Cic. *Div.* I, 45), cui aedem vovit Furius Camillus Aurunco bello (Liv. VII 28, Ovid. *Fast.* VI 183 sqq.; cf. Sulpic. *Sat.* vs. 53). Plutarch. in *Rom.* XX, 7: Ὤκει δὲ Τάτιος μὲν ὅπου νῦν ὁ τῆς Μονήτης ναός ἐστι. Et in *Cam.* XXXVI, 9: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ κατασκάψαντες ἱερὸν ἱδρύσαντο θεᾶς, ἣν Μονήταν καλοῦσι, καὶ τὸ λοιπὸν ἐψηφίσαντο μηδένα τῶν Πατρικίων ἐπὶ τῆς ἄκρας κατοικεῖν. Cf. Ovid. *Fast.* I 638 et Lucan. I 380. Dicta est a monendo (Cic. *Div.* II, 32), sive potius a *moneta* h. e. *pecunia signata* (cf. Ἥραν Μονήταν apud Suid. s. v. Μονήτα). Cf. Eckhel *Doctr. num. vet.* I, III, et APOL · MONETAE in numis Commod. imp. (Eckhel op. cit. VII, 122, et Cohen *Méd. imper.* III 54 n. 126).

MONIMENTVM, *monomentum*, *munumentum* (monumentum), e *moneo*, al. a *muniendo* (Beda pg. 2339 P.). In lapidibus romanis: ITER · DEBTVR · A[D] MONIMENTV C · CLANI C · L · [P]ILARCVRI (Append. n. XXVII bis); HOC · MONIMENTV (Grut. 956, 4); HOC · MONIMENTVM (Mommsen n. 2346, 3030, 6837, 7088); FECIT MONIMENTVM (Mommsen n. 6843); POSSIDENDVM MONIMENTV (Mommsen n. 3119); HVIC MONIMENTO (Mommsen n. 3642, 6916). Adde inscr. apud Marini *Arvali* pg. 270, Mommsen n. 4042, Gruter. (863, 3; 946, 6), et in *Bullett. dell'Inst. arch.* X = 1838 pg. 231.

MONIMENTVS, *monumentus*, *munimentus* (monu-

mentum). In inscr. apud Murat. 992, 6: SI QVIS HVNC MONIMENTVM VENDERE VEL DONARE VOLVERIT.

MONNICVS, *decore petulans.* Est cognomen rom. Inscr. apud Fabr. cap. III n. 183 pg. 147: L · PERCENNIO · LASCIVO | QVI · ET MONNICVS | EQ · R · ALVMNO · KARISSIMO etc. Cf. AVRELIVS MVNNVS (Mommsen n. 1849), AVR · MONNVS (Mommsen n. 6768) et inscr. apud Marini *Arvali* pg. 622 nt. 231.

MONNINA, cognomen fem. rom. Inscr. apud Visconti *Iconogr. gr.* I 373: D · M | AVR · MONNINAE | FILIAE | DVLCISSIM | PARENT · FECERVNT | ALEXANDER · AVG · LIB | ET | VMBRICIA · AMMIAS | VIX · AN · XVIII.

MONNVLA, *ancilla?* (ital. *monella*), vox infantilis blanditiae (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Inscr. apud Murat. 2083, 2: D · M | SVLPICIA PARTH|ENOPAE · FRVCTVOSAE | ALVMNAE SVAE · B · M | QVE VIXIT · ANNOS | VIII · M · II · D · XV · QVAE SV|PRA MONNVLAM SV|AM SVPRAVIXIT DIES XXIII.

MONOECI portus, Μονοίκου λιμήν (Ptolem. III, 1; Strabo IV, VI, 1 sqq.), in Liguria, cum oppido (hodie *Monaco*), ubi templum erat Herculis Monoeci dicti. Plinius III, VII, 1: « Portus Herculis Monoeci, Ligustica ora ». Strabo IV, VI, 3: Ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμὴν ὅρμος ἐστὶν οὐ μεγάλαις οὐδὲ πολλαῖς ναυσίν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου· ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ μέχρι δεῦρο διατείνειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους. Ammian. Marcell. XV, X, 9: « Monoeci similiter arcem et portum ad perennem sui memoriam consecravit (*Thebaeus Hercules*) ». Virgil. *Aen.* VI, 831 sq.: « Aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci descendens ». Ubi Servius: « De Liguria, ubi est portus Monoeci Herculis, dictus autem μόνοικος, vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit, vel quod in eius templo nunquam aliquis deorum simul colitur ». Steph. Byz.: Μόνοικος, πόλις Λιγυστική· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν Μονοίκιος. Cf. Lucan. I 408, Tacit. *Hist.* III 42, Antonini *itiner.* pg. 503.

MONOMENTVM, *monimentum, munumentum* (monumentum). In inscr. rom.: HOC · MONOMENT · IN · FRONT · P · XV · IN · AGR · PEDES · XV · CVIVS · PARS · SINISTERIOR · INTROIT · (Grut. 946, 5). Alia inscr. apud Mommsen n. 2988: D · M | AVR · DIONYSIVS · AVG · LIB · MAE|STRIA · AELIA · COIVX · A · SOLO · SVMP|TIBVS · SVIS · SE · VIBI · FECERVNT · ET · CON|SVMMAVERVNT · HVNC · IROVM · SIVE · MONOMENTVM · SIBI · ET · FILIS · SVIS etc.

MONTANILLA, diminut. montanae. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 1146, 9 (CASSIAE · MONTANILLAE).

MONTANINVS, ad montanum pertinens. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 713, 2 (M · VARIVS MONTANINVS).

MONTANIOSVS, *montanus* (ital. *montagnoso*), adiect. apud *Rei agr. script.* pg. 331 ed. Lachm. (« in montanioso loco »).

MONTENSIS, *montanus*, adiect. in inscr. apud Doni cl. I n. 1 pg. 1 = Grut. 21, 3, et Orell. n. 1238 (EX PRAECEPTO DEORVM MONTENSIVM).

MONTIGENA, h.e. qui in montibus genitus est. Gloss. apud Labb.: « Montigena, ὀρεσιγενής ».

MONTICELLVS, diminut. montis (ital. *monticello*), apud *Rei agr. script.* (ed. Lachm.) pgg. 306 sqq., 310 sq., 315, 319, 322, 325, 332 sq., 335 sq., 345, 352.

MONTICVLVS, diminut. montis. Gloss. apud Labb.: « Monticulus, ὄρνιον, βουνὸς ». Hinc ital. *Montecchio* = monticlo.

MONTINVS, deus qui montibus praeest. Arnob. IV, 9 pg. 142: « Quis Saturnum praesidem sativis? quis Montinum montium? ».

MONVMENTVS, *monimentus, munimentus* (monumentum). Inscr. apud Reines. cl. VIII n. 56 pg. 534: AELIVS · VALENTINVS | OPTIO · PEREGRINORVM | HVNC · MONVMENTVM | SIVE · SEPVLCRVM. In alia apud eund. cl. XII n. 37 pg. 663: HIC MONVMENTVS CVM SVIS ADIACENTIBVS EXTERVM HEREDEM NON SEQVETVR. In inscr. apud Henzen n. 7338: HVNC TITVLVM SIVE MONVMENTV.

MONVMETVM, *monumentum.* Inscr. apud Vermigl. *Inscr. Per.* pg. 452 n. 7 (Orell. n. 4510): M · COELIVS · ABASCANTVS | EMPTO LOCO FECIT SIBI ET | SVIS POSTERISQVE EORVM | IN · FR · P · XII · IN · AG · P · XII | ET AREA ANTE MONVMETVM | COMMVNEM CVM POPILIO EVPHEMO | IN · FR · P · XII · IN AG · P · XII.

MOXSIVS, *Moxius*, n. pr. m. in vasculo figulino (Orell. n. 429).

MOPSIVS, gentilitium Compsanum in Hirpinis. Liv. XXIII, 1: « Compsanus erat Trebius nobilis inter suos: sed premebat eum Mopsiorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis. Post famam Cannensis pugnae, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Hannibalis, quum Mopsiani urbem excessissent; sine certamine tradita urbs Poeno, praesidiumque acceptum est ».

MORA, Μόρα, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2.

MORACIAS nuces Titinnius (Ribbeck *Comic. Lat. rel.* pg. 136) duras esse ait, unde fit diminutivum moracillum. Ita Paul. ex Festo pg. 139, ubi cf. Muellerus. Gloss. Placidi apud Mai *Cl. auct.* 485: « Moragis, *nucibus longis* ».

MORACILLVM. Vide voc. praeced.

MORBIDVS, *morbo infectus*, adiect. apud Varr. *De r. r.*

III, xvi, 22. Cf. Lucret. VI 1095, 1222, et Plin. VIII, xl, 1. Hinc ital. *morbido* (mollis).

MORBONIA, vox ficta a morbus, et vulgari sermone trita, qua utebantur, qui alicui male precari vellent (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Suet. *Vespas.* cap. 14: « Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, quaerentemque, quidnam ageret, aut quo abiret, quidam ex officio admissionis simul expellens, *abire morboniam* (ital. *andare alla malora*) iusserat ».

MORGANTIA. Vide MVRGANTIA.

ΜΟΡΓΑΝΤΙΝΟΙ. Vide MVRGENTIVM.

MORGENTIA. Vide MVRGENTIVM.

MORGETES, Μόργητες (Strab. VI, i 6 et ii 4), populi Italiae antiqui, in Lucania (Plin. III, x 1), qui ab Oenotris pulsi in Siciliam migrarunt, ubi Murgentium oppidum ab iis nomen habere dicitur (vide MVRGENTIVM). Strab. VI, i, 6: Ἀντίοχος δὲ τὸ παλαιὸν ἅπαντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκῆσαί φησι Σικελοὺς καὶ Μόργητας· διᾶραι [δὲ] εἰς τὴν Σικελίαν ὕστερον, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν Οἰνωτρῶν. φασὶ δέ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. Dionys. Halic. I, 12: τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν Μόργης διεδέξατο, ἀφ' οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν.

ΜΟΡΓΥΝΑ, oppidum Siculorum. Steph. Byz.: Μόργυνα, πόλις Σικελῶν· Φίλιστος δευτέρῳ· τὸ ἐθνικὸν, Μοργυναῖος.

MORGVS. Vide ORGVS.

MORΘANA (μορθανα), in lapide Messap. n. 2961.

MORIES, *moriens*, particip. praes. In titulo sepulcr. apud Gorium *Inscr. ant.* I, 95 n. 46: QVAE SIBI MORIES FIDEM SERVAVIT.

MORIRI, *mori*, apud Plautum (*Asin.* I, i, 108; *Capt.* III, v, 74; *Rud.* III, iii, 12).

I I ИAƆЯOM (μορκαντι). Vide MVRGENTIVM.

MORKES, in inscr. Messap. n. 2965.

MORKIHI, in lapide Messap. n. 2993.

ΜΟΡΚΟΗΙΑΣ (μορκοhιας), in inscr. Messap. n. 2946. Cf. Minervini in *Bullett. arch. nap.* V, 15 sg.

MORKOΣ, *Marcus* (?), in lapidibus Messap. n. 2944 et n. 2965. Cf. Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 133.

ΜΟΡΜΟΣ, hoc nomine designatur Lamia Laestrygonum rex, apud Theocr. *Idyll.* XV, 41, ubi cf. Schol.

MORRIVS, rex Veientanorum. Serv. in Virg. *Aen.* VIII, 285: « Quidam etiam dicunt, *Salios* a Morrio, rege Veientanorum, institutos, ut Alesus, Neptuni filius, eorum carmine laudaretur, qui eiusdem regis familiae auctor ultimus fuit ».

MORSICO, frequent. a *mordeo* (ital. *morsicare*, apud Appul. *Metam.* lib. 2 pg. 46, lib. 3 pg. 95, et lib. 7 pg. 818 ed. Paris. 1688.

MORTA, *fatum*, sive una ex Parcis (cf. μόρτη et μορτὸς in *Thes. gr. linguae*). Aul. Gell. III, 16: « Caesellius autem Vindex in lectionibus suis antiquis, *Tria*, inquit, *nomina Parcarum sunt, Nona, Decuma, Morta*, et versum hunc Livii antiquissimi poëtae ponit ex Ὀδυσσείᾳ:

Quando dies adveniet, quem profata Morta est?

Sed homo minime malus Caesellius, *Mortam*, quasi nomen accepit, quum accipere quasi Moeram deberet ».

MORTVALIA, quae ad mortuos pertinent, et speciatim vestimenta, quae in luctu sumuntur. Naev. vs. 48 (apud Non. XVI, 4 = pg. 540): « Pallis, patagiis, crocotis, malacis mortualibus ».

§ 2. Nenia seu carmina praeficarum. Plaut. *Asin.* IV, i, 63: « Haec sunt non nugae: non enim mortualia ».

MORTVARIVS, ital. *mortuale*, adiect. ad mortuos pertinens. Cato apud Aul. Gell. XVIII, 7: « mortuaria glossaria ».

MORTVOS, *mortuus*, adiect., in Lege Servil. *Repetund.* (Append. n. lx) cap. 21, et in inscr. n. 2712 ex Scipionum sepulcro. Adde Plaut. *Amph.* V, i 22, *Aul.* III, vi 32, *Cas.* II, vi 64, vii 4, *Cist.* III 16, *Bacch.* IV, iii 17, *Most.* I, iii 76, *Menaech.* I, ii 45, *Pseud.* I, iii 18, 75 sq., *Poen.* prol. vs. 74, *Pers.* I, i 20, *Trin.* II, iv 93, 95, *Truc.* I, ii 62, II, iii 20, IV, iii 49.

MORVLVS, diminut. a *morus* = *maurus*, ital. *morello*, rom. *nigellus*. Plaut. *Poen.* V, v, 10: « Iam, pol, ego illam pugnis totam faciam ut sit morula ».

MORVS, *niger*, ital. *moro*, adiect., unde diminut. MORVLVS. Invenitur in Cod. Virg. *Ecl.* X, 39, ubi *et morae violae sunt* pro vulg. *et nigrae violae sunt* (Io. Ge. Guil. Koehler *Disput. phil. de cod. Virg. adhuc incognito*, Ienae 1771). Cf. Osann in *Auct. Lexic. gr.* pg. 185.

MOSCILLVS, *parvus mos.* Fest. *Qu.* IX, 7 pg. 158 et Paul. pg. 159: « Cato moscillis pro *parvis moribus* dixit ». Alii legunt *mosculis.*

MOSTELLVM, *parvum monstrum*, apud veteres, unde *Mostellaria* comoedia Plauti, alio nomine *Phasma*. Gloss. graeco-lat. apud Labb. pg. 198 « Φάσμα, mostellum muscellum ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MOSTRO, *monstro*, in inscr. pompeiana, apud Garrucci *Graff. de Pompéi* pl. v n. 3. Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I, 99.

MOTAR, *multae*, subst. f. nominat. pl. 1 decl. apud Umbros, = osc. ƧꟼTVVИ multas, e ꟼVVA muta vel VYVA mutu = osc. MOLTO h. e. *multa.* (Aufr. et Kirch. I 53, 62, 104, 106, 113, 162, II 307, Huschke *Die iguv. taf.* s. 307 et s. 611). Tab. eugub. VIIb 4: FRATRECI MOTAR · SINS · A · CCC = *magistro multae sint asses CCC.* Cf. Grotefend *Rud. l. u.* V 27, VI 9.

MOTIKANOΣ, fluvius Siciliae, apud Ptol. III, 4. Vide MOTYA et MOTYKA.

MOTYA, Μοτύη (Pausan. *Eliac. pr.* XXV, 5; Thucyd. VI, 2; Diod. XIII 54, 61, 88, XIV 47 sqq., 55, XXII 10) vel Μοτύον (Diod. Sic. XI, 91), Siciliae oppidum (Diod. XI, 91), Carthaginiensium colonia (Diod. XIV, 48). Pausan. loc. cit.: « Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν

ἐν Σικελίᾳ τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐν αὐτῇ καὶ Φοίνικες. Eius incolae Μοτυαῖοι (Diod. XIV, 53) vel Μοτυηνοὶ (Diod. XIII 63, XIV 48), in numis n. 3084 ИOIAYTOM (MOTYAION) = Μοτυαίων.



ΜΟΤΥΚΑ, Siciliae oppidum, apud Ptol. III, 4. Vide ΜΟΤΙΚΑΝΟΣ.

MOV-, radix umbrica, in voc. COMOHOTA = *com-mota*, e *con-mov-eo*.

MOVILIS, *mobilis*, adiect. apud Gaii *instit.* (pg. XLII nt. 40 ed. Lachm.).

ΜΟΥΣΜΩΝΕΣ, genus arietum in Corsica. Strab. V, II, 7: Γίνονται δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντ' ἐρέας κριοί, καλουμένοι δὲ μούσμωνες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. Cf. Serv. in Virg. *Georg.* III, 446.

ꓷꟽ (mr), *Marius* vel *Mara*, praenomen samniticum, graeca orthographia ΜΑΡΑΣ (Avellino in *Bullett. arch. nap.* II 98 et in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V 23 sg.; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 277; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 405; Minervini in *Bullett.* cit. nv. sr. III 36). In lapid. Pompeianis: ꓷꟽ · ꟻIIKIИIꟻ · ꓱ (v. viinikiis mr, n. 2791) = *Vibius Vinicius Marii* filius; ꓷꟽ · ꟻIИITꟻ · ꓷꟽ (mr atiniis mr, n. 2794) = *Marius Atinius Marii* filius; ꟻIꓷIꓤИꟻ · ꓷꟽ (mr aadiriis, n. 2795 sq.) = *Marius Adirius*; ..ИƎBKꓷƎꓒ · ꓷꟽ (mr perkhen.., n. 2802) = *Marius Percennius*. Adde inscr. n. 2816, 2852 *a* et *b*; et cf. n. 2821.

Vꟽ (mu). Vide VꟽIИƧƎꓒ (pesnimu).

..Vꟽ (mú..). Vide [ꓤꓷKꟻИꟻ]Vꟽ (múíníkad).

-VΛ (mu-), radix umbrica, = sanscr. mû (ligare), in voc. VꓘKƎИVΛ (mu-neklu) = *munusculum*.

Vꟽ (mu), *—ius*, gentilitium etr., primis literis notatum (vide VMVꟽ musu et ꓤИƎꓘƆƧVꟽ musclena), in titulis sepulcr. n. 185. Cf. inscr. n. 823.

MV, gr. μῦ, vox propria canum, unde et mutire dicuntur. Charis. pg. 240 = 213 P.: « Mu pro *muttire* Lucilius saturarum libro: *non laudare hominem quemquam neque mu facere, inquam* ». Varro *De l. l.* VII, 101 pg. 159: « Apud Ennium [*Trag.* vs. 432]: *vocibus concide, fac is** (al. *faxis .....*) *musset obrutus;* mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt; a quo idem dicit [*Reliq. inc. libr.* apud Vahlen n. 10 pg. 175], id quod minimum est: *neque ut aiunt, μῦ facere audent* ».

§ 2. Vox dolentis, exclamantis. Charis. pg. 240 = 213 P.: « Mu Plautus in Caeco vel in praedonibus, *quis tu es, qui ducis me? mu perii, hercle Afer est* ».

MVG-, radix umbrica, rom. *mug-ire* (gr. μυκάομαι), in voc. MVGATV = *mug-iatur*, et MVIETO = *mug-itum*.

MVGATV, *mugiatur*, coniunct. praes. pass. pro mugatur

(cf. MVIETO = *mugitum*), e rad. MVG-, rom. *mug-ire*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 20, 49, 55, 57, 75, 106, 141; Huschke *Die iguv. taf.* s. 62). Tab. eugub. VIa 6: ERSE · NEIP · MVGATV = *tum nec mugiatur*. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* II 22, VI 9.

MVGER dici solet a Castrensibus (cod. *Castrensium*) hominibus quasi muccosus his (*is*), qui talis male ludit. Ita Festus *Qu.* IX, 8 pg. 158. Cf. Forcell. *Lexic.* v. *murger*.

MVGIO -onis, *qui mugit.* Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 339, 5 et 340, 3 (M · VIPSANIO MVGIONI). Cf. MVGIONIA, quod sequitur.

MVGIONIA vel Mugonia et Mucionis porta fuit Romae antiquissima sub Romulo, ab Ovid. *Trist.* III, I 31 et Liv. I 12 *vetus porta Palatii* dicta, quia ad radices montis Palatini erat. Varro *De l. l.* V, 164 pg. 64: « Praeterea intra muros video portas dici. In Palatio Mucionis a mugitu, quod ea pecus in bucita circum antiquom oppidum exigebant ». Idem apud Non. XII, 51 = pg. 531: « Tullium Hostilium in velis, ubi nunc est aedis Deum Penatium; Ancum in Palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra ». Paul. pg. 144: « Mugionia (cod. Lips. *mucionis*) porta Romae dicta est a Mugio (*Mugione*) quodam, qui eidem tuendae praefuit ». Solin. I, 24: « Tarquinius Priscus (*habitavit*) ad Mugoniam portam supra summam Novam viam ».

MVE, in vase etr. n. 2237.

MVKIOVꟽ (muthikuś), *Muticii*, nomen virile, genit. sg., in inscr. etr. n. 42 (vide MVTICVS). Cf. Lanzi II 649 = 562 ad n. 1.

MYIA, uxor Milonis Crotoniatae, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. XXXVI (167). Cf. Porphyr. *De vita Pythag.* § 4.

MVIETO, *mugitum*, particip. praes. pass. (nominat. sg. n. 2 decl.), pro muietum (cf. MVGATV = *mug-iatur*), e rad. MVG-, rom. *mug-ire*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 49, 116, 146 sq., II 61; Huschke *Die iguv. taf.* s. 62 et s. 658). Tab. eugub. VIa 7: SVE · MVIETO · FVST = *si mugitum fuerit*. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* II 22, VI 9.

ꓤꓷKꟻИꟻVꟽ (múíníkad), *communi* (publicâ), adiect. f. abl. 1 decl., e VKꟻИꟻVꟽ múíníkú, apud Oscos, (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 71, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280, Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* V 3, 85, IX 146, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 39). Cipp. Abell. n. 2783 lin. 15 sq.: ꓤVИIƆИꓷT | [ꓤꓷKꟻИ]ꟻVꟽ et lin. 50 sq. ꓤVИIƆ|[И]ꓷT · ꓤꓷKꟻИꟻVꟽ (múíníkad tanginúd) = *communi sententia*.

ꟻƎKꟻИꟻVꟽ (múíníkeí), *in communi* (in publico), adiect. n. loc. sg. 2 decl., e VKꟻИꟻVꟽ múíníkú, apud Oscos (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 44 et s. 72, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280, Huschke *Die osk. und*

sab. sprachd. s. 405). Cipp. Abell. n. 2783 lin. 18 sq.: ЯI<ꓘV8 · ꟻƎDƎT · ꟻƎꓘIꓧIꓧVꟽ | [ꟽVꓘ]IꓧIꓧVꟽ (múínikúm múíníkeí tereí fusíd) = *commune in communi terra erit* (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* V, 85).

VꓘIꓧIꓧVꟽ (múínikú), *communis* (publicus), adiect. f. nominat. sg. 1 decl., compositum e IꓧIꓧVꟽ múíní = *moinio* (moenio) et suff. Vꓘ ku, ut rom. ant. CO-MOINIS (cf. MVNICAS = *communicas*, et MOINICI-PIVM), Oscorum linguâ (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 41, 71 sq. = *moenicus*, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280, Aufr. et Kirch. I 21 nt. 3, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 39 et s. 405, Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 362, Corssen *Ueb. ausspr.* I 204). Occurrit in Cipp. Abell. n. 2783 lin. 22. Cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 43.

[ꟽVꓘ]IꓧIꓧVꟽ (múíníkúm), *commune* (publicum), adiect. n. nominat. sg. 2 decl., e VꓘIꓧIꓧVꟽ múíníkú, Oscorum linguâ, in Cipp. Abell. n. 2783 lin. 18.

? ꓤDIVꟽ (muira). Vide ꓤDTVꟽ (artum).

MI+ƎƆVꟽ (mucetis), *Mucetii* (?), nom. pr. m., genit. sg., in inscr. Volaterr. n. 348 (Zannoni in *Bullett. dell'Inst. arch.* 1830 pg. 29). Ad gr. *μύχιος* vel *μυχιαῖος* trahit Oriolius (*Bullett.* cit. pg. 167).

MVCIONIS porta. Vide MVGIONIA.

MVCIVS, adiect. ad Mucium pertinens, ut Mucia prata et Mucia festa (Cic. *Verr.* II, II, 21). Paul. pg. 144: « Mucia prata trans Tiberim, dicta a Mucio, cui a populo data fuerunt pro eo, quod Porsenam, Etruscorum regem, sua constantia ab Urbe dimovit ». Cf. Liv. II 12 sq., et Mart. I 22.

ΜΥΚΛΟΣ, Neapolitanus scriptor, apud Schol. Apoll. Rhod. IV, 1045.

ΜΥΚΟΝΙΟΣ, mons Siciliae, apud Appian. *De bell. civ.* V, 117 (*περὶ ὄρος τὸ Μικόνιον*).

? ƎꓶƎTꟼꓘVꟽ (mucrtele), in inscr. Tarquin. n. 2314.

-ꓶVꟽ (mul-), radix osca. Vide ꓘIIꓘVꓶVꟽ (mulukiis).

MYLAE -arum, Μυλαὶ (Ptol. III 4, Strab. VI, II 1 et 6, Diod. Sic. XII, LIV 5, XIV, LXXXVII 1, XXII, XIII 1, Appian. *De bell. civ.* V 105 sq., 108 sq., 115 sq., Plutarch. in *Paul. Aem.* XXXVII 5, Dio Cass. XLVIII 17, XLIX 2 et 6 sq., Nymphod. Syrac. fragm. n. 5, Scyl. Caryand. § 13, Theophr. *Hist. plant.* VIII 3, Zonara *Ann.* X 24), nunc *Melazzo*, oppidum Siciliae (Plin. II, CI 1, III, XIV 4, XXXI, XXVIII 5; Senec. *Nat. quaest.* III, XXVI, 6; Vell. Paterc. II, 4; Suet. *Aug.* cap. 16), a Zanclaeis conditum (Strab. VI, II, 6; Scymn. Ch. vs. 288). Antig. *Mirab.* cap. 170: *Λύκον δὲ περὶ τὴν ἐν Μύλαις* (*λίμνην*) *τῆς Σικελίας δένδρα φύεσθαι* (s. *Καλλίμαχός φησὶ*). *διὰ μέσης δ' αὐτῆς ἀναθεῖν* (al. *ἀναζεῖν*) *ὕδωρ, τὸ μὲν ψυχρὸν. τὸ δὲ τοὐναντίον.* — Mylasenus, gr. *Μυλαῖος* (Suid. s. h. v.), adiect. ad Mylas pertinens, ut *τὸ Μυλαῖον πεδίον περὶ τὸν Λογγανὸν ποταμόν* (Polyb. I, 10). Auson. Edyll. n. 334 vs. 215: « Aut Pompeiani Mylasena pericula belli ». Steph. Byz.: *Μυλαὶ, πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης Μυλαΐτης, ὡς τῶν Θηβῶν Θηβαΐτης, Ἀθῆναι Ἀθηναΐτης. εἰσὶ γὰρ οἱ οὕτω λέγουσι. καὶ τὸ θηλυκὸν Μυλαΐτις. Εἰσὶ δὲ Μυλαὶ καὶ Θετταλίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν Μυλαῖος.* — Cf. Mylae insulae, Cretae adiacentes (Plin. IV, XX, 5), et *Μυλασῖτις* vel *Μυλασῖτις χώρα* (Polyb. I, 23).

MYLAS, fluvius Siciliae, inter Megaram et Leontinos (Liv. XXIV, 30 sq.).

? IꓘꓤꓶꓤꟻꓘOƎꓶVꟽ (mulethsvalasi), in titulo sepulcrali etr. n. 2059.

? ƎꓘIꟽƎꓶVꟽ (mulenike), in marmore Volaterr. n. 355. Cf. +ƎꓶƆIꓠVꟽ municlet. Lanzius II 396 = 525 ad n. 197 legit emulenice.

MVLCASSITIS, *mulcaveritis*, apud Plaut. *Mil.* II, II, 8.

MVLCTVS, actus mulgendi, apud Varr. *De r. r.* II, XI, 2.

ΜΥΛΛΙΑ, Crotoniates, Pythagorae familiaris, apud Aelian. *Var. hist.* IV 17, Iambl. *De pythag. vita* capp. 28 (143), 31 (189, 192), 36 (267) et Porphyr. *De vita Pythag.* § 61. Cf. Neanth. Cyzic. fragm. n. 22 *a* (*Hist. graec. fragm.* III, 7).

ꓶꟽꓶVꟽ (mulml), fortasse legendum in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 7. *Immolans* vel *mola spargens* exponit Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXX, 333 sg.

MVLTA. Vide MOLTO.

ꓘꓤTꓶVꟽ (multas), *multae*, subst. f. nominat. pl. 1 decl. Oscorum linguâ, pro múltas et recentiori orthogr. MOLTAS, e MOLTO = umbr. VꓕVA mutu vel ꓤꓕVA muta, rom. *multa* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280, Aufr. et Kirch. II 307), in lapide nolano n. 2768 (vide ꓘIꓘꓤTƎƆƎꓤ degetasis). Aliis est acc. pl. (Guarini *In cippo osco-abell. div.* pg. 24, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 34, et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 405). Cf. Lanzi II 610 = 524.

ꓤꓤꓘIꓘꓤTꓶVꟽ (múltasíkad), *multaticâ*, adiect. f. abl. sg. 1 decl. (cf. MOLTATICOD = *multatico*), apud Samnites, e múltú et recentiori orthogr. MOLTO = *multa* (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. III 37, et Fiorell. *Monum. epigr. pomp.* I 9 = XXVII). In inscr. pompeiana n. 2794: ꓤꓤꓘIꓘꓤTꓶVꟽ ꓤꓤƎVITIƎ (eítiuvad múltasíkad) = *pecuniâ multaticâ* (DE PECVNIA MVLTATICIA, in inscr. apud Murat. 610, 1). Vide ꓘIƎIꓠꓠƎ8ꟽVꓘ (kúmbennieís).

MVLTATICVS, *multaticius*, adiect. ab osco et sab. MOLTA = *multa*. Vide MOLTATICOS.

MVLTIFARIAM, *multis in locis*, adverb. apud veteres. Fest. *Qu.* VIII, 23 pg. 142 (et Paul. pg. 144): « Multifariam dixerunt antiqui, videlicet, quod in multis locis fari poterat ». Vide Forcell. *Lexic.* s. h. v., et cf. voc. sq.

MVLTIFARIVS, *multiplex*, adiect. Aul. Gell. V, 6: « Militares coronae multifariae sunt ». Vide voc. praeced.

[ƎꓠƎꓱꓶVꟽ] (mulvene), in vase etr. n. 2614.

MVLVIVS seu Milvius pons, nunc *Ponte Molle*, ad initium fuit viae Flaminiae, Tiberi impositus extra portam Flumentanam, ad secundum lapidem (Liv. XXVII, 51 « ad Mulvium pontem »; Cic. *Ep. ad Att.* XIII, 33 = n. 593, ed. Orell. « a ponte Mulvio »; Tac. *Ann.* XIII, 47 « pons Mulvius »; Aurel Vict. *Vir. ill.* cap. 72 « pontem Mulvium fecit »; Stat. *Silv.* II, I 176 « Milvius agger »). Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v., et Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 35. — Mulvius est gentilitium rom. in inscr. apud Grut., Gorium, Murat. et Furlanettum.

ƧIIKVꓲVꟽ (mulukiis), *Mulucius* vel *Mulcius*, nomen virile, apud Samnites, fortasse e rad. -ꓲVꟽ mul-, sanscr. mṛg', rom. *mulgeo*, *mulceo*, gr. ἀ-μέλγω (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 284 et Kirchhoff in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 37). In lapide Nolano n. 2768: ƧIIKVꓲVꟽ · ꓲVKꓤꓤП (paakul mulukiis) = *Paculus Mulucius* (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 33, Guarini *In cipp. osco-abell. div.* pg. 23, Aufr. et Kirch. I 168, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 165) seu *Paculus Mulcius* (Mommsen op. cit. s. 178) vel *Paculus Mulutius* (Lanzi II 610 = 524 ad n. 7). Cf. MVLVTIA FELICVLA in lapide Campano apud Mommsen n. 3768.

MVNATIO, *Munatios* (Munatius), nom. pr. in inscr. antiqua (Append. n. xxxiv).

MVNDICIES, *mundities*, in inscr. apud Orell. n. 5. Cf. mundicia = *munditia*, apud Forcell. *Lexic.* s. v. *munditia*.

MVNDVS, fossae nomen Romae circum Comitium ductae (cf. Macrob. *Saturn.* I, 16). Plutarch. in *Rom.* XI, 4: Καλοῦσι δὲ τὸν βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι μοῦνδον. Εἶτα, ὥσπερ κύκλον κέντρῳ, περιέγραψαν τὴν πόλιν.

VꓲKƎИVᐱ (muneklu), *munusculum*, subst. n. acc. sg. 2 decl., pro muneklum, apud Umbros, comparandum cum etr. ΟƎꓲϽIИVꟽ municleth et ✝ƎꓲϽIИVꟽ municlet (Aufr. et Kirch. I 44, 55, 67, 117, 163, II 323 sqq.). Tab. eugub. Va 17, 19, 21: ꓤIBꓤ⊗ : VꓲKƎИVᐱ (muneklu habia) = *munusculum habeat.* — *Mune capiat* exponit Huschke (*Die iguv. taf.* s. 460 sqq.), *monitum quaeras* Grotefend (*Rud. l. u.* VII 6, 9, VIII 36). Trahitur ad rad. mu-, sanscr. mû, *ligare* (cf. Benary *Die röm. lautl.* s. 62).

ↆΘИVꟽ (munthch), in etr. speculo n. 2494 bis. Vide ↆVΘИVꟽ (munthuch).

VΘИVꟽ (munthu). Vide ↆVΘИVꟽ (munthuch), quod sequitur.

ↆVΘИVꟽ (munthuch), dea quaedam sive una ex Gratiis, apud Etruscos, in quatuor speculis n. 2054 ter (ↆVΘꟽVꟽ), n. 2475 (ↆVΘИVꟽ), n. 2487 (VΘИVꟽ) et n. 2494 bis (ↆΘИVꟽ). De Witte *Catal. Durand* pg. 419: « Munthuch *serait comme le mundus muliebris des Latins* ». Cf. Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* anm. 126, et Panofka *Die Malachisch* etc. s. 225.

MVNIA vel Munium, oppidum Latii, cuius incolae Munienses (Plin. III, IX, 16). Munius est gentilitium rom. Inscr. apud Mommsen n. 5852: C · MVNIO · C · F · QVI | EX · TESTAMENTO | ARBITRATV · MVNIAI · C · F | SORORIS.

MVNICAS, *communicas*, apud veteres. Fest. *Qu.* IX, 2 pg. 153: « [Municas] item (*id est*), *communicas*, dicit [..... a muniis i. e. operibus] em... aut potius co... ». Hinc Paulus pg. 152: « Municas pro *communicas* dicebant ». Et Gloss. Placidi apud Müllerum in Fest. loc. cit.: « Municare, *communicare* dictum a moeniis id est *operibus* ».

ΟƎꓲϽIИVꟽ (municleth), idem ac ✝ƎꓲϽIИVꟽ municlet (cf. ΟƎꓲᖷƧIИVꟽ munisvleth), invenitur in inscr. Tarquin. n. 2339. Ad gr. μονόκλητος (μονόκλαυτος?) trahit Lanzius II 466 = 395 ad n. 470 (cf. Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* CXIX, 324).

✝ƎꓲϽIИVꟽ (municlet), idem quod ΟƎꓲϽIИVꟽ municleth (= ΟƎꓲᖷƧIИVꟽ munisvleth?), comparandum cum umbr. VꓲKƎИVᐱ muneklu = *munusculum* (Lepsius *Ueb. die Tyrrh. Pelasg.* s. 35), legitur in cippo perus. n. 1914 *A* lin. 14. Sec. Campanario (*Tav. perus.* pg. 41 sg.; cf. Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXX 303, XXXIV 55) videtur esse vox hybrida, e *munia* (munera) et κλειτος vel κλυτος (clarus, inclytus). Ad gr. μονόκλητος (?) cum Lanzio trahit Vermigliolius (*Inscr. per.* pg. 102). Vide voc. praeced.

MVNIMENTVM, *monomentum*, *monimentum*, *munumentum* (monumentum). In inscr. apud Grut. 704, 6: MVNIMENTVM · FC.

MVNIMENTVS, *monumentus*, *monimentus* (monumentum). In inscr. rom.: HIC · MVNIMENTVS · HEREDE NON · SEQVITVR (Grut. 777, 6); HVNC · MVNIMENTVM · MACERIA · CINCTVM (Grut. 1133, 3; Mommsen n. 7043); HVNC MVNIMENTVM VENDERE VEL DONARE (Reines. cl. IX n. 1 pg. 548).

MVNIS, *officiosus*, adiect. Paul. pg. 143: « Munem significare certum est *officiosum*, unde e contrario *immunis* dicitur qui nullo fungitur officio ». Non. I, 88 = pg. 23: « Munes apud veteres dicebantur nonam largalia (*non a largitione, quae*) ignota erat, sed consentientes ad ea quae amici velint ». Plaut. *Merc.* prol. vs. 104: « Duo, eius pro meritis gratum me, et munem fore ».

ΟƎꓲᖷƧIИVꟽ (munisvleth), quod parum differt a voc. ΟƎꓲϽIИVꟽ municleth vel ✝ƎꓲϽIИVꟽ municlet, comparandum cum umbr. VꓲKƎИVᐱ muneklu = *munusculum:* invenitur in sarcoph. Viterb. n. 2958 (et n. 2059 ΟƎꓷVƧIИVꟽ munisureth?). Cf. Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1850 pgg. 43, 93 nt. 8.

? ΟƎꓷVƧIИVꟽ (munisureth), in sarcophago Viterb. n. 2059. Vide voc. praeced.

MVNITVRA, *munitia*, subst. f. in inscr. apud Grut. 589, 7. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MVNIVM. Vide MVNIA.

MVNTANVS, *montanus*, adiect. Est cognomen rom. in inscr. apud Mommsen n. 4284. Alii legunt Montanus.

MVNVFICVS, *munificus*, adiect., in codd. Plauti (Corssen *Ueb.ausspr.* etc. I, 253.


MVNVCIEIS, *Minucii*, gentilitium rom. (nominat. plur.), in tab. Genuat. lin. 1 (Append. n. I). Vide RVFEIS = *Rufi*.

MVRANVM, Lucaniae oppidum, ubi nunc *Murano* (Romanelli *Topogr. istor.* I 387 sg.), in inscr. Ital. infer. lin. 5 (Append. n. LVII). Cf. Summuranum apud Antonini *itiner.* pgg. 105, 110.

MVRANVS, rex Abellae, apud Serv. in *Aen.* VII, 740 (vide MOERA). Cf. MVRRANVS et MVRANVM.

MVRGANTIA, Samnii oppidum ad fontes Frentonis fluvii, in loco ubi nunc *S. Maria a Morgara*. Liv. X, 17: « Adprobantibus cunctis, ad Murgantiam (codd. *Murganciam*, *Mugantiam*, *Margantiam*), validam urbem, obpugnandam ducit (*P. Decius*): tantusque ardor militum fuit, et caritate ducis, et spe maioris, quam ex agrestibus populationibus, praedae, ut uno die vi atque armis urbem caperent. ibi duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique: et alia praeda ingens capta est. quae ne inpedimentis gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius iubet ». Cf. Romanelli *Topogr. istor.* II, 481 sg., et numum apud Carelli tab. LXI n. 15 (ex Pellerinio suppl. III pl. IV, 2) cum inscr. MYΡΓΑΝΤΙΑ sive MVΡΤΑΝΤΙΑ (Eckhel *Doctr. num. vet.* I 102, Lanzi II 601 = 514 ad n. 14, Sestini *Class. gen.* pg. 13, Mionnet pl. XX n. 22), ubi legendum ИVITNIIT tiiatium (Avellinius in *Bullett. arch. nap.* IV 25 et in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII 69 sgg., Minervinius in *Mem.* cit. IV, II 272, Cavedonius ad Carellium pg. 15).

MVRGENTIVM vel Murgantia seu Morgentia vel Morgantium, Μοργάντιον (Strab. VI, I 6 et II 4) vel Μοργέντιον aut Μοργεντία (Steph. Byz.), Siciliae urbs, quam τὴν Μεργάνην appellat Polyb. I, 8, a Morgetibus, ut dicitur, condita et nuncupata. Strab. VI, I, 6 (cit. ad v. MORGETES): φασὶ δέ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. Et VI, II, 4: καὶ τὸ Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι· πόλις δ' ἦν αὕτη, νῦν δ' οὐκ ἔστιν. Liv. XXIV, 27: « Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent motus ex caedibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova atque insolita libertas, opperiens ». Idem XXVI, 21: « Inter has difficultates M. Cornelius praetor et militum animos, nunc consolando, nunc castigando, sedavit, et civitates omnes, quae defecerant, in ditionem redegit; atque ex his Murgantiam Hispanis, quibus urbs agerque debebatur, ex senatusconsulto attribuit ». Sil. Ital. XIV, 265 sq.: « non frondosis Morgentia campis Abstinuit Marte infido ». — Eius cives Murgentini (Plin. III, XIV, 5), in numis n. 3083 ITИAƆЯOM, ITИAᒣꟼOM et ΜΟΡΓΑΝΤΙΝΩΝ.



Murgentinus vel Murgantinus et Morgantinus, Μοργαντῖνος (Diod. Sic. XI 78, XIV 78, XXXVI 4, Thucyd. IV 65), adiect. ad Murgentium pertinens, ut Morgantinus ager (Cic. *Verr.* II, III, 18; al. *Murgentinus*), Murgantinae terrae (Liv. XXVI, 21), Murgentina vitis (Plin. XIV, IV, 12; Colum. III, II, 27), et Murgentinum vinum (Cato *De r. r.* cap. 6, Plin. XIV, V 2). Steph. Byz.: Μοργέντιον, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων. λέγεται δὲ Μοργεντία. τὸ ἐθνικὸν, Μοργεντῖνος, καὶ Μοργήτης λέγεται. Cf. Murgis, quod est oppidum Hispaniae Boeticae, ad mare Mediterraneum (Plin. III, III, 3).

AV⅃ꟼVM (murzua), quod legitur in inscr. perus. n. 1915 lin. 2, pro dea *Murcia* vel *Murtia* habet Vermigliolius (*Inscr. per.* pg. 128 sg.) et Vinc. Campanarius (*Dell'Urna di Arunte* etc. pg. 56 sg.).

? IꓘVM (muri), in inscr. etr. n. 1060.

MVRIES, *muria* (salsugo, aqua salsa), apud Cat. *De r. r.* cap. 88. Fest. *Qu.* IX, 8 pg. 158: « Muri † est, quemadmodum Veranius docet, ea quae fit ex sali sordido, in pila pisato, et in ollam fictilem coniecto, ibique operto gypsatoque et in furno percocto, cui Virgines Vestales serra ferrea secto, et in seriam coniecto, quae est intus in aede Vestae in penu exteriore, aquam iugem, vel quamlibet praeterquam quae per fistulas venit, addent (*addunt*), atque ea demum in sacrificiis utuntur ». Et Paul. pg. 159: « Muries dicebatur sal in pila tunsum et in ollam fictilem coniectum et in furno percoctum, quo dehinc in aquam misso Vestales virgines utebantur in sacrificio ».

MVRICIDVS vel murricidus, *ignavus*, *stultus*, adiect. = murcidus. Plaut. *Epid.* III, I, 12: « Vae tibi, muricida homo ». Paul. pg. 125: « Murricidum *ignavum*, *stultum*. Plautus: *murricide homo*, ignave, iners ».

MVRICVLVS, diminut. muricis. Enn. *Heduph.* vs. 11 (apud Appul. *Apol.* pg. 469 ed. 1688): « Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini ».

MVRCEVS, *ignavus*, *stultus*, adiect. = murcidus. Vet. Gloss.: « Murcei, νωθεῖς ».

MVRCIA seu Murtia et Murcis (?) seu Murcea, dea amoris seu Venus, a myrto dicta. Hinc Murcus, templum deae Murciae (vide MVRCIVS § 2, et MVRCVS). Plin. XV, XXXVI, 2: « Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteae, quam Murtiam vocant ». Varro *De l. l.* V, 154 pg. 60: « Intumus circus ad Murcim vocatur, ut Procilius aiebat ab urceis, quod is locus esset inter

figulos: alii dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit: quoius vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murteae Veneris ». Claud. *In pr. cons. Stilich.* II, 404 sq.:

« Ad caelum quoties vallis tibi Murtia ducet
Nomen, Aventino Pallanteoque recessu ».

Tertull. *De spect.* cap. 8: « Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim deam Amoris volunt, cui in illa parte aedem vovere ».

§ 2. Dea segnium, quae homines murcidos facit. August. *De civ. Dei* IV, 16: « deam Murciam (*vocaverunt*), quae praeter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum ». Arnob. IV, 9 pg. 142: « quis segnium Murcia? ».

MVRCIDVS, *desidiosus, ignavus*, adiect. = muricidus, apud August. *De civ. Dei* IV, 16, cit. ad voc. MVRCIA § 2.

MVRCINARIVS, *mutilus*, apud Gloss. Isid. Cf. MVRCVS, § 3.

MVRCIVS et Murtius, adiect. ad Murciam et Murcum pertinens. Murciae seu Murtiae metae (Appul. *Metam.* lib. VI pg. 180), Veneri sacrae, creduntur fuisse Romae in Circo. Serv. ad Virg. *Aen.* VIII, 636: « Vallis autem ipsa, ubi Circenses editi sunt, ideo Murcia dicta est, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt; alii, quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e myrtetis fuisset, inde mutata litera Murciam appellatam: alii Murciam a murco, quod est *murcidum*, dictam volunt; pars a dea Murcia, quae cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius *murcidum* faceret ». Cf. gentilit. Murcius, Murtius et Mursius in inscr. apud Grut., Murat., Gorium, Mommsen cet.

VИVϽϤVM (murcunu), *Murcianus?*, n. pr. m. in urna etr. n. 1689 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 310 ad n. 364).

MVRCVS, mons Romae, qui postea Aventinus appellatus (Paul. pg. 148 cit. ad § sq., et Serv. in *Aen.* VIII 636 cit. ad voc. MVRCIVS).

§ 2. Templum deae Murciae sub Aventino. Paul. pg. 148: « Murciae deae sacellum erat sub monte Aventino, qui antea Murcus vocabatur ». Liv. I, 33: « quibus (*Latinis*), ut iungeretur Palatio Aventinum, ad Murciae datae sedes ».

§ 3. Ita per contemptum appellabatur in Italia, qui, ne militiae onus subiret, pollicem sibi praecidebat. Ammian. XV, XII, 3: « nec eorum aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi praecidit, quos localiter murcos adpellant ». Μοῦρκος est nomen militis, apud Plutarch. in *Galba* XXVII, 2. Cf. L. Statius Murcus, apud Cic. *Phil.* XI, 12.

MVRRA, *murrha* (myrrha), apud Priscian. pg. 36 = 561 P. Cf. inscr. apud Grut. 341 lin. 16 et 18.

MVRRANVS vel Murrhanus, priscus Latinorum rex, a quo postea Latini omnes reges Murrani sunt dicti. Virg. *Aen.* XII, 529 sq.:

« Murranum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,
Praecipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effunditque solo ».

Ubi Servius (cf. VI, 760): « Hoc est, cuius maiores omnes Murrhani dicti sunt, et reges fuerunt, ut: *per regesque actum genus omne Latinos.* Scimus enim, solere plerumque fieri, ut primi regis nomen reliqui etiam possideant: ut apud Romanos *Augusti* vocantur, apud Albanos *Silvii*, apud Persas *Arsacidae*, apud Aegyptios *Ptolemaei*, apud Athenienses *Cecropidae.* Unde superfluum est, quod ait Donatus, debere nos accipere interemptum esse Murrhanum, dum avos et atavos Turni commemorat, et effert laudibus maximis ». Cf. Virg. *Aen.* XII, 639, et nomen servile Murranus in lapid. apud Gruterum (107, 1), Murat. (1379, 1; 1590, 12), Furlanettum (*Lap. patav.* n. 382 pg. 327) et Mommsen (n. 4041).

MVRRATVS, *murrhatus* (myrrhatus), adiect. e murra (myrrha). Fest. *Qu.* IX, 8 pg. 158: « Murrata potione usos antiquos indicio est, quod etiam nunc Aediles per supplicationes dis addunt ad pulvinaria, et quod XII tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum L. I ». Et Paul. pg. 159: « Murrata potione usi sunt antiqui; sed postea assuerunt diis suis libare, ideoque XII tabulis est cautum, ne mortuo inderetur ». Cf. murratum vinum, apud Paul. pg. 144.

MVRRHANVS. Vide MVRRANVS.

MVRRICIDVS. Vide MVRICIDVS.

MVRRO, *murmuro.* Gloss. Isid.: « murrat, *murmurat* ».

MVRSIA. Vide NORTIA.

MVRTA, *myrta*, pro *murtus* (myrtus), apud veteres. Cato *De r. r.* cap. 125: « Murtam nigram arfacito in umbra ».

MVRTEA. Vide MVRCIA.

MVRTIA. Vide MVRCIA.

MVRTVS, *myrtus*, antiquo scribendi more, ut murta pro *myrta*, et murtatus pro *myrtatus* etc., apud Scrib. Larg. *De compos. medic.* (Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

ƧVM (mus), in etrusco speculo n. 2141.

ΜΥΣ, Tarentinus, apud Schol. Theocr. *idyl.* XIV, 51.

MVSANVS, ad Musam pertinens. Est cognomen rom. in inscr. apud Murat. 1333, 7 (Q · CEIODIVS MVSANVS).

ƎϮꟼIƎƧVM (museiate), *Museiatibus* vel *Musiatibus*, adiect. dat. pl. 3 decl., pro museiates, ab oppido Museia (Aufr. et Kirch. I 105, 123, 163, II 338; Huschke *Die iguv. taf.* s. 319 et s. 623) in Umbria, fortasse ubi nunc *Murceia, villaggio con ruderi* (Lanzi II 662 = 574, Grotefend *Rud. l. u.* III 11, VIII 10). Tabula eugub.

IIb 5: ƎꟻAIƎƧVM : ƎԀꟻƎ : ƎꟻAIƎƧVM (museiate etre museiate) = *Musiatibus, alteris Musiatibus.*

⅃AIИƎƧVM (musenial), *Museniá* sive *Musoniá*, nomen mulieris, ablat. sg. Ossuarium perusinum n. 1457: ⅃AIИƎƧVM · MAИƆЯƎƎ · IƎꟻA · AИAO (thana atei [v]ercnaś musenial) = *Tannia Attia Vercinii* uxor *Museniá* nata.

MVSINVS, adiect. ad Musas pertinens. Est epitethon Herculis. Inscr. in *Giorn. arcad.* CXXXVIII, 358: IOVI TONANTI ET HERCVLI MVSINO.

MVSCERDA, *murium stercus*, apud veteres. Fest. *Qu.* VIII, 27 pg. 146 et Paul. pg. 147: « Muscerdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum (*murium*) ». Gloss. apud Labb.: « Muscerda, μυιοχάδον (μυόχοδον) ». Plin. XXIX, xxxiv, 1: « Praeterea, ut Varro noster tradit, *murinum fimum,* quod item muscerdas appellat ». Cf. SVCERDA.

AИƎ⅃ƆƧVM (musclena), *Musclena*, familiae etr. nomen, comparandum cum rom. musclus (Lanzi II 788 = 697). In tegula n. 186 *a* et in olla n. 186 *b:* AИƎ⅃ƆƧVM OИЯA (arnth musclena) = *Arnutia Musclena.*

MVSCVLA, *parva musca*, apud August. *Trin.* VII 3, et Arnob. II 45.

ΜΥΣΚΩΝ, Syracusanus, apud Thucyd. VIII, 85.

§ 2. Menecratis filius, Siculorum dux, apud Xenoph. *Hist. gr.* I, ii, 29 (Μύσκων Μενεκράτους).

MVSONIVS, gentilitium etr. (cf. MVИVMVM muśunuś et ⅃AIИƎƧVM musenial), ut C. Musonius Rufus, Capitonis filius (Suidas II 893 s. v. Μουσώνιος), qui Vulsiniis natus (Tacit. *Ann.* XIV 59), equestris ordinis, studium philosophiae et placita stoicorum aemulatus est (Tacit. *Hist.* III, 81). Nerone ideo, quod studia iuvenum praeceptis sapientiae fovebat, in Gyarion insulam relegatus est (Tacit. *Ann.* XV 71, *Hist.* IV 10 et 40; Plin. *Epist.* III, 11). — Gentilitium Musonius invenitur in lapid. apud Fabr. cap. iv n. xx pg. 289, Spon *Miscell. erud. antiq.* pg. 248 col. 3.ª, et Murat. 1714, 13.

MVSSA, Μοῦσα (Musa). Inscr. apud Marini *Arvali* pg. 506 nt. 67: EX PQ PONPONI MVSSES | IVLIAES M... NILES | FIGLINIS FECITMO.

MVSTELA vel Mustella, n. pr. m., ut Mustela Tamisius Anagninus, apud Cic. *Phil.* II 4 et 41, V 6, VIII 9, XIII 2, *Epist. ad Att.* XII, 5 = n. 449, XII, 44 = n. 574, XIII, 3 = n. 586.

MYSTIAE, oppidum Italiae inferioris, apud Melam II, iv, 8.

MVSTRICVLA est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur. Afranius [vs. 421 ed. Ribb.]: *Mustriculam in dentes impingam tibi.* Ita Paul. pg. 147. Gloss. Isid.: « Mustricula, machina ad stringendos mures ». Alii legunt *mastricola* (Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

?VMVM (muśu) et V⸮VM (musu), in ossuariis etr. n. 2323 et n. 2326. Cf. Lanzi II 372 sg. = 301 sg. ad n. 120 sg.

?MVMVMV[M] (muśunuś), in lapide etr. n. 435 ter *c*.

?A⸮V⸮VM (mususa), in operculo ossuarii etr. n. 2326. Cf. Lanzi II 372 = 301 ad n. 120.

MVT, adverb. Charis. pg. 240 = 214 P.: « *Mutmut non facere audet*, ut apud Apuleium Platonicum de proverbiis scriptum est libro II ».

MVTA, dea, quae et Lara, una ex Naiadibus, apud Ovid. *Fast.* II 583, et Lactant. I 20.

AꓘVꓥ (muta), *multa*, subst. f. 1 decl. apud Umbros, qui etiam VꓘVꓥ mutu (= osc. MOLTO) scribebant, nom. plur. MOTAR (Aufr. et Kirch. I 51, 53, 74, 110, II 307; Huschke *Die iguv. taf.* s. 307, 609). Tab. eugub. Vb 2 sq.: IƧ : ƎԀVꓘԀƎЯЯA | : AꓘVꓥ : AꓘИAꟻ (panta muta arferture si) = *quanta multa adfertori sit.* Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 9.

§ 2. *Multam*, acc. sg. pro mutam, in tab. eugub. Vb 3 (Aufr. et Kirch. I 93, 110; Huschke *Die iguv. taf.* s. 610).

IEИIAꓘVM (mutainei), —*nia*, nomen mulieris, in ossuario etr. n. 930. Cf. Conestab. *Inscr etr.* pg. 98.

MVTASSIS, *mutaveris*, apud veteres. Plaut. *Aul.* III, vi, 49: « Ne tu in me mutassis nomen ».

MVTELA, mons in Sabinis, apud Frontin. *De controv. agr.* pg. 21 ed. Lachm.

AIꟻVM (mutia), *Mutia*, familiae etr. nomen (unde MAIꟻVM mutiaś). Operculum ossuarii clusini n. 534 ter *c*: AIꟻVM : AO (tha mutia) = *Tannia Mutia.* Cf. Μουκία, Pompeii uxor (Plutarch. in *Pomp.* XLII, 6).

NEGLEGO, *negligo*, antiquiori orthographia NECLEGO (vide NEGLEGENTIA), apud Cic. *De rep.* I 6 et 52 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 58 et pg. 76), et *pro Sextio* LXIII 7 (Mai *Class. auct.* II, 159).

NEGOTIAS, *negotians*, particip. a negotio. Inscr. campana apud Mommsen n. 3646: D·M·S | [F]LAV[I]VS · [T·] LIB · SALVTARI[S] | AVGVSTALIS · SIBI · ET [EP]RIAE · FELICITATI · CONIVGI | BENE · MERENTI | NEGO[T]IAS · CALCARIARIVS | VIVVS · FECIT.

NEGRITV, in auguriis significat *aegritudo*. Ita Fest. *Qu.* IX, 13 pg. 165; ubi Müller: « negritu est *nec-ritu* ». Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI, 74.

NEGVMATE, *negate*, apud veteres (Paul. pg. 164). Fest *Qu.* IX, 13 pg. 165: « Negumate in carmine Cn. Marci vatis significat, *negate*, cum ait: *quamvis moventium* † *duonum negumate* ».

NEFANS, *nefandus*, adiect. apud Lucil. et Varr. (Non. VIII, 47 = pg. 489).

NEFELA. Vide NEPHELA.

NEFREDES. Vide NEFRENDES, quod sequitur.

NEFRENDES, *arietes* dixerunt, quod dentibus frendere non possint (Paul. pg. 163). Fest. *Qu.* IX, 11 pg. 162: « [Nefrendes dictos asserit Q. Muci]us Scaevola [*arietes*, quod dentibus frendere non pos]sint. Ateius [Capito infantes esse nondum fre]ndentes, id est, [*frangentes*. Livius ....]ri: *Quem ego ne[frendem alni lacteam immulgen]s opem.* et .... Pro nefrendibus [alii nefrundines intelligunt, quos] usus recens [dicit vel *renes* vel *testicul*]os, quos Lanu[vini appellant nebrundines], Graeci νεφρούς, Praenestini nefrones ». Porculi etiam, amisso nomine *lactantis*, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possunt, id est *frangere* (Varro *De r. r.* II, IV, 17; Isid. *Orig.* XX, 16; Scaur. *De orthogr.* pg. 2251 P.). Fulgent. *De prisco serm.* n. 4: « coeperunt efferre *porcum castratum*, quem nefrendem vocabant, quasi sine νέφροις, id est *renibus* ». Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 486: « Nefredem, *infantem nondum dentatum*, qui frendere cibum nunquam didicit, id est *frangere* ».

NEFRENDITIVM, annuale tributum ex carne porcina, quod certo tempore rustici dominis vel discipuli doctoribus afferre solent. Ita Isid. in *Gloss.*

NEFRONES, *testiculi*, apud Praenestinos (Fest. *Qu.* IX, 11 pg. 162). Vide NEFRENDES.

NEFRVNDINES. Vide NEFRENDES.

NEHTON. Vide NETVM.

ƧИVOƎИ (nethuns), *Neptunus*, pleniori orthographia NEΘVNVƧ (nethunus), apud Etruscos, in speculo Tuscaniensi n. 2097 (vide ⅃IMV usil = *Sol*). Cf. Panofka in *Ann. dell'Inst. arch.* XVII = 1845 pg. 66.

NEΘVNVƧ (nethunus), *Neptunus* vel *Neptumnus* (Neptunuspater, apud Aul. Gell. V, 12), antiquiori orthogr. ƧИVOƎИ nethuns, apud Etruscos (cf. Serv. ad Virg. *Aen.* VIII 285, Müller *Die Etr.* II 85), in gemma volcente n. 2140 (cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1834 pg. 116 n. 3). Est deus maris et aquarum ceterarum (Cic. *De nat. deor.* III, 25; Serv. ad Virg. *Georg.* I, 12). Cic. op. cit. II, 26: « Datum est igitur Neptuno, altero Iovis, ut volunt, fratri, maritimum omne regnum; nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando (al. *a nubendo* vel *a nuptu*), paullum primis ceteris immutatis ». Varro *De l. l.* V, 72 pg. 29: « Neptunus, quod mare terras obnubit ut nubes caelum, ab *nuptu* id est *opertione* ut antiqui, a quo nuptiae, nuptus dictus ». Cf. Arnob. III 31, Mart. Capell. § 54 pg. 98, § 78 sq. pg. 121, et Hase in *Journ. des sav.* an. 1850 pg. 589 nt. 2. Memoratur in inscr. apud Orell. n. 931, 1307, 1329 sq., 1332 sq., 1335-1338, 1340, et apud Henzen n. 5666; et appellatur adiutor (Orell. n. 1334), Augustus (Orell. n. 3914, Henzen n. 5664 sq., 6925, 7050), Aquarum potens? (Orell. n. 1331), redux (Orell. n. 2221). In lapide apud Grut. 460, 30 NEPTVMNVS et NEPTVMNALIA. Cf. Kal. Pinc. et Allif. apud Orell. *inscr.* II, 395, et Forcell. *Lexic.* s. v. neptunalis cet.

IƎИ (nei). Vide ƧABAΘqIƎИ (neirhabas).

NEI, *ne* vel *ni* (non), partic. negat. (= NE et NI), apud Samnites et Romanos (Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 50 et *Tab. oppid. Lexic.* pg. 156; Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281 sq.; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 27 sq.; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 354), unde umbr. et osc. ꟼIƎИ (NEIP), rom. NEIVE, NEISI, NEIQVIS et NEIQVID (Lex Thoria agr. capp. 2, 11 in Append. n. LIX, et Lex Iul. municip. capp. 1, 4, 9 apud Mazocchi pgg. 304, 374, 446). Tab. Bant. n. 2897 lin. 20: AVT · SVAEPIS · CENSTOMEN · NEI · CEBNVST · DOLVD · MALLVD = *siquis autem in censum non venerit dolo malo.* Et lin. 28: NEI · SVAE · Q · FVST · = *nisi q. fuerit*, NEI · SVAE · PR · FVST = *nisi pr. fuerit.* S. C. de Bacch. (Append. n. LVIII) lin. 3 NEIQVIS · EORVM · [B]ACANAL · HABVISE · VELET. Tab. Gen. (Append. n. I) lin. 6: IS · AGER · VECTIGAL · NEI · SIET; et lin. 32: IS · EVM · AGRVM · NEI · HABETO; et lin. 36: VECTIGAL · INVITEI · DARE · NEI · DEBENTO. Adde Leg. Thor. agr. capp. 1, 18, 39, 46 (Append. n. LIX), Leg. Servil. *Repetund.* capp. 4, 12, 16, 21 (Append. n. LX), S. C. de Asclep. Clazom. apud Egger pg. 276, Tab. Heracl. cap. 9 (apud Mazocchi pg. 446) et Plebisc. de Therm. col. 2.ª (Append. n. LXI). Cf. Maffei *Osserv. lett.* III, 281, et umbr. NOSVE.

ꟼIƎИ (NEIP), *neique* (neque), partic. negat. apud Umbros, sanscr. *na-id-ća* (Grotefend *Rud. l. u.* VI 24, 31, VIII 34; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 44; Aufr. et Kirch. I 88, 152, 160, II 56, 149, 300, 329 sq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 666). Scribitur etiam NEP, sicut apud Samnites NEIP et NEP. Tab. eugub. Va 28 sq.: VDƎ : ꟼIƎИ : ƎꓘΘƎD : VꓘADV[K] | : ꓘИƎDVꓘIƧVDꟼ (prusikurent kuratu rehte neip eru) = *censuerint curatum recte nec esse.* Tab. VIa 6: ERSE · NEIP · MVGATV · NEP · ARSIR · ANDERSISTV = *tum nec mugiatur, nec sanguis* (?) *intercedito* (?). Tab. VIa 27: PVSEI · NEIP · HERITV = tab. VIa 36 sq. PVSEI · NEIP | HEREITV et tab. VIa 46 sq., VIb 29 PVSI · NEIP · HERITV h. e. *uti nec —to.* Tab. VIb 51 sq.: NEIP · | AMBOLTV = *neve ambulato.* Tab. VIIb 3: SVE · NEIP · PORTVST · ISSOC = *si nec portaverit illos.* Adde tab. eugub. IIa 4, et cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. II 69, 347.

NEIP, *neique* (neque, nec), partic. negat., apud Samnites, = NEP, umbr. ꟼIƎИ (NEIP) vel NEP (Grotefend

Rud. l. o. pgg. 12, 16; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 44; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281 sq.; Aufr. et Kirch. I 88, 139; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 353 sq.; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 76. Cf. Guarini *Tab. oppid. Lexic.* pg. 156 et *Lex. osco-lat.* pg. 50). Tab. Bant. n. 2897 lin. 15: NEIP · MAIS · POMPTIS · COM · PREIVATVD · ACTVD = *neque magis quinquies cum privato agito.* Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. II 69, 347.

ƧABAϘЯIƎИ (neiṛhabas), in tab. eugub. IV 33, fortasse pro nei aṛhabas = *ne adhibeant*, sive pro neip habas = *neque habeant* (Aufr. et Kirch. I 85, II 378, 411). Vide ЯA aṛ = *ad* et ƧABAϘ habas.

NEISI, *nisi*, in inscr. apud Henzen n. 7215.

NEIVE, *neve*, partic. negat. (= NIVE, in *decr. Pisanae col.* apud Noris. tab. 2.ª lin. 29 et lin. 31), e NEI pro NE (non), apud veteres, ex. c. in Lege Thor. agr. capp. 1, 4, 8, 10, 17 sq., 34, 39, 42, 44, 47 (Append. n. LIX) et de Gallia cisalp. col. 1 lin. 46, 50 sqq. Lex Iulia Municipalis cap. 9 (apud Mazocchi *Tabula Heracl.* pg. 446): NEIVEDICERE NEIVE FERRE IVBETO; et cap. 10 (pg. 449) NEIVE · QVIS · QVEI · ADVERSVS · EA etc.

NECERIM, *nec eum*, apud veteres (Fest. *Qu.* IX, 11 pg. 162, et Paul. pg. 163).

NECESITVDO, *necessitudo*, subst. f. (cf. NECESVS = *necessus*), in lege Servil. *Repetund.* cap. 8 (Append. n. LX).

NECESSEST, *necesse est*, in tabula apud Marini *Inscr. alb.* pg. 138 lin. 8.

NECESSIS, necesse, et necessus (vide NECESVS), apud veteres scriptores (Forcell. *Lexic.* s. v. *necesse*). Terent. *Eun.* V, VI, 28: « Nisi, quia fuit necessus hoc facere, id gaudeo ». Ubi Donatus: « Necesse est nomen; nam necessus, necessis, et necessitas et necessum, lectum est ». Afranius apud Charis. pg. 208 = 186 P.: « quod sit necessum scire ».

NECESVS, *necessus* (necesse), apud veteres (vide NECESSIS et NECESITVDO). S. C. de Bacch. (Append. n. LVIII) lin. 3 sq.: SEI · QVES | ESENT · QVEI · SIBEI · DEICERENT · NECESVS · ESE · BACANAL · HABERE.

NECEVNT, *nec eunt* (non eunt), apud Paul. pg. 163. Fest. *Qu.* IX, 11 pg. 162: « [Neceunt non eun]t, ut nec [pro non] ». Cf. NEQVINONT = *nequeunt.*

NECLEGENS, *neglegens* (negligens), particip. e NECLEGO pro *neglego* (negligo). Fest. *Qu.* IX, 12 pg. 162 (et Paul. pg. 163): « Neclegens dictus est, *non legens*, neque dilectum habens, quid facere debeat, omissa ratione officii sui ». Adde Cic. *De rep.* II, 6 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 92).

NECLEGO, *neglego* (negligo), apud veteres (vide NECLEGENS et NECLECTVS), apud Cic. *De rep.* I 43, III 29 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 84 et pg. 120).

NECLECTVS, *neglectus*, particip. a neclego pro *neglego* (vide NECLEGENS). Fragm. iur. civ. apud Mai pg. 9 (cf. pg. 116): « omissis omnibus, dissimulatis adque neclectis ». Cf. Cassiod. *De orthogr.* pg. 2290 P.

NECOTIVM, *negotium*, subst. n. Tab. Heracl. cap. 1 (apud Mazocchi pg. 303): QVEI · EIVS NECOTIA · CVRABIT; et QVOIVS · NECOTIA · CVRABIT.

NECTVS, *necatus*, particip. a *neco*, agnoscitur a Diomede pg. 366 = 362 P. et Prisciano 470 = 861 P. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

NECVNQVEM, *nec unquam quemquam* (Paul. pg. 163). Fest. *Qu.* IX, 12 pg. 162: « Nec unquem, necunquam quemquam ».

NECVTER, *neuter*, apud veteres. In tab. apud Marini *Inscr. alb.* pg. 139 lin. 8: IN · NECVTRO · MIHI · CÓNSTÓ · REPETE[NS · P]RISTINOS · CASV'S · ME'OS.

ƎΛƎИ (nele), Νηλεύς (Neleus), Neptuni filius ex Tyro nympha, in etr. speculo n. 1069 (Lanzi II 213 sg. = 168 sg.; Millin *Gal. myth.* II, 248; Vermigl. *Inscr. per.* pg. 54 sgg.; Braun in *Ann. dell'Inst. arch.* XXIII = 1851 pg. 153).

NELVRVM, Umbriae flumen, in *Tab. Peuting.* segm. IV*e*.

NEMENTVRI, populi Alpini, in Liguria, ex inscr. tropaei Alpium, apud Plin. III, XXIV, 4. Hinc fortasse adiect. nemeturicus, ut pix nemeturica, quae in Liguria conficiebatur (Colum. XII, 20, 22, 24).

NEMESTRINVS, deus nemorum, apud Arnob. IV, 7 pg. 140.

NEMETVRICVS. Vide NEMENTVRI.


NEMINIA, fons in agro Reatino. Plin. II, CVI, 10: « In Reatino fons Neminia (al. *Neminie*) appellatus, alio atque alio loco exoritur, annonae mutationem significans ». Isig. Nicaeens. fragm. n. 13: Ὁ αὐτὸς φησιν ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τῷ Ῥεατινῷ ἀγρῷ κρήνην εἶναι Μέντην ὀνομαζομένην, ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ.

NEMIS, *nimis*, in titulo sepulcr. apud Fleetwood *Syll. inscr. mon. chr.* 459, 1.

NEMVS, Νέμος (Appian. *De bell. civ.* V, 24), idem quod Dianeum, templum Dianae prope Ariciam in Latio. Strab. V, III, 12: τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν † εἰς τὴν δ' Ἀρικίνην τὸ ἱερόν.

?..IAVƧMƎИ (nemsuai..), fortasse *Nemusiâ*, nomen mulieris, in ossuario etr. n. 2568.

ƧVMVMƎM (nemuśus), *Nemusius*, n. pr. m. apud Etruscos, ut ƧVMVMƎMVXƎM (mezu nemuśus) = *Me-*



tius Nemusius (Orioli in *Album* XXI, 341 sg.), in lapide n. 102, de quo scripsi in ephem. Taurin. *La Rivista Contemporanea* (an. II vol. 3 pgg. 392 sgg.).

NEMVT, *nisi etiam* vel *nempe* (Paul. pg. 163). Fest. *Qu.* IX, 11 pg. 162: « [Ne]mut, nisi etiam vel [nempe usus est Cato de pot. tr]ibunici[a], cum ait: *nemut* ..... *aerumnas* ».

?.. ΑΜЗΜ (nena..), in urna etr. n. 2558 bis.

NENV. Vide NOENV.

NEO, NEOΠ, ΟΠΟЗИ, NEOΠOΓ, in numis n. 2754 *b* ad Neapolim pertinentibus. Vide NEAPOLIS.

NEOFITVS, *νεόφυτος* (neophytus), in titulis sepulcr. apud Mommsen (n. 5469, 7239) et Gruterum (1051, 9; 1060, 3).

NEOKΛΗΣ, Crotoniates, scriptor, apud Herodor. Heracl. fragm. n. 28 (ex Athen. II, 50 pg. 58).

NEOΠOΛETEΩN, *Νεοπολῖτων*. Vide NEAPOLIS.

ʅHTIИOΠOЗИ, NEOΠOΓITEʅ. Vide NEAPOLIS.

ИΩTIΛOΠOЗИ (*νεοπολιτων*). Vide NEAPOLIS.

NEP, *nec*, apud Umbros. Vide NEIP.

ΠЗИ (NEΠ), recentiori orthogr. NEP, *neque*, = NEIP, Oscorum linguâ, sicut apud Umbros NEP et saepius NEIP (Müller *Die Etr.* I, 30; Lassen *Beitr. zur deut. der eugub. taf.* s. 44; Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 50, *Tab. oppid. Lexic.* pg. 156, et *Div. in cipp. osco-abell.* pgg. 33, 44; Grotefend *Rud. l. o.* pgg. 12, 19; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281 sq.; Aufr. et Kirch. I, 21 anm. 3, 88; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 354; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 46; Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprach.* III 420, VIII 39). In cippo Abell. n. 2783 lin. 46 sq.: ʅVИRИΛЗVΛИ · ΠЗИ · ʅVИRИΛЗBRИ · ΠЗИ (nep abellanús nep núvlanús) = *nec Abellani nec Nolani* (Peter *Sprache und schrift* etc. pg. 77 sq.). Inscr. Camp. n. 2749 lin. 8 sq.: NEΠ · ЯEΗKVM NEΠ · 8ΠTΗVM ΠVTΗИR | NEΠ · MEMNIM · NEΠ · VΓΠM · ʅI8EI · BEDIIИR (nep deíkum nep fatíum pútíad nep memnim nep úlam sifei heriiad) = *neque dicere neque fari possit, neque memoriam neque ollam sibi obtineat* (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V, 103). Tab. Bantina n. 2897 lin. 10: NEP · FE[F]ACID = *neve fecerit;* et lin. 28: NEP · CENSTVR · FVID = *neve censor sit.*

NEPETE vel Nepet, et Nepe vel Nepis, *Νέπετα* (Ptol. III, 1) vel *Νεπῖτα* (Strab. V, II, 9) et *Νέπετος* (Dionys. Halic. apud Steph. Byz.), nunc *Nepi*, oppidum Etruriae, non longe a Soracte monte (Plin. III, VIII 3 « Nepet. »; Liv. VI 9, X 14 « Nepete »; *Tab. Peuting.* segm. IV *f* « Nepe »), Romanorum colonia (Liv. XXVII 9, XXIX 15). Liv. VI, 21: « Ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pomptino agro dividendo, et triumviros Nepete coloniae deducendae creaverunt [U. C. an. CCCLXII] ». Vell. Paterc. I, 14: « Post septem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deducta colonia est, et post annum Setina, novemque interiectis annis Nepe ». Frontin. *De col.* pg. 217 ed. Lachm.: « Colonia Nepis (al. *nepensis*) eadem lege servatur qua et ager Faliscorum ». — Incolae Nepesini dicuntur, apud Liv. VI 10, et in inscr. apud Henzen n. 5136. Inscr. apud Orell. n. 879 (Grut. 262, 2): L · AVRELIO COM|MODO VICTORI | IVVENES NEPESI|NI DIANENSES | AERE CONLATO | L · D · D · D. — Nepesinus, gr. *Νεπεσῖνος* (*Νεπίσινος*, apud Orib. ed. Mai *Class. auct.* IV 67), adiect. ad Nepet pertinens, ut Nepesinus ager (Liv. V 19, XXVI 34) et Nepesina cohors (Sil. Ital. VIII, 489). Steph. Byz.: *Νέπετος, πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος τρισκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Νεπεσῖνος. ἡ τροπὴ δὲ τοῦ τ εἰς σ, ἰδιάζουσα, καὶ σεσημείωται.* Cf. Hesychii *Lexic.* II 670 *Νέπιτα, ἡ καλαμίνθη*, Romanis nepeta, Italicis *nepitella.*

NEPHELA et nefela, genus quoddam dulciorum ita tenue, ut nebulae, quam Graeci *νεφέλην* dicunt, simile sit (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Not. Tiron. pg. 176: « Nefela, nucunculus, favus, subitillum ». Est cognomen rom., ut Aponia Nephele, apud Grut. 359, 2.

NEPITV, —*to*, particip. perf. pass. (abl. sg. 2 decl.), e rad. NEP-, comparandum cum lat. *nebula*, gr. *νεφέλη*, sanscr. nabhas, nabhrâg' (Aufr. et Kirch. I 40, 118, 147), in tab. eugub. VIb 60, VIIa 49. *Νεφώτω*, *obnubilato*, *obscurato* exponit Huschke *Die iguv. taf.* s. 253. Aliis est abl. sg., *nimbosa grandine* (Grotefend *Rud. l. u.* III 25, IV 23, VIII 31), sive *diluvio* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126).

NEPOS, *luxuriosus* (Gloss. Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 486), Tuscorum linguâ. Fest. *Qu.* IX, 14 pg. 165 (cf. Paul. pg. 164): « [Nepos *luxuriosus* a] Tuscis dicitur; [vel nepotes sunt *luxuriosae vitae*] homines [appellati, quod non magis his res] sua famil[iaris curae est, quam is, quibus pater avusque] vivunt. qu[od nomen ductum ab eo, quod natus post patri] sit, quam fil[ius. quidam, inter quos Aristar]chus inter[pres Homeri, Graecum putant, qui: *τεοῖσι νε*]*πόδεσσιν* [*ἑτοίμη* afferunt ex Apollonio] ». Doederlein *De voc. al.* etc. pg. 14: « Nepos quum *helluonem* significet, iure Muellerus (*Die Etr.* I, 277) ab illo *nepote*, quem Graeci *ἀνεψιόν*, nos *neffe* dicimus, prorsus diversum esse suspicatur; ut sacerdos ex *sacrorum δότης*, ita nepos natum est ex *ἀναπότης* i. e. *potator;* quod nomen compositum num legatur usquam necne, parum refert, dummodo et *ἀναπίνω* et *πότης* legitima esse credantur ».

NEPOTILLA, *nepticula*, diminut. *neptis*. Est cognomen rom. in inscr. apud Gruterum (798, 1; 916, 1), Murat. (1224, 2), Vermigl. (*Inscr. per.* pg. 560 n. 118) et Mommsen (n. 550, 3276, 4122, 6585).

NEPOTINVS, *luxuriosus*, adiect. Est cognomen rom. apud Murat. 351, 1 (Papius Nepotinus?). Cf. Suet. in *Calig.* cap. 37, ubi pro *nepotatus* alii legebant nepotinus.

NEPOTVLA, *parva neptis* (vide NEPOTVLVS), in titulo sepulcr. apud Murat. 1445, 9.

NEPOTVLVS, *parvus nepos* (vide NEPOTVLA). Plaut. *Mil.* V, 20: « Si te salvom hinc amittemus Venerium nepotulum ».

ΝΕΠΟΤΣ -οδος, *nepos*, apud Siculos, ut coniecit Muellerus *Die Etr.* I, 277. Cf. *Thes. gr. linguae* s. h. v., et vide vocc. praeced.

NEPTICLA, *nepticula*, in append. Probi *art. min.* pg. 445 (*Anal. gramm.* ed. Eichenf. et Endl.).

NEPTIS, *nepos*, subst. m., in inscr. apud Murat. 692, 2 (C · COELIO VERO NEPTI). Cf. inscr. editam in *Atti dell'Acad. delle scienze di Torino*, ser. II vol. XIV tav. 7.ª pg. 68.

NEPTVMNVS. Vide NEPTVNVS.

NEPTVNIA, h. e. Posidonia. Vide PAESTVM.

NEPTVNIVS, mons Siciliae, apud Solin. V, 11 sq. (vide NEBRODES).

NEPTVNVS. Vide NEΘVNVƧ (nethunus).

NEPVS, *non purus*, adiect. apud veteres (Fest. *Qu.* IX, 14 pg. 165, et Paul. pg. 164).

NEQVALIA, *detrimenta*, apud Fest. *Qu.* IX, 12 pg. 162, unde Paul. pg. 163.

NEQVINATES, incolae Nequini oppidi. Vide NARNIA.

NEQVINONT, *nequeunt*, apud veteres (Paul. pg. 163; cf. NECEVNT). Fest. *Qu.* IX, 12 pg. 162: « Nequinont, pro *nequeunt*, ut solinunt, ferinunt, pro *solent* et *feriunt* dicebant antiqui. Livius in Odissia: *partim errant, neque nunc* (leg. *nequinont*) *Graeciam redire* ».

NEQVINVM, Umbriae oppidum, postea Narnia dictum. Vide NARNIA.

NER-, radix umbrica et sabina, in vocc. NERF et NERVS, NERIA, NERIOSVS et NERO. Cf. etr. IƎNIЯƎN (nerinei) et VЯƎN (neru).

-ЯƎN (ner-), radix etrusca. Vide VЯƎN (neru) = *Nerius*, et cf. IƎNIЯƎN (nerinei).

NER·, *Neronis*, praenomen umbr., genit. sg., in lapide n. 89 lin. 3 et 5 (I. di Costanzo apud Conestab. *Della vita* etc. di G. B. Vermiglioli pgg. XVII sgg., Aufr. et Kirch. II 391 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 509; cf. Müller *Die Etr.* I 50 anm. 107, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 6, Grotefend *Rud. l. u.* III 13). Vide NERO.

NERETVM vel Neritum, Νήριτον (Ptol. III, 1 codd. Νήριτον), Calabriae oppidum (*Tab. Peuting.* segm. VI*b*), hodie *Nardo*. Eius incolae Neretini (Plin. III, XVI, 7), ut in inscr. apud Mommsen n. 1317 (PATRONVS · COMPS · PELTVINOR · NERETINOR).

NERF, *viros* (principes), subst. m. acc. pl. 3 decl. (cf. NERVS = *principibus*), e ner = sanscr. nṛi pro nar (homo), unde etiam NERO et NERIO, apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 43, 51, Aufr. et Kirch. I 42, 128 sq., 162, II 156 sqq., 266 sq., Ebel et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 307, II 26; cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 15, 23, 26, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 123). Tab. eugub. VI b 59, VII a 48: IABVSCER (VII a 48 IAPVSCER) · NOMNER · NERF · ꟅIHITV · ANꟅIHITV (VII a 48 SIHITV · ANSIHITV) = *Iapudisci nominis principes —itos in—itos*. Adde tab. eugub. VI a 30, 32, 39, 42, 49, VI b 13, 32, 34, VII a 17, 30 (vide PIHATV et SERITV).

NERIA, Nerienes, Neriene, Nerina et Nerio -enis, *virtus*, *fortitudo*, apud Sabinos, e rad. NER- (cf. Lassen *Beiträge* etc. s. 51, Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, Henop *De lingua sabina* pg. 23 sq., Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281 et s. 353, Aufr. et Kirch. II 158, Corssen et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 26 et 307, IX 147). Lydus *De mens.* IV, 42: τιμαὶ Ἄρεος καὶ Νηρίνης, θεᾶς οὕτω τῇ Σαβίνων γλώσσῃ προσαγορευομένης — νερίκη γὰρ ἡ ἀνδρία ἐστὶ καὶ νέρωνας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν. Aul. Gell. XIII, 22: « *Comprecationes, quae ritu Romano fiunt diis, expositae sunt in libris sacerdotum, inter quas* Marti Nerienem *tribuunt; et quid* Neriene *seu* Nerio *nomen importet.* Comprecationes deûm immortalium, quae ritu Romano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum populi Romani et in plerisque antiquis orationibus. In iis scriptum est *Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Iurites Quirini, Maiam Volcani, Heriem Iunonis, Molas Martis, Nerienemque Martis.* Ex quibus id quod postremum posui, sic plerosque dicere audio, ut primam in eo syllabam producant, quo Graeci modo dicunt νηρεΐδας: sed qui probe loquuti sunt, primam correptam dixerunt, tertiam produxerunt. Est enim rectus casus vocabuli eius, sicut in libris veterum scriptum est, Nerio. quamquam M. Varro in satura Menippaea, quae inscribitur σκιαμαχία, non Nerio, sed Nerienes vocative dicit in his versibus:

Ted' Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales,
Nerienes et Minerva, Fortuna ac Ceres.

ex quo nominandi quoque casum eumdem fieri necessum est. Sed Nerio a veteribus sic declinatur, quasi Anio. nam proinde ut Anienem, sic Nerienem dixerunt tertia syllaba producta. id autem sive Nerio sive Nerienes est, Sabinum verbum est, eoque significatur virtus et fortitudo. itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque praestanti fortitudine Nero appellatus est. sed id Sabini accepisse a Graecis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. unde nos quoque latine *nervos* appellamus. Nerio igitur Martis vis et potentia et maiestas quaedam esse Martis demonstratur. Plautus autem in Truculento coniugem esse Nerienem Martis dicit, atque id sub persona militis in hoc versu [II, VI, 34]:

Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.

Super ea audivi non incelebrem hominem dicere, nimis comice Plautum imperito et incondito militi falsam no-

vamque opinionem tribuisse, ut Nerienem coniugem esse Martis putaret. Sed id perite magis quam comice dictum intelliget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium, in quo scriptum est, Hersiliam, cum apud T. Tatium verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse; *Neria Martis te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi et suis posteris, patriae pararent. De tui,* inquit, *coniugis consilio*, Martem scilicet significans; per quod apparet non esse id poetice a Plauto dictum; sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur. Inibi autem animadvertendum est, quod Gellius Neria dicit per *a* literam, non Nerio neque Nerienes. praeter Plautum etiam, praeterque Gellium Licinius Imbrex vetus comoediarum scriptor in fabula, quae Neaera inscripta est, ita scripsit:

Nolo ego Neaeram te vocent, sed Nerienem;
Quum quidem Marti es in connubium data.

ita se numerus huiusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra dictum est, corripienda sit. cuius sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est, quam ut plura in id verba sumenda sunt. Ennius autem in primo annali in hoc versu:

Nerienem Mavortis et Herclem,

si, quod minime solet, numerum servavit; primam syllabam intendit, tertiam corripuit. Ac ne hic quidem praetermittendum puto, cuicuimodi est, quod in commentario quodam Servii Claudii scriptum invenimus, Nerio dictum quasi Neirio, hoc est, sine ira et cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur. *ne* enim particula, ut apud Graecos, ita plerumque in latina quoque lingua privativa est ». Mart. Capella § 4 pg. 17 sq.: « Nec solum superum regem attestabatur uxorium, idque etiam Diti propositum, idque Portuno, certumque esse Gradivum Nerienis Nerinae coniugis amore torreri ». Porphyrionis Scholion ad Horat. *Epist.* II, II, 209 (Turici 1852): « Ob quam rem maio mense religio est nubere et item martio, in quo de nuptiis habito certamine a Minerva Mars victus est, et obtenta virginitate Minerva Neriene est appellata ».

IƎИIPƎИ (nerinei), *Nerinia*, nomen mulieris (cf. NERIA et NERO). In lapide Tuscan. n. 2135: IOPAᒧ | IƎИIPƎИ (nerinei larthi) = *Nerinia Lartia* (Sec. Campan. in *Giorn. arcad.* CXIX, 333). Forte legendum herinei = IИIPƎ⊘ (herini).

NERIOSVS, *resistens, fortis* (e Neria vel Nerio), adiect., in Gloss. apud Mai *Class. auct.* VI, 535.

NERO, h. e. *fortis*, praenomen et cognomen italicum, e vocabulo sabino Nerio sive Neriene (quod e rad. NER-) h. e. *virtus* et *fortitudo* (cf. Müller *Die Etr.* I 43 anm. 97, Lassen *Beiträge* etc. s. 51, Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, Henop *De lingua sabina* pg. 23 et pg. 54, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281 et s. 353, Aufr. et Kirch. II 158, Corssen et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 26 et 307, IX 147). Gloss. apud Labb.: « Nero, ἀνδρεῖος ». Aul. Gell. XIII, 22 (vide NERIA): « itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque praestanti fortitudine Nero appellatus est ». Suet. in *Tib.* cap. 1: « Inter cognomina autem et Neronis assumsit, quo significatur lingua Sabina *fortis* ac *strenuus* ». Lydus *De magistr.* I, 23 pg. 44: Νέρων, ὁ ἰσχυρὸς, τῇ Σαβίνων φωνῇ. Et *De mens.* IV, 42: νερίνη γὰρ ἡ ἀνδρία ἐστὶ καὶ νέρωνας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν. In lapide umbr. n. 81: NER · T · BABR = *Neronis Titi* fil. *Babrii*, et VOIS · NER · PROPARTIE = *Vois. Neronis* fil. *Propertii* (vide NER).

ΝΕΡΟΥΣΙΟΙ, ἐν Παραλίοις Ἄλπεσιν, apud Ptolem. III, 1.

NERSA, *donec*, adverb. apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VI 9, Aufr. et Kirch. I 59, 61, II 412; cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III, 420), fortasse a pronom. ERSE = *id* et partic. negat. ne (Huschke *Die iguv. taf.* s. 62 et s. 440). Tab. eugub. VIa 6: NERSA · COVRTVST = *donec se converterit.*

NERSAE vel Nursae -arum, oppidum Italiae, in Aequorum montibus, in loco qui nunc dicitur *Nesce* (Martelli cit. in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 116, et Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VII 154). Virg. *Aen.* VII, 744 sqq.:

« Et te montosae misere in proelia Nersae,
Ufens, insignem fama et felicibus armis,
Horrida praecipue cui gens, adsuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicula glaebis ».

Ubi Servius: « Montosae Nursae: civitas in montibus posita ». — Nersensis vel Nersenus, samnit. orthogr. nuersens, adiect. ad Nersas pertinens. Inscr. n. 2732 bis: | ƧИƎƧᗡƎVИ · ƆVT · ЯƎW | VIИИƎᗡƎB · ПVП ЯƎTTИ8VᗡП | IƎ⅃ꓘƎᗡƎB (pup herenniu med. tuv. nuersens hereklei prufatted) h. e. *Pupius Herennius medix tuticus Nersensis Herculi probavit* (Colucci in *Bullett.* cit. VII, 90; cf. A. Leosini in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1859 pg. 114), sive potius pup. heren. niu, *Pupidius Herennius Numerii filius* etc. (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VII, 91).

NERSIA. Vide NORTIA.

VᗡꝉᗡƎИ (NERTRV), *sinistro*, *laevo*, adiect. abl. sg. 2 decl., apud Umbros, comparandum cum gr. νέρτερος, *inferior* (Grotefend *Rud. l. u.* V 22, VI 21, VIII 32; Aufr. et Kirch. I 44, 54, 67, 117, 131, II 218 sq., 222; Kirchhoff, Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 42, III 252, VIII 31; Huschke *Die iguv. taf.* s. 188 sq.). Tab. eugub. VIb 24 sq.: EAM · MANI | NERTRV · TENITV = *eam manu sinistra teneto.* VϽIVᗡꝉᗡƎИ (nertru-cu) et recentiori orthographia NERTRVCO valet

cum dextero (Grotefend op. cit. II 12, 26, V 16, VIII 28, 32; Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 120; Aufr. et Kirch. I, 95, 154; Huschke *Die iguv. taf.* s. 616, 663). Tab. eugub. Ia 32: IЯƎꟼ · VƆIVꓷ+ꓷƎИ (nertruku peri) = tab. VIb 37, 39 NERTRVCO · PERSI h. e. *cum sinistro pede*.

NERTRVCO, *cum sinistro*, apud Umbros. Vide Vꓷ+ꓷƎИ (NERTRV) = *sinistro*, et CO pro COM = *cum*.

VƆIVꓷ+ꓷƎИ (nertruku), *cum sinistro*, apud Umbros. Vide Vꓷ+ꓷƎИ (NERTRV) = *sinistro* et VK ku pro MVK (kum) = *cum*.

VЯƎИ (neru), *Nerius*, n. pr. m., e rad. -ЯƎИ ner-, apud Etruscos. Inscr. perus. n. 1690: VЯƎИ ЯA (ar neru) = *Arrius Nerius* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 230 ad n. 134).

NERVA, cognomen rom. a *nervo* h. e. *robore* (cf M · NERVA in numo gentis Cocceiae, apud Cohen *Méd. consul.* pl. XIII n. 1). Hinc adiect. nervius et nervalis, ut nervius miles et flamen Nervalis. Vide Forcell. *Lexic.* s. v. *nervius*.

NERVESIA, vicus Italiae, in Aequorum agro. Plin. XXV, 48: « Nascitur (*herba*) et in Aequicolis circa vicum Nervesiae: vocatur consiligo ».

NERVLVM vel Neruli, Lucaniae oppidum. Liv. IX, 20: « Apulia perdomita (nam Forento quoque valido oppido Iunius potitus erat), in Lucanos perrectum. inde repentino adventu Aemilii consulis Nerulum vi captum [U. C. an. CDXXXVII] ». Antonini *itiner.* pgg. 105, 110 « Nerulo », et *Tab. Peuting.* segm. VI*c* « Nerulos ». — Hinc Nerulinus vel Nerulonensis, adiect. ad Nerulum pertinens. Suet. in *Aug.* cap 4: « Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: *Materna tibi farina ex crudissimo Ariciae pistrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius* ». Cf. M. Suillium Nerullinum apud Murat. *praef.* col. 93.

NERVM, vox samnitica originis et significationis ignotae, quae invenitur in tab. Bant. n. 2897 lin. 29 et 31 (cf. Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 51 et *Tab. oppid. lex.* pg. 156, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 29). *Militum* vel *militarium* (genit. pl. 2 decl.) exponit Huschke (*Die osk. und sab. sprachd.* s. 122 et s. 322; cf. Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I, 307), *ferre* vel *ducere* Lange (*Die osk. inschr.* etc. s. 27; cf. Schweizer in *Zeitschr.* cit. III, 218, 220).

NERVS, *viris* (principibus), subst. m. abl. pl. 3 decl., = sanscr. nṛbhyas, e NER = *vir* s. *princeps* (acc. pl. NERF), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 40, 49, II 83, 157, 266 sq., 270; cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 15, 23, 26). Tab. eugub. VIb 62: ERO · NERVS · SIHITIR · ANŚIHITIR = *eorum principibus —itis in—itis*. Tab. VIIa 12 sq.: TVSCER · NAHARCER · IABVSCER · NOMNER | NERVS · ŚITIR ANŚIHITIR = *Tusci Narici Iapudisci nominis principibus —itis in—itis*. Tab. VIIa 14, 50: ERAR · NERVS · ŚIHITIR · ANŚIHITVR = *eius* (civitatis) *principibus —itis in—itis*. Tab. VIIa 28: TOTAR · IIOVINAR · NERVS · ŚIHITIR · ANŚIHITIR = *civitatis Iguvinae principibus —itis in—itis*. — *Militibus* exponit Huschke (*Die iguv. taf.* s. 123).

? MƎИ (neś), in inscr. etr. n. 2032.

NESAPVS et nesapius, *non sapiens* (insipiens), adiect. Scaur. *De orth.* pg. 2251 P.: « Ne pro *non* positum est apud antiquos; significat nefrendes porcos, qui sunt *sine dentibus*, id est qui fabam *frendere non possunt*: nesapus, *qui non sapit*; ita et nescio, *non scio*, diductis in verbum et adverbium syllabis ». Petron. *Satyr.* cap. 50 pg. 331: « Et, ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde primum Corinthea nata sint ».

NESI, *sine*, praepos. apud veteres. Fest. *Qu.* IX, 14 pg. 165: « Nesi pro *sine* positum [est in lege dedicationis arae] Dianae Aventinen[sis] ».

NEƧIΦORA, *Pandora*, in vase nolano (Braun in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1849 pg. 98 sg.).

NESIMEI, *proxime*, adverb. apud Umbros, fortasse pro nesdimei = zend. nazdista et sanscr. nediṣṭha, ab adiect. nesimo = *proximo*, unde etiam osc. NESIMVM = *proximum*, et NESIMOIS = *proximis* (Aufr. et Kirch. I 42, 131, 150, 158, II 71 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 69). Tab. eugub. VIa 9 sq.: PORSEI · NESIMEI · ASA · DEVEIA · EST · ANGLOME · SOMO · PORSEI · NESIMEI · VAPERSVS · AVIEHCLEIR | EST = *qui proxime ab ara —a est, ad angulum summum, qui proxime a lapidibus —is est*. — Nesimei pro *non simul*, ex ne et SOMO (cf. nemut apud Catonem), interpretatus est Grotefend *Rud. l. u.* VI 10, 31.

NESIMOIS, *proximis*, adiect. abl. pl. 2 decl., e nesimo (cf. NESIMVM = *proximum*), unde etiam umbr. NESIMEI = *proxime*), pro nesdimei, comparatum cum zend. nazdista = sanscr. nediṣṭha (Burnouf *Com. sur les Yaçna*, alph. pg. LXXX; Bopp *Gram. crit. ling. sanscr.* § 251; Aufr. et Kirch. I, 42), fortasse trahendum ad rad. sanscr. nah pro antiquiori forma nadh (ligare), unde rom. *nec-to* (cf. nesdus = *nodus* et nesdate = *nodum facito*, apud Benfey *Griech. wurzellex.* II 180 ex Placidi gloss. ed. Mai *Class. auct.* III 486), et suff. superlat. simo pro timo (Aufr. et Kirch. II, 72; cf. Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 249 sq., 421). Nesimo, pro ner-simo, ad sab. et umbr. NER trahit Mommsen *Die unterit. dial.* pg. 281. Tab. Bant. n. 2897 lin. 25: NE · PHIM · PRVHIPID · MAIS · ZICOLOIS · X · NESIMOIS = *ne quem prohibuerit magis diebus X proximis* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 80. et Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88; cf. Aufr. et Kirch.

I 21 anm. 3). Alii aliter interpretantur (cf. Grotefend *Rud. l. o.* pg. 17; Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 50, *Tab. oppid. Lexic.* pg. 157, et in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V 308; Mommsen op. cit. pg. 147; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 79 sq.).

NESIMVM, *proximum*, adiect. m. acc. sg. 2 decl., e nesimo, apud Samnites, in tab. Bant. n. 2897 lin. 17 et 31. Vide NESIMOIS = *proximis*.

NESIS, Νησίς, parva insula Campaniae, ante Pausylipum promontorium. Plin. XIX, XLII, 1: « Nam quod in Neside Campaniae insula sponte nascitur (*asparago*) longe optimum existimatur ». Stat. *Silv.* III, I, 148: « Silvaque quae fixam pelago Nesida coronat ». Lucan. VIII, 90 sq.:

« Tali spiramine Nesis
Emittit Stygium nebulosis aera saxis ».

Adde Cic. *ad Att.* XVI, 1 = n. 747, et Senec. *Epist.* LIII, 1 (« ad Nesida »).

ꟼMƎИ (nesl). Vide ꟼMƎИIOVƧ (suthinesl).

AИƧƎИ (nesna), in sepulcro etr. (inscr. n. 2027).

?ƧMƎИ (ness), in titulo etr. n. 2059.

ꓘVTƧƎИ (nestur), Νέστωρ (Nestor), heros graecus, in sepulcro Volcent. (inscr. n. 2164).

NETIVM, Νήτιον (Strab. VI, III, 7), oppidum Italiae inferioris, prope Canusium et Herdoniam (cf. NETVM). Eius incolae Netini, apud Plin. III, XVI, 6. Cf. oppidum Natiolum, in *Tab. Peuting.* segm. VI*a*.

ƧIVMTƎИ (netmvis), vox umbrica sive etrusca originis et significationis ignotae, quae legitur in titulo sepulcrali n. 69. Cf. Maffei *Osserv. lett.* VI 119, Oliv. *Marm. Pisaur.* pg. 61, Passeri *Lett. Roncagl.* n. 1 pg. 367 et n. 6 pg. 439, Lanzi II 652 = 565.

NETRIOLVM, vetus oppidum Umbriae, alio nomine Turocelum. Plin. III, XIX, 3: « et Sarranates, cum oppidis, Acerris, quae Vatriae cognominabantur, Turocelo quod Netriolum ».

NETVM, Νέητον (Ptol. III, 4) pro Νῆτον, oppidum Siciliae (Cic. in *Verr.* II, IV, 26), inter Acrillas et Elorum, hodie *Noto* appellatum (cf. NETIVM). Sil. Ital. XIV, 268: « Et Netum, et Mutyce, pubesque liquentis Achaeti ». Eius incolae dicti sunt Netini (Plin. III, XIV, 5; Cic. op. cit. II, V, 51) vel Netinenses (Cic. op. cit. II, II, 65), gr. Νεαιτῖνοι (Diod. Sic. XXIII, 4), genit. pl. NEHTΩN (?) in numo aen. n. 3087 (Torremuzza pg. 52 sq., Mionnet I 263, Sestini *Class. gen.* pg. 21).

NEVERITA, reverentiae vel timoris dea. Gloss. vet. « Neverita, reverentiae dea ». Mart. Capella § 54 pg. 98: « Neptuno autem, Lar omnium cunctalis, ac Neverita, tuque Conse ex decima convenistis ». Alii legunt *Nerita*.

NEVIA, *Naevia*, nomen mulieris (cf. NAIVIA et NAEBIA). Inscr. apud Mommsen n. 6228: L · MODIANVS · L · L | HERA | NEVIA · P · L | CRYSARIVM. Cf. ind. Thes. epigr. Grut., Murat. cet.

NEVIASCA, fluvius Liguriae. Tab. Genuensis (Append. n. I) lin. 9: EX · RIVO · VINDVPALE · IN · FLOVIVM · NEVIASCAM · INDE · DORSVM · FLVIO · NEVIASCA · IN · FLOVIVM · PROCOBERAM.

NEVNQVAM, *nunquam*, in lapide apud Dausquium (s. v. *nunquam*).

NEVOLO, *nolo*, apud veteres. Titin. vs. 105: « Ipsus quidem hercle ducere eam sane nevult ». Nevis pro *nolis* saepe legitur in Plauto, et nevolt pro *nolit* (*Most.* I, II, 29; *Trin.* II, II, 80, 83).

ƎИAꟼYTƎИ (nevtlane), Νεοπτόλεμος (Neoptolemus), cognomen Pyrrhi filii Achillis, in speculo etr. n. 2525 (Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 164 nt. 1, De Witte *Catal. Durand* n. 1975 pg. 422 suiv.) cum *Thetide* (ƧIΘƎΘ thethis) et *Achille* (AꟼꟼE achle). Cf. Gerhard *Etr. spieg.* ad taf. CCXXXI.

NEVTRVBI, *neutro in loco*, adverb. apud Plaut. *Aul.* II, II 56. Cf. Ammian. Marcell. XIX, II 13.

ΝΗΣΤΙΣ vel Νήστης, dea quaedam apud Siculos (cf. *Thes. gr. ling.* s. v. Νῆστις, et *Comic. gr. fragm.* pg. 584). Eust. ad Hom. *Il.* pg. 1180, 14: Καὶ Σικελικὴ δέ τις, φασὶ, θεὸς Νῆστις ἐλέγετο. Et Phot. *Lex.* pg. 299: Νηστης Σικελικὴ θεός.

IИ (NI), praenomen virile, pro ƧIIꓘƎMVIИ (niumeriis), apud Samnites (Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 51, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 25, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 282, Minervini, Garrucci et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 4, pg. 25 et pg. 97, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 406). In titulis Pompeianis ƧIIBƎꓤT · IИ (ni trebiis, n. 2788) = *Numerius Trebius* (Mommsen op. cit. s. 182, Huschke op. cit. s. 174); ЯIПVП · IИ (ni púpid, n. 2814) = *Numerius Popidius* (Mommsen op. cit. s. 184, Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I 12 = XXXVI). Adde inscr. n. 2756, 2842, 2852*a-b*, et cf. n. 2812.

NI?, partic. negat. apud Umbros. Vide ARNIPO.

NI, *ni* (ne), partic. negat., apud Samnites (volsc. NI, umbr. NI), comparandum cum NE et NEI = *non* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 281; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 26 sqq., 56, 66, 75; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 406, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 156). Tab. Bant. n. 2897 lin. 7 sq.: IZIC · EIZEIC · ZICEL[EI] | COMONONI · HIPID = *is illo die comitia ne habuerit;* lin. 14: IZIC · COMONONI · HIPID = *is comitia ne habuerit;* lin. 27 sq.: CENSTVR · BANSAE | [NI · PIS · FV]ID = *censor Bansa ne quis sit;* lin. 29: IZIC · POST · EIZVC · TR · PL · NI · FVID = *is post illa tr. pl. ne sit.* Adde lin. 17 (NIHIPID = *ne habuerit*).

NI, *ni* (ne), partic. negat. apud Volscos. Vide NIPIS = *nequis*, et NITAA.

IꟽI (ni), in vasis etr. n. 2404 et n. 2614 (Lepsius *Ueb. die Tyrrh. Pelasg.* s. 42). Cf. inscr. n. 226.

NIGELLA, fluvius Italiae superioris, in *Tab. Peuting.* segm. III*b*. Cf. Forcell. *Lexic.* ed. Lips. s. h. v.

NIGELLIO -onis, diminut. nigelli (vide NIGELLVS). Est cognomen rom. apud Gudium 310, 7 (L · SEXTIVS L · F · NIGELLIO).

NIGELLVS, diminut. nigri (vide NIGELLA et NIGELLIO), apud Varronem (Non. VI, 43 = pg. 456, et XVI, 14 = pg. 550), Pallad. III, xxv, 12, et Auson. *Epist.* IV, 74. Est etiam cognomen rom., ut L · AIM · L · F · NIGELLVS (Grut. 226, 8), PLAETORIA T · L · NIGELLA (Fabr. cap. I n. xx pg. 4), SALVIA · NIGELLA (Mommsen n. 6898), et SERVILIA NIGELLA (Mommsen n. 6950).

NIGRINVS, adiect. ad nigrum pertinens (cf. NIGELLVS). Est cognomen rom., ut C. Pontius Nigrinus (Suet. in *Tib.* cap. 73), Pletoria Nigrina (Mommsen n. 413) et PORCIA C · F · NIGRINA (Grut. 430, 3). Cf. Ael. Spart. in *Hadr.* cap. 7.

NIDAMENTVM, *nidus*, subst. n., apud Plaut. *Rud.* III, vi, 51, et Arnob. VI, 16 pg. 215.

NIDORO, *nidorem exhalo*. Not. Tiron. pg. 167: « Olefacit, nidorat, redolet ».

.. ꟽƎIИ (niel..), in lapide Pompeiano n. 2802 (vide ИVИITꟽN altinúm).

ƧƎIИ... (...nies), fragm. inscr. n. 2288.

ƧƎIИ (nies). Vide ƧƎIИƎИƎƧ (semenies).

NIHIPID. Lege NI HIPID.

NICAEA vel Nicia, Νίκαια (Ptol. III, 1; Strab. IV, I, 5 et 9; Polyb. XXXIII, 4), oppidum Liguriae, hodie *Nizza* appellatum, in confinio Italiae ac Galliae Narbonensis, Massiliensium colonia (Steph. Byz. s. v. Νίκαια). Plin. III, vii, 1: « Igitur ab amne Varo Nicaea oppidum a Massiliensibus conditum ». Strab. IV, I, 5: τὸ δὲ Ταυροέντιον καὶ τὴν Ὀλβίαν καὶ Ἀντίπολιν καὶ Νίκαιαν τῷ τῶν Σαλύων ἔθνει καὶ τῆς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. Id. IV, I, 9 (vide VARVS): ὥσθ' ἡ Νίκαια τῆς Ἰταλίας γίνεται κατὰ τὸν νῦν ἀποδεδειγμένον ὅρον, καίπερ οὖσα Μασσαλιωτῶν. [ἐπ]ετείχισαν γὰρ τὰ κτίσματα ταῦτα τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις οἱ Μασσαλιῶται, τήν γε θάλατταν ἐλευθέραν ἔχειν βουλόμενοι. Mela II, v, 3: « Nicaea tangit Alpes, tangit oppidum Decialum, tangit Antipolis ». Obsessum est a Liguribus et retentum (Polyb. XXXIII, 4). Antonini *itiner.* pg. 504: AB OLIVVLA NICIA ANTIPOLI PORTVS M. P. XVI. — Eius incolae Nicienses (inscr. apud Murat. 626, 1; cf. inscr. apud Henzen n. 6878 sq.).

§ 2. Oppidum Corsicae (Steph. Byz. s. v. Νίκαια) ab Etruscis conditum. Diod. Sic. V, 13: Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο, καὶ τούτων ἡ μὲν Κάλαρις (?), ἡ δὲ Νίκαια προσαγορεύεται ..... Τὴν δὲ Νίκαιαν ἔκτισαν Τυῤῥηνοὶ θαλαττοκρατοῦντες καὶ τὰς κατὰ τὴν Τυῤῥηνίαν κειμένας νήσους ἰδιοποιούμενοι.

ΝΙΚΙΑΣ, Syracusanus, magister Lysiae oratoris, apud Plutarch. *Dec. orat. vitae* cap. 3.

?ƎꟽꟽIИ (niclte), in inscr. etr. n. 2279 lin. 4.

NICO -is, *signum facio*, apud veteres. Plaut. *Truc.* II, vii, 63 sq.: « emoriere ocius, si manu niceris. *Geta:* quid, manu nicerim? ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

ΝΙΚΟΔΗΜΟΣ, Centoripinorum tyrannus, apud Diod. Sic. XVI, 82.

ΝΙΚΟΚΛΗΣ, citharoedus Tarentinus, apud Pausan. *Att.* XXXVII, 2.

ΝΙΚΟΛΑΙΔΑΣ, Tarentinus, apud Pausan. *Eliac. sec.* X, 5. Cf. *Thes. gr. linguae* s. v. Νικολάδας.

ΝΙΚΟΛΑΟΣ, Syracusanus, apud Diod. Sic. XIII, 19 sqq.

NICOLAVOS, Νικόλαος (Nicolaus), = NICOLAVVS, in lapide florent. apud Murat. 1010, 2.

NICOLAVVS, Νικόλαος (Nicolaus), = NICOLAVOS, cognomen rom. Inscr. apud Mommsen n. 3458: IVSDLANIVS | P · L · NICOLAVVVS (sic) | VALERIA · L · L | TRYPHERA.

NICOTERA, oppidum Italiae inferioris, in Bruttiis, apud Antonini *itiner.* pgg. 106, 111.

?VƆIИ (nicu), in marmore perus. n. 1543. Cf. voc. sq.

ꟽꟼИƧVƆIИ (nicusnal), *Nicosiá* sive *Nicosianá*, nomen fem. etr. (cf. VƆIИ nicu), in titulo perus. n. 1519 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 311 ad n. 367).

ΝΙΚΩΝ, Tarentinus, apud Polyb. VIII, 26.

NILVM, *nihilum* (nihil). Lucr. I, 237: « Haud igitur possunt ad nilum quaeque reverti ».

NING-. Vide NINC-

NINGVIS, *nix*, apud veteres (cf. umbr. NINCTV = *ninclo*). Charis. pg. 91 = 71 P.: « excipitur autem hoc solum, *nix*, quod contra rationem *nivis* facit, licet veteres ninguis declinaverint, e quibus est Lucretius [VI, 736] ». Adde Apul. apud Prisc. pg. 279 = 724 P.

NINGVLVS, *nullus*, *nemo*. Fest. *Qu.* IX, 25 pg. 177: « Ningulus, *nullus*, ut Ennius l. II [*Ann.* vs. 133]: *qui ferro minitere, atque inte ninculus* † † *mederi queat* ». Et Paul. pg. 176: « Ningulus, *nullus*. Marcius vates: *Ne ningulus mederi queat* ».

NINC-, pro ning-, rad. umbrica, = rom. *ning-ere*, in voc. NINCTV.

NINCTV, *ninclo*, partic. perf. pass. (abl. sg. 2 decl.), e rad. NINC-, pro ning-, rom. *ning-ere*, sanscr. nig' vel niṅg' (cf. gr. νίζω), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 25, 33, 78, 96, 118, 147, II 269; cf. Passeri *Lett. Roncagl.* XV pg. 258 et *Paralip. in Dempst.* pgg. 252, 327, Grotefend *Rud. l. u.* III 25, IV 23, VIII 31, Galvani *Delle genti* etc pg. 323, Knötel in *Zeitschr. f. die allerth.* X = 1852 s. 126) in tab. eugub. VI*a* 60 et VII*a* 49.

NINCVLVS, *ningulus* (nullus). Vide NINGVLVS.

NINNIVS, gentilitium Campanum, ut Stenius Pacu

viusque Ninnii Celeres, apud Liv. XXIII, 8 (al. *Minios;* cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 280). Gentilitium Ninnius saepe legitur in inscr. regni Neapol. apud Mommsen.

NINΩN, Crotoniates, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 35 (258, 264).

NIXI dii appellabantur, quos putabant praesidere parientium nixibus (Paul. pg. 175, Non. I, 281 = pg. 57). Fest. *Qu.* IX, 24 sq. pg. 174-176: « Nixi di appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus, quae sua (leg. *signa*) sunt qui memoriae prodiderint, Antiocho rege Syriae superato, M. Accillum (*Acilium*) subtracta a Populo R. adportasse, atque ubi sunt, posuisse. etiam qui capta Corintho advecta huc, quae ibi subvecta fuerint mensae ». Gloss. apud Labb.: « Nixae, ὠδῖνες ». Ovid. *Metam.* IX, 293 sq.:

« magno
Lucinam, Nixosque pares, clamore vocabam ».

NIPHAEVS, Rutulus. Virg. *Aen.* X, 570 sq.:

« Quin ecce Niphaei
Quadriiugis in equos adversaque pectora tendit ».

NIPIS, *ne-quis*, e NI = *ne* et PIS = *quis*, apud Volscos (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX 156), in aere Rapin. n. 2741 lin. 12.

NIQVEI, *ni quis*. Inscr. apud Mommsen n. 5468: HOMINES · EGO · MONEO · NIQVEI · DIFFIDAT · SIBI·

NIRELLIVS, gentilitium parmense, apud Phleg. Trall. fragm. n. 29 (Μάρκος Νιρέλλιος Γαΐου υἱὸς πόλεως Πάρμης).

NIS, *nobis*, apud veteres (Paul. pg. 47).

NISA, nomen puellae, apud Virg. *Ecl.* VIII, 26.

NISE, *nisei* (nisi), in Lege Rubria *De Gallia Cisalp.* col. 1 lin. 47.

NISEI, *nisi*, antiquo scribendi more, in S. C. de Bacch. (Append. n. LVIII) lin. 8, lin. 16 et lin. 21, in Lege Thor. agr. (n. LIX) cap. 17, Serv. *de Repet.* (n. LX) cap. 12 et cap. 16, in Plebisc. De Thermens. (n. LXI) col. 2 lin. 12 et 17, in Lege Iul. Municip. cap. 6 (apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 410), et *De Gallia cisalp.* col. 1 lin. 50 et col. 2 lin. 50. Vide voc. praeced.

NISIADES -um, patronim., ut Nisiades matres, Nisiadesque nurus (Ovid. *Her.* XV, 54), h. e. Siculae Megarenses. Vide MEGARIS.

NITΛΛ?, *aliuta* (aliter)?, adverb., apud Volscos (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 158) in aere Rapin. n. 2741 lin. 12.

NITIDITAS, *nitor, splendor*. Accius vs. 254 (apud Non. II 578 = pg. 143): « Formae, figurae nitiditatem, hospes, geris ».

NITVRA, *genitura*, in Gloss. Isidori et apud Mai *Class. auct.* VI, 535.

ƧIIꓘƎMVIИ (niumeriis), *Numerius*, gr. orthogr. Νουμέριος (Plutarch. in *C. Mar.* XXXV 8 et in *Pomp.* LXIII 2), praenomen et nomen samniticum, aliquando etiam И (N) et IИ (NI), = ƧꓘMVIИ niumsis (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 47, Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 47, Avellino in *Mus. Borbon.* VII 20, Aufr. et Kirch. II 314 anm. 1, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 282, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 22 et 24, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 154, Fiorelli *Monum. epigr. pomp.* I 5 = XIII nt. 4; cf. Lanzi II 611 = 525 ad n. 10), in lapide samnit. n. 2879. — Cf. Numerius Otacilius Maleventanus (Fest. *Qu.* IX, 20, pg. 170), Numerius Decimius Samnis (Liv. XXII, 24), Numerius Aurius Larinas (Cic. pro *Cluent.* cap. 7), Numerius Cluentius (Cic. op. cit. cap. 60), Numerius Fabius Buteo (Liv. XLI, 28) cet. A *celeritate nascendi* formatum putat Varro. Non. IV, 319 = pg. 352: « Varro Cato vel de liberis educandis: Ut qui contra *celeriter* erant *nati*, fere Numerios praenominabant; quod qui cito facturum quid se ostendere volebat, dicebat, numero id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriae, quam deam solent indigetare etiam Pontifices ». Fest. loc. cit.: « Numerius praenomen numquam ante fuisse in patricia familia dicitur, quamvis (leg. *quam is*) Fabius, qui unus post sex et trecentos ab Etruscis interfectos superfuit, inductis (leg. *inductus*) magnitudine divitiarum, uxorem duxit Otacili Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea condicione, ut qui primus natus esset, praenomine avi materni, Numerius appellaretur ». Hinc Paul. pg. 171: « Numerius praenomen tractum ab avo ». Auct. *Epit. de nom. rat.*: « Numerii sola patricia familia usa est Fabia, idcirco quod trecentis sex apud Cremeram flumen caesis, qui unus ex ea stirpe exstiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani (cod. *ducta in matrimonio Nuyn uxore filia, Nuyn Iotacilii Maleventani*) sub eo pacto, ut quem primum filium sustulisset, ei materni avi praenomen imponeret, obtemperavit ». Numeria est praenomen feminarum (Auct. cit.), quod negat Varro *De l. l.* IX, 55 pg. 214, scribens: « sic esse Marcum Numerium, at *Marcam* et *Numeriam* non esse ». Cf. Τίτος Νουμέριος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας (Phleg. Trall. fragm. n. 29).

NIYMΣΔIHIΣ, *Numisii* (Numerii), genit. sg. gr. orthogr. = ƧꟻƎIƧꓘMVIИ (niumsieis), praenomen apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 282, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 315, Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 59). Inscr. n. 3063: [MAP]AΣΠOMΠTIEΣNIYMΣΔIHIΣ = *Marius Pomptius Numerii* filius (Mommsen op. cit. s. 193 et in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 153, Huschke op. cit. s. 215).

ƧꟻƎIƧꓘMVIИ (niumsieis), *Numisii* (Numerii), genit. sg., gr. orthogr. NIYMΣΔIHIΣ, e ƧꓘMVIИ niumsis =

ꟻIIKƎMVIИ (niumeriis), *Numerius*, praenom. apud Samnites (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 47, Peter *Sprache und schrift* etc. pg. 43 sq., Mommsen *Die unterit. dial.* s. 228, Aufr. et Kirch. II 310 et 311 nt. 1, Bergk in *Zeitschr. f. die alterth.* IX = 1851 s. 23, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s 315, Corssen et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 22, 24, 59, III 278), in lapide Nolano n. 2769. Vide voc. sq.

ꟻIꟻMVIИ (niumsis), *Numisius* (Numerius), praenomen samniticum (= ꟻIIKƎMVIИ niumeriis), genit. sg. ꟻHƎIꟻMVIИ (niumsieís) et gr. orthogr. ΝΙΥΜΣΔΙΗΙΣ (cf. Mommsen pg. 282, Aufr. et Kirch. II 303, 310 sq., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 314), comparandum cum gentilitio Numsius (ST · NVMS | NICEPOR et C · NVMSI C · L · ERONIS, apud Mommsen n. 1685 et n. 3929), et Numpsius (Q · NVMPSI · Q · L | NICEPORI, apud Mommsen n. 3783) = gr. Νύμψιος. Cf. Νύψιον τὸν Νεαπολίτην (Diod. Sic. XVI 18 sqq. et Plutarch. in *Dion.* XLI 1, XLIV 2, XLVI 3), et M. Iunium Nipsum (*Gromat. vet.* pgg. 285, 403 ed. Lachm.). In lapide Nolano n. 2769 (vide ꟻVIꟻNTƎKƎЯ degetasiús): ꟻHƎIꟻMVIИ · ꟻIИИƎꓷHƎB · ꟻIꟻMV[IИ] (niumsis heírennis niumsieís) = *Numisius Herennius Numisii* filius (Mommsen pg. 178, Aufr. et Kirch. I 168, Huschke op. cit. s. 163).

NIVO, *ningo*, apud veteres. Pacuv. *Paul.* vs. 4 (apud Non. X, 23 = 507; Ribbeck *Trag. lat. rel.* pg. 236): « Sagittis, plumbo et saxis grandinat, nivit ».

?IƎꟻIKVIИ (niurisei), in lapide etr. n. 2621.

NOBATIO, *novatio*, subst. f. apud Gaii *instit.* (Lachm. pg. XLII nt. 40). Vide NOBVS = *novus*.

NOBE, *novem* (ital. *nove*), nomen numer., unde NOBEBER pro NOBEMBER = *november*. Inscr. apud Perret *Catac. de Rome* pl. IIIB: FELICISSIMA IN PACE VXOR QVE | VICXIT ANNIS BIGINTI NOBE | MESIS NOBE DIES NOBE etc.

NOBEBER. Vide voc. sq.

NOBEMBER vel Nobenber et Nobeber, *November*, e NOBE[M] pro *novem* (cf. NOEMBER), ex. c. KAL · NOBEMBRIS (Maffei *Mus. ver.* 278, 8), KALENDAS NOBENBRES (Fabr. cap. IV n. 120 pg. 268), TERTIV NONAS NOBENBRE (Lupi pg. 145), NONAS NOB (Orell. n. 3857 cit. ad v. OCRICVLVM), V · IDS · NOBEBR (Murat. 409, 4 = Mommsen n. 2057), X · IDVS NOB (Lupi pg. 123), et NΩ · NЄIC NOBЄN · BPЄI · BOYC (νωνεις νοβενβρειβους, *nonis novembribus*, Lupi pg. 5). Cf. G. Settele in *Mem. dell'Acad. rom. d'arch.* I, I, 204.

NOBIILISSIMVS, *nobilissimus*, adiect. in titulo apud Mommsen *Inscr. Helvet.* num. 313 (NOBIILISSIMIS CAESS).

NOBILIS, *notus*, adiect., antiquiori orthogr. GNOBILIS, quod vide. Fest. *Qu.* IX, 24 pg. 174: « Nobilem antiqui pro *noto* ponebant ».

NOBVS, *novus*, adiect., ut IN CRYPTA NOBA, in titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXIX n. 67 (cf. *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* II, 67). Adde Gaii *instit.* (Lachm. pg. XLII nt. 40), et Vide NOBATIO = *novatio*.

NODINVS, fluvius Latii. Cic. *De nat. deor.* III, 20: « et in augurum praecatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus ».

NODVTIS vel Nodotus vel Nodutus, deus, apud veteres, qui ad nodos perducebat res satas (Arnob. IV, 7 et 11 pgg. 140 et 142 « Nodutis deus »). August. *De civ. Dei* IV, 8: « Praefecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantibus, geniculis nodisque culmorum deum Nodotum, involumentis folliculorum deam Volutinam ». Alii legunt Nodutus. Vide TERENSIS.

NOEGEVM, amiculi genus, apud Fest. *Qu.* IX, 24 pg. 174, et Paul. pg. 175. Vide voc. sq.

NOEGEVS, *candidus*, adiect. Fest. *Qu.* IX, 24 pg. 174 (et Paul. pg. 175): « Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura; quidam *candidum* ac *perlucidum*, quasi a *navo* (leg. *nauco*), quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, ut Livius ait in Odyssia: *Simul ac lacrimas de ore noegeo detersit*, idest *candido* ».

NOEMBER et Noenber, *November* (cf. NOVS, *novus*) = Nobember. In titulis sepulcralibus: Λ · D · XII · C · NOEM (Lupi pg. 95 n. 34, et Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 184 tav. XII n. 2), A D VIII IDVS NO (Lupi pg. 33 et pg. 93 n. 22, et Garrucci loc. cit. n. 6), III · NON · NOEMB (Grut. 607, 1). Cf. Lanzi I 162 = 123 n. 7 et Garrucci loc. cit. n. 10. Scribitur etiam novm (NONIS NOVM, apud Lupi pg. 97 n. 47 et Garrucci loc. cit. n. 32) et nuem (A · D · IX · K · NVEM, apud Lupi pg. 97 n. 44 et Garrucci loc. cit. n. 21).

NOENV vel noenum vel nenu, *non*, apud veteres. Non. II, 580 = pg. 143: « Noenum pro *non*. Lucillius lib. XXXI: *Sed tamen hoc dicas, quid est si noenum molestus est.* Varro Epistola ad Fusium: *Si hodie noenum venis, cras quidem si veneris meridiem die natalis fortis fortunae* ». Lucr. III, 199 sq. ed. Lachm.: « At contra lapidum coniectum, spiclorumque Noenu potest ». Id. IV, 712: « Noenu queunt rabidi contra constare leones ». Cf. Terent. *Eun.* I, I, 7, et Forcell. *Lexic.* ed. Lips. s. v. *nenu*.

NOFITES, νεόφυτος (neophytus), adiect. (vide NEOFITVS), in titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXVIII n. 65.

NOFORSINIA, n. pr. fem., apud Etruscos, antiquiori orthogr. ꟻAИꟻЯ8VИ nufrznal (abl. sg.). In operculo ossuarii perus. n. 1242: L · PETRONIVS · L · F · NOFORSINIA (*Noforsiniâ natus*).

NOICIA, *novicia*, in lamella plumbea (Henzen in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1849 pg. 77).


NOCERIA. Vide NVCERIA § 1.

NOCTVINVS, *glaucus*, adiect., ut noctuini oculi, apud Plaut. *Curc.* I, III, 35.

NOCTVLIVS, deus Brixianorum, qui nocti et somno praefuisse videtur (Forcell. *Lexic.* s. h. v.), in inscr. apud Spon *Miscell.* pg. 115, et Murat. 98, 4. Vide voc. sq.

NOCTVRNVS, deus noctis, h. e. Vesperus deus, qui et Lucifer vocatur (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Martian. Capella § 46 pg. 92: « In quarum prima sedes habere memorantur post ipsum Iovis dii Consentes, Penates, Salus ac Lares, Ianus, Opertanei, Nocturnusque ». Plaut. *Amph.* I, I, 116: « Credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium ». Inscr. apud Henzen n. 5857: NOCTVRNO | VICTOR BRIXIANORVM V..... Alia apud eund. n. 5858: NOCTVRNO | SACRVM | C·CASSIVS | VALENS | BENIF EX IMPER. Cf. Stat. *Theb.* VI, 240, et voc. praeced.

NOLA, Νῶλα (Ptol. III, 1; Strab. V, IV, 8; Polyb. II, 17; Diod. Sic. XXXVII, 2; Appian. *De bell. civ.* I 42, 50, 65; Plutarch. in *Marc.* X 1 sq., XII 3, in *Sylla* VIII 7), h. e. *Nov-la* = *Novella* (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 283), oppidum Campaniae et Romanorum colonia (Plin. III, IX, 11), a Chalcidensibus conditum (Iustin. XX, I, 13), al. a Tuscis (Vell. Paterc. I, 7, cit. ad v. CAPVA; cf. Müller *Die Etr.* I 168, et Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1852 pg. 412 suiv.), al. a Tyriis (Solin. II, 16). Sil. Ital. VIII, 534: « Ac Poeno non pervia Nola ». Et XII, 161: « Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam ». Cf. inscr. apud Mommsen n. 2006, 2513 sq., 2517; Liv. IX 28, XXIII 14 sqq., 39, 43 sqq., Plin. XXII, VII 2, et Vell. Paterc. II 18 et 123. Inscr. apud Mommsen n. 1976: IMP·CAESARI·C·VALERIO | DIOCLETIANO·PIO·FELICI | AVG | COL·FEL·AVG·NOL (cf. Borghesi in *Arch. stor. ital.* XVI, II pg. xcviij). Frontin. *De col.* pg. 236: « Nola, muro ducta colonia Augusta. Vespasianus Aug. deduxit ». — Eius incolae Nolani dicuntur (inscr. apud Orell. n. 130, 4006, et Mommsen n. 1135, 1999, 2005; Liv. VIII 23, 25 sq., IX 28, XXIII 14, 16, 43, 45), samnit. orthogr. ꟼVИᴚИ⅃ƎVИ núvlanús, gr. Νωλανοί (Polyb. III, 91; Diod. Sic. XIX 101, XXXVII 2; Dionys. Halic. pg. 2315 ed. Lips. 1775; Appian. *De bell. civ.* I, 50; Plutarch. in *Marc.* XI 2), in numis n. 2765 ΝΩΛΑ, ΝΩΛΑΙ, ΝΩΛΑΙΩΝ. — Nolanus, adiect. ad Nolam pertinens



(inscr. apud Mommsen n. 1354, et Henzen n. 6764, 7303; Liv. VIII, 23), ut Nolanus ager (Liv. XXIII, 14 sq., 44; Sicul. Flacc. *De condic. agr.* pg. 162 ed. Lachm.), quem olim Etrusci tenuerunt (Polyb. II, 17), urbs nolana (Mommsen n. 1987), S·P·Q·NOLANVS (Mommsen n. 1984), ORDO POPVLVSQVE NOLANVS (Mommsen n. 1977 sq.), NOLANVS ORDO ET POPVLVS (Mommsen n. 1980), Nolana moenia (Sil. XII, 293), Nolana plebs (Liv. XXIII 16, XXIV 13), Nolanum bellum (Vell. Paterc. II, 17). Item Nolensis, ut Nolensis episcopus (August. *De civ. Dei* I, 10). Steph. Byz.: Νῶλα, *πόλις Αὐσόνων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Νωλὴν δὲ αὐτὴν Πολύβιός φησι. τὸ ἐθνικὸν, Νώλιος. Πολύβιος δὲ Νωλανούς αὐτούς φησι.*

NOM..., in lapide Pisaur. n. 77*i* (NOM... DEDE = *Nom... dedit*).

NOMAI, oppidum Siciliae, apud Diod. Sic. XI, 91 (*περὶ τὰς Νομάς*).

NOME, *nomen* (ital. *nome*), subst. n. acc. sg. 3 decl., apud Umbros (genit. NOMNER, abl. NOMNE), antiquiori orthogr. ИƎИVИ (numem), sanscr. nâman, gr. *ὄ-νομα*, e rad. GNO-, *gnoscere*, et suff. -men (Lassen *Beiträge* etc. s. 51; Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, 24, V 32; Aufr. et Kirch. I 40, 44, 53, 61 sq., 67, 75, 127, 162, II 137, 156 sq., 283; Huschke *Die iguv. taf.* s. 625). Tab. eugub. VIa 30, 32, 39, 41 sq., 49, 52, VIb 13, 32, 34, VIIa 16 sq., 30 (vide PIHATV = *piato* et SERITV = *servato*): TOTAR·IIOVINAR (tab. VIa 30, VIb 13, 34 IOVINAR)·NOME = *civitatis Iguvinae nomen*. Tab. VIb 58 et VIIa 47: TVSCOM·NAHARCOM·IABVSCOM (tab. VIIa 47 IAPVSCO)·NOME = *Tuscum, Naricum, Iapudiscum nomen*. Cf. Lanzi II 753 = 661, 825 = 734, et Müller *Die Etr.* I 57 anm. 125.

NOMENE, *nomine*, abl. sg. (= umbr. NOMNE), in inscr. apud Marini *Arvali* pg. 270 (DE NOMENE). Inscr. chr. apud Boissieu (*Inscr. ant. de Lyon* ch. XVII n. 60): HIC REQVIISCIT INFANTVLA INNOX NOMENE ELARINA etc. Cf. NONMINA OBITORVNT (nomina obitorum) apud Grut. 724, 3.

NOMENCVLATOR, *nomenclator*, apud Martial. *Epigr.* X, XXX, 23.

NOMENTVM vel Numentum, Νώμεντον (Ptol. III, 11; Strab. V, III, 1; Dionys. Halic. II, 53), hodie *La Mentana* (*Giorn. arcad.* CXXI, 123 nt. 1), Sabinorum oppidum supra Alliam fluvium (*Tab. Peuting.* segm. Va), a Tarquinio Prisco captum (Liv. I 38; cf. IV, 22, 32, ubi codd. *Nomentum* et *Numentum*). Serv. ad Virg. *Aen.* VI, 773 (cf. VII, 712) *Hi tibi Nomentum et Gabios*: « Hae civitates sunt priscorum Latinorum, ab Albanis regibus constitutae ». Frontin. *De col.* pg 257 ed. Lachm.: « Numentum. ager eius ea lege continetur qua et ager Foro Novanus ». Eius incolae Nomentani (Plin. III, IX 11? et XVII 2), gr. Νωμεντανοί

(Dionys. Halic. III 50, V 61). Liv. VIII, 14: « Aricini Nomentanique et Pedani eodem iure, quo Lanuvini, in civitatem accepti ». — Nomentanus, gr. Νωμεντανος (Strab. V, III, 11), adiect. ad Nomentum pertinens (Mart. *Epigr.* VII 93, IX 61, X 44, 48, 94, XI 43, XIII 42), ut Nomentana regio (Colum. III, III, 3), Nomentanus ager (Plin. XIV, V, 4; Mart. I 106, II 38), Nomentanae vites (Plin. XIV, IV, 3; Colum. III, II, 14), Nomentanum vinum (Mart. XIII, 119), via Nomentana (ὁδὸς Νωμεντανή, apud Strab. V, III, 1), et porta Nomentana. Liv. III, 52: « Via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti, castra in monte Sacro locavere ». Liv. VI, 20: « in Poetelinum lucum extra portam Nomentanam ». Inscr. apud Orell. n. 208 (ab Henzenio emendata): GN · MVNATIVS · M · F · PAL | AVRELIVS BASSVS | PROC · AVG | PRAEF · FABR · PRAEF · COH · III | SAGITTARIORVM · PRAEF · COH · ITERVM II | ASTVRVM · CENSITOR CIVIVM | ROMANORVM COLONIAE VICTRI|CENSIS · QVAE EST IN BRITTANNIA | CAMALODVNI · CVRATOR | VIAE NOMENTANAE · PATRONVS EIVSDEM | MVNICIPI · FLAMEN PERPETVS | DVVMVIRALI POTESTATE | AEDILIS DICTATOR · IIII. — Nomentanus est cognomen rom. in inscr. apud Grut. (168, 1). Cf. Caved. in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 15.

NOMINITO, frequent. a nomino, apud Lucret. III 352, IV 48 (51).

NOMINVS, *nominis*, genit. sg. (= umbr. NOMNER), apud veteres. S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 7: NEVE · NOMINVS · ꓶATINI.

NOMNE, *nomini*, subst. n. dat. sg. 3 decl., = sanscr. nâmnê, e NOME = nomen, apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 32, Grotefend *Rud. l. u.* IV 17, VI 18, Aufr. et Kirch. I 67, 127, II 104, 141, 270, Huschke *Die iguv. taf.* s. 625). Tab. eugub. VIa 23 sq., VIb 7 sq., 26 sq.: PACER · SEI (VIb 7 SIR, VIb 26 SI) · OCRE · FIS[E]I · TOTE · [I]IOVINE · ERER · NOMNE · ERAR · NOMNE = *propitius sis colli Fisio, civitati Iguvinae, eius* (collis) *nomini, eius* (civitatis) *nomini.* Tab. VIa 30 sq., 33, 40, 42 sq., 50, 52 sq., VIb 11 sq., 13 sq., 32 sq., 34 sq.: PACER · PASE · TVA (VIa 42 TVVA) · OCRE · FISI (VIa 40 FISIE) · TOTE · [I]IOVINE · ERER · NOMNE · ERAR · NOMNE = *propitius pace tua colli Fisio, civitati Iguvinae, eius* (collis) *nomini, eius* (civitatis) *nomini.* Tab. VIIa 17 sq., 31: PACER · PASE · TVA · POPLE · TOTAR · IIOVINAR · TOTE · IIOVINE · ERER · NOMNE · ERAR · NOMNE = *propitia pace tua populo civitatis Iguvinae, civitati Iguvinae, eius* (populi) *nomini, eius* (civitatis) *nomini.* Tab. VIb 61 sq.: FVTVTO · FONER · PACRER · PASE · VESTRA · POPLE TOTAR · IIOVINAR | TOTE · IIOVINE ERO · NERVS · SIHITIR · ANSIHITIR · IOVIES · HOSTATIR · ANOSTATIR · ERO · NOMNE · ERAR · NOMNE = *estote volentes, propitii pace vestra populo civitatis Iguvinae, civitati Iguvinae, eorum principibus* (?), *—itis —in—itis, — —atis, in—atis, eorum nomini, eius* (civitatis) *nomini.* Tab. VIIa 13 sq.: FVTV · FONS | PACER · PASE · TVA · POPLE · TOTAR · IIOVINAR · TOTE · IIOVINE · EROM · NOMNE · ERAR · NOMNE = *esto volens, propitia pace tua populo civitatis Iguvinae, civitati Iguvinae, eorum* (populi) *nomini, eius* (civitatis) *nomini.* Tab. VIIa 12: TVRSCE · NAHARCE · IABVSCE · NOMNE = *Tusco Narico Iapudisco nomini.* Adde tab. eugub. VIIa 13, 28, 51.

§ 2. *Nomine*, abl. sg. (cf. NOMENE), quod saepe coniungitur cum praepos. PER (Lanzi II 749 = 657; Müller *Die Etr.* I 15 anm. 124; Lassen op. cit. s. 26, 29, 31; Grotefend *Rud. l. u.* IV 8, 18, 21; Aufr. et Kirch. I 127, II 104, 140, 157; Huschke *Die iguv. taf.* s. 625). Tab. eugub. VIa 17: ARSFERTVRO · NOMNE · CARSITV = *adfertorem nomine calato.* Tab. VIa 23, 25 sq., 34, 35, 43 sq., 45, 53 sq., 55, VIb 6 sq., 9 sq., 14 sq., 26, 28, 35 sq.: OCRIPER (VIa 25, 34, 35 OCREPER) · FISIV (VIb 43 FISSIV) · TOTAPER · [I]IOVINA · ERER (VIa 25 IRER) · NOMNEPER · ERAR · NOMNEPER = *pro colle Fisio, pro civitate Iguvina, pro eius* (collis) *nomine, pro eius* (civitatis) *nomine.* Tab. VIIa 10 sq., 18 sq., 21 sq., 26, 32 sq., 35: POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR · TOTAPER · [I]IOVINA · ERER · NOMNEPER · ERAR · NOMNEPER = *pro populo civitatis Iguvinae, pro civitate Iguvina, pro eius* (populi) *nomine, pro eius* (civitatis) *nomine.*

NOMNEPER, *pro nomine*, apud Umbros. Vide NOMNE § 2.

NOMNER, *nominis*, subst. n. genit. sg. 3 decl., lat. ant. NOMINVS, sanscr. nâmnas, e NOME = *nomen*, apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 30 sq., 41 sq., 51; Grotefend *Rud. l. u.* IV 21 sq.; Aufr. et Kirch. I 67, 104, 128, II 104, 254 sq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 624). Tab. eugub. VIb 54, 59, VIIa 12, 48: TVSCER · NAHARCER · IABVSCER (VIIa 48 IAPVSCER) · NOMNER = *Tusci Narici Iapudisci nominis.*

NO[N], *non*, apud Umbros. Vide NOSVE = *nisi*.

NONA, Νῶνα, una ex Parcis, apud Aul. Gell. III, 16 (vide MORTA).

NONALIA sacra, quae Nonis fiebant in arce, « quod tunc ferias primas menstruas quae futurae sint eo mense, rex edicit populo (Varro *De l. l.* VI, 28 pg. 84) ».

NONDINVM, *noundinum* (nundinae), in Lege Acil. *De repet.* cap. 6 (Append. n. LVI).

NONEOLAE, *papillae*, quae ex faucibus caprarum dependent (Paul. pg. 175). Fest. *Qu.* IX, 23 pg. 174: « [Noneolas vocant papillas, quae e faucibus ca]prarum sup[pendent] ». Gloss. Isid.: « Nomiculae (*sic*),

tubercula, quae sub mento caprae sunt ». Cf. Varr. *De r. r.* II, III, 2 cum adnot.

NONIAR, *Noniae*, n. pr. fem., genit. sg. 1 decl., apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 54, 61, 64, 66, 111, II 79 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 75). Tab. eugub. VIa 14: TETTOME · NONIAR = *ad —um Noniae*. Grotefendio *Rud. l. u.* III 9, et VI 13 genitivo noniar *Nonna* Hieronymi (in epist. ad Eustoch. XXII 6) h. e. Νύμφη s. *virgo vestalis* designari videtur.

NONNA. Vide NONNVS, quod sequitur.

NONNVS et nonna, ital. *nonno* et *nonna* (avus et avia), nomen est reverentiae et gravitatis, quo maiores vocati sunt (Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

§ 2. *Nutritor* et *nutrix*. Inscr. Pisaur. apud Orell. n. 4670: D · M · S | AVRELIAE IVS|TINAE ALVMNAE | FERVNT (al. fecerunt) NONNI SVI. Alia apud Marini *Arval.* pg. 252 (Orell. n. 2815): Q · PESCINNIVS CHRESTIO | ALVMNVS | CLODIAE ASTHIOCHAE | NONNAE SVAE FECIT.

§ 3. Nonna est etiam cognomen rom., ut Iulia Nonna (Grut. 527, 2; 533, 2).

NONTIATVS, *nuntiatus*, apud veteres, e NONTIO pro *nuntio*. S. C. *de Tiburt.* (Append. n. XXXVIII) lin. 5: VT · VOS · DEIXSISTIS · VOBEIS · NONTIATA · ESSE.

NONTIO, *nuntio*, unde NONTIATVS = *nuntiatus*. Lex Acil. *de Repet.* (Append. n. LVI) cap. 1: NEIVE QVIS MAG · TESTVMONIVM POPLICE EIDE[M DEFERRI NEIVE DEN]ONTIARI [SINITO]. Cf. pronontio in lege Serv. *Repet.* cap. 13 (Append. n. LX), et pronontiatum in aer. tab. fragm. apud Maffei *Mus. ver.* 375, 4.

NOX, *noctu*, apud veteres. Macrob. *Saturn.* I, 4: « Non esse ab re puto hoc in loco id quoque admonere. quod decemviri in duodecim tabulis inusitate *nox* pro *noctu* dixerunt. Verba haec sunt: SEI · NOX · FVRTVM · FACTVM · ESIT · SEI · IM · OCCISIT · IOVRE · CAISVS · ESTO ».

NOXIA. Vide NOXSIA.

NOXITVDO, *noxia*. Accius v. 162 sq. (apud Non. II, 576 = pg. 143): « noxitudo obliteretur Pelopidarum ».

NOXSIA, *noxia* (damnum), apud veteres. Fest. *Qu.* IX, 23 pg. 174: « [Noxia], ut Ser. Sulpicius Ru[fus ait, *damnum* significat], apud poetas autem, et oratores ponitur pro *culpa*. ad (*at*) noxa peccatum, aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo: *Tete esse huic noxae obnoxium.* Item, cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaeo chaerestrato: *Nam ista quidem noxa muliebrem et* (leg. *muliebri 'st*), *magis quam viri* ». Cf. Serv. ad Virg. *Aen.* I, 41. Lex *de Gallia Cisalp.* (col. 2.ª lin. 33) cap. 22: OBLIGATVMVE · SE · EIVS · REI · NOXSIAEVE · ESSE.

NORA, Νώρα (Ptol. III, 1, cod. Νῶρα), nunc *Nuoro*, oppidum Sardiniae (Antonini *itinerarium* pg. 84 sq.; *Tab. Peuting.* segm. III*d* « Nura »), a duce Norace appellatum. A Norace fortasse nomen habent monumenta Sardiniae, quae *Nuràghe* et *Nuràghi* dicuntur. Pausan. *Phoc.* XVII, 5: Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσιν ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νώρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν· ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ. Solin. IV, 1: « Nihil ergo attinet dicere, ut Sardus ab Hercule, et Norax a Mercurio procreati, cum alter ab Lybia, alter ab usque Tartesso Hispaniae in hosce fines permeassent, a Sardo terrae, a Norace Noro oppido nomen datum ». Inscr. apud Della Marmora *Voyage en Sardaigne* II, 475 n. 24 (Henzen n. 5195): IMP · CAESAR | IVLIVS · PHILIP|PVS · PIVS · FELIX | AVGVSTVS · PONTI|FEX · MAXIMVS · TRI|BVNICIAE · POTES|TATIS · PATER · PATRI|AE PROCVNSVL · VI|AM · QVAE · A · NORA | DVCIT · BITIAE · VE|TVSTATE · CORRVP|TAM · RESTITVIT · CV|RANTE · M · VLPIO | VICTORE · PROC | SVO · EV. Adde inscr. apud eund. op. cit. II 476 n. 25 (Henzen n. 5533). — Incolae dicti sunt Norenses (Plin. III, XIII, 2; fragm. Cic. *Orat. pro Scauro* apud Mai *Class. auct.* II, 284, 292), gr. Νωριτανοί (Ptol. III, 3). — Norensis, adiect. ad Noram pertinens. Inscr. apud Della Marmora op. cit. II 491 n. 60 (Henzen n. 7112): FAVONIAE · M · F | VERAE | QVAE · DOMVM · KARALIBVS | POPVLO · NORENSE · DONAVIT | M · FAVONIVS · CALLISTVS | AVGVSTALIS · PRIMVS | AVG · PERPETVVS · D · D | OB · MVNIFICENTIAM · IN · HON|OREM · FILIAE · PIENTISSIMAE | IVNONI · SACRVM · | D.

NORBA vel Norbe, Νώρβα (Dionys. Halic. VII 13; Appian. *De bell. civ.* I, 94), h. e. *nova urbs*, Latii oppidum in Volscis (Plin. III, IX, 16 « Norbe »), Romanorum colonia (Liv. II 34, VII 42, XXXII 2). Vestigia exstant in loco qui hodie *Norma* appellatur (Gerhard in *Ann. dell'Inst. arch.* I = 1829 pgg. 37, 55 sg.). Cf. C · MARCIVS · C · F · SERG · SALVIANVS NORBA (in inscr. apud Henzen n. 6862). Eius incolae Norbani (Plin. III, IX, 11; Liv. VIII 1, XXVII 10), gr. Νωρβανοί (Dionys. Halic. V 61 codd. Μωρεανῶν). — Norbanus, adiect. ad Norbam pertinens, ut Norbanus ager (Liv. VIII, 19). Est etiam cognomen rom. in gente Vibia (cf. Borghesi *Dec. num.* X, 10), ut C · NORBANVS in numis apud Cohen *Méd. consul.* pg. 229 (cf. Cic. *in Verr.* II, III 49, V 4, *De orat.* II 21, 25, *De off.* II 14, et Vell. Paterc. II 25).

§ 2. Calabriae oppidum, cuius incolae Norbanenses, apud Plin. III, XVI, 7. Cf. Norba oppidum Lusitaniae (Ptol. II, 4 Νῶρβα Καισάρεια), colonia Norbensis, Caesariana cognomine (Plin. IV, XXXV, 5).

NORICVLA, *parva nurus*. Inscr. apud Mommsen n. 1732:

SATRIAE · VERT.... | BETITIVS · CAL|LISTVS · ISENA NORICVLAE | B · M · F.

NORTIA vel Nursia vel Nurscia, Tuscorum dea, apud Volsinienses (Tertull. *Apol.* cap. 24 codd. *Norsia*, *Norcia*, *Nursia*, *Nersia*, *Nurscia*), eadem quae Fortuna et Tyche (cf. Gori *Mus. etr.* I 16 sq., II 302, Maffei *Osserv. lett.* IV 62, VI 17, Müller *Die Etr.* II 54, 331, Orioli *Viterbo e il suo territ.* pg. 90 et pg. 132). Liv. VII, 3 (ubi cf. Drakenborch): « Volsiniis quoque clavos, indices numeri annorum, fixos in templo Nortiae (codd. *Norciae*, *Nursciae* cet.), Etruscae deae, comparere, diligens talium monimentorum auctor Cincius adfirmat ». Mart. Capella § 88 pg. 126 sq.: « Quam alii Sortem asserunt, Nemesimque nonnulli, Tychenque quam plures, aut Nortiam ». Iuvenal. *Sat.* X, 74 sqq.:

« idem populus, si Nursia (codd. *Nurscia*) Tusco
Favisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum ».

NOSVE, *non si* (nisi), e NO[N] et SVE = *si*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 54, 61, II 257; Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* VIII, 34) = osc. NEI SVAE, comparari potest cum gr. adverb. νόσφι, *separatim* (Grotefend *Rud. l. u.* VI 25, VIII 37; Huschke *Die iguv. taf.* s. 243). Occurrit in tab. eugub. VI b 54.

NOTOS, *notor* (cognitor), in titulo apud Visconti *Monum. Gabini* pg. 151.

NOTRIX, *nutrix*, subst. f., apud veteres, teste Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 16.

NOV-. Vide -ƎVИ (núv-).

NOVANA, Italiae oppidum in Piceno (cf. NOVANVS), apud Plin. III, XVIII, 2. Fortasse hodie est *Montenovano*.

NOVANENSIS vicus, in Campania, prope stationem quae dicitur ad Novas (Tab. Peuting. segm. VI*d*). Inscr. apud Orell. n. 129 et n. 2333 = 2396: IN VICO NOVANENSI.

NOVANVS, fluvius Piceni. Plin. II, CVI, 9: « In agro Pitinate trans Apenninum fluvius Novanus (*forte legendum* Vomanus) omnibus solstitiis torrens, bruma siccatur ». — Novanus est n. pr. rom. (Murat. 190, 1; 1485, 7), unde Novanius (Murat. 23, 7).

NOVAPOLIS, *Neapolis*, urbs Campaniae (vide NEAPOLIS § 1). Varro *De l. l.* VI, 58 pg. 95: « Nuntius enim est ab novis * rebus nominatus, quod a verbo graeco νέος potest declinatum; ab eo itaque Neapolis illorum Novapolis ab antiquis nostris vocitata ».

NOVARIA, Νουαρία (Ptol. III, 1), oppidum Insubriae, nunc *Novara*, ex Vertacomacoris orta (Plin. III, XXI, 2). Cf. municipium Novariam, apud Tacit. *Hist.* I, 70. — Novariensis, adiect. ad Novariam pertinens, ut Novariensis agricola (Plin. XVII, XXXV, 48). Cf. flumen Novaria, apud *Tab. Peuting.* segm. III *a*.

NOVATILLA, cognomen Annaeae filiae M. Annaei Novati, apud Senec. *De consol. ad Helv.* cap. XVI, 15.

NOVE, *novem* (ital. *nove*), nom. numer. (cf. NOBE). Inscr. apud Lupi pg. 56: Q · FABIVS GAVDENTIVS · THLIAE | CONIVGI KARISSIME IN PACE | QVE FECIT MECVM ANNOS NOVE | ET DIES IIII. Cf. Maffei *Ver. ill.* lib. 11 (II, 543).

NOVELLETVM, locus novellis arboribus consitus. Gloss. apud Labb.: « Novelletum, νεόφυτον, νεοφυτεῖον ». Adde Paul. *Dig.* XXV, I, 6.

NOVENNIANVS, adiect. ad novennium pertinens. Est cognomen rom. in inscr. apud Murat. 1021, 8.

NOVENSIDES vel Novensiles et antiquiori orthographia Novesedes, dii apud veteres, ita dicti, quod novissime in Deorum sedes recepti sint. Varro *De l. l.* V, 73 pg. 29: « Feronia, Minerva, Novensides a Sabinis ». Arnob. III, 39 pg. 132: « Si novenarius numerus cognomen Novensilium ducit, Cornificius labare convincitur, qui novitati praesidentibus divis alienae potentiae vim donat. Quod si opinio Cornificii vera est, imprudens Cincius invenitur, qui urbium victarum Deos potestate afficit Novensilium numinum. Quod si hi sunt, quos Cincius praedicat, Manilius dicere reperietur falsum, qui alieni fulminis iaculatores sub istius vocaminis appellatione concludit. Quod si exploratum et verum est id quod Manilius autumat, in errore sunt hi maximo, qui honoribus divinis auctos, consecratosque mortales ob novitatem honoris existimant nuncupari. Quod si Novensiles hi sunt, qui meruerunt ad sydera sublevari, postquam sunt vitae mortalitate defuncti, nulli prorsus Novensiles Dii sunt. Ut enim servi, milites, magistri, non sunt personarum subiacentium nomina, sed officiorum, conditionum, et munerum: ita cum Novensiles dicimus nomen esse Deorum, qui ex hominibus meruerunt Dii esse, manifestum et promptum est non personas specialiter definitas, sed novitatem ipsam cognomine Novensilium nuncupari ». Mar. Victor. pg. 2470 P.: « Novensiles sive per *l* sive per *d* scribendum: communionem enim habuerunt literae hae apud antiquos, ut dinguam et linguam, et dacrimis et lacrimis, et Capitodium et Capitolium, et sella a sede, olere ab odore. Est et communio cum Graecis: nos lacrimae, illi δάκρυα, olere ὀδωδέναι, meditari μελετᾶν. Novensiles autem, quos Graeci συνεννέα, post novendii a considendo, id est eadem sede praediti ». Cf. Mommsen in *Ann. dell'Inst. arch.* XVII = 1846 pg. 104 sgg. et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX 160 sq. Inscr. Marsica n. 2742 bis: NOVIISIIDII | PIISCO · PACRII = *Novensili sacrum paciferum* (Corssen loc. cit. s. 163: cf. Bergk in *Zeitschr. f. die alterth.* IX = 1851 s. 24)

sive *Novensilibus* etc. (cf. Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 254). Et inscr. Pisaur. n. 77 *h*: DEIV[O N]O[V]E SEDE | T · POPAIO POP · F.

NOVERBER, cognomen virile. Inscr. edita in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VI, 238: D · M | C · PETTIO MOD|ERATO QVI VIX | ANNIS · XVIIII · | MESES · V · C · PET|IVS · NOVERBER | FILIO · DVLCISS|IMO · FECIT.

NOVIISIDII (NOVESEDE). Vide NOVENSIDES.

NOVILIOR, *nobilior*, adiect. apud Cic. *De Rep.* I, 12 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 63).

NOVIOS, *Novius*, praenomen sive nomen virile (samnit. orthogr. ꟼИ nv), ut NOVIOS PLAVTIOS (Novius Plautius) in inscr. rom. n. 2690 (vide FECID = *fecit*), et Novius Calavius Campanus (Liv. IX, 26; vide CALAVIVS). In marmore Lucano (Mommsen n. 418): N · VIBIO · NOV · F · POM | FLACCO | COSSVTIAE · P · F. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 282 sq.

NOVCERIA. Vide NVCERIA § 2.

NOVCHERIA. Vide NVCERIA § 2.

NOVMBER. Vide NOENBER.

NOVNAE, *nonae*, in lapide campano apud Mommsen n. 3095 (PR · NOVNAS IANVARIAS). Vide voc. sq.

NOVNDINVM, *nondinum* (nundinae), pro novendinum, mercatus seu feriae rusticorum (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 22 sq.: HAICE · VTEI · IN · COVENTIONID · EXDEICATIS · NE · MINVS · TRINVM | NOVNDINVM. Vide NOVNAE = *nonae*.

NOVNTIOS, *nontius* (nuntius), apud veteres, teste Mar. Victor. pg. 2459 P. cit. ad voc. LOVCETIOS.

NOVOCOMENSIS. Vide COMVM.

NOVOS, *novus*, adiect. (cf. NOVS). Inscr. in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* II, 462 lin. 18 (Zell n. 382): TV · QVI · NOVOS IN HOC COLLEGIO INTRARE VOLES.

NOVS, *novos* (novus), gr. *νέος*, adiect. In lucernis fictil.: ANNVM NOVM FAVSTVM FELICEM (*Bull. arch. nap.* nv. sr. II, 139 sg.), ANN NOVM FAVS FIIL (Mommsen n. 6308, 4), et ANNV NOVM FAVTVM FIILICII (Marini *Arvali* pg. 38, Orell. n. 4307). Cf. NOVM · TITLVM (novum titulum) in inscr. apud Doni cl. XVII, n. 13 (vide TITLVS).

NOVVM COMVM, *Νεόκωμον* (Appian. *De bell. civ.* II, 26), colonia Romanorum; cuius incolae *Νεοκώμιται* (Plutarch. in *Caes.* XXIX, 1). Vide COMVM.

VИ (nu), pro ЯƧƎ+MVИ (nuśtesa), invenitur in lapide clusino n. 532.

§ 2. Fortasse pro MЯИ✱ꟼ8VИ (nufrznaś) in titulo sepulcr. n. 1515 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 215 ad n. 102).

§ 3. VИ perperam, pro VЯ (au) = *Aula*, in ossuario etr. n. 381 (Passeri *Lett. Roncagl.* IV pg. 411 et V pg. 422).

ꟼИ (nv), *Novius*, praenomen samniticum, pro NOVIOS (Avellino in *Bullett. arch. nap.* VI 51; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 282; Minervini et Garrucci in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 4 sg. et 25; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 146). Inscr. n. 2874: ƧꟻИIꟼꟼVƧƎꟼ · ꟼИ (nv vesulliais) = *Novius Vesulliaeus* (Mommsen op. cit. s. 171).

IΦAVM (nuathi), in inscr. n. 59.

ƎЯIƧIЯVИ (nuaisiae), *Novicia*, n. pr. f. (cf. NOVS = *novus*, et IƆIVИ nuici), in urna etr. n. 187 (Lanzi II 418 = 347 ad n. 296). Novicia est nomen pr. f. in lapide Faesul. apud Gorium (*inscr. ant.* II, 117).

NVBIS et nubs, *nubes*, apud veteres. Plaut. *Merc.* V, II, 38: « Nubis (al. *nimbus*) ater imberque instat ». Et *Poen.* I, III, 24: « Neque nubis quantum ». Auson. *Edyll.* n. 345 vs. 4: « Periurum Lapitham Iunonia ludificat nubs ». Serv. ad Virg. *Aen.* X, 636: « Erit nominativus *haec nubes:* nam nubs non dicimus, quod ait Livius Andronicus, qui primus edidit fabulam Latinam apud nos ». Cf. *Anal. gramm.* pg. 135 ed. Eich. et Endl.

?IOIƎVИ (nuci̇thi), *Novicia?*, n. pr. f. in aere etr. n. 255 (Lanzi II 526 = 449). Cf. IƆIVИ nuici et ƎЯIƧIЯVИ (nuaisiae).

..ƆꟼƎVИ (nuelc..), in operculo ossuarii etr. n. 1006 (cf. Ianssen *Inscr. etr.* pg. 14).

NVEMBER. Vide NOEMBER.

ƧИƎƧꟻƎVИ (nuersens), *Nuersenus* (Nersenus) vel *Nuersensis* (Nersensis), adiect. ad Nersas pertinens (vide NERSAE), in marmore n. 2732 bis.

И✱ꟼ8VИ (nufrzn), *Noforsinii* (Nufronii), gentilitium etr., genit. sg., ut mihi videtur, pro MЯИ✱ꟼ8VИ (nufrznaś). Ossuar. perus. n. 1750: И✱ꟼ8VИ IИIꟼV+VЯƧ IOꟼЯꟼ (larthi sauturini nufrzn) = *Lartia Sauturinia Nufronii* uxor.

ꟼЯИ✱ꟼ8VИ (nufrznal), *Noforsiniâ* (Nufroniâ), n. pr. f. abl. sg. (vide MЯИ✱ꟼ8VИ nufrznaś). Ossuarium perus. n. 1491: ИЯꟼ> ꟼЯИ✱ꟼ8VИ | ЯƧIꟼ8ƎΘ MЯИMIꟼƎꟻ ƎꟼVЯ (aule velimnaś thefrisa nufrznal clan) = *Aulus Volumnius Tiberii* filius *Nufroniâ* natus. Vide NOFORSINIA, et cf. Vermigl. *Sep. dei Volunni* ed. 2 pg. 82.

MЯИ✱ꟼ8VИ (nufrznaś), *Noforsinii* (Nufronii), nom. pr. m. genit. sg., = MЯИVꟼ8VИ nufrunaś, et pleniori orthographiâ MЯИ✱ꟼV8VИ nufurznaś, in lapidibus perusinis n. 1520, 1541 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 207 ad n. 84, et pg. 311 ad n. 368). Cf. operculum ossuarii n. 1512, ex quo Vermigliolius (op. cit. pg. 213 ad n. 99) fortasse MЯИVꟼ8VИ (nufrunaś) descripsit pro nufrznaś, sicuti in urna n. 1750 (vide И✱ꟼ8VИ nufrzn).

-?MЯИVꟼ8VИ (nufrunaś), *Noforsinii* (Nufronii), nom. pr. m. genit. sg., ut mihi videtur, pro MЯИ✱ꟼ8VИ nufrznaś, quod vide. In operculo ossuarii perus. n. 1512: MЯИVꟼ8VИ : IꟼƎ+ƎM : IOꟼЯꟼ (larthi meteli nufrunaś) = *Lartia Metelia Nufronii* uxor.

MAИ✻ꟼV8VИ (nufurznaś), *Noforsinii* (Nufronii), n. pr. m. genit. sg., contractiori forma MAИ✻ꟼ8VИ nufrznaś, quod ad ital. nefrun h. e. *ren* trahit Oriolius (*Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 170 nt. 3). In urna Perus. n. 1513 (vide ⅃AIꟼƎƆAИ nacerial): MAИ✻ꟼV8VИ : IƎИMI⅃Ǝꟻ (velimnei nufurznaś) = *Volumnia Nufronii* uxor. Adde inscr. n. 1515.


IƆIVИ (nuici), *Novicia*, n. pr. f. (cf. NOVS = *novus*, ƎAIƧIAVИ nuaisiae et IOIƎVИ nueithi), e IƎVИ nuvi, in operculo ossuarii etr. n. 1691 (Orioli in *Album* XX 323, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 27 nt. 2). Cf. voc. sq.

IƎИ⅃ΨIVИ (nuichlnei), *Novicia?*, vel *Novicula?*, fortasse e IƆIVИ nuici, in marm. Tuscan. n. 2114 (Sec. Campan. et Orioli in *Giorn. arcad.* CXIX 331, CXX 237, Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 187).

NVCERIA, Νουκερία (Ptol. III 1 Νουκερία κολωνία ex καμελάρια fortasse depravatum; Strab. V, ii, 10; Appian. *De bell. civ.* IV, 3?), nunc *Nocera* (ad Tiniam amnem), Umbriae oppidum (Antonini *itiner.* pg. 311; *Itiner.* apud Henzen n. 5210 pg. 27; *Itiner. Hierosol.* pg. 614 « civitas Noceria »; *Tab. Peuting.* segm. IV*f* « Nucerio Camellaria »), Camelaria cognominatum. Strab. V, ii, 10: Φόρον Φλαμίνιον καὶ Νουκερία, ἡ τὰ ξύλινα ἀγγεῖα ἐργαζομένη, καὶ Φόρον Σεμπρώνιον. — Eius incolae Nucerini (inscr. apud Orell. n. 98), cognomine Favonienses. Plin. III, xix, 2: « Nucerini, cognomine Favonienses, et Camelarii ». Cf. inscr. apud Marini *Arvali* pg. 481.

§ 2. Nuceria, Νουκερία κολωνία (Ptol. III, 1; Strab. V, iv 8 et 11; Diod. Sic. XXXVI, 2; Appian. *De bello Annib.* cap. 49, *De reb. Pun.* cap. 63, *De bell. civ.* II 38, IV 3?), antiquiori orthogr. NOVCERIA pro Noviceria (cf. Guidobaldi *Origini Nucerine* pg. 7 sgg.), nunc *Nocera*, oppidum Campaniae (Sil. Ital. VIII 532, Cic. *De leg. agr.* II 31, *Tab. Peuting.* segm. VI*d*), Alfaterna cognominatum, gr. Νουκερία Ἀλφατέρνα (Diod. Sic. XIX, 65), quod Νουκρίαν πόλιν Τυῤῥηνίας appellat Philistus apud Steph. Byz. (cf. Müller *Die Etr.* I, 168). Liv. IX, 41: « Is (*Fabius*) profectus ad Nuceriam Alfaternam, tum pacem petens, quod uti ea, quum daretur, noluissent, adspernatus, obpugnando ad deditionem subegit [u. c. an. cdxlv] ». Idem XXIII, 15: « Quum ferme triginta senatores, ac forte primus quisque, Capuam petissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceriae praeda militi data est, urbs direpta atque incensa [u. c. an. dxxxvi] ». Diod. Sic. XIX, 65: Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ῥωμαῖοι μὲν διαπολεμοῦντες Σαμνίταις Φερέντην, πόλιν τῆς Ἀπουλίας, κατὰ κράτος εἷλον. Οἱ δὲ τὴν Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρναν καλουμένην οἰκοῦντες πεισθέντες ὑπό τινων τῆς μὲν Ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν, πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συμμαχίαν ἐποιήσαντο. Cf. Sil. Ital.


XII, 41, inscr. apud Mommsen n. 2173 et Henzen n. 5186, 7091, 7121, et inscr. antiq. in Append. n. lvii lin. 4, ubi NOVCERIA, e rad. NOV-, osc. -ƎVИ nuv-, pro -ƎVИ núv- et suff. -cr (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 283 et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 263 sq.; cf. Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 197). Nuceria, postquam colonia deducta est, Constantia est cognominata. Frontin. *De col.* pg. 235 ed. Lachm.: « Nuceria Constantia, muro ducta colonia, deducta iussu imp. Augusti. iter populo debetur ped. lx. ager eius limitibus Iulianis lege Augustiana militibus est adsignatus, et alibi in absoluto resedit ». Cf. Tacit. *Ann.* XIII, 31. Inscr. apud Henzen n. 5160: IIII · NON · IVN · IVSTVS | VI · IDVS · IVL · QVINTASVS | PRI · NON · IVN · NICEFORVS | PRI · IDVS · IVL · MARCIANVS | KAL · IVL · NVCERIVS | VIII · IDVS · IVL · MARCELLVS | III · IDVS · AVG · FELICITAS | AEDIL · EOSS · COL · NVCER · CAMP · DIS · L · D · D · F. — Eius incolae Nucerini (Liv. XXVII, 3; Tacit. *Ann.* XIV, 17; inscr. apud Orell. n. 130) vel Nucherini, gr. Νουκερινοί (Polyb. III, 91), samniticâ orthogr. núvkrinús, genit. pl. in numis n. 2828 MVИЯƎTAꟻA⅃AMVИIЯꓘVИ (nuvkrinum alafater-



num) = *Nucerinùm Alfaternùm* h. e. *Nucerinorum Alfaternorum* (Lanzi II 599 = 512 ad n. 8, Mommsen apud Fiorelli *Ann. di numism.* I 38 sgg. et *Die unterit. dial.* s. 283, Friedlander *Osk. münzen* s. vii et s. 21, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, II 48, Kirchhoff in *Zeitschr.* cit. I 41, Huschke op. cit. s. 197). Inscr. apud Henzen n. 5161: CAMPANI · VICTORIA · VNA | CVM · NVCERINIS · PERISTIS. Alia apud eundem n. 5142 (Momms. n. 2412): M · NONIO · M · F · BALBO | PROCOS | NVCHERINI · MVNICIPES · SVI. — Nucerinus vel Nucherinus, adiect. ad Nuceriam pertinens, ut ager Nucerinus (Liv. IX, 38). Plin. III, ix, 3: Ager Nucerinus: et novem millia passum a mari, ipsa Nuceria ». Inscr. apud Henzen n. 6901 (Momms. n. 2737): D · M | VALENTINAE | NVCHERINAE | VIX · AN · XXII D XV | IVL MAXIMVS | VEL · DV[PLICARIVS] B · M · F. — Nucerinus est cognomen rom. in marmore Campano apud Mommsen

n. 2178. Cf. etr. IƎꟼƎƆAИ (nacerei) et AIꟼƎƆAИ (naceria).

§ 3. Oppidum Apuliae, Νουκερία Ἀπουλῶν (Ptol. III, 1). *Tab. Peuting.* segm. V*c:* « Nucerie Apule ». Eius incolae Nucerini (inscr. apud Orell. n. 130: NVCERINIS APVLIS), genit. pl. ΝΟΥΚΡΙΝΩΝ = *Nu-*



cerinorum, in numis n. 3028 (Avellin. *Opusc.* II 153 sgg., Friedlander *Osk. münzen* s. 21 et Cavedoni apud Carelli pg. 100).

§ 4. Νουκερία, oppidum Italiae superioris, cuius meminit Ptolem. III, 1 (codd. Νουβερία).

§ 5. Νουκερία, n. pr. f., ex Dosith. fragm. n. 2 apud Plutarch. *Paral.* cap. 34.

NVCQVAM, *nunquam*, adverb. (vide NVNQVA et NVMQVA), in titulo sepulcr. apud Grut. 654, 5.

NVCRAE, Italiae oppidum in Samnio. Sil. Ital. VIII, 564: « Qui Batulum Nucrasque metunt *etc.* ». Codd. *Mucras;* alii legunt Macras. Νουκρία vel Νακρία (unde adiect. Νουκρῖνος) est urbs Tyrrheniae, apud Steph. Byz. ex Philisto.

NVCRIOLA ?, oppidum Italiae inferioris, ad Calorem amnem, in *Tab. Peuting.* segm. VI*d* (« Nucriola »).

NVCVLA, *minuta nux* (Plin. XV, xxiv, 2). Fest. *Qu.* IX, 22 pg. 173 et Paul. pg. 172: « Nuculas Praenestinos antiqui appellabant, quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentaverunt: vel quod in eorum regione plurima *nux minuta* pascitur ». Cf. Liv. XXIII, 19.

NVCVLEVS, *nucleus*, apud veteres. Varro *De r. r.* I, xli, 6: « Simili de causa oleae semen quum sit nuculeus, (al. *nucleus*), quod ex eo tardius enascebatur colis *etc.* ».

NVCVNCVLVS, genus dulciorum (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Vide NEPHELA.

NVCVPATVS, *nuncupatus*, ut nucupata pecunia apud Fest. *Qu.* IX, 21 pg. 173.

ƧƎΘAᒧVИ (nulathes), *—ius*, n. pr. m. (in inscr. etr. n. 2568 ter *a;* cf. n. 2568 ter *b*), comparandum cum osco ƧVИЯᒧƎVИ (núvlanús) = *Nolani.*

?AVIIᒧVИ (nuliiua), in titulo sepulcr. n. 2025.

NVLLI, *nullius*, apud veteres (Terent. *Andr.* III, v, 2). Sic nullae pro *nulli* (Plaut. *Mil.* III, i, 207). Cf. Priscian. pg. 227 = 694 P., et Forcell. *Lexic.* s. v. *nullus.*

MVИ (num). Vide ᒧAИIƧMVИ (numsinal).

NVMA, Νουμᾶς vel Νομᾶς, nomen vel praenomen sabinum (= etr. MAMVИ numaś), ut Numa Pompilius, gr. Νουμᾶς Πομπίλιος (Strab. V, iii, 1 sq.; Dionys. Halic. I, 75; Appian. *De reg. Rom.* cap. 2) vel Νομᾶς Πομπίλιος (Plutarch. in *Numa;* Dionys. Halic. II 27, 58 sq., 62, 72 sq., 75 sq.), Pompi vel Pompilii Pomponis filius, ex Curibus ortus (Liv. I 18 sq., Ovid. *Fast.* V 264, Valer. Max. I, i 12, *Auct. epit. de nom. rat.*). Dionys. Halic. II 58: ταῦτα βουλευσάμενοι προὐχειρίσαντο γένους μὲν τοῦ Σαβίνων, υἱὸν δὲ Πομπιλίου Πόμπωνος, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, κατ' ὄνομα Νομᾶν· χρὴ δὲ τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκτείνοντας βαρυτονεῖν. Serv. ad Virg. *Aen.* VI, 809: « Sed cum in urbe nullus idoneus esset inventus, orta est bona Pompilii fama, quod esset apud Cures, civitatem Sabinorum. Rogatus itaque per legatos accepit imperium: qui ferociam populi a bellis ad sacra contulit: unde etiam Numa dictus est ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione et constitutione legum; nam proprium nomen Pompilius habuit. Hic etiam canus fuit a prima aetate; ad quod alludens ait: *Incanaque menta* ». Vide ANCVS cum schol. ad Lycophr. vs. 1446, et cf. Numam Marcium (Tacit. *Ann.* VI, 17).

§ 2. Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX 452, et X 562 (« Fortemque Numam »).

NVMANA, Νουμάνα (Ptol. III, 1), oppidum maritimum Piceni (Mela II, iv, 6; Antonini *itiner.* pg. 312; *Tab. Peuting.* segm. IV*c*), a Siculis conditum (Plin. III, xviii, 2), nunc *Umana* appellatum. Sil. Ital. VIII, 431: « scopulosae rura Numanae ». — Eius incolae Numanates. Inscr. edita in *Atti dell'Acad. di Torino* XXXVI, 156 (Henzen n. 5126): [LA]VR · LAVIN[AT|...]I · VRBIS · ROMAE | .... RNAE TICINI | [P]ATRONO · REIPVBL | [VRBI] SALVENSIVM | [REIP]VBL · NVMANATIVM | [REI]P · TOLLENTINATIVM | [REI]P · PLANINENSIVM | [PATRON] · CAVSAR · FIDELISS | [PAT]RON · REIP · AVG · T[AVR | OB EXIMIA] EIVS ERGA N[OS BENEFICIA] | .... QVE AC .... | ... TIN..... — Numanas, adiect. ad Numanam pertinens, ut MVNIC · NVMANAT · in lapidibus apud Grut. 446, 1 sq. (Orell. n. 3899 sq.; Doni cl. v n. 1 pg. 155). Cf. NVMANVS, quod sequitur.

NVMANVS, cognomen Remuli, qui natione Rutulus, fortasse a Numana urbe oriundus erat (Furlan. in Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Virg. *Aen.* IX, 592 sq. (cf. vs. 653):

« fortemque manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat ».

MAMVИ (numaś), *Numae*, nomen sive cognomen etruscum, genit. sg. (vide sabin. NVMA), in ossuario perusino n. 1142 bis *c*. Numnas = *Numonii*, genit. sg., legit Conestabile in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1858 pg. 68.

MƎMVИ (numem), *nomen*, subst. n. acc. sg. 3 decl., pro numen (vide NVMEN et NVMENCLATOR), recentiori orthographia NOME (dat. et abl. NOMNE, genit. NOMNER), apud Umbros, e rad. GNO-, *gnosco* (Aufr. et Kirch. I 49, 53, 93, 127, II 137; Huschke *Die iguv. taf.* s. 625). Tab. eugub. Ib 17:

: MVK✱V1ЯI : MƎMVИ : MVKDЯ⊗ЯИ : MVKƧDV+ MƎMVИ (turskum naharkum nume[n] iapuzkum nume[n]) = *Tuscum*, *Naricum nomen*, *Iapudiscum nomen*. Grotefendio est abl. sg. (*Rud. l. u.* II 30, V 34, VIII 13, 36).

NVMEN, *nomen* (= umbr. MƎMVИ numem), unde NVMENCLATOR. In titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXXVII n 2: CIVEM ARMENIACVM CAPPADOCEM NVMINE QVIRILLVS etc.

NVMENCLATOR et numunclator, *nomenclator*, e NVMEN = *nomen*. In titulo sepulcr. apud Grut. 630, 5: L · POMPEIO · AVG · LIB · FORTVNATO · NVMENCLATORI. Inscr. edita in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* XI, 344: TI · CLAVDIVS · CAESARIS | NVMVNCLATOR | AMARANTHVS | VIXIT · ANN · XXX.

NVMENTVM. Vide NOMENTVM.

ꓷƎΛVИ (numer), *numi*, subst. m. genit. sg. 2 decl., apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 104, 118, II 322 sqq.; Huschke *Die iguv. taf.* s. 463). Tab. eugub. V a 17 sq.: ꓷƎꓷƎꓷ1 | : ꓷƎΛVИ (numer prever) = *numi privi* (singuli); tab. V a 19: ꓷƎ˩1V⅄ : ꓷƎΛVИ (numer tupler) = *numi dupli;* tab. V a 21: ꓷƎ˩1Iꓷ⅄ : ꓷƎΛVИ (numer tripler) = *numi tripli.* Vide VƆVꓷ⅄ƧЯK (kastruvu) et 8VƆVꓷ⅄ƧЯK (kastruvuf). Alii aliter interpretantur. Grotefend *Rud. l. u.* VI, 11 (cf. VII, 8): « Accedit, quod nurpier a nurpener et numer non magis differat, quam νεοπτὴς apud Graecos a νεοπτηνὸς et νεοχμὸς pro νεοσσὸς (pullus) ».

NVMERIA, dea praeses numeris addiscendis. August. *De civ. Dei* IV, 11: « Strenia dea sit, *strenuum* fovendo; Numeria, quae *numerare* doceat ». — Docent quidam, fuisse deam, quae partus celeritati praeesset, afferuntque Varr. loc. apud Non. IV, 319 = pg. 352, cit. ad voc. ƧIIꓷƎMVIИ (niumeriis) = *Numerius.*

NVMERIVS. Vide ƧIIꓷƎMVIИ (niumeriis).

NVMFAE, *numphae* (nymphae). Inscr. apud Mommsen n. 6768: AVR · MO|NNVS C|VM SVIS | NVMFAB|VS · D · D · CV|M · SVIS · A|LVMNIS. In marmore ex *Monum. Matth.* III 95 n. 8: EX · VOTO · NYMFABVS · D · D.

˥ЯꓷΘMVИ (numthral), *Numitoriâ* (?), n. pr. f. (cf. NVMITOR), apud Etruscos, in inscr. n. 264 (Lanzi II 544 = 465; cf. Passeri *Lett. Roncagl.* XI pg. 339, *Paralip.* pg. 77, *Sopra alc. monum. etr.* pg. 14).

NVMICVS vel Numicius, fluvius parvus Latii (Liv. I, 2 « Numicum flumen »; Ovid. *Metam.* XIV 328, 599), in Laurenti agro, hodie *Rio Torto.* Virg. *Aen.* VII, 150 (cf. VII 242, 797): « hîc fontis stagna Numici ». Ubi Servius: « Ista iam ab incolis discuntur. Quod autem ait *fontis stagna*, verum est: nam Numicus, ingens ante fluvius fuit: in quo repertum est cadaver Aeneae, et consecratum. Post paulatim decrescens, in fontem redactus est, qui et ipse siccatus est, sacris interceptis. Vestae enim libari non nisi de hoc fluvio licebat ». Ovid. *Fast.* III, 647 sq.:

> « Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis
> Creditur, et stagnis occuluisse suis ».

Tibull. II, v, 43 sq.:

> « Illic sanctus eris, quum te veneranda Numici
> Unda Deum caelo miserit indigetem ».

Dionys. Halic. I, 64: καὶ αὐτῷ κατασκευάζουσιν οἱ Λατῖνοι ἡρῷον, ἐπιγραφῇ τοιᾷδε κοσμούμενον, ΠΑΤΡΟΣ ΘΕΟΥ ΧΘΟΝΙΟΥ, ΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ ΝΟΜΙΚΙΟΥ ΡΕΥΜΑ ΔΙΕΠΕΙ. Sil. Ital. I, 666: « fontes et stagna arcana Numici ». Id. VIII, 179 sq.: « Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus labitur ». Anna Perenna facta est Nympha Numici (Ovid. *Fast.* III, 653, Sil. Ital. VIII 28, 190).

NVMINIENSES, incolae oppidi Numiniae vel Numinii, in Latio. Plin. III, IX, 16: « Munienses, Numinienses, Olliculani ».

NVMINIVS, Ennensis senator, apud Cic. in *Verr.* II, IV, 51.

NVMISIVS, gentilitium italicum, ut T. Numisius Tarquiniensis (Liv. XLV, 17), L. Numisius Circeiensis (Liv. VIII, 3), Numisius Mustela Anagninus (Cic. *Phil.* II 4, V 6), Numisius Tiro (Cic. *Phil.* II, 4), Numisius imperat. Latinorum (Liv. VIII, 11), C. Numisius (Liv. XLI, 8), Numisius Lupus (Tacit. *Hist.* I 79, 10), Numisius Rufus (Tacit. *Hist.* III 22, 59, 70, 77). Cf. gentil. Numisius, Numicius et Numitius in thes. epigr.

NVMISTRO -onis, Νουμίστρων (Ptol. III, 1) vel Νομίστρων (Plutarch. in *Marcell.* XXIV, 3), hodie *Muro*, oppidum Lucaniae (Frontin. *Strateg.* II, II, 6), inter Compsam et Potentiam. Liv. XXVII, 2: « Consul (*Marcellus*), ex Samnio in Lucanos transgressus, ad Numistronem in conspectu Hannibalis loco plano, quum Poenus collem teneret, posuit castra ..... Nocte insequenti Hannibal silentio movit castra, et in Apuliam abiit; Marcellus, ubi lux fugam hostium aperuit, sauciis cum praesidio modico Numistrone relictis, praepositoque his L. Furio Purpureone tribuno militum, vestigiis institit sequi ». Eius incolae Numestrani, apud Plin. III, XV, 3. — Numistrius est gentilitium rom., ut M. Numistrius Fronto (Mommsen n. 2204 sq., 2267), et Numistronius (Mommsen n. 4148).

NVMITOR, Rutulus, de quo Virg. *Aen.* X, 342 sq.:

> « Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
> Aeneam petiit ».

§ 2. Νουμίτωρ (Strab. V, III, 2) vel Νομίτωρ (Dionys. Halic. I 71, 76, 84 sq), et Νομήτωρ (Plutarch. in *Rom.* III 2 sqq., XVII 1), vel Νομέτωρ (Nicol. Damasc. fragm. n. 69), vel Νεμέτωρ (Appian. *De reg. Rom.* cap. 2; cf. *Gr. hist. min.* II, IX), rex Albanus tertiusdecimus (Serv. in Virg. *Aen.* VI 767, cit. ad voc. PROCAS), Procae filius maior, frater Amulii (Diod. Sic. VII, III a 12; Liv. I 3 et 5; Virg. *Aen.* VI, 768; Ovid. *Met.* XIV, 773, *Fast.* IV 53.

809, V 75; Val. Max. II, II, 9; Serv. in Virg. *Aen.* I 277, VI 778). Auct. *Epit. de nom. rat.*; « Aiunt matrem eorum (*Romuli et Remi*) Ream Silviam vocatam; avum Silvium Numitorem; fratrem eius, Amulium Silvium ». — Gentilitium Numitorius invenitur in thesauris epigraphicis.

NVMPE, Nymphe, n. pr. fem. in inscr. apud Mommsen n. 5197. Vide NVMPIDIVS et voc. sq.

NVMPHAE, Νύμφαι (Nymphae), apud veteres (vide LVMPHAE), barbara orthogr. NVMFAE. Inscr. apud Mommsen n. 3517: T · TVRRANIVS · DIONVSIVS | NVMPHIS · DONVN · DEDIT.

NVMPIDIVS, *Nymphidius*, n. pr. m., in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 801. Vide NVMPE = *Nymphe.*


NVMPSIVS, gentilitium ital., comparandum cum osc. ƧIƧMVIИ niumsis = *Numisius* (Numerius), unde ƧƎIƧMVIИ niumsieís = *Numisii*, et cum etr. IƧMVИ numsi = *Numisia* (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 282). Inscr. apud Mommsen n. 3783: Q · NVMPSI · Q · L | NICEPORI · O · H · S · S.

NVMQVA, *numquam*, = NVNQVA, adverb. in titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXXII n. 2 (ECLESA NVMQVA GRAVAVIT).

IƧMVИ (numsi), *Numisia* (Numeria), n. pr. f., apud Etruscos (cf. ƧIƧMVIИ niumsis = *Numisius* vel *Numerius*), unde IИIƧMVИ numsini = *Numisena*. Tegula etr. n. 901: IƧMVИ · OꟼAᒧ (larth numsi) = *Lartia Numisia*, nisi reddendum *Lars Numesius* (Conestab. *Inscr. etr.* pg. 45; cf. Lanzi II 413 = 342 ad n. 275), ut numsi sit pro numsiś.

ᒧAИIƧMVИ (numsinal), *Numisenā* (Numisienā), n. pr. f. abl. sg., e IИIƧMVИ (numsini), in urna etr. n. 981 (ᒧAИIƧ · MVИ).

IИIƧMVИ (numsini), *Numisena* (Numisiena), n. pr. f. (abl. sg. ᒧAИIƧMVИ numsinal), e IƧMVИ (numsi) = *Numisia* vel *Numeria*. Operculum ossuarii Corton. n. 1033:



Lege: vel numsini = *Velia Numisena*. *Numesinius* vel *Numesinia* exponit Lanzius II 402 = 331 ad n. 219, fortasse pro *Numerinius* vel *Numerinia*.

NVMSIVS, *Numisius* (Numerius). Vide ƧIƧMVIИ (niumsis).

AIIYMVИ (numtiia), *Numitia* vel *Numisia* (Numeria), n. pr. f., comparandum cum NVMPSIVS, NVMSIVS, etr. IƧMVИ numsi, osc. ƧIƧMVIИ niumsis, in ossuario perus. n. 1800. Si legendum nuśtiia, comparari potest cum AIИƎ+ƧVИ (nustenia), AƧƎ+ƧVИ (nustesa), ƧƎ+MVИ (nuśtes).

MAИVMVИ (numunaś), *Numoniae*, n. pr. f., apud Etruscos. Columella perus. n. 1890: MAИVMVИMIƎИAOИↃA (arnth aneiś nu[mu]naś) = *Aruns Annius* vel *Aruntis* *Annii Numoniae* fil. (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 158 ad n. 20). — Numonius est gentilitium rom., ut Q. Numonius C. f. Vala (Mommsen n. 91). Adde inscr. apud Murat. (174, 2; 1193, 7; 1718, 3) et Grut. (990, 5).

NVMVNCLATOR, *nomenclator*. Vide NVMENCLATOR.

ΝΥΜΦΑΙΑ νῆσος, prope Sardiniam, apud Ptol. III, 3.


ΝΥΜΦΑΙΟΣ λιμὴν, *Nymphaeus portus*, in Sardinia, apud Ptol. III, 3.

ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΣ, Syracusanus scriptor (*Gr. hist. fragm.* II, 275).

NVNDINA, Romanorum dea, « a nono die nascentium nuncupata qui lustricus dicitur (Macrob. *Saturn.* I, 16) ». Cf. Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 142.

?AIИVИ (nunia), *Nonia* (?); n. pr. f., unde ᒧAIИVИ (nunial). Vide AIИVИIƧ (sinunia).

ᒧAIИVИ (nunial), *Noniā*, n. pr. f. apud Etruscos, e AIИVИ (nunia). In olla n. 190 et in tegula sepulcr. n. 191:



Lege: thana haltunia nunial = *Tannia Faltonia Noniā* nata (Lanzi II 437 = 366 ad n. 381, Orioli in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 142, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 161).

NVNCIONVS (?), cognomen campanum. Vide EPIDIVS.

NVNCQVAM, *nunquam*, in marmore apud Grut. 948, 10. Cf. NVNQVA, NVMQVA et NVCQVA.

NVNQVA, *nunquam*, adverb., barbarā orthogr. NVCQVAM. Inscr. albana apud Marini pg. 93 (Orell. n. 4805): L · SPVRINNA Ↄ · L | HILARVS | HIC EST | VBE · NVNQVA · FVIT.

NVPTVLA, *parva nupta*. Varro apud Non. IV, 330 = pg. 357: « Pueri obscaenis verbis novae nuptulae (*nuptae*, II 749 = pg. 167) aures returant ».

NVRA. Vide NORA.

VI✱ꟼVИ (nurziu), *Nurtia* (Nortia) vel *Nursia*, n. pr. f. apud Perusinos (vide 8IᒣVI✱ꟼVИ nurziupif), comparandum cum Volsiniensium dea Nortia vel Nursia (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 166), et cum NVRSIA Sabinorum oppido. Operculum ossuarii perus. n. 1731: VI✱ꟼVИ · ИAᒧↃ · ƎᒧAƧ · ꟼA (ar sale clan nurziu) = *Arrius Salius Nursiā natus.*

?8IᒣVI✱ꟼVИ (nurziupif), fortasse *Nursii*, n. pr. m. genit. sg. pro nurziuś (vide VI✱ꟼVИ), in urna clusina n. 724.

?I✱◇ꟼVИ (nurthzi), in titulo sepulcr. n. 2339. Cf. Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* CXIX, 324, et vide voc. sq.

ᗡƎИƎ⅃ꟼVИ (nurpener), *numi* (?), fortasse corruptum pro ᗡƎꟽVИ (numer), in tab. eugub. Va 13 (Aufr. et Kirch. I 85, II 322, 327). Alii aliter interpretantur (cf. Lanzi I 355 = 277, II 706 = 614; Grotefend *Rud. l. u.* VI 11, VII 8 cit. ad v. ᗡƎΛVИ numer; et Huschke *Die iguv. taf.* s. 456).

NVRPIER, *Nurpii*, n. pr. m. genit. sg. 2 decl., apud Umbros (Aufr. et Kirch. II 79 sq.). Tab. eugub. VIa 12: PRESOLIAFE · NVRPIER = *ad —as Nurpii*. Alii hanc vocem comparant cum ᗡƎИƎ⅃ꟼVИ nurpener (Huschke *Die iguv. taf.* s. 73) et cum ᗡƎΛVИ numer (Grotefend *Rud. l. u.* VI 11, VII 8, 22). Cf. Lanzi I 355 = 277.

NVRSAE. Vide NERSAE.

NVRSIA, Volsiniensium dea. Vide NORTIA.

NVRSIA, Νουρσία (Ptol. III, 1; Dio Cass. XLVIII, 13; Plutarch. in *Sert.* II, 1 ἐν πόλει Νούσσοις τῆς Σαβίνων), nunc *Norcia*, Sabinorum oppidum (cf. NORTIA dea, et etr. VI⊕ꟼVИ nurziu), cuius ager raporum (Plin. XVIII, XXXIV, 3; Colum. X, 421) et naporum ferax. Virg. *Aen.* VII, 715 sq.:

« Qui Thybrim Fabarimque bibunt, quos frigida misit Nursia ».

Ubi Servius: « [Nursia] Piceni civitas. Frigida autem, aut re vera, aut certe venenosa, nocens. Gracchi namque ubique in concionibus suis *Nursinos sceleratos* appellaverunt: et scimus amare Virgilium historiarum rem per transitum tangere ». Sil. Ital. VIII, 416 sq.: « nec non habitata pruinis Nursia ». Dio Cass. loc. cit.: Ὁ Καῖσαρ ἐπὶ Νουρσίαν ἐς τοὺς Σαβίνους στρατεύσας, τὴν μὲν φρουρὰν τὴν προκαθημένην σφῶν ἐτρέψατο, τῆς δὲ δὴ πόλεως ὑπὸ Τισιήνου Γάλλου ἀπεκρούσθη. Frontin. *De col.* pg. 257 ed. Lachm.: « Nursia, ager eius per strigas et per scamna in centuriis est assignatus. finitur sic uti ager Asculanus ». Inscr. apud Murat. 754, 5 (Orell. n. 3966): T · VARRVTIO T · F · QVIR · SABINO · IIII VIR · AED | POTEST · QVAEEST (*sic*) · AERARI SPOLETI · ITEM VIII | VIR II · VIR · POT · NVRSIAE · VIBVSIA L · F · IONICE | VIRO SVO CARISSIMO FECIT · CVI VIRO · CONIVNX | ET VIX · CVM EO ANNIS XLII. — Nursini (Plin. III, XVII, 2; Liv. XXVIII, 45; Serv. loc. cit.), gr. Νουρσινοὶ (Dio Cass. XLVIII, 13), eius oppidi incolae. Dio Cass. loc. cit.: Νουρσινοὶ δὲ ἐς μὲν ὁμολογίαν μηδὲν κακὸν παθόντες ἦλθον· ἐπεὶ μέντοι τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς τὸν Καίσαρα σφίσι γενομένῃ πεσόντας θάψαντες, ἐπέγραψαν τοῖς μνημείοις αὐτῶν, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιζόμενοι ἐτελεύτησαν, παμπόλλοις χρήμασιν ἐζημιώθησαν, ὥστε καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅμα πᾶσαν ἐκλιπεῖν. καὶ οἱ μὲν ταῦτ᾽ ἔπραττον. — Nursinus, adiect. ad Nursiam pertinens, ut Nursinus ager (Plin. XVIII, XXXIV, 3; Frontin. op. cit. pg. 227), Nursini napi (Plin. XIX, XXV, 2; cf. Martial. XIII, 20).

NVRTIA. Vide NORTIA.

ΝΥΣΑΙΟΣ, tyrannus Syracusanorum, apud Plutarch. in *Timol.* I 1 et *De sera num. vind.* cap. 16.

?IƎMVИ (nus̓ei). Vide voc. sq.

ꟼИ⊥V✱IƎMVИ (nus̓eizuchna), in ossuario clusino n. 694 bis *b*.

?IƎEI⊙ꟼVИ (nusthieei), in speculo etr. n. 2156.

NVSCICIO vel nuscitio. Vide NVSCICIOSVS, quod sequitur.

NVSCICIOSVS, qui parum videt propter vitium oculorum, quique plus videt vesperi, quam meridie (Paul. pg. 171). Fest. *Qu.* IX, 21 pg. 173, ubi cf. Müllerus: « Nusciciosum Ateius Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret. At Popilius (*Opilius*) Aurelius nuscitiones esse caecitudines nocturnas. Aelius Stilo, qui plus videret vesperi, quam meridie, nec cognosceret, nisi quod usque ad oculos admovisset ».

NVSCITIO. Vide voc. praeced.

ꟼИVꟽꟼVИ (nusmuna). Vide voc. sq.

⅃ꟼИVꟽꟼVИ (nusmunal), *Nusumoniā*, in operculo ossuarii Senens. n. 435 ter *b* (cf. Conestab. in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1859 pg. 73). Alii legunt ꟼИVꟽꟼVИ nusmuna = ꟼИꟽVꟼVИ nusumna (Carpellini in *Spettatore Ital.* I, 371).

ꟼIИƎ+ꟼVИ (nustenia), *Nostenia*, nomen sive cognomen fem. (cf. ꟼꟼƎ+ꟼVИ nustesa), in urna etrusca n. 907 (Lanzi II 454 = 383 ad n. 443; cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 46). Nostius est gentilitium rom. apud Fabr. cap. III n. 455 pg. 194, et cap. V n. 103 pg. 363.

ꟼꟼƎ+ꟼVИ (nustesa), *Nostesia*, n. pr. f. (unde ꟼ⅃ꟼƎ+MVИ nus̓tesla), in operculo ossuarii Clusini n. 531.

ꟼ⅃ꟼƎ+MVИ (nus̓tesla), *Nostesiā*, n. pr. f. abl. sg., fortasse pro nus̓tesal, e ꟼꟼƎ+ꟼVИ nustesa, quod vide. Invenitur in titulo sepulcr. n. 533 (cf. n. 531).

ꟼИꟽVꟼVИ (nusumna), *Nusumonius*, gentilitium etr. (vide ꟼИVꟽꟼVИ nusmuna). Operculum ossuarii Senens. n. 435 ter *a*: ꟼИꟽVꟼVИOᗡꟼ⅃ (larth nusumna) = *Lars Nusumonius* (Conestab. in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1859 pg. 73)

?MVИVMV[И] (nus̓unus̓), in marmore etr. n. 435 ter *c*.

NVTRICATVS, *nutricatio*, subst. m. Plaut. *Mil.* III, I, 55 sq. (vs. 655 Ritschl):

« O lepidissumum senem, si quas memorat, virtutis habet; Atque quidem pol plane eductum in nutricatu Venerio ».

Varro *De r. r.* I, 47: « Contra herba in pratis ad spem foenisiciae nata non modo non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda ».


NVTRICIO -onis, *nutricius* (educator), in titulo sepulcr. apud Murat. 1891, 8.

NVTRIXS, *nutrix*, subst. f., ut LVCCEIA · HEROPHIL · BALBI · L · NVTRIXS (*Bullett. arch. nap.* nv. sr. III, 63).

-ƆVИ (núv-) vel -ƆVИ (nuv-), et recentiori orthogr. NVC- (núv-), radix samnitica (etr. -ƎVИ nuv-, umbr. -ƆVИ nuv-, sanscr. nu, unde nava, rom. *novus*, gr. νέος e νεϜος), in voc. NVCEƖƖVM núvellum, ƧVИNƖƆVИ núvlanús, MVИIDKƆVИ nuvkrinum (cf. NOVLA = *Nola*, NORBA h. e. *nova urbs*, NOVCERIA, NOVARIA, NOVANA).

ƖAИI[ƎƎ]VИ (nuveinal), *Noviniá*, n. pr. fem. abl. sg., e IƎVИ nuvi, in titulo sepulcr. n. 571.

MI[Ǝ]ƎVИ (nuveiś), *Novii*, n. pr. m. (cf. IƎVИ nuvi), e rad. -ƎVИ nuv-, rom. *novus*. Urna etrusca n. 140:



Lege: thania caìnei nuv[e]iś = *Tannia Cainnia Novii* uxor.

NVCEƖƖVM (núvellum), *Novellum*, n. pr. m. acc. sg. 2 decl., e rad. NVC- núv-, rom. *nov-us*, in lamella plumbea capuana n. 2749 lin. 7 (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V, 103).

IƎVИ (nuvi), *Novius*, cognomen etr., unde ƖAИIƎƎVИ nuveinal. In urna clusina n. 792: IƎVИ · IИ8ƖA · ƖƎ (vl alfni nuvi) = *Velius Alfius Novius*. Cf. Orioli in *Album* XX 323; et vide IƎVИ+ИVƆ (cuntnuvi) in titulo sepulcr. n. 694.

ƎMIƆVИ (nuvime), *ad —em*, subst. f. locat. sg. 3 decl., e nuvi, unde etiam ƧIƆVИ nuvis, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 94, 123, II 385). Tab. eugub. II a 26: +ƎƧƎDƎ8 : ƎMIƆVИ : ƎЯVƖ (pure nuvime ferest) = *qui ad —em feret*. — Huschkio *Die iguv. taf.* s. 372 est acc. sg. 3 decl. (nuvim-e) = gr. ἀνόπιν, εἰς ἀνόπιν, *post tergum*. — Ad rom. *novus* trahunt Lanzius I 325 = 252, II 745 = 653, 825 = 734, et Grotefend *Rud l. u.* VII 25, VIII 36.

ƧIƆVИ (nuvis), *—ibus*, abl. pl. 3 decl., e nuvi, unde etiam ƎMIƆVИ nuvime, in tab. eugub. II a 25 (Aufr. et Kirch. I 55, II 385). *A tergo* exponit Huschke *Die iguv. taf.* s. 367 et s. 372. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 24, VIII 36.

MVИIDKƆVИ (nuvkrinum), *Nucerinùm* (Nucerinorum), in numis n. 2828 ad Nuceriam pertinentibus. Vide NVCERIA § 2.

. NƖƆVИ (núvla..). Vide [ƖVИ]NƖƆVИ (núvlanúí).

.. ИNƖƆVИ (núvlan..), in cippo Abell. n. 2783 lin. 25, quod pro núvlanum h. e. *Nolanorum* exaratum putat Huschkius (*Die osk. und sab. sprachd.* s. 34).

MИИNƖƆVИ (núvlanam), *Nolanam*, adiect. f. acc. sg. 1 decl. (vide ƧVИNƖƆVИ núvlanús = *Nolani*), ad Nolam pertinens (Passeri *Ling. oscae spec.* pg. XIII sq., Lanzi II 805 = 714, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 45, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 238, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 311), in cippo Abellano n. 2783 lin. 55.

VИNƖƆVИ (núvlanu). Vide MVИNƖƆVИ (núvlanum).

ƖVИNƖƆVИ (núvlanúí), *Nolano*, adiect. m. dat. sg. 2 decl., ad Nolam pertinens (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 44, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 315). Cippus Abellan. n. 2783 lin. 5 sq.: Ɩ[VИ]|NƖƆVИ · ƖVƖƧNTƎKƎR · ƖƎKƖRƎM (medíkeí deketasiúí núvlanúí) = *meddici* (magistratui) *dictatori Nolano* (Peter s. 67 sq., Mommsen s. 119, Huschke s. 33). Vide ƧVИNƖƆVИ (núvlanús).

ƧƖVИNƖƆVИ (núvlanúís), *Nolanis*, adiect. m. abl. pl. 2 decl., ad Nolam pertinens (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 46, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 283, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 324). Cippus Abell. n. 2783 lin. 7: ƧƖVИNƖƆVИ · ƧƖVTN>ƖƖ (ligatúís núvlanúís) = *Legatis Nolanis* (Peter s. 67 sq., Mommsen s. 119, Huschke s. 34). Vide ƧVИNƖƆVИ (núvlanús).

MVИNƖƆVИ (núvlanum), *Nolanùm* (Nolanorum), adiect. m. genit. pl. 2 decl., ad Nolam pertinens (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 283, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, 52, 166, 168, II 48, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 322), in cippo Abell. n. 2783 lin. 23 ([M]VИNƖƆVИ), lin. 25 (..ИNƖƆVИ), et lin. 40 (MVИNƖƆVИ). Vide voc. sq.

ƧVИNƖƆVИ (núvlanús), *Nolani*, incolae Nolae oppidi, genit. MVИNƖƆVИ (núvlanum) = *Nolanorum* (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 46 sq. et s. 77, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, 51, 165, II 47 anm. 2, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 8), in cippo Abellano n. 2783 lin. 38, 47. Aliis est nominat. sg. (Lanzi II 805 = 714, Avellino in *Mus. Borb.* VII 18, Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 51 et *Div. in cippo osco-abell.* pg. 9, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 283, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 313).

ΝΥΨΙΟΣ, Neapolitanus. Vide ƧIƧMVIИ (niumsis).

ΝΩΛΑ. Vide NOLA.

Ξ

Χ, nota numeralis, apud Italicos, pro *decem*, ut in tab. eugub. (tab. Vb 12 Χ = 10, tab. IIb 2 IIΧ = 12, tab. Vb 17 ΧV = 15), in lapidib. Pompeian. (n. 2795 sq. IIΧ = 12, n. 2806 IIΧↃ = 112), in numis Marsicis (IΧ, Χ, ΧI, ΧII, ΧΛI, ΧΛII, ΧΛIII, ΧΛIIII), et in inscr. etruscis (Χ = 10, ΧΧ = 20, ΧΧΧ = 30, ΧΧΧΧ = 40). Cf. inscr. n. 2784 bis in lucerna fictili apud *Antich. Ercol.* VIII 183.

XANCTVS, *sanctus*, adiect. barbara orthogr. = XANTVS. Tit. chr. apud Mommsen n. 3491: IN OC LOCO XANCTO REQVIESQVET ANNIANVS etc.

XANTVS, *sanctus* (ital. *santo*), adiect. barbara orthogr. (= XANCTVS). In titulo coemet. (*Rev. archéol.* XIII, = 1856 pg. 70): CVM SPIRITA XANTA.

ΞΕΝΕΤΟΣ, Locrensis, socer Dionysii maioris, apud Diod. Sic. XIV, 44. Cf. *Thes. gr. ling.* s. h. v.

ΞΕΝΟΚΑΔΗΣ, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (267).

ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ, Theronis agrigentini frater (Hippostr. fragm. n. 5) aut cognatus (Artem. Pergam. fragm. n. 8).

ΞΕΝΟΚΡΙΤΗ, mulier Cumana, pro uxore habita ab Aristodemo tyranno (Plutarch. *De mulier. virt.* cap. 26).

ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ, Antiochi Syracusani pater, apud Pausan. *Phoc.* XI, 3.

ΞΕΝΟΦΑΝΤΗΣ, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (267).

ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ, pythagoreus, magister Aristoxeni Tarentini (*Gr. hist. min.* II 269, 277, 289).

ΞΕΝΟΦΡΩΝ, Siculus, sophista, apud Philostr. *Vitae sophist.* I, XIX, 1.

ΞΕΝΤΑΣ, Cauloniates, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (267).

ΞΙΦΩΝΙΑ, oppidum Siciliae, apud Diod. Sic. XXIII, 4 (εἰς τὴν Ξιφωνίαν). Steph. Byz.: Ξιφωνία, πόλις Σικελίας. Θεόπομπος Φιλιππικῶν τριακοστῷ ἐννάτῳ [fragm. n. 207]. Hinc adiect. Ξιφώνειος, ut λιμὴν Ξιφώνειος (Scyl. Caryand. § 13 cod. Ξιφωνεῖος). — Τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον, nunc *Capo della s. Croce*, memorat Strabo (VI, II, 2). Cf. Hesych. *Lexic.* s. v. ξιφίρον.

XOFER, Tuscorum lingua *october* mensis. Ita Papias in Lexico.

O

O, litera solitaria in numis Italiae infer., apud Carelli tab. LXI n. 10, LXV n. 15, LXVIII n. 32, LXXII sqq. n. 24, 40, 49, CXXI n. 7, CXXXVI n. 41, CXLVIII n. 30, 159, CLXXXVIII n. 6.

O·, nota praenom. Oli = *Auli*. Vide OLVS.

◊ (o), in lapide Italiae super. n. 21.

ΟΑΡΙΟΣ, dux servorum rebellium in Sicilia, apud Diod. Sic. XXXVI, 4.

OBAGITO, *agito*, *exagito* (vide OBIGITO), apud veteres. Ennius (apud Non. II, 605 = pg. 147): « Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant ». Alii legunt obigitant (Wahlen pg. 155 vs. 5).

OBACERARE, *obloqui* atque alterius sermonem moleste impedire; quod sumptum videtur a paleis, quas Graeci ἄχυρα vocant. Itaque et frumentum et panis non sine paleis acerosus dicitur; item lutum aceratum paleis mixtum. Ita Paul. pg. 187.

OBACERBAT, *exacerbat*, apud Paul. pg. 187.

OBAMBVLARE, *adversus alios ambulare*, et quasi ambulanti sese opponere. Ita Paul. pg. 187.

OBARATOR, deus apud Romanos (Serv. in Virg. *Georg.* I, 21). Vide IMPORCITOR § 2.

OBBLATIO, *oblatio*, subst. f., in aere vaticano (Marini *Arvali* pg. 500 nt. 40).

OBDIVS, *Obidius*, gentilitium rom. Inscr. apud Mommsen n. 7198: OBIDIA | AMOR | VIVA · SIBI | L · OBDI | SAGITES | DECVRIONIS | FILIA.

OBDVXE, *obduxisse*, apud Plaut. *Merc.* argum. pr. vs. 7.

OBEDIES, *obediens*, in cod. Plaut. *Mil.* IV, III, 36.

OBELSIANVS, cognomen rom. ab etr. MIϟ⅃Ǝ1V (upelsiś) = *Obelsius*, in titulo sepulcrali apud Vermigl. *Inscr. per.* pg. 32 n. 36.

OBES, *oves*, apud Gaii *instit.* (pg. XLII nt. 40 ed. Lachm.).

OBESCET, *oberit* vel *aderit*, apud Paul. pg. 188.

OBIGITO, *ante agito*, = OBAGITO (Paul. pg. 188). Fest. *Qu.* X, 6 pg. 189: « Obigitat antiqui dicebant, pro *ante agitat*, ut *obambulare* ».

OBIEXIM, obiexis et obiexit, *obiecerim -is -it*, apud veteres. Plaut. *Poen.* I, III, 37: « Ne meamet culpa meo amori obiexim moram ». Id. *Cas.* II, VI, 52: « Ne obiexis manum ».

OBIET, *obiit*, in titulis sepulcr. apud Boissieu *Inscr. de Lyon* XVII, 30 et 33. OBIT pro obiit exstat in inscr. apud Orell. n. 643 (vol. 1 pg. 164 lin. 1).

OBII, *mortui*. Apul. *De mundo* pg. 751: « Diis sacrificatur, Geniis ministratur: obiis libatio profunditur, aliusque alio fungitur munere ».

OBICIO, *obiicio*, apud Lucan. VIII 796, IX 188, et Claudian. *IV cons. Hon.* vs. 364. Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I, 312.

OBINVNT, *obeunt*, apud veteres, teste Festo *Qu.* X, 6 pg. 189.

OBITVS, *aditus*, apud veteres. Paul. pg. 188: « Obitu dicebant pro *aditu* ». Turpil. vs. 66 sq.: « Set quis est qui interrumpit sermonem meum Obitu suo ». Vide Forcell. *Lexic.* s. h. v.

OBIVRO, *iureiurando obstringo*, apud veteres (Paul. pg. 188). Fest. *Qu.* X, 6 pg. 189: « Obiurare .... ut est in Penthesilea: *Formidabant* obiurare ».

OBCENSVS, *accensus*, *incensus*, ab antiquo *obcendo* = *incendo*. Ennius *Ann.* vs. 388: « Omnes occisi, obcensique in nocte serena ».

OBCEPSO vel occepso et obcoepso, *obcepero* (occepero), apud Plaut. *Amph.* II, II 41, *Asin.* IV, II 49, *Cas.* V, IV 22.

OBCLVSTI, *obclusisti*, per syncopen. Plaut. *Trin.* I, II, 151: « Obclusti linguam, nihil est quod respondeam ».

OBCVPASSIM, -is, -it, *occupaverim*, *-is*, *-it*, apud veteres. Plaut. *Most.* V, I, 48: « Ne obcupassis, obsecro, aram ». Id. *Asin.* IV, II, 9: « Nisi quidem illa ante obcupassit te ».

OBLACVS vel Oplacus, praenomen sive nomen, apud Frentanos (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 305), ut Ὄβλακος Οὐλσίνιος (Dionys. Halic. XVIII 2 sq.), al. Ὄπλακος. Plutarch. in *Pyrrh.* XVI, 11: Ἦν δὲ τῷ γένει Φρεντανὸς, ἴλης ἡγεμὼν, Ὄπλακος ὄνομα. Obsidium appellat Florus I, 18 (« Frentanae praefectus Obsidius »). Cf. Cavedoni in *Bullett. arch. nap.* I, 97.

OBLAQVIATIO, *oblaqueatio*, in Kalend. antiq. apud Mommsen n. 6746.

OBLISCIER, *oblivisci*, apud veteres. Attius vs. 190 (Ribbeck *Trag. rell.* pg. 134): « Veritus sum arbitros, atque utinam memet possim obliscier ». Cf. obliscar, apud eund. vs. 488.

OBLVCVVIASSE, *mente errasse*, apud veteres. Paul. pg. 187: « Oblucuviasse dicebant antiqui *mente errasse*, quasi in luco deorum alicui occurrisse ».

OBNECTERE, *obligare*, maxime in nuptiis frequens est. Ita Fest. *Qu.* X, 8 pg. 190, ubi cf. Muellerus.

OBOEDIBAM, *obediebam*. Vide OBOEDIO.

OBOEDIO, *obedio*, apud veteres (Forcell. *Lexic.* s. v. *obedio*), ut in Cic. *De Rep.* III, 16 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 120). Attius vs. 442: « Quam invita ancillans, dicto oboediens viri ». Oboedibam pro *obediebam* (ital. *obbediva*), legitur apud Afran. vs. 206. Cf. Fleckeisen *Hülfsbüchlein für lat. rechtschr.* s. 22.

OBPVVIAT, *verberat*, a puviendo, id est *feriendo*. Unde pueri, quod puviendo coërcentur, id est plagis, unde et pavimenta. Ita Paulus pg. 191, ubi cf. Muellerus.

OBSERBANDVS, *observandus*. Vide SERBO (servo).

OBSESSE, *observisse*, per syncopen. Attius vs. 115 (apud Non. IV, 427 = pg. 395): « Quod beneficium haut sterili in segete, rex, te obsesse intelleges ».

OBSIDIVS. Vide OPSIDIVS.

OBSIPO, *obiicio*, ab antiquo *sipo*, apud Fest. *Qu.* XIV, 15 pg. 310 (Paul. pg. 311). Paul. pg. 105: « Insipere far in olam *, iacere pullis. Unde dissipare, obsipare, ut quum rustici dicunt: *obsipa pullis escam* ». Plaut. *Cist.* II, III, 37 sq.: « Obsipat aquolam ».

OBSCVS, *Oscus*. Vide OPSCI.

OBSTINET, *ostendit*, apud veteres. Fest. *Qu.* X, 13 pg. 197: « Obstinet dicebant antiqui, quod nunc est *ostendit*, ut in veteribus carminibus: *Sed iam se caelo cedens aurora obstinet suum patrem* ». Hinc Paul. pg. 196: « ostinet pro *ostendit* ».

OBSTRINSERIT, *obstrinxerit*, in inscr. apud Grut. 408, 1.

OBTIGO, *obtego*, apud Plaut. *Most.* I, III, 8 (« obtigere »). Alii legunt *obtegere* (Ritschl).

OBTIMVS, *optimus*, adiect. In titulo sepulcr. apud Grut. 850, 10 (Passionei cl. IX n. 6 pg. 85): FRATRI OBTIMO ET PIISSIMO.

OBTIO, *optio*, mutata *p* in *b*. In titulis rom.: GENIO | TIB · CLAVDIVS | MANSVETVS | OBTIO (Grut. 108, 1); FIDELIAE · VERVLAE | PRVDENTIVS · REVERES | OBTIO · SIGNIFERORVM | CONIVGI · INCOMPARABILI etc. (Grut. 558, 7).

OBTVOR, *obtueor*, apud Attium vs. 285 (Non. II, 696 = pg. 160).

OBVARO, *depravo*, apud veteres. Enn. *Trag.* vs. 3: « nam consiliis obvarant ».

OG-, radix umbr. Vide OH-.

OGLASA vel Oglosa, hodie *Monte Cristo*, insula Etruriae Corsicaeque adiacens, apud Plin. III, XII, 1 (alii

legunt *Oglosa*). Mart. Capella § 644 pg. 526: « Stipa autem citra est, Oglossa infra ».

ΟΓΡΥΛΗ, Sardiniae oppidum, ab atheniensi Ogrylo conditum (Pausan. *Phoc.* XVII, 5). Cf. *Thes. gr. ling.* s. h. v.

ΟΔΑΧΑ, καταπύγων (cinaedus, obscoenus), apud Tarentinos (Hesych. *Lexic.* II, 715).

ODEFACIT, *olfacit*, apud veteres (Paul. pg. 179). Fest. *Qu.* IX, 27 pg. 178: « [Odefacit dicebant] antiqui ab odore, [pro *olfacit*, vetere quadam] consuetudine in[mutandi literas, quae sunt], ut saepe alias, tum in hoc quoque libro contentae. quae vox, ut quibusdam videtur, ex graeco ὀσμῇ tracta est ».

ODIOSSVS, *odiosus*, adiect. apud veteres, teste Mar. Victor. pg. 2456 P. (vide AVSSVS).

ODOS, *odor*, apud veteres. Prisc. pg. 31 = 557 P.: « (*r transit*) in s: arbos pro *arbor*, odos pro *odor*. Plautus *in Captivis* [IV, II, 35]: *Quorum odos subbasilicanos omnes adegit in forum* ». Adde Plaut. *Curc.* I, II 9 et *Pseud.* III, II 52, et Lucr. VI, 952 (cf. Non. VIII, 27 = pg. 487).

ΟΔΥΣΣΕΙΑ ἄκρα, Ulyssea promontoria, in Sicilia, apud Ptol. III, 4.

OEBALIA. Vide TARENTVM.

OEBALVS, filius Telonis, Caprearum regis, et Sebethidis nymphae. Virg. *Aen.* VII, 733 sqq.:

« Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Oebale; quem generasse Telon Sebethide nympha
Fertur, Teleboum Capreas quum regna teneret
Iam senior: patriis sed non et filius arvis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarrastis populos *etc.* ».

Ubi Servius: « Oebalus filius est Telonis et nymphae Sebethidis. Haec autem est iuxta Neapolim. Sed Telo diu regnavit apud Capreas, insulam contra Neapolim sitam. Filius vero eius, patriis non contentus imperiis, transiit ad Campaniam: et multis populis subiugatis suum dilatavit imperium ».

OEDVS, *hoedus*, antiquo scribendi more. Quintil. *Inst. orat.* I, v, 20: « Parcissime ea (*h*) veteres usi etiam in vocalibus, quum oedos, ircosque dicebant ».

OENIGENA, *unigenitus*, apud veteres, ab OENVS = *unus*. Paul. pg. 195: « Oenigenos, *unigenitos* ». Alii legunt *vinigenitus*.

OENOTRIA, Οἰνωτρία (Herod. I, 167; Sophocl. fragm. n. 329; Strab. V, I 1, VI, I 4; Pausan. *Arcad.* III, 5; Dionys. Halic. I 12; Lycophr. vs. 912; Scymn. Chius vs. 300; Dionys. Rhod. fragm. n. 9; Aristot. fragm. n. 247*a;* Dionis fragm. n. 5), regio Italiae inferioris inter Paestum et Tarentum, ita dicta ab Oenotro rege (Aristot. *Polit.* VII, 10), Pelasgi filio, vel ab οἶνος, *vinum* (Pisand. fragm. n. 7 apud Steph. Byz.; Dionys. Halic. I, 11). Serv. ad Virg. *Aen.* VII, 85 (*omnisque Oenotria tellus*): « Proprie Sabinorum tractus; ab Oenotro rege ». Strab. V, I, 1: οἱ γὰρ παλαιοὶ τὴν Οἰνωτρίαν ἐκάλουν Ἰταλίαν ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ μέχρι τοῦ Ταραντίνου κόλπου καὶ τοῦ Ποσειδωνιάτου διήκουσαν, ἐπικρατῆσαν δὲ τοὔνομα καὶ μέχρι τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων προὔβη. Id. VI, I, 4: Τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν Βρέττιοι μέχρι τοῦ Σικελικοῦ κατέχουσι πορθμοῦ, σταδίων πεντήκοντα καὶ τριακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις. φησὶ δ' Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι, ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι. ὅριον δ' αὐτῆς ἀποφαίνει πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει τὸ αὐτό, ὅπερ καὶ τῆς † Βρεττανίας (*Lucaniae*) ἔφαμεν, τὸν Λᾶον ποταμόν· πρὸς δὲ τῷ Σικελικῷ τὸ Μεταπόντιον. τὴν δὲ Ταραντίνην, ἢ συνεχὴς τῷ Μεταποντίῳ ἐστίν, ἐκτὸς τῆς Ἰταλίας ὀνομάζει, Ἰάπυγας καλῶν. ἔτι δ' ἀνώτερον Οἰνωτρούς τε καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι τοὺς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ. . . . . Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκτείνεσθαί φησι τοὔνομα καὶ τὸ τῆς Ἰταλίας καὶ τὸ τῶν Οἰνωτρῶν μέχρι τῆς Μεταποντίνης καὶ τῆς Σειρίτιδος· οἰκῆσαι γὰρ τοὺς τόπους τούτους Χῶνας, Οἰνωτρικὸν ἔθνος κατακοσμούμενον, καὶ τὴν γῆν ὀνομάσαι Χώνην. Pausan. *Arcad.* III, 5: Οἴνωτρος δὲ ὁ τῶν παίδων νεώτατος Λυκάονι τῶν ἀρσένων, Νύκτιμον τὸν ἀδελφὸν χρήματα καὶ ἄνδρας αἰτήσας ἐπεραιώθη ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ ἡ Οἰνωτρία χώρα τὸ ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύοντος. Cf. Claudian. *In pr. cons. Stilich.* II, 262. — Oenotrus et Oenotrius (Sil. Ital. VIII 220, IX 473, XII 650, XIII 51), gr. Οἰνωτρικὸς, adiect. ad Oenotriam pertinens, ut Οἰνωτρικὸν ἔθνος (Strab. VI, I, 4), Οἰνωτρικῶν βασιλέων (Strab. VI, I, 5), Oenotria tellus (Virg. VII, 85; Sil. Ital. XV 522, XVII 433), Oenotria arva (Sil. Ital. XVI, 685), Oenotria vina (Sil. Ital. I, 2), Oenotria bella (Sil. Ital. II, 57). — Incolae dicti sunt Oenotrii (Sil. Ital. VIII, 46; Plin. III, XIII, 3, cit. ad v. Oenotrides), gr. Οἰνωτροὶ (Strab. VI, I 2, 4 et 15, Aristot. fragm n. 247*a* et *Polit.* VII 10, Dionys. Halic. I 12 sq., II 1) vel Οἰνώτριοι (Scymn. Chius vs. 363). Virg. *Aen.* I, 530 sqq. (et III, 165 sq.):

« Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae:
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem ».

Ubi Servius: « Oenotria autem dicta est, vel a vino optimo, id est οἴνῳ, quod in Italia nascitur: vel, ut Varro dicit, ab Oenotro, rege Sabinorum. Alii Itali fratrem, Oenotrum, tradunt ex Arcadia in Italiam venisse cum Pelasgis, et eam sibi cognominem fecisse ».

OENOTRIDES insulae, Οἰνωτρίδες νῆσοι (Strab. VI, I 1 et 6), h. e. Pontia et Iscia, ad Palinurum Lucaniae promontorium. Strab. VI, I, 1: πρὸ δὲ τῆς Ἐλεάτιδος αἱ Οἰνωτρίδες νῆσοι δύο, ὑφόρμους ἔχουσαι. Plin. III, XIII, 3: « Contra Veliam, Pontia et Iscia, utraeque

uno nomine Oenotrides, argumentum possessae ab Oenotriis Italiae ». Cf. Mart. Capell. § 645 pg. 528.

OENOTRVS, rex Sabinorum, a quo Oenotria appellata, teste Varr. apud Serv. in Virg. *Aen.* I 532, III 165 et VII 85. Vide supra OENOTRIA.

OENVS, *unus*, adiect. numer. = OINVS, unde OENIGENA = *unigenitus*, apud Cic. *De leg.* III, 3.

OESVS, *oisus* (usus), particip. ab oetor (utor). Lex apud Cic. *De leg.* III, 4: AST SI QVID ERIT, QVOD EXTRA MAGISTRATVS COERARI OESVS SIT; — IIDEM, AD PLEBEM, QVOD OESVS ERIT, FERVNTO.

OETOR, *oitor* (utor), apud veteres (cf. Schneider *Gramm. der lat. sprache* I, 83), comparandum cum osco ꟿVꟷTTꟷV úittíum = *usum;* ex. c. oetier (Fest. *Qu.* XII, 16 pg. 246) = OETI (inscr. apud Mommsen n. 6011 lin. 8) vel utier (Plaut. *Cas.* II, III, 4) h. e. *uti* (cf. Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3), et OETANTVR = *utantur* (Lex Thor. agr. cap. I in Append. n. LIX).

OFDIVS, *Ofidius*, gentilitium ital. Inscr. apud Mommsen n. 5765: L · OFDIVS · L · F | PET · N · DL · M.

OFELLIVS. Vide etr. ƎꟿꓭVꟼ (aufle) et OFILIVS.

OFFENDICES, ait esse Titius *nodos*, quibus apex retineatur et remittatur. At Veranius *coriola* existimat, quae sint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur. nam quom ad mentum perventum sit, offendit mentum. Ita Fest. *Qu.* X, 21 pg. 205.

OFFERVMENTA, *donaria*, quae diis offeruntur. Paul. pg. 188: « offerumenta dicebant, quae offerebant ».

OFFLA, *offula* (parva offa), apud Petron. *Satyr.* cap. 56 et cap. 58.

OFFVDAE, *fallaciae*, apud Paul. pg. 192. Alii aliter legunt.

OFICINA, *officina*, in figulinis apud Mommsen *Inscr. Helv.* n. 352, 32 et 118 (OFIcina) et n. 352, 32, 38, 164 (OFICina).

OFILIVS vel Ofillius, praenomen Campanum (etr. Ǝꟿꓭꟼ afle et ƎꟿꓭVꟼ aufle = *Ofellius*), ut Ofilius (al. *Ofillius*) Calavius Capuanus (Liv. IX, 7). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 308, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 26. Quidam Ὀφίλλιος, tribunus militum seditiosus, memoratur ab Appiano *De bell. civ.* V, 128. Cf. Ὀφέλλιον, gladiatoris nomen (Epict. *Diss.* III, XXII, 27).

OIAN, in numis Italiae inferioris. Vide VZENTVM.

OH-, radix umbrica, pro og-, antiquiori orthographia -ꝊV uh- pro ug-, rom. aug-ere, in voc. OHT = ƎIꟷƎꓷꟷꝊV uh-tretie h. e. *auctoritate.*

OHT, *auctoritate*, subst. f. abl. sg. 3 decl., apud Umbros, pro ohtretie = ƎIꟷƎꓷꟷꝊV (uhtretie), e rad. OH- pro og- = rom. *aug-ere* (Aufr. et Kirch. I 53, 64, II 391; Huschke *Die iguv. taf.* s. 695). In marm. n. 81: AGER · EMPS · ET | TERMNAS · OHT | C · V · VISTINIE etc. = *ager emptus et terminatus auctoritate Caii Vistinii Vibii* fil. (Aufr. et Kirch. II 392, Huschke op. cit. s. 509 et in *Rhein. Mus.* n. f. XI 344).

OIIO (oiio), in marm. Italiae super. n. 30.

OINOMAVOS, *Oenomaus*, n. pr. m. in speculo Praenest. n. 2726 ter *b*.

OINVMAMA, *Unimamma*, una ex Amazonibus (α-μαζον = *sine mamma*), ab OINVS = *unus* et mama pro *mamma* (Iahn in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1862 pg. 6), in cista Praenest. n. 2726 ter *d*. Cf. Garrucci in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXIII = 1862 pg. 162.

OINVORSVS, *universus*, antiquo scribendi more (cf. OINVS = *oenus* pro *unus*). S. C. *de Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 19 sq.: HOMINES · PLOVS · V · OINVORSEI · VIREI · ATQVE · MVLIERES · SACRA · NE · QVISQVAM | FECISE · VELET etc. Umversos pro *universos* invenitur in titulo sepulcr. apud Zell n. 629.

OINVS, *oenus* (unus), eol. οινος (ενος, εἷς), sanscr. ena (is, hic, iste, ille), goth. *ains*, adiect. numer. (cf. OINVORSVS = *universus* et OINVMAMA = *unimamma*), antiquo scribendi more (Benary *Die röm. lautl.* I 59, 61; Aufr. et Kirch. I 31, 47, 136). Inscr. n. 2708 ex Scipionum sepulcro: HONC · OINO = *hunc unum.* Adde Leg. Thor. agr. (Append. n. LIX) cap. 9, ubi OINA = *una.*

OISVS, *oesus* (usus), ab antiquo oitor = *oetor* (utor), unde etiam OITILIS = *utilis.* Mart. Capella § 236 pg. 268: « *O* autem literae copulatur in nomine Iovis et Oinone; oisus etiam dicitur - sic enim veteres *usum* dixere ». Cf. adnot. in Mart. Capell. § 114 pg. 155.

OITILIS, *utilis*, adiect. apud veteres (vide OITOR = *utor*). S. C. de Tiburt. (Append. n. XXXVIII) lin. 8 sq.: NEQVE · ID · VOBEIS · NEQVE · REI · POPLICAE · VOSTRAE · OITILE · ESSE · FACERE.

OITOR, *oetor* (utor), apud veteres, unde OISVS = *usus* quod vide.

OC, *hoc*, in titulis sepulcr. apud Gruter. 1053, 11 (OC · OPVS) et Mommsen n. 3491 (IN OC LOCO).

OCAR, *ocris* (mons), subst. m. nominat. sg. 3 decl., antiquiori orthographia ꓷꟼꓘV ukar (genit. OCRER et ƎꓷꓘV ukre, acc. et locat. OCREM, dat. et abl. OCRE), apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* III 6, IV 24, V 20, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 505, Aufr. et Kirch. I 43, 53, 98, 122, 162, II 64 sq., 295, Huschke *Die iguv. taf.* s. 213 et s. 621), comparandum cum gr. ἄκρον, sanscr. agra (cacumen). Tab. eugub. VI b 46 sq.: ENO OCAR | PIHOS · FVST = *tum ocris piatus erit* (Aufr. et Kirch. II 238 et Huschke s. 212; cf. Grotefend op. cit. VI 24).

OCELLA, cognomen rom., ab oculorum parvitate (Plin. XI, LV, 3, cit. ad v. COCLES; Mommsen *inscr. Neap.* n. 6205, et n. 6307, 52; Grut. 431, 2 sq.). Hinc diminut. Ocellina, ut Livia Ocellina (Suet. *Galba* cap. 3). Suet. op. cit. cap. 4: « Adoptatus (*Serv. Galba*) a no-

verca sua (*Livia Ocellina*), Livium nomen et Ocellae cognomen assumsit, mutato praenomine ». Inscr. Benevent. apud Mommsen n. 1687: OCELLIAE · Ↄ · L | OPTATAE. In vase Arret.: C · SERT | OCEL (Gamurrini *Vasi fittili* pg. 34 n. 149). Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 251.

OCELLVLVS, *parvus ocellus*, apud Diomed. pg. 326 = 313 P. (« oculus ocellus ocellulus »).

OCELLVS, Lucanus, familiaris Pythagorae, apud Lucian. XIX, 5 (Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ) et Diog. Laert. VIII, 4. Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (267): Λευκανοὶ Ὄκελλος καὶ Ὀκύλος ἀδελφοί. Vide osc. ꟼIꓘVꓠ (aukíl).

OCELVM, Ὤκελον (Ptol. II, 6; Strab. IV, I 3, V, I 11), oppidum in Alpis Cottiis. Strab. IV, I, 3: ἐπὶ Ὤκελον, τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς. Caes. *De bello gall.* I, 40: « Compluribus in praeliis pulsis, ab Ocelo, quod est citerioris Provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris Provinciae die septimo pervenit ».

OCCANSIO, *occasio*, in Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II 115 (« quantae occansiones »).

OCCASSIO, *occasio*, in veterib. codd. (cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I, 117).

OCCASSVS, *occasus*, in veter. codd. (cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 117).

OCCATOR, deus apud veteres (Serv. in Virg. *Georg.* I, 21). Vide IMPORCITOR § 2.

OCCECVRRI, *occucurri*, apud veteres (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Aul. Gell. VII, 9: « Aelium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto occecurrerit dixisse Probus annotavit, et haec eius verba apposuit: *Si generalis species occecurrit* ».

OCCENTARE dicebant pro *convicium facere*, quum id clare et cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri potuisset, quod turpe habebatur (Paul. pg. 180). Fest. *Qu.* IX, 29 pg. 181: « Occentassint antiqui dicebant, quod nunc *convicium fecerint*, dicimus, quod id clare, et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit. quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. inde cantilenam dici, quia illam (leg. *querellam*) non cantus iucunditatem puto ». Lex XII Tabul. apud Cic. *De Rep.* IV, 10: « Si quis *occentavisset*, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri ». Gloss. Isid.: « Occentare, *male ominari* ».

OCCEPSO. Vide OBCEPSO.

OCCIA, virgo vestalis, apud Tacit. *Ann.* II, 86. — Gentilitium Occius invenitur in lapid. rom. apud Gruterum, Murator., Maff. *Mus. ver.*, Mommsen cet.

OCCILLATOR, *occator*. Vide OCCILLO, quod sequitur.

OCCILLO, *glebas comminuo*, ab *occo*, apud Plaut. *Amph.* I, I, 28. Gloss. apud Labb.: « Occilare, συγκόπτειν; Occiliator, βωλοκόπος; Occilio, βωλοστροφῶ ».

OCCIPVT -cipitis, *occipitium*, apud Pers. I, 61.

OCCISIT, *occidit* (ital. *uccise*), in leg. XII Tabul. apud Macrob. *Saturn.* I, 4 (vide NOX).

OCCISITANTVR, *saepe occiduntur* (Paul. pg. 200). Fest. *Qu.* X, 17 pg. 201: « Occisitantur, saepe occiduntur. sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium: *Homines liberi nunc in oppido occisitantur* ».

OCCISOR, ital. *uccisore* (necator). Plaut. *Mil.* IV, 2, 64: « Exprome benignum ex te ingenium, urbicape, occisor regum ».

OCCISSVS, *occisus*, in lapide apud Mommsen *Inscr. Helvet.* n. 298 pg. 61.

OCCOEPSO. Vide OBCEPSO.

OCCVLTASSIS, *occultaveris*, apud veteres. Plaut. *Trin.* III, II, 1: « Sta iloco: noli avorsari, neque te occultassis mihi ».

OCLARIVS, *ocularius*, ab oclus = *oculus*, in titulo sepulcrali apud Maffei *Mus. ver.* 284, 1 (M · PEVCETIAE MEDICO OCLARIO).

OCLATA, epitheton Bonae Deae, ab OCLVS = *oculus*. Inscr. edita in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1861 pg. 177 (ubi cf. Detlefsen): ANTEROS | VALERI · BONAE | DEAE · OCLATAE | D D L A.

OCLVDO, *occludo*, in Lege Puteol. (Append. n. LI). Vide OCCLVSTI.

OCLVS, *oculus*, quod nonnulli legunt apud Prudent. περὶ στεφ. X, 592, memoratur in *Append. ad Probi art. min.* pg. 444 (ed. Eich. et Endl.). Cf. etr. ꟼIИIꟼƆVA (auclinei) et ꟼIИIꟼƆA (aclinei) = *Oclinia*, OCLATA, OCLARIVS = *ocularius*, n. pr. m., OCLA (Grut. pg. 241), gentilit. OCLANIVS (Grut. pg. 240 col. 3 = Mommsen n. 6769) et OCLATIVS (Grut. 555, 2).

OCNVS vel Aucnus, Ὄκνος, Mantuae conditor, apud Virg. *Aen.* X, 198 (cit. ad v. MANTVA), ubi Servius: « Iste est *Aucnus*, quem in Bucolicis Bianorem dicit, ut IX Ecl. 60 *Namque sepulcrum Incipit apparere Bianoris* ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v. et Secchi in *Ann. dell'Inst. arch.* VIII = 1836 pg. 78 sg.

OCQVINISCERE. Vide OQVINISCERE.

OCRA, Ὄκρα (Ptol. III, 1), oppidum Italiae superioris, in Carnorum agro (vide OCRIS = *mons*). Plin. III, XXIII, 4: « Carnis, Segeste et Ocra ». Cf. Strab. IV, VI 1 et 10, V, I 3, VII, V 2.

OCRE, *ocri* (monti), subst. m. dat. sg. 3 decl. (v. OCAR = *ocris*), Umbrorum linguâ (Lassen *Beiträge* etc. s. 31 sq., 38; Grotefend *Rud. l. u.* IV 8, 11, 17 sq.; Aufr. et Kirch. I 62, 122, II 140, 199; Huschke *Die iguv. taf.* s. 621). Tab. eugub. VI a 23, VI b 7, 26, PACER · SEI (VI b 7 SIR, VI b 26 SI) · OCRE · FISI (VI a 23 FISEI) = *propitius sis colli Fisio*. Tab. VI a 30, 33, 40, 42, 50, 52, VI b 11, 13 sq., 32, 34: PACER · PASE · TVA (VI a 42 TVVA) · OCRE · FISI (tab. VI a 40 FISIE) = *propitius pace tua colli Fisio*. Tab. VI b 10: DITV · OCRE · FISI = *dato colli Fisio*.

§ 2. *Ocri* (monte), abl. sg. = OCRI et antiquiori orthogr. ꟼ ukri (Lassen *Beiträge* etc. s. 27, 38 sq.; Aufr. et Kirch. I 122, 157, II 137). Tab. eugub. VIa 25, 34, 35: OCREPER · FISIV = *pro colle* vel *monte Fisio* (Grotefend *Rud. l. u.* IV 10, Aufr. et Kirch. II 143, Huschke *Die iguv. taf.* s. 115 sq.).

§ 3. *Ocrem* (montem), acc. sg. pro OCREM (Lassen *Beiträge* etc. s. 50 sq., 54; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 11, 18; Aufr. et Kirch. I 44, 122, II 65; Huschke *Die iguv. taf.* s. 621). Tab. eugub. VIa 29, 39, VIb 31: PIHATV · OCRE · FISI (VIa 29 FISEI) = *piato collem Fisium.* Tab. VIa 31, 41, VIb 33: SALVO · SERITV · OCRE · FISI[M] = *salvum servato collem Fisium.*

§ 4. *In ocri* (in monte), locat. sg., = OCREM pro ocremem (Lassen *Beiträge* etc. s. 40, Aufr. et Kirch. I 94, 123, II 146 sq.; cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 11, 18, Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122). Tab. eugub. VIa 26, 36, VIb 29: OCRE · FISIE · PIR · ORTO · EST = *in colle Fisio ignis ortus est.*

OCREA. Vide OCRIS.

OCREFISI et OCREFISIM. Lege: OCRE FISI et OCRE FISIM.

OCREM, *ocrim* (montem), subst. m. acc. sg. 3 decl., minus recte OCRE (vide OCAR = *ocris*), apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 26, 50 sq., 54; Aufr. et Kirch. I 124; Huschke *Die iguv. taf.* s. 621). Tab. eugub. VIa 49: PIHATV · OCREM · FISIM (tab. VIa 29 PIHATV · OCRE · FISEI, tab. VIa 39 et VIb 31 PIHATV · OCRE · FISI) = *piato collem Fisium.* Tab. VIa 51, VIb 12: SALVO · SERITV · OCREM · FISI[M] (tab. VIa 31, 41, VIb 33 SALVO · SERITV · OCRE · FISI[M]) = *salvum servato collem Fisium.*

§ 2. *In ocri* (in monte), locat. sg., minus recte OCRE, pro ocremem (Aufr. et Kirch. I 123, II 146 sq.; cf. Lassen *Beiträge* etc. s. 38, et Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122). Tab. eugub. VIa 46: OCREM · FISIEM · PIR · ORTOM · EST (tab. VIa 26, 36, VIb 29 OCRE · FISIE · PIR · ORTO · EST) = *in monte Fisio ignis ortus est.*

OCREPER, *pro ocri* (pro monte) = OCRIPER, apud Umbros. Vide OCRE § 2.

OCRER, *ocris* (montis), subst. m. genit. sg. 3 decl., antiquiori orthographia ꟼ ukre pro ukrer (vide OCAR), Umbrorum linguâ (Lassen *Beiträge* etc. s. 26, 51, 54; Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, V 20, VI 18; Aufr. et Kirch. I 106, 123 sq., II 65 sqq., 93, 116, 137; Huschke *Die iguv. taf.* s. 621), apud Marsos ОСRIIS ocres. Tab. eugub. VIa 8: OCRER · PEIHANER, tab. VIa 19, VIb 48 OCRER · PIHANER et tab. VIa 19 sq. OCRER PEHANER = *ocris piandi.* Tab. VIa 29 sq., 39, 49, VIb 31 sq.: PIHATV · OCRER · FISIER · TOTAR · [I]IOVINAR · NOME etc. = *piato ocris Fisii, civitatis Iguvinae nomen* cet. Tab. VIa 32, 41 sq., 51 sq., VIb 12 sq., 33 sq.: SALVO[M] · SERITV · OCRER · FISIER · TOTAR · IIOVINAR NOME etc. = *salvum servato ocris Fisii, civitatis Iguvinae nomen* cet. Adde tab. eugub. VIb 10 (OCRER FISIE = *ocris Fisii*).

ОСRIIS (ocres), *ocris* (montis), subst. m. genit. sg. 3 decl. (= umbr. OCRER), apud Marsos (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341 et in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 96 sg., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 247, et s. 327, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX 143 sq.; cf. Guarini *Lex. osco-lat.* s. 51 et *Comm.* XX 14 sq.), in inscr. n. 2741 lin. 6.

OCRESIA vel Ocrisia, gr. Ὀκρισία (Dionys. Halic. IV 1 sq.) vel Ὀκρησία (Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 10), mater Servii Tullii, Tanaquilis ancilla (vide MASTARNA). Fortasse dicta est ab ocri (*monte*). Ovid. *Fast.* VI, 627 sq.:

« Namque pater Tullî Vulcanus, Ocresia mater,
 Praesignis facie, Corniculana fuit.
Hanc secum Tanaquil, sacris de more paratis,
 Iussit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obscoeni forma virilis
 Aut fuit, aut visa est; sed fuit illa magis.
Iussa loco captiva fovet: conceptus ab illa
 Servius, a caelo semina gentis habet ».

Adde Dionys. loc. cit., Plin. XXXVI, LXX 1 (Ocrisia), et Arnob. V 18 pg. 180 (Ocrisia), cit. ad vocc. TANAQVIL, TARQVINIVS et TVLLIVS.

OCRI, *ocri* (monte), subst. m. abl. sg. 3 decl. = OCRE, antiquiori orthographiâ ꟼ ukri (vide OCAR = *ocris*), apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 26, Grotefend *Rud. l. u.* III 9, Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 120, Aufr. et Kirch. I 43, 121 sq., 162, II 136 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 622). Tab. eugub. VIa 23, 43, 45, 53, 55, 58, VIb 1, 3, 6 bis, 9, 14, 19, 22, 26, 28, 35: OCRIPER · FISIV (VIa 43 OCRIPER · FISSIV, VIb 3 OCRIFER · FISIV) = *pro ocri* (monti) *Fisio.*

OCRIFER, perperam pro OCRIPER = *pro ocri* (monte). Vide OCRI.

OCRICVLVM vel Ocriclum et Utriculum, Ὀκρίκολον (Ptol. III, 1 codd. Ὀβρίκολον, Ὀβρίκωλον), Ὀκρίκολα (Steph. Byz.), Ὀκρίκλοι (Strab. codd. V, II, 10), Umbriae oppidum, hodie *Otricoli,* ab OCRI (antiquiori orthogr. ꟼ ukri) = *monte* et suff. culo (*ocriculum* et per contractionem ocri-clum = *monti-culo,* ital. *montecchio;* cf. INTEROCREA, *Crecchio* = [o]cri-clo, quod est locus prope Anxanum et Ortonam, et Utricio in *Tab. Peuting.* IIc et IIIc). Strabo loc. cit.: πόλεις δ' εἰσὶν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἄξιαι λόγου κατ' αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν οἵ τε Ὀκρίκλοι πρὸς τῷ Τιβέρει † καὶ λαρολονι καὶ Ναρνία, δι' ἧς ῥεῖ ὁ Νὰρ ποταμός, συμβάλλων τῷ Τιβέρει μικρὸν ὑπὲρ Ὀκρίκλων. Liv. XXII, 11: « quum ad Tiberim circa Ocriculum (codd. *Etriculum, Otriculum,*

Obticulum, cet.) prospexisset agmen *etc.* ». Tacit. *Hist.* III, 78: « Dum haec in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus, festos Saturni dies Ocriculi per otium agitabat ». Adde Flor. III, XVIII 11, Plin. *Epist.* VI, 18, *Itiner. ant.* apud Henzen n. 5210 pg. 27 (OCRICLO et OCRICVLO), Antonini *itiner.* pg. 125 et pg. 311 (VTRICVLI et VTRICVLI CIVITAS). — Ocriculani (cf. inscr. apud Orell. n. 98), eius oppidi incolae, apud Plin. III, XIX 2 (edit. Dalecamp. « Otriculani »). Liv. IX, 41: « Ocriculani (al. *Otriculani*) sponsione in amicitiam accepti ». Inscr. apud Marini *Arvali* pg. 576 (Orell. n. 3857): C·VOLVSIO VICTOR|I·QVAESTORI·R·P·OC|RICVLANORVM·IIII|VIRI·AEDILES·IIII·VIRI·IVR|E·EDC·(*dic*·) IIII·QVIN·Q·CIVES·ET|PLEBEI HOCE MERITO STAT|VAM HVIC POSVERVNT·Q|VI TERMAS IEMALIS AD PRISTI|NAM DIG·RESTAVRAVIT ET|D·D·C·V — P·S·T|DIAE III·NONAS NOB. Alia inscr. apud Henzen n. 5135: ...S]ALVIO·SATRIAN[O]|MINICIO|X·VIRO·STLITIBVS·IVDICANDIS·C....|....ERI CVRATORI·OCRICVLAN|...CVRATORI·BLERANOR... Ocriculanus, gr. Ὀκρικολανὸς, et Otriculanus (?), apud recentiores Utriculensis, adiect. ad Ocriculum pertinens, ut OCRICulana tribus? (Grut. 23, 6; 194, 2; 1031, 4), Ocriculana civitas (Serv. in Virg. *Aen.* II, 683, cit. ad v. TVLLIVS), Ocriculana villa (Cic. *Mil.* cap. 24), Ocriculanum praedium (Plin. *Epist.* 1, 4), Utriculana civitas (Gregor. M. *Dial.* III, 12; cf. *Append. ad epist. s. Gregor.* n. 5), Utriculensis ecclesia (Gregor. M. loc. cit.), quod τῆς ἐκκλησίας τοῦ Ουτρικούλου vertit Zacharias. Inscr. in oppido Otricoli reperta (apud Manut. *De orth.* 313, 3 = Grut. 128, 5): IVLIAE LVCILLAE|L·IVLI·IVLIANI·FIL|PATRONI·MVNICIPI|CVIVS·PATER·THERMAS·OCRICOLA|NAS A·SOLO·EXTRVCTAS|SVA·PECVNIA·DONA|VIT·DECVR·AVG·PLEPS|L·D·D·D. Steph. Byz.: Ὀκρίκολα, πόλις Τυρρηνῶν· Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν Ὀκρικολανὸς, ὡς αὐτός φησιν.

OCRIPER, *pro ocri* (monte), = OCREPER, et antiquiori orthogr. ꓷƎꟼIꓷꓘV ukri-per, apud Umbros (Corssen *Ueb. aussprache* etc. II, 359). Vide OCRI.

OCRIS, *mons*, gr. ὄκρις = ἄκρις (cf. ὀκρία in *Thes. gr. ling.*), subst. m. (= umbr. OCAR, antiq. orthogr. ꓷAꓘV ukar, marsic. ⋄<RII$), apud veteres. Hinc oppida ital. OCRA, OCRICVLVM, INTEROCREA, Ocritum (codd. Liv. XXV, 14 cit. ad v. COMINIVM) et *Crecchio* = [*o*]*cri-clo*, et mons Norici Ὄκρα (Strabo IV, VI, 2 codd. Ἄκρα). Fest. *Qu.* IX 29 pg. 181 (Paul. pg. 180): « Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, *montem confragosum* vocabant, ut aput Livium [vs. 29]: *Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim?* et [vs. 30 sq.]: *celsosque ocris* (al. *in ocris*) *arvaque putria et mare magnum.* [et]: *Namque Taenari celsos ocris* [vs. 32]. et: *haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri* [vs. 33]. unde fortasse etiam ocriae (leg. *ocreae*) sint dictae inaequaliter tuberatae [cf. Varr. *De l. l.* V, 116 pg. 46] ». Cf. *Chron. Farf.* (Murat. *Rer. ital. scr.* vol. 2) col. 403 « de Ocre », et Murat. *Antiq. ital.* V, 835 « ex corpore Massae Ocris ». Hinc Ocrulum, ut Sancta Maria de Ocrulo (*Chron. Farf.* col. 574). Vide OCRESIA.

OCRISIA. Vide OCRESIA.

OCRITVM? Vide COMINIVM.

OCTABVS, *octavus*, adiect., in titulo coemet. apud Mommsen n. 696 (INDIC·OCTABA, p. Chr. 530?).

OCTABIANA, *Octaviana*, gr. orthogr. Οκταβίανη (apud Osann pg. 443 n. CXXXI), nom. pr. f. ab OCTABIA (vide OCTABIVS), in inscr. Lucana apud Mommsen n. 363.

OCTABIVS et Octabia, *Octavius* et *Octavia* (cf. OCTABIANA), gentilitium rom. (gr. orthogr. OKTABIOC, apud Osann *Syll. inscr.* pg. 532 n. XV), ut M·OCTABIVS (Grut. 723, 5), OCTABIA·ARESCVSA (Mommsen n. 2769). Inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 290, 4: D·M|OCTABIAE·ALEXANDRIAE|OCTABIAE·ET·MARITO|EIVS·CL·BITALI·LOCVM|SIBI·CONCESSVM|A·SERBILLA·MARCELLA|FECIT·OCTABIVS·ALEXANDER|ET·LIB·LIB·POSTERISQ·EORVM. — Formam OCTAꟻIAI pro Octaviae exhibet inscr. apud Grut. 238, 6.

OCTAVILLA, diminut. Octaviae, cognomen rom. apud Grut. 412, 2.

OCTAVIS, *Octavius*, n. pr. m., antiquo scribendi more, = etr. ƎꓶAꓕꓭV uhtave (cf. OCTAVS et OCTABIVS), ut C. Octavis, apud Lanzi I 162 = 123 nt. 2.

OCTAVIVS, praenomen ital., ut Octavius Mamilius Tusculanus (Liv. I, 49).

§ 2. Gentilitium Volscum et Sabinum. Suet. *Octav.* cap. 1: « Gentem Octaviam Velitris praecipuam olim fuisse, multa declarant. Nam et vicus celeberrima parte oppidi iam pridem Octavius vocabatur ». Cic. *Brut.* cap. 68: « L. Octavius Reatinus, qui quum multas iam causas diceret, adolescens est mortuus ». Serv. ad Virg. *Aen.* VIII, 361: « Marcus Octavius Eserninus (al. *Hersennus*) ».

OCTAVS, *Octavius*, n. pr. m., gr. orthogr. OKTAIOΣ (apud Osann *Syll.* etc. pg. 347), in marm. apud Marini *Arvali* pg. 170 (Q·OCTAVS). Vide OCTABIVS et OCTAVIS.

OCTIGESIMVS, *octingesimus*, apud Prisc. II 413 = pg. 1353 P.

OCTIMVS, *optimus*, adiect. in inscr. apud Mommsen n. 1516 (MATRI OCTIMAE).

OCTVBER, *October*, in titulo sepulcr. apud Maffei *Mus. ver.* 180, 4 (ID · OCTVBR = *idibus octobris*) et in inscr. apud Orell. n. 4032 (DAT · NON · OCTVBRIS). Octobres, et antiquiori orthogr. OCTOBREIS, invenitur in inscr. apud Maffei *Mus. ver.* 357, 7 et 358, 8 (KAL · OCTOBRES, et PRIDIE · NON · OCTOBRES). Inscr. in olla plumbea (*Bullett. arch. nap.* nv. sr. IV, 106): L · NVMISI · L · F | SPLENDIDI · A · D · III · K · OCTOBRES | CN · LENTVLO · M · LICINIO · COS | OLLA. Alia apud Garrucci *Graff. de Pompéi* pl. III n. 1: C · PVMIDIVS DIPILVS HEIC FVIT | A D V NONAS OCTOBREIS M LEPID Q CATVL COS.

OCTVGENTA, *octoginta*, in titulo chr. apud De Boissieu *Inscr. de Lyon* ch. XVII n. 65 pg. 598 (VIXIT ANVS OCTVGENTA).

OCTVLANI, populi Italiae, quorum meminit Plin. III, IX, 16.

ΟΚΥΛΟΣ, Lucanus, Ocelli frater, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (267). Vide OCELLVS.

OL-, radix umbrica, in voc. AMBOLTV = *amb-ul-ato*.

OLA, *olla*, samnit. orthogr. úlú (vide VΛVMΜ úlam = *ollam*). Inscr. edita in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1861 pg. 39: L · SIIIVS · PILIIRO | VIINIIR · L · L | SIIIA · IIRIIS · V | IIMIT · DVA SR | OLAS · SIB IIT PAT (*L. Seius Pilerus Veneria. l. l. Seia. heres viva emit duas ollas sibi et patrono*). Cf. Marini *Arvali* pg. 233.

OLANE, Ὄλανα sive Ὄλανα (Polyb. II, XVI, 10 sq.), unum ex Padi ostiis, inde Volane dictum. Plin. III, XX, 6: « Proximum inde ostium Caprasiae, dein Sagis: dein Volane, quod ante Olane vocabatur ».

OLBIA vel Ulbia, Ὀλβία (Ptol. III 3, Pausan. *Phoc.* XVII 5, Steph. Byz.), oppidum Sardiniae (Antonini *itiner.* pg. 79 sq. « Ulbia »), a Tesprensibus conditum (cf. adiect. ὄλβιος fortunatus; et Solin. I, 61). Flor. II, II, 16: « Serpente latius bello, Sardiniam, adnexamque ei Corsicam transit (*L. Cornelius Scipio*): ibi Olbiae, et hic Aleriae urbis excidio incolas terruit ». Adde Valer. Max. V, I 2, Cic. *Epist. ad Q. fr.* II, 8 = n. 116, et Claudian. *De bello Gild.* vs. 519. — Olbiensis, gr. Ὀλβιανὸς, adiect. ad Olbiam pertinens, ut Olbiensis ager (Liv. XXVII, 6), Ὀλβιανὸς λιμὴν (Ptol. III, 3) et Olbiensis epistola (Cic. *Epist.* cit. II, 3 = n. 99) h. e. *Olbiae data.* — Varias autem Olbias memorant Strabo, Steph. Byz., Mela cet. (cf. *Thes. gr. ling.* s. v. Ὀλβία). Alpes dictae sunt Ὄλβια et Ὄλπια. Athen. VI, 23 pg. 233: Τὰ πάλαι μὲν Ῥίπαια καλούμενα ὄρη, εἶθ' ὕστερον Ὄλβια προσαγορευθέντα, νῦν δὲ Ἄλπια. *Etym. M.* pg. 623 (col. 564 ed. Sylb.): Ὄλπια, τὰ ὄρη τὰ διείργοντα Ἰταλίαν καὶ Κελτικήν.

§ 2. Oppidum Liguriae. Steph. Byz.: Ὀλβία, πόλις Λιγυστική. ὁ πολίτης, Ὀλβιοπολίτης, καὶ Ὀλβιανοὶ, ὡς Αὐσωνοί. ἔστι δὲ καὶ πλησίον αὐτῆς ὄρος Ὀλβιανόν.

OLENVS, n. pr. m., ut Etruriae celeberrimus vates Olenus Calenus (Plin. XXVIII, IV, 1). Alius est Olenus, de quo Ovid. *Metam.* X, 69. Cf. Titus Flavius Olenus (Grut. 577, 3). Hinc Olenius, cognomen rom., apud Mommsen n. 3034.

OLIBA, *oliva*, unde OLIBETVM = *olivetum*, apud Gaii *instit.* (Lachm. pg. XLII nt. 40).

OLIBETVM, *olivetum*, ab OLIBA pro *oliva*, apud Gaii *instit.* (Lachm. pg. XLII nt. 40).

OLIPOR, *Auli puer* (servus), ab OLVS = *Aulus*, in titulo apud Murat. 154, 2 (A · CAECILI · A · L · OLIPOR).

OLIVVLA, portus Liguriae, inter Portum Herculis Monoeci et Nicaeam. Antonini *itiner.* pg. 504: « Ab Anaone ad Olivulam portus M. P. XII; ab Olivula Nicia Plagia M. P. V ».

OAKION, oppidum Etruriae. Vide VOLCIVM.

OLLARIVM, loculus, in quo olla ossuaria vel una, vel binae, quandoque etiam quatuor reponebantur (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Inscr. apud Fabr. cap. I n. 60 pg. 13: Q · CANVSIVS | PRAENESTINVS | MACERIAM · ET · OL|LARIA · LIBERTIS | LIBERTABVSQVE | SVIS · FECIT.

OLLE vel ollus vel olus, et olla vel ola, *ille* et *illa*, pronom. demonstr. apud veteres (nominat. pl. OLLI, genit. OLORVM, abl. OLOES et OLLIS). Lex Servi Tulli apud Fest. *Qu.* XI, 32 pg. 230: « Si parent[e]m puer verberit, ast *olle* plorassit paren. † puer divis parentum sacer esto ». Apud Cic. *De leg.* II, 8: ET OLLOS, QVOS ENDO CAELO MERITA LOCAVERVNT; – AST OLLA, PROPTER QVAE etc.; – AVSPICIVM PRAEMONENTO OLLIQVE OBTEMPERANTO. Et II, 9: NOCTVRNA MVLIERVM SACRIFICIA NE SVNTO, PRAETER OLLA, QVAE PRO POPVLO RITE FIENT; – SVMPTVM IN OLLOS LVCTVMQVE MINVVNTO. Et III, 3: OLLISQVE AD HONORIS AMPLIORIS GRADVM IS PRIMVS ADSCENSVS ESTO; – OLLIS SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO; – OLLIQVE EX SE PRODVNTO; – OLEOSQVE, QVOS CENSORES IN PARTIBVS POPVLI LOCASSINT, NE FERVNTO. Enn. *Ann.* vs. 34: « Olli respondit rex Albai longai ». *Ann.* vs. 544: « Olli cernebant magnis de rebus agentes ». *Ann.* vs. 604: « Olli crateris ex auratis hauserunt ». *Ann.* vs. 307: « ollis popularibus ». Plaut. *Amph.* prol. vs. 37: « Quippe olli iniqui ius ignorant, neque tenent ». Fest. *Qu.* XII 23 pg. 254: « illius (leg. *ollus*) Quiris leto datus ». Varro *De l. l.* VII, 42 pg. 136: « Apud Ennium [*Ann.* vs. 122]: *Olli respondet suavis sonus Egeriai;* olli valet dictum *illi*, ab olla et ollo, quorum alterum, comitiis quom recitatur a praecone, dicitur: *Olla centuria*, non *illa;* alterum apparet in funeribus indictivis, quom dicitur: *Ollus leto datus est*, quod graecus dicit λήθῃ, id est oblivioni ». Adde Lucret. ed. Lachm. I 674, II 64, 1003, III 271, IV 178, V 382, 1291, 1390, VI 208, 687 (« ollis »), Virg. *Aen.* I 254, IV 105, V 10, 197, 284, 358, 580, VI 321, VII 458, 505, VIII 94, 594, IX 740, X 745, XI 120, 236, XII

18, 309, 537, 788, 829 (« olli »), et VI 730, VIII 659 (« ollis »). Quintil. *Inst. orat.* VIII, III, 24 sq.: « Quum sint autem verba *propria*, *ficta*, *translata*, propriis dignitatem dat antiquitas: namque et sanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerit usurus: eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius unice est usus. *Olli* enim, et *quianam*, et *mis* et *pone*, pellucent et aspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem: sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda ». Cf. Serv. in Virg. *Aen.* IV 105, V 10, XI 236.

OLLIC, *illic*, apud veteres (Plaut. pg. 196), ab OLLE = *ille*, quod vide.

OLLICVLANI, populi Italiae, quorum meminit Plin. III, IX, 16.

OLLIM, *olim*, adverb., in inscr. apud Grut. 690, 5.

OLLIVS, fluvius Italiae superioris (Plin. III, XX 4; cf. V, XXXII 2), nunc *Oglio*, in Sevinum influens (Plin. II, CVI, 2).

OLLVS, *illus* (ille). Vide OLLE.

OLO -is, *oleo* (Priscian. pg. 444 = 838 P. et pg. 479 = 866 P., Diomed. pg. 383 = 378 P.), apud Plaut. *Most.* I, I 41 et *Poen.* I, II 56, Afran. vs. 178, et Pompon. vs. 6 (Non. II 603 = pg. 147 « olat pro oleat »).

OLOES, *ollis* (illis), ab olus = *ille*. Paul. pg. 19: « Ab oloes dicebant pro *ab illis;* antiqui enim litteram non geminabant ». Vide OLLE = *ille*.

OLORVM, *ollorum* (illorum), in titulo Duill. (n. 2715 lin. 10), ab olus (ollus) = *ille*. Vide OLLE.

OLOVITREVM, *totum vitreum*, in Gloss. Isidori.

ΟΛΠΙΑ. Vide OLBIA.

OLVATVM, mensurae genus. Fest. *Qu.* X, 21 pg. 205: « Olvatum Antistius Labeo ait esse mensurae genus ».

ΟΛΥΜΠΙΑΣ, Thuriorum platea, quam memorat Diod. Sic. XII, 10.

ΟΛΥΜΠΙΟΝ vel Ὀλυμπιεῖον, templum ad Syracusas, de quo Diod. Sic. XIII 6, et Thucyd. VI 64 sq., 70, 75, VII 4, 37, 42. Liv. XXIV, 33: « quum Romanus exercitus ad Olympium (Iovis templum est) mille et quingentis passibus ab urbe castra posuit ».

§ 2. In Sicilia, quo post urbem a Carthalione incensam Agrigentini se receperunt (Diod. Sic. XXIII, 18).

§ 3. Templum Agrigenti, apud Diod. Sic. XIII, 82.

ΟΛΥΠΙΟϹ, Ὀλύμπιος (Olympius), in titulo christiano apud Lupi pg. 112.

OLVS, *Aulus*, praenom. rom., unde OLIPOR = *Auli puer* (Auli servus), apud veteres, ex. c. Olus Postumius Tubertus (Aul. Gell. XVII, 21), OLVS PVBLICIVS POLYTIMVS (Orell. n. 2697), OLVS · CAESENIVS · FORTVNATVS (Fabr. cap. I n. 116 pg. 26), OLVS TERENTIVS PVDENS VTTEDIANVS (Maffei *Mus. ver.* 239, 1; Orell. n. 1943), OLO · PLVTIO · SVCCESSO (Orell. n. 2866), O · TERTVLL · FIL (Orell. n. 2712), C · PANSA · O · IRTIO CONS · (Mommsen n. 5552), O (?) MANLII LVCRIONIS (Racca *Marmi di Novara* n. 64 pg. 81). Cf. De Boissieu *Inscr. de Lyon* ch. XI pg. 444 n. 1.

OMANVS, *humanus*, adiect. ab OMO = *homo*. In inscr. Praenest. apud Visconti *Mus. Pio-Clem.* I, 32 nt. 2 (Orell. n. 4360): MEMOR · CONDICIONIS · OMANE.

OMICIDA, *homicida*, ab OMO pro *homo*, apud Gaii *instit.* (ed. Lachm. pg. XL).

OMMENTANS, *obmanens*, apud veteres. Fest. *Qu.* X, 8 pg. 190: « Livius in Odyssea, quom ait: *In Pylum advenies* (leg. *adveniens*), *aut ibi ommentans*, significat obmanens, sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur, id enim est mantare ». Placidi *Gloss.* apud Mai *Class. auct.* III, 492: « Omentat (cod. *omenta*), *expectat*, dictum a mantando, id est *diu manendo* ».

OMNE, *omni*, pro *omnei*, adiect. dat. sg. in Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 109.

OMO, *homo*, unde OMANVS (humanus) et OMICIDA (homicida), in titulo sepulcr. apud Grut. 588, 9 (OMINI = *homini*), et *Catac. de Rome* pl. IX n. 16 (OMINE pro *hominem*). Cf. inscr. apud Henzen n. 6085.

ΟΜΦΑΚΗ, Sicanorum oppidum, apud Pausan. *Arcad.* XLVI 2 et *Boeot.* XL 4. Steph. Byz.: Ὀμφάκη, πόλις Σικελίας· Φίλιστος Σικελικῶν τετάρτῳ. τὸ ἐθνικὸν Ὀμφακαῖος. ἔδει δὲ Ὀμφακῖκος, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

ONA, fici Tarentinae genus (cf. gr. ὠνίας). Plin. XV, XIX, 3: « Tarenti tantum praedulces (*fici*) nascuntur, quas vocant onas ».

ONASVS, Segestanus, homo nobilis, apud Cic. *in Verr.* II, v, 45.

ΟΝΑΤΟΣ, Crotoniates, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (267).

ONENSIMVS, *Onesimus* (Ὀνήσιμος), cognomen rom., ut N · ANTONIVS · N · L · ONENSIMVS.

ΟΝΟΒΑΛΑ, fluvius Siciliae, ad Aetnam montem (Appian. *De bell. civ.* V, 109).

ΟΝΟΒΑΤΙΣ, h. e. quae asinum conscendit, eoque vehitur, apud Cumanos mulier dicebatur in adulterio deprehensa (Plutarch. *Quaest. gr.* cap. 2). Cf. ὀνοβόστιδες, apud Hesych. *Lexic.* III, 209 (ed. Schmidt).

ΟΝΟΜΑΡΧΟΣ, Catanae tyrannus, apud Aelian. *De nat. anim.* V, 39.

ONOR, *honor*, unde ONORATVS pro *honoratus*, in inscr. apud Mommsen n. 3092. Hinc ONORIVS = *Honorius*, in lapid. apud Grut. 1050, 12, et Mommsen n. 591, 5036, 7154.

ONORATVS, *honoratus*, ab ONOR pro *honor*, apud Gaii *instit.* (ed. Lachm. pg. XL).

ONSE, *ansá?*, subst. f. abl. sg., apud Umbros (Aufr. et Kirch. II 245) in tab. eugub. VIb 50 (vide FERTV). *Humero* exponit Huschke (*Die iguv. taf.* s. 224), gr. ὦμος, ab οἴω (fero). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI, 24.

ONYTES vel Onites, Rutulus, apud Virg. *Aen.* XII, 514 (« et maestum mittit Onyten »). Ubi Servius: « Sane Onyten Donatus dicit aut gentile esse aut patronymicum, ut nomen eius proprium sit Echionius. Sed hoc non procedit: quia neque patronymicum in tes exit: neque Onytes, a qua gente veniat, usquam lectum est. Proprium ergo est *etc.* ». Alii legunt *Onitem* vel *Onithem.*

OXIMVM. Vide AVXIMVM.

OXVBII vel Oxybii, Ὀξύβιοι (Strab. IV, I 10 et VI 2; Polyb. XXXIII, 7), Liguriae populi (cf. Plin. III, V 5, Flor. II 3; et vide LIGVRES). Asin. Quadr. fragm. n. 25: Ὀξύβιοι, *μοῖρα Λιγύων· Κονάδρατος τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας.* Hinc adiect. Ὀξύβιος, ut Ὀξύβιος λιμήν, Oxybius portus. Strab. IV, I, 10: *τούτων δ' ἐπὶ καὶ ὁ Ὀξύβιος καλούμενος λιμήν, ἐπώνυμος τῶν Ὀξυβίων Λιγύων.*

OOSERCLOME, *ad —um* (Auserculum?), subst. m. locat. sg. 2 decl. apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 67, 118, II 78, 183), comparandum cum *Ausercnlo*, hodie *Serchio* (in Tuscia), compositum ab ooser = AVSER et suff. -culo (Aufr. et Kirch. I 163). Invenitur in tab. eugub. VIa 12. Alii explicant *oscinum* vel *oscinum cantus* (Grotefend *Rud. l. u.* VI 11, VIII 22) sive *avis-serva-culum* h. e. *auguraculum* (Panzerbieter *Quaest. umbr.* apud Kirch. in *Zeitschr. f. vergl. sprach.* I 284). Ad gr. ὠθέω (expello, impello) trahit Huschke *Die iguv. taf.* s. 73, et *in circum* exponit.

OP (?), *ob*, praepos. apud Umbros, antiquiori orthogr. ꟼV up (= osc. OP et ПV úp), in voc. OPETER (Aufr. et Kirch. I 159, II 355).

OP, *ob*, praepos. apud Oscos, antiquïori orthogr. ПV úp (= umbr. ꟼV up), sanscr. abhi (Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 393, V 1 sq., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 349; cf. Peter *Sprache und schrift* etc. s. 50). Usurpatur pro *apud*, sicuti *ob* pro *ad* apud Romanos (cf. *ob viam* = *ad viam*, Paul. pg. 147; *ob Romam* ..... *ducere*, Enn. *Ann.* vs. 295; *ob Troiam duxit*, Enn. ed. Ribbeck pg. 175 vs. 5), et construitur cum ablat., ut in tab. Bantina n. 2897 lin. 14 OP · TOVTAD = *ob populo* sc. *apud populum* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 55, 69), lin. 23 OP · EIZOIS = *ob illis* sc. *apud illos.*

OPALIA, festa in honorem Opis, apud Varr. *De l. l.* VI 22 pg. 82, Fest. *Qu.* X, 1 pg. 185 et Macrob. *Saturn.* I 11.

OPEIMIVS, *Opimius*, gentilitium rom. in numis consul. apud Cohen pg. 234 suiv. (cf. Mommsen *Gesch. der Röm. münzwesens* s. 525 sq.), ut L · OPEI, L · OPEIM, L · OPEIMI = *L. Opimius*, et M · OPEIMI = *M. Opimius.* Adde inscr. rom. in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1861 pg. 77.

OPECONSIVA, dies ab dea Ope Consivia, quoius in Regia sacrarium, quod ita * actum, ut eo praeter virgines Vestales et sacerdotem publicum introeat nemo (Varro *De l. l.* VI, 21 pg. 81). Cf. Macrob. *Saturn.* III 9, Fest. *Qu.* X, 4 pg. 186, et Kalend. vet. apud Orell. II 396 sq.

OPERIBO, *operiam*, apud veteres. Pompon. vs. 147 (apud Non. X, 25 = pg. 507): « negato esse hic me: ego operibo caput ».

OPERMENTVM, *operimentum*, apud Prud. *Psych.* vs. 462.

OPERTANEVS, adiect., ut opertanea sacra, quae Bonae Deae fiebant, in operto. Plin. X, 77: « Ad rem divinam, luteo rostro pedibusque, purae non videntur (*gallinae*): ad opertanea sacra, nigrae ». Opertanei dii dicti sunt qui in operto et in terrae visceribus habitare creduntur. Mart. Capella § 45 pg. 92 (cit. ad v. NOCTVRNVS): « Dii Consentes, Penates, Salus ac Lares, Ianus, Opertanei Nocturnusque ».

OPERTIO -onis, *operimentum*, apud Varr. *De l. l.* V, 72 pg. 29.

OPETER, *—ti*, particip. perf. pass. (genit. sg. 2 decl.), comparandum cum imperat. V+ƎꟼV up-e-tu = *ob-ito* (Aufr. et Kirch. I 159, II 355; cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 39 sq.), in tab. eugub. Vb 9 et 14, ubi FARER · OPETER, *farris oblati* interpretatus est Grotefend *Rud. l. u.* VII 11 sq. *Farris optimi* exponit Huschke (*Die iguv. taf.* s. 472), cui opeter est particip. perf. pass. (s. 658) e gr. ΟΠΩ, lat. *opere.* Ad gr. ὕπατος (summus) vel ad ὀπᾶν (adolere) trahit Lanzius II 707 = 615, 825 = 734.

OPETREIIA, *Opetreia* (Opetria), n. pr. f., in lapide Campano apud Mommsen n. 1502 (OPETREIIAE · C · F · PAVLLAE).

OPHELTES, nauta Etruscus, a Baccho in delphinum translatus. Ovid. *Metam.* III, 605: « Adsumus en, inquit sociorum primus Opheltes ».

OPHICI, olim appellati sunt Capuenses, « quod illic plurimi abundavere serpentes; nam graece ὄφις dicitur serpens (Serv. in Virg. *Aen.* VII, 730) ». Hesych. *Lexic.* III 246 (Schmidt): Ὀφικοί (al. Ὀφιγοί)· *οἱ νῦν* Ὀπικοί.

OPHION, animal quoddam Sardiniae peculiare, « cervis tantum pilo simile », apud Plin. XXVIII, XLII 2, et XXX, LII 1.

OPIGENA, cognomen Iunonis. Paul. pg. 200: « Opigenam Iunonem Matronae colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant ». Mart. Capella § 149 pg. 201: « Opigenam te, quas vel in partus discrimine, vel in bello protexeris, precabuntur ».

OPIDIA. Vide OPPIA.

ΟΠΙΚΙΑ, regio Italiae inferioris (Thucyd. VI, 4). Vide OPSCI.

OPICVS. Vide OPSCI.

OPINO, *opinor*, apud veteres (Prisc. pg. 392 = 796 P. et pg. 397 = 800 P., Non. VII, 59 = pg. 474).

ΟΠΙΝΟΙ, populi Corsicae, apud Ptol. III, 2 (al. Ὀπηνοί). Vide voc. sq.

ΟΠΙΝΟΝ, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2 (cod. Ὄπεινον). Vide voc. praeced.

OPIS, Ὦπις, Iapygum rex, apud Pausan. *Phoc.* XIII, 10.

OPITER -iteris et -itris (Priscian. pg. 229 = 695 P.) vel -etris, praenomen rom. (Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 25), ut Opiter Oppius Tusculanus (Fest. *Qu.* XV 23 pg. 348 cit. ad voc. OPPIVS), Ὀπίτερος Λουκρήτιος (Diod. Sic. XII, LXXIII, 1), et Opiter Virginius consul (Liv. II, 17, 54), quem Opitrem Virginium Tricostum appellat Auct. *Epit. de nom. rat.* Paul. pg. 184: « Opiter est, cuius pater avo vivo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, id est pro patre ». Auct. *Epit.* cit.: « Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur ». *Gloss.* Placidi apud Mai *Class. auct.* III, 491: « Opiteros (leg. *opiter*), qui obito patre et avo vivente nascitur ». Vide OPITERNIVS.

OPITERGIVM, Ὀπιτέργιον (Ptol. III, 1 codd. Ὀπιτήργιον; Strab. V, I, 8 codd. Ἐπιτέρπιον), hodie *Oderzo*, oppidum Italiae superioris in Venetis (Plin. III, XXIII 3, Tacit. *Hist.* III 6), ad Liquentiam amnem. Cf. Antonini *itiner.* pg. 280 (« ab Opitergio Tridento ») et *Tab. Peuting.* segm. III*c* et IV*a* (« Opitergio »). Paul. Diac. *Hist. Langob.* IV, 47: « Opitergium quoque civitatem inter Tarvisium et Forum Iulii positam pari modo expugnavit ». — Eius incolae Opitergini, apud Flor. IV, II 33 et Quintil. *Inst. orat.* III, VIII 30. Inscr. apud Orell. n. 72: C · PRAECEL|LIO · C · FILI · PAP | AVGVRINO VETTIO FESTO CRISPINIANO · VIBIO | VERO · CASSIANO | C · I · TRIVMVIRO CA|PITALI · TRIB · LEG · VII | GEM · PATRONO SP|LENDIDISSIMAE COL | AQVIL · ET PARENTAN|ORVM · OPITERGINOR | HEMONES · ORDO ET | PLEBS PARENT · AER · COL · L | D · D · D. Opiterginus, adiect. ad Opitergium pertinens, ut Opitergini coloni (Lucan. IV, 462), Opitergina ratis (Quintil. op. cit. III, VIII, 23), et Opitergini montes. Plin. III, XXII, 1: « flumen Liquentia ex montibus Opiterginis ».

OPITERNIVS, gentilitium Faliscum, ut L. Opiternius (Liv. XXXIX, 17).

OPITVLO, *opitulor*, apud Liv. Andr. vs. 19 sq. (Non. VII, 61 = pg. 475).

OPITVMVS, *optumus* (optimus), adiect., quod et scribitur OTIMVS et OCTIMVS. Inscr. edita in *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* II, 675 (Henzen n. 5434): DIS MANIBVS | EGNATIAE FES|TAE CONIVGI | OPITVMAE ET | KARISSIMAE | EXOCVS DOMITIAE | DOMITIANI SERVVS | BENEMERENTI | FECIT.

OPLACVS. Vide OBLACVS.

OPORTIBIT, *oportebit*, in Lege Iul. municip. cap. 1 (apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 304).

OPORTIRET, *oporteret*, in lege de Gallia Cisalp. col. 1 lin. 26-27.

OPORTVNITAS, *obportunitas* (opportunitas), in tab. aer. apud Murat. pg. 564.

OPORTVNVS, *obportunus* (opportunus), in tab. aer. apud Murat. pg. 564.

OPOS, *opus*, antiquo scribendi more, ex inscr. statuae aereae Musei Kircheriani (Ritschl *De fict. litter.* pg. 16 sq.).

OPPEDVM, *oppidum*, in Lege Serv. *De Repet.* (Append. n. LX) cap. 12 (IN · OPPEDEIS = *in oppideis*).

OPPIA, nomen pr. fem. apud Campanos, ut Vestia Oppia Atellana Capuae habitans (Liv. XXVI, 33) vel Vestia Opidia (Val. Max. V, II, 1). Cf. Viola *Mem. istor. di Cori* (*Giorn. arcad.* XXIII, 333), et v. OPPIVS.

OPPIANICVS, cognomen Larinas, ut Statius Albius Oppianicus (Cic. *pro Cluent.* capp. 4, 7 sq.).

OPPIVS, gentilitium ital., ut Opiter Oppius Tusculanus, a quo Oppius mons Romae appellatus. Vide OPPIA et § sq.

§ 2. Mons Romae (Fest. *Qu.* XV, 15 pg. 340 et Paul. pg. 141). Varro *De l. l.* V, 50 pg. 19 sq.: « Exquiliae duo montes habiti, quod pars * Oppius, pars * Cespeus mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur. In sacris Argeorum scriptum est sic: *Oppius mons, princeps Exquilis ouls lucum Facutalem; sinistra via secundum moerum est. Oppius mons, terticeps cis lucum Exquilinum, dexterior via in Tabernola est. Oppius mons, quarticeps cis lucum Exquilinum, via dexterior in Figulinis est* ». Nomen habuit ab Opitre Oppio Tusculano. Fest. *Qu.* XV, 24 pg. 348 (vide SEPTIMONTIVM): « Oppius autem appellatus est, ut ait Varro rerum humanarum L. VIII, ab Opita (leg. *Opitre*) Oppio Tusculano, qui cum praesidio Tusculanorum missus ad Romam tuendam, dum Tullus Hostilius Veios oppugnaret, consederat in Carinis, et ibi castra habuerat ».

OPPONETVR, *opponitur*, in Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 123.

OPPOSTVS, *oppositus* (ital. *opposto*), per syncopen, apud Lucr. IV, 150 (ed. Lachm.).

OPS, *opulentus*, apud veteres (Paul. pg. 191). Fest. *Qu.* X, 8 pg. 190: « Ops antiqui dicebant, quem nunc *opulentum*, ut testimonio est, non solum ei contrarium inops, [sed etiam cops, ut is] *concedit* (leg. *cops edit*). *ego egens exortus* (leg. *emortuus*) *sum* ».

§ 2. Dea apud Sabinos (Varro *De l. l.* V, 74 pg. 30). Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

OPSAEPTVS, *obsaeptus* (obseptus), apud Plaut. *Pseud.* I, v, 10 (Ritschl et Fleckeisen).

OPSECRO, *obsecro*, apud Plautum (ed. Ritschl et Fleck.).

OPSEQVENS, *obsequens*, adiect., antiquo scribendi more (cf. Dausq. II, 37), ut FORTVNA OPSEQVENS in

numis Antonini Pii apud Eckhel *Doctr. num. vet.* VII 24 et Cohen *Méd. impér.* n. 147 et n. 599. Inscr. apud Maffei *Osserv. lett.* V, 196: IOVI | OPSEQVENTI | PVBLICE. Alia inscr. apud Henzen n. 5789: FORTVNAE · OPS[EQVENTI] | P · PEILIVS · L · F · C · CALVIVS · P · F | CENS. In titulis sepulcr.: CLAVDIA · AVG ..... OPSEQVENS (Lupi pg. 119). VXORI PVDICI[SSI]ME ET OPSEQVENT[ISS]IME (Mommsen n. 2501), CONTVBERNALI · SVO CARISSIMO · ET · OPSEQVENTISSIMO (Maffei *Mus. ver.* 302, 9). Adde inscr. apud Mommsen n. 4070, Doni cl. XII n. 50 pg. 403, Decr. col. Pis. pr. lin. penult., et Plautum (Ritschl et Fleckeisen).

OPSEQVIOSVS, *obsequiosus*, adiect. apud Plaut. *Capt.* II, III 58 (Fleckeisen).

OPSEQVIVM, *obsequium*, subst. n., apud Plautum *Bacch.* IV, x, 7 (Fleckeisen).

OPSEQVOR, *obsequor*, apud Plautum (Ritschl et Fleckeisen).

OPSERO, *obsero*, apud Plaut. *Trin.* II, IV, 129 sq. (Ritschl et Fleckeisen).

OPSERVO, *observo*, antiquo scribendi more (Plaut. ed. Fleckeisen), in decr. colon. Pisanae sec. lin. 55, apud Noris. *Cenotaph. Pis.* (Egger *Lat. serm. rel.* pg. 338, Zell n. 1749).

OPSES, *obses*, apud veteres. In titulo n. 2707 ex Scip. sepulcro: OPSIDESQVE · ABDOVCIT. Adde inscr. apud Orell. n. 629.

OPSESSOR, *obsessor*, subst. m., apud Plaut. *Pseud.* III, II, 18 (Fleckeisen).

OPSESSVS, *obsessus*, adiect., in vet. poet. fragm. (*Hercul. Volum.* II, XVII lin. 4).

OPSIGNATVS, *obsignatus*, ab opsigno = *obsigno*, apud Plaut. *Trin.* vs. 788 et vs. 793 edente Ritschelio.

OPSIGNO, *obsigno*, apud Plautum (ed. Ritschl et Fleck.). Lex Serv. *Repetund.* (Append. n. LX) cap 20: PEQVNIA · IN · FISCIS · OPSIGNETVR.

OPSIDEO, *obsideo*, antiquo scribendi more (cf. OPSIDIO et OPSIDIVM), apud Plaut. *Rud.* III, III, 36 (Fleckeisen). Cf. Scaur. *De orthogr.* pg. 2261 P.

OPSIDIO, *obsidio*, subst. f. (cf. OPSIDEO), apud Plaut. *Asin.* II, II, 14 (Fleck.), *Most.* V, I, 7 (Ritschl), et *Rud.* III, V, 58 (Fleck.).

OPSIDIVM, *obsidium*, subst. n. (cf. OPSIDEO), apud Plaut. *Bacch.* IV, IX, 24, et *Rud.* II, II, 64, 67 (Fleckeisen).

OPSIDIVS vel Obsidius, n. pr. m. apud Frentanos, ut Opsidius Oblacus (vide OBLACVS), Obsidius (Oros. V, 18, in ant. cod. *L. Opidius*). Flor. I, 18: « Apud Heracleam, et Campaniae fluvium Lirim, Levino consule, prima pugna: quae tam atrox fuit, ut Frentanae praefectus Obsidius, invectus in regem, turbaverit, coegeritque, proiectis insignibus, praelio excedere ». Cf. Obsidius apud Plin. XXXVI, LXVII, 1, et vide ΟΨΙ in numo aen. apud Avellin. *Bullett. arch. nap.* I 131 tav. VIII n. 15.

OPSIMVS, Ὄψιμος, Rheginus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. XXXVI (267).

OPSISTO, *obsisto*, apud Plautum (ed. Ritschl et Fleckeisen).

OPSVM, *obsum*, apud Plaut. *Mil.* III, I 7, IV, II 6 (Fleck.), et *Trin.* II, IV, 18 sq. (ed. Ritschelio et Fleck.). Cf. opsit et opsint, *obsit* et *obsint*, apud Plaut. *Mil.* III, I 7, IV, II 6, et *Trin.* II, IV 188 (Fleckeisen).

OPSCAEVO, *obscaevo*, apud Plaut. *Asin.* II, I, 28, et *Stich.* III, II, 7 (Fleckeisen).

OPSCI vel Obsci vel Osci et Opici, Ὄσκοι (Strab. V, III 6 et 9, IV 3 et 8), gr. Ὀπικοὶ (Aristot. *Polit.* VII, 9; Strab. V, IV, 3; Thucyd. VI, 2; Pausan. *Arcad.* XXIV, 5; Scyl. Caryand. § 15; Scymn. Ch. vs. 236; Dionys. Halic. I, 23, 53, 89; Dio Cass. XXXVIII, 37) et Ὀφικοὶ s. Ophici (Hesych. *Lexic.* III, 246 ed. Schmidt: Ὀφικοί· οἱ νῦν Ὀπικοί), populi Italiae, in Campania habitantes (Strab. V, III, 9: Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός; Plin. III, IX, 4 et 8; Virg. *Aen.* VII, 730 « Oscorumque manus »; Sil. Ital. VIII, 526), qui Herculanum et Pompeios tenuerunt (Strab. V, III 6 et IV 8), a Cumanis pulsi (Strab. V, IV, 3). Regio dicta est Ὀπικία (Thucyd. VI 4, et Zonar. *Lexic.* pg. 1458). Dionys. Halic. I, 72: εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ὀπικῆς. Steph. Byz.: Ὀπικοί, ἔθνος Ἰταλίας· Εὔδοξος ἕκτῳ γῆς περιόδου, γλώσσας συνέμιξαν. οἱ δέ, ὅτι Ὀφικοί, ἀπὸ τῶν ὄφεων. Antiochus, ait Strabo (V, IV, 3, cit. ad voc. CAMPANIA), ab Opicis habitatam fuisse Campaniam narrat, qui iidem et Ausones appellarentur; at Polybius (XXXIV, XI, 7) significat se pro duabus diversis gentibus eos habere: Opicos enim ait et Ausones terram hanc, quae est circa Craterem, incolere. Alii tradunt, primum eam regionem Opicos, deinde Ausones, tandem Oscam quandam gentem tenuisse, postea hanc a Cumanis pulsam, illos ab Etruscis eiectos fuisse. Aristot. *Polit.* VII, 9 (10): Ὤκουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυρρηνίαν Ὀπικοὶ καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες. Gens Oscorum interiit, sermo eorum apud Romanos restabat (cf. Liv. VII 2, X 20; Tacit. *Ann.* IV, 14). Macrob. *Saturn.* VI, 4: « Punicis Oscisque verbis usi sunt veteres ». Aul. Gell. XVII, 17: « Q. Ennius tria corda habere sese dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret ». Strabo V, III, 6: Μετὰ δὲ τούτους Ὀσκοί. καὶ τούτοις δὲ μετῆν τῆς Καμπανίας, νῦν δ' ἅπαντα Λατίνων ἐστὶ μέχρι Σινοέσσης, ὡς εἶπον. ἴδιον δέ τι τοῖς Ὄσκοις καὶ τῷ τῶν Αὐσόνων ἔθνει συμβέβηκε· τῶν μὲν γὰρ Ὄσκων ἐκλελοιπότων ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατά τινα ἀγῶνα πάτριον καὶ μιμολογεῖσθαι. Fest. *Qu.* X, 16 pg. 198: « Oscos quos dicimus, ait Verrius, Opscos antea dictos, teste Ennio [*Ann.* vs. 294], quom dicat: *De muris rem gerit Opscus.* Adicit etiam, quod stuprum

[et] inconcessae libidinis (*libidines*) obscena dicantur, ab eius gentis consuetudine inducta. quod verum esse non satis adducor, quom apud antiquos omnes fere obscena dicta sint, quae mali ominis habebantur, ut illa Virgilii testimonio sunt, ut superiorum auctorum exempla referre non sit necesse, quom ait: *Harpyas obscenas volucres*. et: *obscenamque famem* ». Fest. *Qu.* X, 5 pg. 189 (Paul. pg. 188): « Obscum duas diversas et contrarias significationes habet. nam Cloatius putat eo vocabulo significari *sacrum*, quo etiam leges sacrae (leg. *sacratae*) obscatae dicuntur. et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur Opicum pro Obsco, ut in Titini [vs. 104] fabula quinta (leg. *Quinto*): *Qui Obsce et Volsce fabulantur, nam latine nesciunt*. a quo etiam verba impudentia et elata appellantur obscena, qui frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui soliti produntur Augures Romani ». — Sunt qui Opici interpretantur *sordidi* et *spurci*. Alii tamen putant Ὀφικοὺς dictos ἀπὸ τῶν ὄφεων; aliique opicos vel opscos, quasi *laboriosos*, ab ops-, *operare* (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 307, et Avell. *Bullett. arch. nap.* II 98), sive potius *agricultores* ab ops h. e. *terra*. Fortasse oscus idem est quod tuscus (cf. Οὐολοῦσκοι h. e. Volsci), cum aspiratione, formatum a praep. OPS, *ob*, *os*, et suff. *co*, quasi *hostis*, *inimicus*, *barbarus*. Latinis opicus est idem fere quod *barbarus* (cf. Etrusci h. e. ἕτεροι Ὄσκοι?, ad voc. ETRVRIA). Cato apud Plin. XXIX, VII, 1: « Nos quoque dictitant barbaros, et spurcius nos quam alios Opicos, appellatione foedant ». Iuven. *Sat.* III, 207: « Et divina opici rodebant carmina mures ». Ubi Schol.: « Ὀπίζειν Graeci dicunt de iis, qui imperite loquuntur. Alii Opicos dicunt eos, qui foedam vocem habent ». Idem *Sat.* VI, 455 sq. (de muliere putide docta): « Nec curanda viris opicae castigat amicae Verba ». Ubi Schol. *imperite*, *male pronuntiantis*. Ausonius *Epigr.* n. 128 Opicum magistratum appellat Eunum obscenae libidinis hominem, notans in eo impudicitiam, simul et ignorantiam. Aristid. Quintil. *De musica* lib. 2 pg. 72 (ed. Meibom.): οἱ μὲν ἄγευστοι παντάπασι τῶν ἐκ μουσικῆς καλῶν, εἰ μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν κολακεύοιεν, ἀναίσθητοί τε εἰσὶ, καὶ βοσκηματώδεις, ὡς οἵ τε περὶ τὴν Ὀπικίαν καὶ Λευκανίαν. Io. Laur. *De mens.* cap. 4 pg. (Roether.): ἐν πόλει τῆς Ἰταλίας, ἣν καὶ Οππικὴν φασιν ὀνομασθῆναί ποτε, ἐξ ἧς καὶ ὀππικίζειν καὶ, ὡς τὸ πλῆθος ὀφφικίζειν τὸ βαρβαρίζειν Ἰταλοὶ λέγουσιν. Philodem. *Epigr.* n. 21 (*Antol. gr.* ex rec. Brunkii II, 76): εἰ δ' ὀπικὴ καὶ χλωρὰ, καὶ οὐκ ᾄδουσα τὰ Σαπφοῦς, ubi ita vocatur puella non graeca nec graece sciens. Gloss. vet.: Apicus, ὀππικιστὴς, ὡς Ιουβενάλιος. Cf. Aul. Gell. XI, 16. — Opicus et Oscus, adiect. ad Opicos vel Oscos pertinens (Sil. Ital. XIX, 195; Horat. *Sat.* I, v, 54 Oscus = Campanus), ut Osca lingua (Liv. X, 20; Varr. *De l. l.* VII 28 pg. 130 cit. ad v. CASCVS; Serv. ad Virg. *Aen.* IX, 570 cit. ad v. LOVCETIOS), Osci ludi (Cic. *Ep. fam.* VII, 1 = n. 126), Oscum ludicrum (Tacit. *Ann.* IV, 14), Opicae chartae (Auson. n. XXII), Opica papyrus (Auson. *Epist.* IV, 99), Osca manus (Propert. IV, II, 62). Cf. Ducange *Gloss.* s. v. *Opizare*. — Osca, gr. Ὄσκα (Strab. III, IV, 10; Plutarch. in *Sert.* XIV 2, XXV 1), est oppidum Hispaniae (Plin. III, III, 20), unde Oscenses (Plin. III, IV, 7), Isca in Britannia (Antonini *itiner.* pgg. 483, 486), Ὄσκελα in Cottiis Alpibus Lepuntiorum (Ptol. III, 1), Uscana (cuius incolae Uscanenses, apud Liv. XLIII, 18) in Illyride Graeca, Uscusium in Italia infer. (Antonini *itiner.* pg. 314), Βιτούριγες Ὀΐσκοι (Strab. IV, II, 1), Ausci, Aquitaniae populi (Mela II, II 4, Plin. IV, XXXIII 1). Cf. Ὠψικέλλαν, urbem conditam ab Ocela (Asclep. Myrl. fragm. n. 5 apud Strab. III, IV, 3), Oscanidati in *Tab. Peuting.* segm. XII 6, et Ὄσκιον Thraciae flumen (Thucyd. II, 96). Ab Oscus, quod est nomen liberti Othonis (Tacit. *Hist.* I, 87), derivatur gentilitium Oscius, ut C · OSCIVS · C · L · FELIX (Grut. 883, 3), Oscia C. l. Primigenia (Grut. 662, 5) et C · OSCLVS DIONYSIVS (Mommsen n. 6769 col. 3).

OPSCVRO, *obscuro*, apud Plaut. *Trin.* III, II, 41 (ed. Ritschelio).

OPSCVRVS, *obscurus*, adiect. in inscr. apud Mommsen n. 6482 lin. 20.

OPSORBEO, *obsorbeo*, apud Plaut. *Mil.* III, II, 21 (Fleckeisen).

OPSTETRIX, *opstitrix* (obstetrix), apud antiquos. In lapide apud Grut. 636, 6: SALLVSTIA · Q · L · IMERIA · OPSTETRIX. Inscr. apud eund. 636, 5: ANTONIAE · AVG · L | THALVSAE | OPSTETRIC.

OPSTINATE, *obstinate*, adverb., apud Plaut. *Asin.* I, I, 10 (ed. Fleckeisenio).

OPSTITRIX, *opstetrix* (obstetrix), apud Plaut. *Mil.* III, I 102 et *Capt.* III, IV 96 (cf. Fleckeisen *Epist. crit.* pg. VII).

OPSTO, *obsto*, apud Plaut. ed. Fleckeisen. Cf. Dausq. II, 37 (OPSTITIT).

OPSTRINGO, *obstringo*, apud Plaut. *Curc.* V, III, 15 et 29 (Fleckeisen).

OPSTRVDO, *obstrudo*, apud Plaut. *Curc.* II, III, 87, et IV, II, 15 (Fleckeisen).

OPSTRVO, *obstruo*. Lex Puteolana (Append. n. LI): PARIETEM · OPSTRVITO. Adde inscr. Pomp. apud Mommsen n. 2201 (LVMINVM OPSTRVENDORVM).

OPSTVPIDVS, *obstupidus*, adiect., apud Plaut. *Mil.* IV, VI, 39 (ed. Fleckeisen).

OPTA, *Optata*, cognomen rom., in titulo sepulcr. apud Grut. 981, 1.

OPTASSIS, *optaveris*, apud Plaut. *Mil.* III, I, 75.

OPTATILLA, diminut. optatae. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 393, 8 (CALPVRNIAE L · F · OPTATILLAE).

OPTATINVS, adiect. ad optatum pertinens. Est cognomen rom., ut Q. Caecilius Q. f. An. Optatinus (Grut. 534, 4), et Cornelia Optatina (Murat. 1282, 6). Adde inscr. apud Mommsen n. 6815.

OPTEGO, *obtego*, apud Plaut. *Trin.* III, II, 23 (Fleckeisen).

OPTEMPERO, *obtempero*, apud Plaut. *Most.* II, II, 89 (ed. Ritschl), et *Amph.* I, II, 293 (ed. Fleckeisen). Lex Iul. Municip. cap. 12 (Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 465): QVOVEMINVS · MVNICIPIS · FVNDANOS · TENEAT · EISQVE · OPTEMPERETVR.

OPTENEO, *optineo* (obtineo), apud veteres (Plaut. *Stich.* III, II, 2 ed. Fleckeisenio; et Gaii *instit.* pg. XXXVIII ed. Lachm.). In titulo n. 2709 ex Scipionum sepulcro: MAIORVM OPTENVI LAVDEM.

OPTESTOR, *obtestor*, apud Plaut. *Asin.* I, I, 3 (ed. Fleck.).

OPTICEO, *obticeo*, apud Plaut. *Bacch.* I, I, 28 (ed. Fleck.).

OPTIMAE, *optime*, adverb. in inscr. apud Grut. 993, 5.

OPTINGIT, optingebat, optigit, optingere, *obtingit* etc., apud Plaut. ed. Ritschl et Fleckeisen.

OPTINEO, *obtineo*, antiquiori orthogr. OPTENEO, apud Plaut. (ed. Ritschl et Fleckeisen), Cic. *De rep.* II 12 (Rieu *Schedae vatic.* pg. 96), in inscr. campana apud Mommsen n. 4070 (OPTINVI), in inscr. cit. ad voc. MASTARNA (OPTINVIT), in lege Thor. *agr.* (Append. n. LIX) cap. 20 (OPTINEBIT), in lege Servil. *Repetund.* (Append. n. LX) cap. 20 (OPTINEBIT), in S. C. de Asclep. Clazom. apud Egger pg. 277 (OPTINENT), et in alia lege apud eund. pg. 285 (OPTINEBIT). Cf. Quintil. *Inst. orat.* I, VII, 7.

OPTORTVS, *obtortus*, apud Plaut. *Rud.* III, VI, 15 et 30 (ed. Fleckeisenio).

OPTRVDO, *obtrudo*, apud Plaut. *Pseud.* IV, I, 34 (Ritschl et Fleckeisen).

OPTRVNCO, *obtrunco*, apud Plaut. *Amph.* I, I 26 et 259, *Bacch.* IV, VIII 77, et *Mil.* II, V 51 (Fleckeisen).

OPTVEOR, *obtueor*, apud Plaut. I, I 66, III, II 152 (Ritschl), et *Mil.* IV, VI 56 (Fleckeisen).

OPTVLI, *obtuli*, apud Plaut. (ed. Ritschl et Fleckeisen), et Gaii *instit.* (pg. XXXVIII ed. Lachm.).

OPTVME, *optime*, adverb., in aere Salpens. apud Henzen n. 7421 *a* col. 2 lin. 26.

OPTVMVS, *optimus*, adiect. antiquo scribendi more, in titulo n. 2708 ex Scipion. sepulcro (DVONORO · OPTVMO · FVISE · VIRO h. e. *bonorum optimum fuisse virum*), in lege Thor. agr. cap. 12 (OPTVMA LEGE), VIR · OPTVMVS (Mommsen n. 2885), IMP · CAESAR · NERVA · TRAIANVS · OPTVMVS · AVG · GERMAN · DACICVS (Mommsen n. 5770), AMICI · OPTVMI (Grut. 307, 4), PRO SALVTE OPTVMI PRINCIPIS (Mommsen n. 212), IOVI OPTVMO MAXVMO (Maffei *Mus. ver.* 353, 3), PATRI OPTVMO (Mommsen n. 301, n. 2456, *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* VI, 82), FILIO OPTVMO (Marini *Inscr. alb.* pg. 72, Orell. n. 2432), MATRI · OPTVMAE (Mommsen n. 3754), CONIVGI · OPTVMAE (Grut. 776, 13; Mommsen n. 2955) vel COIVGI · OPTVMAE (Mommsen n. 2720) et OPTVMAE CONIVGI (Mommsen n. 7003), CIVES · OPTVMI (Grut. 329), VIATORES · OPTVMI (Grut. 329), OPTVMORVM FRATRVM (Maffei *Mus. ver.* 79, 3).

OPTVRO, *obturo*, apud Plaut. *Stich.* I, II, 57 (ed. Ritschl et Fleckeisen).

OPTVSVS, *obtusus*, apud Plaut. *Amph.* I, I, 159 (ed. Fleckeisen).

OPVFEX, *opifex*, subst. m. antiquo scribendi more, apud Plaut. *Most.* III, II, 141 (Ritschl).

OPVFICINA, *opificina*, subst. f. ab opufex, apud Plautum (cf. Fleckeisen *Epist. crit.* pg. VIII).

OPVNCVLO, avis genus. Paul. pg. 191: « Opunculo, quod opilionis genus cantus imitatur ».

OQVINISCERE vel ocquiniscere, *inclinare*. (Non. II 600 = pg. 146). Pompon. Bonon. vs. 126 (ed. Ribbeck pg. 206): « Qui oquiniscat, quo conpingam terminum in tutum locum ». Id. vs. 148 sq. (ed. cit. pg. 209): « Ut nullum civem praedicavi per dolum, Nisi ipsus orans ultro qui oquinisceret ». Alii legunt ocquiniscat et ocquinisceret.

OQVLVS, *oculus*, apud Priscian. pg. 36 = 560 P.

OQVOLTOD, *occulto*, adiect. abl. sg., in S. C. *De Bacch.* (Append. n. LVIII) lin. 15.

OR-, radix umbrica, antiquiori orthogr. -ꓷV ur- (cf. adv. sanscr. âvis, *palam*, apud Bopp *Gloss.* pg. 34), in voc. ORTO et ORTVM = *or-tum*.

ORA, *hora*, in titulis sepulcr., ex. c. NATA · EST · DIE VENERIS · ORA · XI EO DIE DEFVNCTA EST ORA · SECVNDA DIE VENERIS (Doni cl. X, n. 70 pg. 370). Adde inscr. apud Gruterum (n. 1053, 4; 1054, 8), Mommsen (n. 1862, et n. 6709), *Catac. de Rome* pl. XLVI n. 13, pl. LVIII n. 5, pl. LXVIII n. 1, pl. LXXIII n. 7. Cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I, 53.

ORACLVM, *oraculum*, per syncopen, apud Enn. *Trag.* vs. 65, Att. vs. 624. Plaut. *Men.* V, II 87 (ed. Ritschl), Ovid. *Metam.* I, 321, et in ant. Kalend. (Orell. II 410).

ORASSIS, *oraveris*, apud Plaut. *Epid.* V, II, 63.

ORATA. Vide ORVM.

ORATELLI, populi Alpini, de quibus Plin. III, XXIV, 4.

ORBITANIVM, Italiae oppidum in Samnio, apud Liv. XXIV 20

ORBONA, dea, quae praeest parentibus liberis orbatis (teste Arnob. IV, 7), sive potius dea quae adfert orbitatem. Tertull. *Ad nat.* II, 15: « Orbonam deam, quae in orbitatem semina extinguat ». Cic. *De nat.*

deor. III, 25 (cf. Plin. II, v, 2): « Febris enim fanum in Palatio et Orbonae ad aedem Larum, et aram malae Fortunae Esquiliis consecratam videmus ».

ORCVS, nunc *Orco*, fluvius Italiae superioris in Padum influens, apud Plin. III, xx, 4.

ORDEVM, *hordeum*, apud Cassiod. pg. 2313P. Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *hordeum*.

OREAE -arum, freni, quod ore inseruntur, dicti (Paul. pg. 183). Hinc aureax et auriga. Fest. *Qu.* IX, 32 pg. 182: « Oreae, freni quod ori inferuntur (*inseruntur*). Titinius [vs. 119] in Setina: *et si tacebit, tamen gaudebit sibi promiti oreae* (leg. *promitti oreas*). et Naevius [vs. 20] in Hariolo: *Deprandi autem leonis* (leg. *leoni si*) *obdas oreas.* Cato originum l. III. *equos respondit: oreas mihi inde, tibi cape flagellum.* Coelius pro se apud populum: *equusque mihi sub feminibus occisus erat, oreas detraho inspectante L. Stertinio* ».

OREGO, *origo*, in tab. marm. apud Henzen n. 6429 lin. 9 (OREGINEM).

ORER, quod legitur in tab. eugub. VIa 26, 36, 46 et VIb 20, ad gr. οὖρος, *aura*, pro *tempestate* (cf. gallic. *orage*) trahit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 118). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 12 (orer = *oratus*), Lassen *Beiträge* etc. s. 34 sq., Aufr. et Kirch. II 146.

ΟΡΕΣΑΝΔΡΟΣ, Lucanus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. XXXVI (267).

ΟΡΕΣΤΑΔΑΣ, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. XXXVI (267).

ORESTILLVS et Orestilla, diminut. Orestis et Orestae. Sunt cognom. rom. apud Gruterum (623, 8; 689, 13).

ORESTINVS, adiect. ad Orestem pertinens. Est cognomen rom., ut L · VALERIVS ORESTINVS (Grut. 539, 9) et P · SCIPIONI ORESTIN (Mommsen n. 4849).

ORESTIS portus, in Bruttiis, apud Plin. III, x, 2. Hodie est *Porto Ravagoso*.

ORFIVS, gentilitium Campanum, ut M. Orfius ex municipio Atellano (Cic. ad *Q. fr.* II 14 = n. 138). Est etiam gentilitium rom. in inscr. apud Murat., Donium cet.

ΟΡΘΩΝ, Syracusanus, apud Diod. Sic. XX, 40 (Ὄρθωνα τὸν Συρακόσιον).

ORICILLA, *auricilla*, diminut. ab oricula, apud Catull. XXV, 2.

ORICVLA et oricla, *auricula* (ital. *orecchia*), apud Fest. *Qu.* IX, 32 pg. 182 et Paul. pg. 183 (vide ORVM). Trogus apud Plin. XI, CXIV, 3: « Oricularum magnitudo, loquacitatis et stultitiae nota est ». Est cognomen rom., ut L. Trebonius Oricula in inscr. apud Cardinali n. 305.

ORICVLARIVS, *auricularius*, adiect. ad aures pertinens, apud Celsum et Petron. (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

ORICVLO -onis, h. e. qui magnas auriculas habet. Est cognomen rom. apud Grut. 1067, 9 (L · CALVISIVS · P · F · ORICVLO).

ORCVS vel Orchus, deus inferorum, idem qui Pluto et Dis pater, ita dictus ab ὅρκος, *iuramentum* (cf. Schneid. *Gram. der lat. spr.* I, 207). Fest. *Qu.* X, 20 pg. 202 (cf. Paul. pg. 203): « Orcum, quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Uragum (leg. *urgum*), quod et *u* litterae sonum per *o* efferebant: [et] per *c* litterae formam nihilominus *g* usurpabant. Sed nihil affert exemplorum, ut ita esse credamus: nisi quod his (*is*) deus maxime nos urgeat ». Inscr. apud Grut. 689, 4 (Orell. n. 689; cf. Reines. XII, 46): C · IVLIVS HERMIA | EPHOEBO DVLCISSIMO | FILIO SVO · VIXIT · AN · III | ORCVS ERIPVIT MIHI IN | QVO SPES. Cf. inscr. apud Donium cl. XV n. 30 pg. 442 (AD ORCHVM), et vide Forcell. *Lexic.* s. h. v.

ORNAMEN, *ornamentum*, apud Mart. Capell. § 587 pg. 494 (al. *ornamentum*).

ORNYTVS vel Ornitus, dux etruscus. Virg. *Aen.* XI, 677 sq.: « Procul Ornytus armis Ignotis ». Cf. Sil. Ital. XIV 478, Val. Flacc. III 173, Stat. *Theb.* XII 207, 219.

OROBII, Ὀρόβιοι, populi Italiae superioris, Plin. III, XXI, 3: « Orobiorum stirpis esse, Comum, atque Bergomum, et Licini forum, et aliquot circa populos auctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam a Graecis, interpretatione etiam nominis, vitam in montibus degentibus. In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodente se altius quam fortunatius situm ».

ORRA, in numis Italiae inferioris. Vide VRIA.

ΟΡΡΟΒΗΛΟΣ, ὁδός (via, iter), apud Italicos (Hesych. *Lexic.* II, 788).

ΟΡΣΑΝΤΙΝΩΝ, in numis num. 2911 ad VRSENTVM pertinentibus.

ORTENSIVS, *Hortensius*, n. pr. m., in titulo sepulcrali apud Mommsen n. 3156 (P · ORTENSIO SEVERO). Adde inscr. apud Grut., Murat. cet.

ORTESIA, *Hortesia* (Hortensia), n. pr. f., in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 2687 (ORTESIA CELERINA).

ORTO, *ortum*, pro ORTOM, particip. perf. pass. apud Umbros, e rad. OR- (Lanzi II 751 = 659, Aufr. et Kirch. I 116, 145, 147, II 144, Huschke *Die iguv. taf.* s. 658). Tab. eugub. VIa 26, 36, VIb 29: OCRE · FISIE · PIR · ORTO · EST (tab. VIa 46 OCREM FISIEM PIR · ORTOM · EST) = *in colle Fisio ignis ortus est.*

ORTOEST. Lege ORTO EST.

ORTOM, *ortum*, particip. perf. pass. (nominat. sg. n. 2 decl.), apud Umbros, minus recte ORTO, e rad. OR-,

antiquiori orthogr. -ᗡV ur-, rom. *orior* (Lanzi II 751 = 659, Lassen *Beiträge* etc. s. 37 sq., Aufr. et Kirch. I 51, 53, 116, 145, 147, II 144 sqq., Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* XI = 1852 s. 122, Huschke *Die iguv. taf.* s. 658). Tab. eugub. VIa 46: OCREM FISIEM PIR · ORTOM · EST (tab. VIa 26, 36, VIb 29 OCRE · FISIE · PIR · ORTO · EST) = *in colle Fisio ignis ortus est.* Cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 12, VII 26, qui pir ortum *piamen oratum* vertit.

ORTONA, Ὄρτων (Ptol. III, 1; Strab. V, IV, 2) vel Ὀρτωνία, urbs maritima Frentanorum (Plin. III, XVII, 1; *Tab. Peuting.* segm. V*b*), quae etiam nunc *Ortona* appellatur. Πόλιν Βιρτῶνα τοῦ Λατίνων ἔθνους appellat Dionys. Halic. X, 26 (cf. VIII, 90). ΟΡΤΟΝΑΣ pro Ὀρτωνίας legitur in marmore Frentano (Boeckh n. 5878). Cf. inscr. apud Spon *Miscell.* pg. 174.

ORTORIA, *Hortoria*, n. pr. f., in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 5230 (ORTORIAE · LOCHIADI).

ORTYGIA, Ὀρτυγία (Hesiod. fragm. n. 136 apud Strab. I, II 14, VI, II 4; Diod. Sic. V, 3; Pausan. *Eliac. pr.* VII 2, *Arcad.* LIV 3; cf. Polem. Iliens. fragm. n. 75), insula prope Siciliam, contra Syracusas. Virg. *Aen.* III 692 sqq.:

« Sicanio praetenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium undosum: nomen dixere priores
Ortygiam ».

Strab. VI, II, 4: ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον οὖσα, κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν. Dianae a diis tributa est. Diod. Sic. V, 3: τὴν δ' Ἄρτεμιν τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις νῆσον λαβεῖν παρὰ τῶν θεῶν τὴν ἀπ' ἐκείνης Ὀρτυγίαν ὑπό τε τῶν χρησμῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων ὀνομασθεῖσαν. Cf. Ovid. *Metam.* I 694, et *Fast.* V 692.

ORTYGIVS, Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX, 570.

ORVINIVM, Ὀρουΐνιον, oppidum Aboriginum, apud Dionys. Halic. I, 14.

ORVM, *aurum* (ital. *oro*), apud rusticos (Paul. pg. 183). Fest. *Qu.* IX, 32 pg. 182: « Orata genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, ut *auriculas*, oriculas. itaque Sergium quoque quendam praedivitem, quod et duobus anulis aureis et grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum ». Cf. Varr. *De r. r.* III, III 10, Colum. VIII, XVI 5, et Müller in Festo loc. cit.

ΟΡΦΕΥΣ, *Orpheus*, Crotoniata, Homeri διορθευτής, apud Schol. gr. in Aristoph. pgg. XIX, XXII.

ƐO (os), in inscr. Italiae infer. n. 2883 (Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. II, 166).

OS, praepos. umbrica, antiquiori orthogr. ꝹV us, pro ops et ups (rom. *obs*), unde OP, antiquiori orthogr. ꟼV up (Aufr. et Kirch. I 60, 63, 159, Huschke *Die iguv. taf.* s. 664, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 259, 276), in compositis OSTENDV = *os-tend-ito*, et OSTENSENDI = *os-tend-untur*.

OS, *os oris?*, apud Umbros. Vide OSE et OSATV.

OS, *eos*, in lege Iulia municip. cap. 2 (Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 325).

OSA, *ossa*, nominat. pl. (cf. sanscr. asthi, gr. ὀστέον, rom. *os ossis* ex *ostis*): scribitur etiam OSSVA. In marm. Florent. (Gori I, 437): H OSA VNA COLOKARVNT (*hic ossa una collocarunt*). Inscr. Panorm. apud Lancill. Cast. pg. 46 n. 86: OSA POMPONI | ERILI VS MX.

ΟΣΑ vel Ὄσσα, fluvius Etruriae, apud Ptol. III, 1.

OSATV, *orato* (?), imperat. 3 pers. sg., apud Umbros, ab OS (rom. *os oris?*), unde them. osa = *osare* (Grotefend *Rud. l. u.* II 26, VII 27, VIII 23, Aufr. et Kirch. I 61 sq., 103, 142, II 218; cf. Lassen *Beiträge* etc. s. 47), in tab. eugub. VIb 24, 37. Ad gr. οὐρέω (custodire) trahit Huschke (*Die iguv. taf.* s. 187).

OSE, *ore* (?), subst. f. abl. sg. 3 decl., apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 127, 162, II 146; cf. Lassen *Beiträge* etc. s. 22, 35), in tab. eugub. VIa 26, 36, 46 et tab. VIb 29. Alii interpretati sunt ὡς, *postquam* (Lanzi I 100 = 313) vel ὅτε, *quandoquidem* (Lanzi II 750 = 658); aliique *audias*, ut rom. *ausis* pro *audeas* (Grotefend *Rud. l. u.* IV 12, V 26 sq.). Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 118) exponit *in tempore* (os-en), quod trahit ad gr. ὥρα (tempus).

ΟΣΙΓΚΟΝ, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2.

OSINIVS, Clusii rex. Virg. *Aen.* X, 655, ubi cf. Serv.: « Qua rex Clusinis advectus Osinius oris ».

OSIRIS, Latinus. Virg. *Aen.* XII, 458: « ferit ense gravem Tymbraeus Osirim ».

OSCEN. Vide OSCINIS.

OSCI, populi Campaniae. Vide OPSCI.

OSCILLA. Vide OSCILLVM.

OSCILLANS. Vide OSCILLVM.

OSCILLO. Vide OSCILLVM, quod sequitur.

OSCILLVM, ludi genus (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Fest. *Qu.* X, 12 pg. 194: « Oscillum Santra dici ait, quod *oscillent* (*os cillant*), id est inclinent, praecipitesque afferantur (*efferantur*). Oscillantes, ait Cornificius, ab eo quod *os caelare* (*celare*) sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur. Causa autem eius iactationis proditur Latinus rex, qui proelio, quod eis (*ei*) fuit adversus Mezentium, Caeritum regem, nusquam apparuerit, iudicatusque sit Iuppiter factus Latiaris. Itaque scit eius dies (*solitos iis diebus*) feriatos liberos servosque requirere eum non solum in terris, sed etiam qua videretur caelum posse adiri per oscillationem, velut imaginem quandam vitae humanae, in qua altissima ad infimum interdum, infima ad summum efferuntur. atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptae vitae per motus cunarum lactisque alimentum, quia per eos dies feriarum et oscillis moveantur, et lactata potione utantur. nec desunt qui

exemplum Graecorum secutos putent Italos, quod illi quoque, iniuria interfecto Icaro, [cum] Erigone filia eius dolore inpulsa suspendio periisset, per simulationem ..... ».

OSCINIS, *oscen*, subst. m. Charis. pg. 179 = 112 P.: « Oscen augurum consuetudo dicit; Cicero tamen, inquit Plinius, de auguriis et *hic oscinis* dixit ». Varro *De l. l.* VI, 76 pg. 103: « Oro ab *ore* ..... Hinc oscines dicuntur apud augures quae ore faciunt auspicium ». Serv. ad Virg. *Aen.* III, 361: « Praepetes sunt, quae secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur; aves autem, aut oscines sunt, aut praepetes: oscines, quae ore futura praedicunt, ab *os* et *cano:* praepetes, quae volatu augurium significant, cum sunt prospera ». Adde Fest. *Qu.* X, 13 pg. 197, et cf. Plin. X, XXII 1, Horat. *Od.* III, XVII 11, Ovid. *Metam.* II 632, Auson. *Edyl.* n. 336 vs. 15.

OSCINVM, augurium a cantu avium (Paul. pg. 196). Fest. *Qu.* X, 13 pg. 197: « Oscinum tripudium est, quod oris cantu significat quid portendi; cum cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus ». Vide OSCINIS.

OSCLVS, n. pr. m., in tab. apud Mommsen n. 6769 col. 3 (M OSCLVS DIONYSIVS).

OSCVLANVS, *Ausculanus*, adiect. ad Ausculum (Asculum) pertinens. Fest. *Qu.* IX, 13 pg. 197: « Osculana pugna in proverbio, quo significabatur victos vincere, quia in eadem et Valerius Laevinus imperator Ro. a Pyrrho erat victus, et brevi eundem regem devicerat Sulpicius ». Titin. vs. 181 sq.: « Haec quidem quasi Osculana pugna est, hau secus, Quia qui fugere polsi, hinc spolia colligunt ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

OSCVLO, *osculor*, apud veteres (Prisc. pg. 378 = 790 P.; cf. Apul. *Metam.* lib. 2 pg. 42). Titin. vs. 155 (Non. VII, 77 = pg. 476): « Laudor quod osculavi privignae caput ».

OSCVS, locus in agro Veienti (Fest. *Qu.* X, 5 pg. 189). Vide OPSCI.

OSMEN, *omen*, apud veteres. Varro *De l. l.* VI, 76 pg. 103: « Oro ab *ore* et perorat et exorat et oratio et orator et osculum dictum. Indidem *omen*, *ornamentum;* alterum quod ex *ore* primum elatum est, osmen dictum; alterum nunc cum praepositione dicitur volgo *ornamentum* †, quod sicut olim, *ornamentum* (osnamentum) scenici plerique dicunt ». Et VII, 97 pg. 158: « Quare, quod dixi, obscaenum * omen est omen turpe. Quod unde * dicitur, osmen, e quo *s* extritum ».

OSNAMENTVM, *ornamentum*, apud veteres (Varro *De l. l.* VI, 76 pg. 103 cit. ad voc. praeced.). Ad rad. sanscr. bhûṣ (ornare), unde bhûṣaṇa (ornamentum), trahit Boppius (*Gloss.* pg. 250). Cf. HORNAMENTVM (in inscr. apud Grut. 451, 6) pro [*f*]*ornamentum* (?).

OSOR, *qui odit*, apud veteres (Plaut. *Asin.* V, II, 9). Paul. pg. 196: « Osorem dixerunt qui aliquem odisset ». Gloss. apud Labb.: « Osor, μιχητής, αρχαι (ἀρχαῖος).

OSPICOR, *auspicor*, apud veteres. Diomed. pg. 383 = 378 P.: « item quod nos *auspicatur* veteres ospicatur dixerunt: Claudius octavo historiarum *Flacco ospicatur* ».

OSPITA, *hospita* (peregrina, hospes), unde OSPITALIS = *hospitalis*. Est nomen pr. fem. in inscr. apud Grut. 775, 2.

OSPITALIS, *hospitalis*, adiect. Est nomen pr. m. in titulo sepulcr. apud Furlan. *Lap. Patav.* n. 404 pg. 341. Vide supra OSPITA.

OSSILAGO, dea apud veteres, quae durat et solidat infantibus parvis ossa (Arnob. IV, 7 pg. 140). Alii legunt Ossipago. Vide OSSIPAGINA.

OSSIPAGINA, dea, quae pangit puerorum ossa (Forcell. *Lexic.* s. h. v.), memoratur ab Arnob. III, 30 pg. 127. Vide OSSILAGO.

OSSVM vel ossu, *os*, gr. ὀστοῦν (ital. *osso*), apud veteres. Charis. pg. 138 = 112 P.: « Osse. monosyllaba extra analogiam esse Plinius eodem libro VI scribit et addit eo magis consuetudinem in eo esse retinendam: Titinius [vs. 160]: *velim ego osse arare campum cereum;* Varro quoque *osse*, inquit, *scribebant*, non *osso*. ossum dici non potest, quoniam neutrale nomen quodcumque nominativo singulari *m* littera terminatur in *bus* syllabam dativo et ablativo plurali dari non potest, ut *aptum bonum cavum datum*. Gellius tamen libro XXXIII *calvariaeque eius*, inquit, *ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque. Ossu quidam ut veru genu putarunt*, inquit Plinius eodem libro VI, *posse censeri*. nam ut *veribus genibus*, *ossibus* quoque posse manifestum est ». Prisc. pg. 318 = 749 sq. P.: « In *os* correptam unum latinum neutrum *hoc os huius ossis*, quod etiam hoc ossum antiqui protulerunt ». Cf. Pacuv. vs. 102 ed. Ribb. (ossuum pro *ossium*), Charis. pg. 55 = 40 P., Tertull. *adv. Marc.* II 196, August. *Enarr. in psalm.* CXXXVIII § 20, Lupi pg. 189, Forcell. *Lexic.* s. v. *os*, et Fiorelli in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. IV, 107. — Ossua (unde ossuarium = *ossarium*), ab ossu, invenitur in inscr. apud Marini *inscr. Alb.* pg. 116 (Orell. n. 4806), Grut. 575, 3 (Orell. n. 2906), Passion. pg. 62 n. 10 (Orell. n. 4361), Grut. 799, 8 et 875, 3, et in olla plumbea apud Puteolos inventa (*Bullett. arch. nap.* nv. sr. IV, 106).

OSTENDE, *ostendam*, apud veteres. Fest. *Qu.* X, 17 pg. 201: « Ostende, *ostendam;* ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est ».

OSTENDV, *ostendito*, imperat. 3 pers. sg., antiquiori orthographia V+И∃+ƧV us-tentu, pro ostendtu et ustendtu, apud Umbros (vide OSTENSENDI = *ostenduntur*), compositum e praepositione OS pro OP, et

rad. TEND-, *tend-ere* (Aufr. et Kirch. I 40, 53, 60, 96, 142, 159, II 111 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 96, 654, 696; cf. Grotefend *Rud. l. u.* II 28, V 4, 27, VI 15, 30). Tab. eugub. VIa 20: EO · ISO · OSTENDV = *eos ipsos ostendito.*

OSTENSENDI, *ostenduntur* vel *ostendentur*, apud Umbros (vide OSTENDV = *ostendito*), compositum e praepos. OS pro OP, rom. *ob*, et rad. TEND-, rom. *tend-ere* (Aufr. et Kirch. I 149, Huschke *Die iguv. taf.* s. 96 sq.), in tab. eugub. VIa 20. Cf. Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III, 37.

OSTENSIS, *Ostiensis*, adiect. ad Ostiam pertinens. Vide OSTIA.

OSTESIS, *Ostensis* (Ostiensis), adiect. ad Ostiam pertinens. Vide OSTIA.

ΟΣΤΕΩΔΗΣ, h. e. *ossi similis*, parva insula Siciliae prope Liparam (Ptol. III, 4 cod. 'Οστεόδης). Diod. Sic. V, 11: Μετὰ δὲ τὴν Λιπάραν εἰς τὸ πρὸς δυσμὰς μέρος νῆσός ἐστι πελαγία, μικρὰ μὲν τὸ μέγεθος, ἔρημος δὲ καὶ διά τινα περιπέτειαν 'Οστεώδης ὀνομαζομένη.

OSTIA, *hostia*, in lamella plumbea (*Bullett. dell' Inst. arch.* an. 1848 pg. 77).

OSTIA -ae et Ostia -orum, 'Ωστία (Ptol. III, 1; Polyb. VI, II 9, XXXI, XXII 7; Strab. V, II, 8; Dionys. Halic. I 9, III 44; Plutarch. in *C. Mar.* XXXV 8, XLII 1, et in *Oth.* III 3) vel τὰ Ὤστια (Strab. III, II 6, V, II 1 et 5, III 2 et 5), urbs Latii (Liv. XXII 11, 37, XXIII 38, XXV 20, XXIX 14, XXXVI 3; Plin. II, XLVI 4, VII, III 1, XXXVI, XVIII 1; Mela II, IV, 9), condita ab Anco Martio (Cic. *De rep.* II, 18; Plin. III, IX 4 cit. ad v. LATIVM, XIX, I 3; Polyb. VI, II 9; Strab. V, III, 5), ad Ostia Tiberis (Polyb. XXXI, XXII, 7; Strab. V, III, 5). *Hostia* cum adspiratione legitur in Comm. ant. ad Cic. pro *Planco* (Mai *M. Tullii Cic. orat.* etc. pg. 90). Paul. pg. 196: « Ostia urbs ab exitu Tiberis appellata ». Liv. I, 33: « in ore Tiberis Ostia urbs condita ». Fest. *Qu.* X, 13 pg. 197: « Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidisse, et feminino appellasse vocabulo fertur. quod sive ad urbem sive ad coloniam, quae postea condita est, refertur. Quod † neutrum certe plura[liter dici Ostia probat: qui usus] ferri non debet ». Ennius *Ann.* vs. 145 sq.:

« Ostia munita est; idem loca navibus pulchris
Munda facit; nautisque mari quaesentibus vitam ».

Charis. pg. 98 = 76 P.: « Ostia exitus fluminum in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur. sed si urbem significare voles, singularem potius numerum observabis; quamvis Sallustius frequenter etiam plurali numero urbem significet ». Cf. inscr. apud Orell. n. 3217 et Henzen n. 6315, 6520, 7200 (OSTIS). — Ostienses, eius oppidi incolae (inscr. in *Giorn. arcad.* CLV, 168; Henzen n. 6709), e. c. Colonia OSTIENSIVM (Henzen n. 5775) et Dendroph. OSTIENSIVM (Henzen n. 7197). — Ostiensis (Liv. XXVII 38, Cic. *pro lege Man.* cap. 12) vel Ostiesis et Ostesis, gr. 'Ωστιανός (Plutarch. in *Caes.* LVIII, 3), adiect. ad Ostiam pertinens, ut Respublica OST (Henzen n. 7116), COL · OST (Henzen n. 6029), COLON · OST (Henzen. n. 7200), IN COLONIA OSTIENSI (Henzen n. 7106), COLONORVM · COLONIAE · OSTIENSIS (*Giorn. arcad.* CLVIII, 160), COLONIS · OSTIESIBVS (Orell. n. 3882, *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VI 194), DECVRIONES OSTESES (Henzen n. 7178; cf. Maffei *Mus. ver.* 303, 5), Ostiensis provincia (Cic. *pro Mur.* cap. 9), Ostiensis ager (Liv. VIII, 12) vel Ostensis ager (Frontin. *De col.* pg. 236 Lachm.), Ostiensis porta (Ammian. Marcell. XVII, IV, 14), VIA OSTIENSIS (Orell. n. 2570, 4570), Ostiensis portus (Plin. IX, V 3, XVI, LXXVI 6, XXVI, XXIV 20), Ostiensis ora (Plin. IX, XXIX, 1), L · VALERIVS · L · F · FYRMVS SACERDOS · ISIDIS · OSTENS (*Atti dell' Acad. rom. d'arch.* III 344), Q · VAL · MAX · VETE · VERN · OSTE (Mommsen n. 2383), L · VALERIVS · THREP[T]VS · FECIT · MAG · QQ · COLLEG · FABR · TIGNVARIORVM · OSTI[E]NSIVM (Mommsen n. 123), CORPOR · FABRVM NAVALIVM OSTIENSIVM (Henzen n. 7106), mora Ostiensia (Plin. XV, XXVII, 1), Valerius Ostiensis (Plin. XXXVI, XXIV, 2). Cf. Ostiae lacus (Liv. XXVII, 11), Ostiae porra (Plin. XIX, XXXIII, 2), Ostia Tiberina (Liv. XXVI, 19; Mela II, VII, 18) vel Ostia Thybridis (Sil. Ital. VIII 362, XVII 15). — Ostiensis est n. pr. m., ut A · OSTIENSIS · ASCLEPIADES (Murat. 177, 7; Doni cl. IV n. 34 pg. 144); P · OSTIENSIS · THALLVS (Grut. 446, 6; Murat. 193, 4), Q · OSTIENSIS FELIX (Marini *Inscr. alb.* pg. 57), P. Ostiensis Epaphroditus (Mommsen n. 4132), Ostiensis Chrysus (Murat. 1721, 6), L. Ostiensius Hilarus (*Giorn. arcad.* XXVIII, 359).

OSTIESIS, *Ostiensis*, adiect. ad Ostiam pertinens. Vide OSTIA.

OSTILIA, *Hostilia*, n. pr. f., ut Ostilia Hermione (*Monum. Matth.* pg. 128 n. 4), Ostilia l. l. Psycarion (Mommsen n. 3744) et Ostilia Parthenope (Mommsen n. 5530).

OSTRA, Ὄστρα (Ptol. III, 1), Umbriae oppidum inter Suasam et Senogalliam, in loco ubi nunc *Monte Nuovo*. Eius incolae Ostrani dicuntur. Plin. III, XIX, 2: « Ocriculani, Ostrani, Pitulani ». Cf. inscr. apud Murat. 563, 2. — Ostrensis, adiect. ad Ostram pertinens, ut Ostrensis ager (Frontin. *De col.* pg. 256 Lachm.). Cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 258 sq., 301 (Os-tra pro Ops-tra, e praep. OS = *op-s*, *ob*) et Hieron. Amati in *Giorn. arcad.* XII 354 (ἀπὸ τῶν ὀστρῶν vel ἀπὸ τοῦ ὄστρου!).

OTACILIVS, gentilitium samniticum, ut Numerius

Otacilius Maleventanus (Fest. *Qu.* IX, 21 pg. 173, cit. ad v. ꟼIIꓘƎꟽVIꟼ niumeriis). Saepe invenitur in thes. epigr. Hinc adiect. Otacilianus, ut Otaciliana villa (cf. Mart. X, 79) in inscr. apud Marini *Arvali* pg. 577.

OTANIS, *Otanii*, n. pr. m. genit. sg. Urna clusina n. 857: LARTHIA · OTANIS = *Lartia Otanii* uxor. *Otanis* pro otanisa legendum putat Lanzius I 174 = 135 ad n. 61. Cf. Fabretti *Inscr.* cap. IX pg. 635.

OTE, *aut*, partic. coniunct. apud Umbros, vetustiori orthogr. ƎTV ute = osc. Tꓷꟼ avt et AVTI, gr. αὖτε et αὐτάρ (Grotefend *Rud. l. u.* VI 31, VII 12, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 245, Aufr. et Kirch. I 61, 64, 160, II 61, Huschke *Die iguv. taf.* s. 63, et s. 265, Corssen *Ueb. aussprache* etc. II 270). Tab. eugub. VIIa 6: PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV = *porcas tres rufas aut piceas* (?) *facito.* Adde tab. eugub. Vb 10, 13, 15, 18, et tab. VIa 7.

OTESIA, oppidum Galliae Cisalpinae, Mutinam versus et Padum flumen. Eius incolae Otesini (REIP · ATESINORVM, in inscr. apud Grut. 396, 8 = Orell. n. 65, ubi forte legendum Otesinorum). Plin. III, xx, 2: « Faventini, Fidentini, Otesini, Padinates ».

OTIMVS, *optimus*, adiect. (vide OCTIMVS, OPTVMVS). In titulo sepulcr. apud Maffei *Mus. ver.* 263, 3: MVSTIAE ISIADI OTIME ET INCOMPARABILI FEMINAE.

OTOBER, *october*, in titulo coemeter. apud Perret *Catac. de Rome* pl. LXXIII num. 8 (IIIIX KALENDAS OTOBRIS).

OTRICVLANVS, *Ocriculanus.* Vide OCRICVLVM.

OTROBER, *october*, barbara orthogr. in titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXX n. 73 bis (MESE OTROBRVM).

ΟΥΑΛΗΣ -εντος, *valens*, apud Siculos (Herodian. apud Becker *Anecd.* pg. 1390). Est nomen rom. apud Zosim. IV, 7 sq. Cf. Müller *Die Etr.* I 13.

OVECVLA. Vide OVICVLA.

OVFENS vel Ufens, Αὔφιδος (corrupte apud Strab. V, III, 6), fluvius agri Privernatis, a quo Oufentina tribus appellata (Fest. *Qu.* X, 12 pg. 194, cit. ad v. OVFENTINA). Paul. pg. 195: « Oufentina tribus ab Oufente fluvio dicta ». Plin. III, IX, 6: « Dein flumen Ufens, supra quod Terracina oppidum ». Virg. *Aen.* VII, 801 sq.:

« Qua Saturae iacet atra palus, gelidusque per imas
Quaerit iter vallis atque in mari conditur Ufens ».

Sil. Ital. VIII, 380 sqq.:

« et atro
Liventes coeno per squalida turbidus arva
Cogit aquas Ufens *etc.* ».

Strab. loc. cit.: πρόκειται δὲ αὐτῆς μέγα ἕλος, ὃ ποιοῦσι δύο ποταμοί· καλεῖται δ' ὁ μείζων † Αὔφιδος. Vib. Seq. *De flum.* pg. 20: « Ufens Tarracinae proximus ». Cf. Serv. ad Virg. *Aen.* XI 316, et vide VFENS.

nunc *Palermo*, urbs Siciliae (Plin. III, XIV 4, XVI, LXVI 6 « Panhormum », al. *Panormum;* Liv. XXIV 36, XXIX 1, et Cic. in *Verr.* II, II, 26 et 62 « Panormi »; Mela II, VII, 16 « Panormus »; Antonini *itiner.* pgg. 91, 97, et *Tab. Peuting.* segm. VI*e* « Panormo »; Vib. Seq. *De flum.* pg. 15 « Orethus Panormi Siciliae »; cf. Schneid. *Gram. der latein. sprache* I, 192), a Phoenicibus condita circa Graecorum in Siciliam adventum (Thucyd. loc. cit.; cf. Cluver. *Sic. ant.* pg. 274 sq.). Dicta est a πᾶν (omne) et ὅρμος (statio navium), propter multitudinem navium, quae undique illuc conveniebant (cf. Gramm. ad Homer. *Od.* XIII, 195, et Cluv. op. cit. pg. 273 sq.); et dividebatur in novam et veterem (Polyb. I, 38). Sil. Ital. XIV, 261: « Tergemino venit numero fecunda Panormos (al. *Panhormos*) ». Coloniam romanam habuit, Augustam appellatam. Strab. VI, II, 5: Πάνορμος δὲ καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν. Cf. Frontin. *De col.* pg. 211 (Lachmann). Inscr. apud Orell. n. 948 (Murat. 250, 1, et 1114, 4): IMP · CAES · DIVI | MAGNI ANTONINI PII · F · DIVI SEPTIMI | SEVERI ..... | ..... PIO · FEL · AVG · PONT · MAX · TRI | PO · II · COS · II · COL | AVG · PANHORM · | D · D. Πανορμῖτις (γῆ), h. e. ager Panormitanus (Callias fragm. n. 2 apud Athen. XII 59 pg. 542), et incolae Panormitani (Frontin. *De col.* pg. 211), gr. Πανορμῖται (Diod. Sic. XIII 63, XIV 48) vel Πανορμηνοί (Steph. Byz.), in numis num. 3088*b* ИATIMЯOИAП (ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ) = num. 3088*c* PANHORMITANORVM et PANORMITANORVM.





— Panhormitanus vel Panormitanus, gr. Πανορμίτης et Πανορμεύς (Steph. Byz.), adiect. ad Panhormum vel Panormum pertinens, ut RESpublica PANHORMIT (Orell. n. 718), Civitas Panormitana (Cic. op. cit. III, III, 6), COL · PANHORMIT (Orell. n. 3760, Henzen n. 5604), Legati Panormitani (Cic. op. cit. II, II, 49), τῆς χώρας τῆς Πανορμίτιδος (Polyb. I, 40), Diocles Panormitanus (Cic. op. cit. II, III, 40).

ΠΑΝΘΕΙΑ, Agrigentina, apud Hermipp. Callim. fragm. n. 27.

1IƧOИЯ1 (panthsil), quod legitur in fictili Clusino n. 803, ad gr. πανθοινέω (epulor) trahunt interpretes (*Mus. chius.* vol. I ad n. 70).

IOЯIИЯ1 (paniathi), *Paniatia?*, nomen fem. etr. (vide MIИЯ1 paniś), in urna perus. n. 1385 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 275 ad n. 252; cf. Orioli *Sep. dei Volunni* pg. 135 ed. 2.ª).

MIИЯ1 (paniś) et ƧIИЯ1 (panis), *Panii* (?), n. pr. m. genit. sg. (unde IOЯIИЯ1 paniathi), in titulis sepulcr. n. 1693 et n. 2035 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 175 ad n. 30, et pg. 176).

PANISCVS, deus silvestris, quasi minutulus Pan, in inscr. apud Henzen n. 5716. Panisci dii, gr. Πανίσκοι, memorantur apud scriptores. Cic. *De nat. deor.* III, 17: « Si dii sunt, suntne etiam Nymphae deae? Si Nymphae, Panisci etiam, et Satyri? ». Et *De div.* I, 13: « Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput extitisse Panisci ». Cf. *Thes. gr. linguae* s. v. πανίσκος, Lanzi *Vasi dipinti* pg. 110, Visconti *Mus. Pio-Clem.* I 88 tav. 50. — Paniscus est cognomen rom. apud Grut. 172, 3.

PANNA, Πάννα (Strab. V, IV, 11), samniticum oppidum.

PANNVM, *pannus*, subst. n. apud veteres. Nov. vs. 86 (Non. III, 165 = pg. 218): « Qui habet uxorem sine dote, ei pannum positum in purpura est ». — Pannibus pro *pannis* usurpavit Ennius *Praec.* vs. 1 (Charis. pg. 54 = 40 P.) et Pompon. vs. 70 (Non. VIII, 42 = pg. 488).

PANNVNIVS, *Pannonius*, adiect. ad Pannoniam pertinens. In titulo apud Grut. 547, 3: C · IVLI · VALERIANVS ..... NATIONE · PANNVNIVS.

PANOPES, Siculus, apud Virg. *Aen.* V, 300.

PANORMVS vel Panormum. Vide PANHORMVS.

ΠΑΝΟΣ, *panis*, apud Messapios (cf. *Thes. gr. ling.* VI, 158). Athen. III, 28 pg. 111: Πανὸς ἄρτος· Μεσσάπιοι.

PANPIEIS. Vide PAN = *quam*, et PIEIS = *cuius*.

ЯꟻИЯ1 (panta), *quanta*, adiect. f. nominat. sg. 1 decl. (pa-vanta = sanscr. kâ-vanta), e panto = *quantus*, quod e stirpe pronominali PO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 88, 101, 110, 138, II 334, Huschke *Die iguv. taf.* s. 609 et s. 641, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 32, 54; cf. Lanzi I 353 = 276, II 826 = 735, Grotefend *Rud.*

l. u. VII 9, et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 258). Tab. eugub. Vb 2 sq.: ΙƧ : ƎᗡV⅃ᗡƎЯƎꟼЯA | : AИVΛ : AИИA⅃ (panta muta arferture si) = *quanta multa adfertori sit* (Aufr. et Kirch. I 51, II 335).

§ 2. *Quantam*, acc. sg. pro pantam (Aufr. et Kirch. I 93, 110, Huschke s. 610), in tab. eugub. Vb 3.

PANTAGIAS vel Pantagies, fluvius Siciliae, in ora Leontinorum (Ptol. III, 4 Παντακίου ποταμοῦ ἐκβολαί; Thucyd. VI, 4 ὑπὲρ Παντακύου ποταμοῦ). Virg. *Aen.* III 688 sq.: « Vivo praetervehor ostia saxo Pantagiae ». Ubi Servius: « Hic fluvius Siciliae, cum plenus incederet, implebat sonitu pene totam Siciliam, unde et Pantagias dictus est, quasi ubique sonans. Hic postea, cum Cereri quaerenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate ». Ovid. *Fast.* IV, 471: « Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagienque ». Claud. *De raptu Proserp.* II 57 sq.: « et saxa rotantem Pantagiam ».

PANTANVS, lacus Apuliae, hodie *Lago di Lesina*, apud Plin. III, XVI, 4.

PANTICA. Vide PANDA.

AИ+ИA⅂ (pantna), *Pantinia* (Pantia?), n. pr. f. apud Etruscos (Lanzi II 407 = 336 ad n. 246 et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 235 ad n. 143) in titulo sepulcr. n. 1694.

PANV, *quando*, apud Umbros. Vide PANVPEI = *quando-que*.

PANVCLA. Vide PANVNCVLA.

PANVLA, *parvus panus*, apud Prisc. pg. 115 = 618 P.

PANVNCVLA vel panucla (ital. *pannocchia*), diminut. pani. Not. Tiron. pg. 160: « Licium, liciamentum, panuncula, floccus ». Non. II, 623 = pg. 149: « Panus, tramae involucrum, quem panuclam vocamus ».

PANVPEI, *quandoque*, adverb. = sanscr. cadâcit, e PANV pro pandu (*quando*) et PEI (*que*), e stirpe pronom. PO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 18, 70, 87 sq., 152, II 304, Huschke *Die iguv. taf.* s. 304), in tab. eugub. VIIb 1. Cf. Lanzi II 765 = 673, 826 = 735, et Grotefend *Rud. l. u.* III 5, VI 29.

PAXS, *pax*, antiquo scribendi more, in quinario gentis Aemiliae (Cohen *Méd. consul.* pl. II n. 13), et in numo Vitellii imperatoris (Cohen *Méd. imper.* I, 264 n. 81).

⅂A⅂ (pap), in lamella plumbea Volaterr. n. 347 bis. Vide vocc. sqq.

A⅂A⅂ (papa), *Papia*, nomen fem. etr. = I⅂A⅂ (papi), fortasse pro ⅃A⅂A⅂ (papal), unde ⅃AI⅃A⅂A⅂ (papalial), AIИA⅂A⅂ (papania), ƧAИΘA⅂A⅂ (papathnas) et AƧA⅂A⅂ (papasa), in titulis sepulcralibus n. 90*b*, 369 sq., 1436. Cf. osc. IIПИИП (paapii) = *Paapius* (Papius).

PAPA vel pappa, vox infantium petentium cibum, teste Varr. apud Non. II, 97 = pg. 81. Vide BVA.

§ 2. *Pater* (= gr. πάππας) vel *senis*, apud Prud. περὶ στεφ. XI, 127 et alios (cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v., et *Fragm. histor. gr.* III 592 n. 30).

§ 3. Est etiam cognomen rom. (= etr. A⅂A⅂ papa), ut A. Terentius A. l. Papa (Doni cl. VII n. 32).

ƧAИΘA⅂A⅂ (papathnas), —*ius*, n. pr. m., e A⅂A⅂ (papa) = *Papia*, in inscr. etr. n. 2163.

⅃A⅂A⅂ (papal), *Papiâ*, n. pr. f., e A⅂A⅂ (papa) vel I⅂A⅂ (papi), in sarcoph. Viterb. n. 2055 (ЯƎƧ⅃A⅂A⅂ papalser). Cf. Orioli in *Album* XIX 175.

⅃AI⅃A⅂A⅂ (papalial), *Papaliâ*, n. pr. f. abl. sg. e A⅂A⅂ (papa) = *Papia*, in operculo ossuarii Volaterr. n. 332.

? ЯƎƧ⅃A⅂A⅂ (papalser). Vide ⅃A⅂A⅂ (papal).

AIИA⅂A⅂ (papania), *Papiana*, nomen sive cognomen etr. (genit. MAIИA⅂A⅂ papaniaś), e A⅂A⅂ (papa) vel I⅂A⅂ (papi) = *Papia*, in titulo sepulcr. n. 922. Nomen servat pagus in agro Perusino, qui vocatur *Papiano* h. e. *fundus Papianus*, a gente *Papia* appellatus.

MAIИA⅂A⅂ (papaniaś), *Papianae*, n. pr. f. genit. sg., cuius rectus AIИA⅂A⅂ (papania), e A⅂A⅂ (papa) vel I⅂A⅂ (papi) h. e. *Papia*, in tegula sepulcr. n. 212.

MA⅂A⅂ (papaś), *Papii*, n. pr. m. genit. sg., e A⅂A⅂ (papa) vel I⅂A⅂ (papi), apud Etruscos. Urna clusina n. 661: MA⅂A⅂ : ⅃AƧIЯA⅃ : ИAΘ (than larisal papaś) = *Tannia Lartiâ* nata *Papii* uxor (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 264 sg. et apud Inghir. *Lett. di etr. erud.* pgg. 160, 167). Inscr. n. 2611: ... MA⅂A⅂ IM (mi papaś...) = *sum Papii*.

PAPAS -ae et -atis, gr. πάππας (pater), = PAPPAS, *nutricius*. Inscr. apud Murat. 1297, 11: L · ANTISTIVS ZOSIMVS · SIBI · ET ANTISTIAE CHRYSEIDI CONIVGI · KARISS · ET SEPTICIO ADIVTORI PAPATI OPTIMO. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

AƧA⅂A⅂ (papasa), *Papii uxor*, cognomen fem. etr. (vide MA⅂A⅂ papaś), in titulis sepulcr. n. 662 et n. 727. Cf. AƧAƎA⅂ (pavasa).

AƧI⅃ƧA⅂A⅂ (papaslisa) et AMI⅃ƧA⅂A⅂ (papasliśa), cognomen mulieris, e MA⅂A⅂ (papaś) = *Papii* derivatum (cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 125), in titulis sepulcr. n. 193 et n. 721.

ПAПERIVS, *Papirius*, n. pr. m. (gr. Παπείριος, apud Osann *Syll. inscr.* pg. 463 n. III), ut CN · PAPERIVS · COS (Grut. 205, 1 lin. 28) et C · ПAПERIVS · C · F · CARB · (Mommsen n. 1094).

I⅂A⅂ (papi), *Papia*, n. pr. f., e A⅂A⅂ (papa), in tegula etr. n. 195.

PAPINVS, mons Galliae Cisalpinae. Liv. XLV, 12: « Profectus in Galliam circa Macros campos ad montes Siciminum et Papinum stativa habuit ».

PAPIRIA tribus romana, una ex rusticis, a quodam Papirio appellata est (Paul. pg. 232; cf. Manil. I, 784), vel a nomine agri, qui circa Tusculum est. Fest. *Qu.* XII, 2 pg. 233: « Papiria tribus a Papirio vocata est, vel ab nomi[ne] ag[ri .... ». Memoratur a Livio VIII, 37, Val. Max. IX, X, 1 (vide POLLIA), et in inscr. apud Orell. n. 69, 72, 2183 = 3905, 2258,

3433, 3549, 3592, 3807, 3902, 3976, 4026, Henzen n. 5232, 5454, 5665, 5667, 5992, 6482, 6612, 6654, 6791, 6825, 7050, 7071, 7139. Cf. Πόπλιος Πλάτιος Ποπλίου Παπιρίᾳ (Ios. Flav. *Antiq. iud.* XIV, x, 10).

PAPIRIANA fossa, in Etruria, inter Lunam et Pisas (Antonini *itiner.* pg. 293).

PAPIRIVS, gentilitium Fregellanum. Cic. *Brut.* cap. 46: « Apud maiores autem nostros video disertissimum habitum ex Latio L. Papirium Fregellanum, Ti. Gracchi, P. filii, fere aetate; eius etiam oratio est pro Fregellanis, coloniisque latinis, habita in senatu ».

PAPISIVS, *Papirius*, n. pr. m., ut Valesius = *Valerius*, apud Paul. pg. 23 (vide AVSELIVS). Fest. *Qu.* XII, 11 pg. 242 (cf. pg. 395): « [Papisio]s, Cato saepe dicit, ut [antiqui *s* etiam in robose et ar]boses, loco *r* dicebant ». In titulo sepulcr. apud Murat. 1487, 11: M · PAPISIVS · M · F · CLA · MAXIMVS.

PAPPAS, πάππας (pater), *nutricius*, apud Iuven. VI, 632. Vide PAPAS.

PAPPO vel papo, ad pueros pertinet, cum vel cibum petunt vel papam comedunt (Forcell. *Lexic.* s. v.).

PAPPVS, *senex*, apud veteres, e πάππος (avus). Varro *De l. l.* VII, 29 pg. 131: « Item significant in Atellanis aliquot Pappum *senem*, quod Osci casnar appellant ... ». Cf. Pappum Mesium (Varr. op. cit. VII, 96 pg. 157), Πάππος Αἰμίλιος (App. *De reb. gall.* I, 2) et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

MΑИIƧΊAΊ (papsinaś), *Papinii* sive *Papiniae* (?), e IΊAΊ papi = *Papia*, in marmore etr. n. 1909. Fortasse legendum ⅃MΑИIƧΊAΊ papsinaśl (Lanzi I 260 = 200, II 789 = 698, et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 159), quod comparari potest cum gentil. Papisius.

PAQVIVS, praenom. ital., = volsc. ΠΛCVIES. In lapide Lucano apud Mommsen n. 276: M · AESQVLLI · PAQ · F · RVF. Est etiam gentilitium rom. in inscr. apud Grut., Murat., Mommsen cet.

?ᗡΛΊ (par), in inscr. etr. n. 59.

PAR-, rad. umbr., rom. *parere*, in voc. PROPARTIE = *Propertii*.

PAR-, radix samnitica. Vide PARASCVSTER.

PARARIVM aes appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Ita Paul. pg. 221. Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *pararius*.

PARASITASTER, vilis et infelix parasitus (Prisc. pg. 102 = 610, 114 = 618, 127 = 628 P.), apud Terent. *Ad.* V, ii, 4.

PARASCVSTER, *paratur?*, indicat. pass. 3 pers. sg., apud Samnites in voc. COMPARASCVSTER = *com-paratur*, quod ad rad. sanscr. prách (interrogare), umbr. PERSC-, rom. *posco*, trahit Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 162 (« com-parasc-ust-er » = *conquisita fuerit?*).

ΠΑΡΑΤΟΙ, Sardiniae gens montana, apud Strab. V, ii, 7 (unus cod. Τάρατοι).

PARAVERVM, *paraverunt*. Vide CONPARAVERVM.

PARENTIVM, Παρέντιον (Ptol. III, 1), hodie *Parenzo*, oppidum Italiae superioris, inter Tergeste et Polam (Plin. III, xxiii, 2; Antonini *itiner.* pg. 271; Tab. Peuting. segm. IV*a*).

PARES, *parens*, apud Marini *Arvali* pg. 169, ex *inscr. bibl. S. Greg.* pg. 337 n. 4. Huc retulerim numum argent. Cossutii Maridiani (in museo Universitatis Taurinensis) cum scriptione [CAESAR] PARE:S · PATRIAE, de



quo nuper scripsit Ritschelius (*Priscae latinit. epigr. suppl. primum* pg. xv sq.).

PARETICVLVS, *parieticulus*, diminut. parietis. In titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. xviii n. 23 (Passionei cl. xii, n. 11): FECIMVS NOBIS ET NOSTRIS ET AMICIS ARCOSOLIO CVM PARETICVLO SVO IN PACEM.

PAREVSIVS, fluvius Italiae, qui postea ab Annio, Etruscorum rege, Anio dictus est. Plutarch. *Parall.* cap. 40: ὁ δὲ πατὴρ ἐπιδιώξας καὶ μὴ συλλαβὼν ἥλατο εἰς τὴν Παρεούσιον ποταμὸν, ὡς Ἀννίων μετωνομάσθη.

PARFA, *parrā*, subst. f. abl. sg. 1 decl., apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VIII 21, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 23, Aufr. et Kirch. I 91, 111, II 25 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 44 et s. 611), in tab. eugub. VI a 1 (cf. Lanzi II 690 = 598).

§ 2. *Parram*, acc. sg., pro parfam, antiquiori orthogr. ꟽA8ᗡAΊ parfam, apud Umbros (Grotefend V 21 sq., Zeyss § 21, Aufr. et Kirch. I 110, II 40, 45, Huschke s. 610), in tab. eugub. VI a 2, 4, 15, 17, VI b 51.

ꟽA8ᗡAΊ (parfam), *parram*, subst. f. acc. sg. 1 decl., recentiori orthogr. PARFA pro parfam, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* V 21 sq., Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 21, Aufr. et Kirch. I 99, 110, II 247, Huschke *Die iguv. taf.* s. 610). Tab. eugubina I b 13: Ǝ8Ǝ+ : ꟽAꓛƧƎ+ : ꟽA8ᗡAΊ V+AᒧΊƎ+Ƨ : ꓘƎꟽVИƎ (enumek steplatu parfam tesvam tefe) = *tum stipulator parram —am tibi;* et tab. VI b 51: ENNOM · STIPLATV · PARFA · DESVA · SESO = *tum stipulator parram —am sibi.*

ΓAᗡΘAИAΓAE (parthanapae), Παρθενοπαῖος (Parthenopaeus), Atalantae filius, in gemma etr. n. 1070.

PARIBIS, *pariet*, e pario. Pompon. vs. 19 sq.: « si praegnans Non es, paribis numquam ».

PARICI vel Parrici quaestores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum.

Nam parricida non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numae Pompilii regis, his composita verbis: si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto. Ita Paul. pg. 221.

PARICIDA, *parricida*. Vide PARICI.

PARILIA. Vide PALES.

PARILLA, diminut. paris. Est cognomen rom., apud Murat. 1412, 3 (L · TVTILIAE PARILLAE).

PARINS, *parens*, barbara orthogr. In titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XLI n. 8: AELIO FABIO · RESTVTO FILIO PIISSIMO · PARINTES · FECERVNT.

PARIRE, *parere*, e pario, apud Enn. *Ann.* vs. 10 (Varro *De l. l.* V, 59 pg. 23, Diomed. pg. 383 = 378 P.) et Plaut. fragm. (Philarg. ad Virg. *Ecl.* II, 63).

PARIS, *par*, adiect. fem. Prisc. pg. 341 = 764 P.: « Atta in socru: *Ad hanc fortunam accessit † ei fortuna paris* ».

PARISVMVS, *parissumus* (parissimus), adiect. superl. apud veteres. In titulo n. 2707 ex Scip. sepulcro: QVOIVS · FORMA · VIRTVTEI · PARISVMA · FVIT. Plaut. *Curc.* IV, II, 20: « Eodem, hercle, vos pono et paro: parissumi estis iibus ».

PARIT, *peperit*, in XII tab. leg. apud Plin. XXI, 5 (cit. ad voc. DVO = *do*).

PARCVIT, *parsit* (pepercit), apud antiquos. Naev. vs. 69 (Non. II, 653 = pg. 153): « suo labori nullus parcuit ».

PARMA, fluvius Italiae superioris, fortasse legendum in *Tab. Peuting.* segm. III*c*, ubi « fluv. Paala » (cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 416).

§ 2. Πάρμα (Ptol. III, 1, Strab. V, I, 11), oppidum Italiae superioris, ad Parmam amnem (Cic. *Ep. fam.* X 33 = n. 833, XII 5 = n. 794, *Phil.* XIV 4; Plin. III, XX 1; Colum. VII, II, 3; Antonini *itiner.* pg. 99, 127, 287; *Itiner. ant.* apud Henzen n. 5210 pg. 26; *Itiner. Hierosol.* pg. 616; *Tab. Peuting.* segm. III*c* « Parna »). Strab. loc. cit.: πολὺ δὲ καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ Πάδου κατείχετο ὑπὸ ἑλῶν, δι' ὧν 'Αννίβας χαλεπῶς διῆλθε, προϊὼν ἐπὶ Τυρρηνίαν· ἀλλ' ἀνέψυξε τὰ πεδία ὁ Σκαῦρος διώρυγας πλωτὰς ἀπὸ τοῦ Πάδου μέχρι Πάρμης (codd. Παρμηστῶν) ἄγων. Colonia deducta est U. C. an. DLXIX (Liv. XXXIX, 55 cit. ad voc. MVTINA; Plin. VII, L, 3). Cf. Cluver. op. cit. pg. 273. Martial. V, 13 (cf. II, 42): « Tondit et innumero Gallia Parma greges ». Et XIV, 155: « Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis ». Eius oppidi nomen, fortasse etruscum, ad rad. sanscr. pṛ vel pār (servare, tutari, custodire) trahit cl.us A. Bertanius (*Indagini intorno al nome ed alla origine della città di Parma* pgg. 37 sgg.), et apte comparat cum Παρμαικάμποι (ad Danubium fluv.), quod legitur apud Ptolem. II, 10. — Parmenses, gr. Παρμηναι vel Παρμῖται (Plutarch. in *C. Mar.* XXVII, 6), eius oppidi incolae (Varro *De l. l.* VIII, 56 pg. 186, Cic. *Phil.* XIV 3). Parmensis, gr. Παρμήσιος, hodie *Parmigiano*, adiect. ad Parmam pertinens, ut pecus parmense (Martial. IV, 37), Cassius Parmensis (Plin. XXXI, VIII 1, Suet. *Aug.* cap. 4, Horat. *Ep.* I, IV, 3), Κάσσιος Παρμήσιος (Appian. *De bell. civ.* V 2 et 139). Parmanus, gr. Παρμανὸς vel Παρμαῖος (Steph. Byz. s. v. Πάρμη), pro *Parmensis*, reiicitur a Varr. loc. cit. Cf. etr. IИMЯAП (parmni), unde ⅃AIИMЯAП (parmnial).

ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ, Camarinaeus, apud Diod. Sic. I, 68.

§ 2. Posidoniates (Paestanus), apud Diod. XI 65 et Dionys. Halic. IX 56.

ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΣ vel Παρμίσκος (?), Metapontinus, pythagoreus, apud Diog. Laert. IX, IV 2, Iambl. *De pythag. vita* § 267 (Παρμίσκος) et Athen. XIV, 2 pg. 614 (ex Semi Delii fragm. n. 8).

IИMЯAП (parmni), *Parmenia* vel *Parmia*, nomen fem. etr. (abl. sg. ⅃AIИMЯAП parmnial), in urna Tuscan. n. 2107 (Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* CXIX, 332).

⅃AIИMЯAП (parmnial), *Parmeniā* vel *Parmiā*, n. pr. f. abl. sg. e IИMЯAП parmni, apud Etruscos, in titulo sepulcr. n. 1541 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 207 ad n. 84).

PAROPINI. Vide ΠΑΡΩΠΟΣ.

PARSEST, —*ebit* (oportebit?, parebit), 3 pers. sg. fut. 1, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 82, II 300, 306; Huschke *Die iguv. taf.* s. 306), in tab. eugub. VIb 2. Cf. Lanzi II 767 = 675, 826 = 735, et Grotefend *Rud. l. u.* VI 30, VIII 13, 15.

AQVƧQA[Ч] (parsura). Vide AQVƧQAT (tarsura).

PARTHENOPE, oppidum Campaniae, postea Neapolis appellatum. Vide NEAPOLIS § 1.

§ 2. Παρθενόπη (Ptol. III, 1), insula in mari Tyrrheno.

PARTIE. Vide PROPARTIE.

PARTVLA, nomen deae, quae partus gubernat (Tertull. *De anima* cap. 37).

PARTVRA, *partus*, subst. f. Varro *De r. r.* II, I, 26 « deme (si vis) duas res de mulis, admissuram et parturam ».

PARTVS -i, *partus -us*, apud Pacuv. vs. 69 sq. (Non. VIII, 19 = pg. 486). Cf. partuis (Varr. apud Non. loc. cit.) et partu pro *partui* (Propert. I, XIII, 30).

PARTVS, *partis*, genit. sg., ut Castorus pro *Castoris*, nominus pro *nominis*. Tab. Bant. cap. 2 (Append. n. LVI): [DVM MINORIS] PARTVS FAMILIAS TAXSAT LICETO.

PARVOLVS et parvola, *parvulus* et *parvula*, apud Plaut. (*Curc.* IV, II 42, *Cist.* I, II 4, II, III 10, *Capt.* V, III 5 et IV 16, *Merc.* prol. vs. 90, *Poen.* IV, II 74, V, II 141, 145 et VI 9, *Pseud.* III, I 17; *Rud.* prol. vs. 39, *Stich.* I, III 7) et in lapid. rom. apud Osann *Syll. inscr.* pg. 458 n. 191 (PARVOLVS), Mommsen n. 3093 (PARVOLO · SVPERSTITE), et Maffei *Mus. ver.* 295, 4 (CVM PARVOLA).

PARVOS, *parvus*, adiect., apud Plaut. *Capt.* V, IV, 21, et in cod. Med. Virg. *Ecl.* VII 29.

ꟷ꜡ꟷ (parchis), vox etrusca originis et significationis ignotae, in sarcoph. Viterb. n. 2055. Comparari potest cum umbr. PERSC-, osc. paras- (PARASCVSTVR), lat. *posco*, nisi trahendum ad rom. parcere.

ΠΑΡΩΝ, Crotoniatarum dux, apud Diod. Sic. XIX, 10.

ΠΑΡΩΠΟΣ, Siciliae oppidum, apud Polyb. I, 24. Eius incolae Paropini (Plin. III, XIV, 5).

-ƧA1 (pas-), radix etrusca, in voc. ƎƆƧA1 (pasce), quod vide.

PAS, *quai* (quae), pronom. relat. fem. nominat. pl., e stirpe pronom. PO, apud Samnites (Aufr. et Kirch. II 82, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 185). Tab. Bant. n. 2897 lin. 25: PAS · EX · AISCEN · LIGIS · SCRIFTAS · SET = *quae hisce in legibus scriptae sunt* (Aufr. et Kirch. I 113 anm. 1, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 9, 35, 80, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 88). — Aliis est genit. sg. fem. = *cuius* (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 18 sq., Mommsen *Die unterit. dial.* s. 291, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 118 et s. 344).

ПAƧ (pas), in vase etr. n. 2672.

AƧA1 (pasa), in tegula etr. n. 555.

PASE, *pace*, subst. f. abl. sg. 3 decl., e rad. PAC- (unde etiam PACER) Umbrorum linguâ (Maffei *Osserv. lett.* VI, 83; Lanzi II 826 = 735; Lassen *Beiträge* etc. s. 32; Grotefend *Rud. l. u.* IV, 9; Aufr. et Kirch. I 18, 72, 127, 162, II 162; Huschke *Die iguv. taf.* s. 622). Tab. eugub. VIa 30, 33, 40, 42, 50, 52, VIb 11, 13 sq., 32, 34, VIIa 14, 17, 31, 50: PACER · PASE · TVA (tab. VIa 42 TVVA) = *propitius pace tua;* et tab. VIb 61: PACRER · PASE · VESTRA = *propitii pace vestra.* Cf. inscr. apud Murat. 96, 1 = Orell. n. 1862.

ΠΑΣΙΦΙΛΟΣ, Agathoclis dux, apud Diod. Sic. XIX 102, 104, XX 77, 90.

PASCALIS, *pascualis*, adiect. Fest. *Qu.* XII, 11 pg. 242: « [Pascuales oves pascales ins]cienter Cato dixit in ea [quam scripsit de musta aqua: *ali pasc*]*alis ovis vetuit* ». Lucil. apud eund. (*Qu.* XIV, 5 pg. 301): « Pastali (leg. *pascali*) pecore, ac montano, hirto atque soloce ».

ƎƆƧA1 (pasce), *quiesce?*, nisi est idem quod gr. πάσχε *moritor tu* (e πάσχω), imperat. 2 pers. sg. apud Etruscos, in inscr. n. 2163*c*. Cf. *parcere linguam* (al. *pascere linguam*) h. e. *coerceto, taceto,* apud Paul. pg. 222. Hic respicere iuvat amphoram nolanam, de qua ita loquuti sunt Lenormant et De Witte (*Monum. céram.* I, 16 pl. IX): « *Minerve combat avec la lance; son adversaire Encélade l'attend de pied ferme. . . . . . M. Panofka a expliqué l'inscription* KAOIE *par* jette, *c'est-à-dire,* lance ton javelot. *Nous préférerions à cette interprétation celle de* cède: reconnais-toi pour vaincu. *Le même savant s'est efforcé de reconnaître dans les lettres tracées*

au-dessus du géant, IM · OƎK (κεο μι), *le mot* κεῖμαι, je suis prêt ».

PASCEOLVS, *sacculus ex aluta* (Non. II, 635 = pg. 151), fortasse e φάσκωλον, quod est marsupium (apud Suid.). Plaut. *Rud.* V, II, 26 sq. ed. Fleck.: « Octingenti in marsupio nummi aurei infuerunt Praeterea centum Philippeae minae in pasceolo sorsus ». Adde Cat. et Lucil. apud Non. loc. cit.

PASCVOS, *pascuus.* Vide COMPASCVOS.

PASSALES et oves et gallinae appellantur, quod passim pascuntur. Ita Paul. pg. 222.

PASSARINVS, *passerinus*, adiect. ad passerem pertinens (cf. Pompon. vs. 177, et Mart. VII 77, XII 36). Est nomen equi cursoris velocissimi, in tab. marm. apud Grut. pg. 341 lin. 2.

ΠΑΣΣΑΣ, *Pansa*, cognomen rom., apud Plutarch. *De fort. rom.* cap. 7.

PASSERILLA, diminut. passeris (cf. passerulla et passerullus). Est cognomen rom. apud Murat. 323, 2.

PASSINVS, ad passum pertinens. Est cognomen rom. apud Grut. 557, 9.

ꟷ (passtata), παραστάτην, lat. *parastatam* (pilam) sive *porticum*, subst. f. acc. sg. 1 decl., pro passtatam, apud Oscos, e -ꟷ pas- pro par- et ꟷ stata, quod e rad. -ꟷ sta-, rom. *sta-re* (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 285, Aufrecht et Kirchhoff II 160 anm. 1, Fiorelli *Monum. epigr. Pomp.* I 7 = XVIII sq., Huschke *Die osk. und sab sprachd.* s. 174, Minervini et Garrucci in *Memorie dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 7, 29). Occurrit in inscr. Pompeiana num. 2786: [Oscan inscription] (v. púpidiis v. med. túv. passtata ekak úpsan deded ísídu prúfattd) = *Vibius Pupidius Vibii filius meddix tuticus porticum hanc faciendam dedit, idem probavit* (Mommsen s. 180, Quaranta *Di una iscr. osca* pg. 48, Fiorelli pg. 6 = XVIII, Huschke s. 173).

PASSVM, *pansum*, e pando, apud veteres. Aul. Gell. XV, 15: « Ab eo quod est *pando*, passum veteres dixerunt, non *pansum*, et cum praepositione, expassum, non *expansum*. Caecilius in Synaristosis: *Heri vero prospexe eumce ex tegulis: Haec nunciasse, et flammeum expassum domi.* capillo quoque esse mulier passo dicitur, quasi *porrecto* et *expanso*, et passis manibus et velis passis dicimus, quod significat *diductis* atque *distentis*. itaque Plautus in Milite glorioso [II, IV, 6 sq.] *a* litera in *e* mutata, per compositi vocabuli morem, dispessis dicit, pro eo quod est *dispassis*: *Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundem actutum extra portam Dispessis manibus patibulum quum habebis* ».

PASTILLVM est in sacris libi genus rotundi (Fest. *Qu.* XII, 20 pg. 250 et Paul. pg. 251). Charis. pg. 37 = 24 P.: « *hic panis hic pastillus et* hoc pastillum, ut Varro dixit ».

-TNΠ (pat-), rom. *patere*, radix osca in vocc. . . TNΠ (pat[ed]) = *patet* (?), ꙅИꟼꙅИƎTNΠ (patensíns) = *pateant*, . . . TTNΠ (patt. . .) = *patent* (?), et ꟼNИNTNΠ (patanaí) = *Patanae* (Patelanae).

. . . TNΠ (pat. . .), *patet* (?), praes. indic. 3 pers. sg., fortasse pro pated (cf. . . TTNΠ patt. . ., et ꙅИꟼꙅИƎTNΠ patensíns = *pateant*), e rad. -TNΠ pat-, rom. *patere*, apud Oscos (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 285; cf. Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 175). In lapide Pomp. n. 2790: [ЯƎ]TNΠ · VꟼƎ (víú pated) = *via patet* (Mommsen s. 182, Garrucci in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 30 et in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 84, Fiorelli *Monum. epigr. Pomp.* I 8 = XXIV).

PATAGIARIVS, h. e. qui patagia facit (Paul. pg. 221, Plaut. *Aul.* III, v, 35). Inscr. apud Doni cl. VIII n. 78 pg. 333: SEX · ANTONIVS · SEX · L · ARISTVS MANVLEARIVS · PATAGIAR · etc.

ꙅϽAꟻA1 (patacs), in urna etr. n. 896 (cf. Lanzi II, 449 = 378 ad n. 425). Est nomen pr. fem. (?), unde AꙅIꟼAꙅϽAꟻA1 (patacsalisa) et ꟼAИꟻϽAꟻA1 (patacvnal).

AꙅIꟼAꙅϽAꟻA1 (patacsalisa), *—â*, n. pr. fem. e ꙅϽAꟻA1 (patacs), unde et ꟼAИꟻϽAꟻA1 (patacvnal), apud Clusinos, in titulo sepulcr. n. 905 bis *b* (vide ꟼAИ✱MƎ9 remznal).

ꟼAИꟻϽAꟻA1 (patacvnal), *—â*, n. pr. fem., e ꙅϽAꟻA1 (patacs), apud Clusinos, in titulo sepulcrali n. 968 (cf. Maggi apud Inghir. *Lett. di etr. erud.* pg. 68, et Orioli in *Giorn. arcad.* CXX 232).

PATALENA. Vide PATELANA.

ΠΑΤΑΝΑ, *patina*, apud Siculos. Pollux VI, 13 pg. 90 (cf. X, 24 pg. 107): Ἄβαξ, ἀβάκιον, κακάβη, πατάνιον, πατάνον, ἡ πατάνη. οὕτω γὰρ Σώφρων εἴρηκε, Πατάνα αὐτοποίητος. ὥς τε καλοῖτ' ἄν, πατάνη. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ, τὴν ἔγχελυν, πατάνεψιν εἴρηκεν. εἴη δ' ἂν ἡ πατάνη, λοπάδιον ἐκπέταλον, ὃ νῦν ἴσως ἀπὸ τούτου καλοῦσι πατέλλιον. Cf. Phot. *Lexic.* s. v. πατάνια, Müller *Die Etr.* I 13, et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 285.

ꟼNИNTNΠ (patanaí), *Patanae* (Patelanae)?, dat. sg. 1 decl., cuiusdam deae nomen, apud Samnites (Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 403, Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 90, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 13 et s. 311), e rad. -TNΠ pat-, *patere* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 285). Tab. Agnonis n. 2875 A lin. 14 et B lin. 17: ꟼNꟼTꙅꟼIΠ · ꟼNИNTNΠ (patanaí piístiaí) = *Pandae fidae* (Mommsen s. 128 sq.) vel *Patanae Pestiae* (Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 129) vel *Patanae Fidiae* (Huschke s. 3 sq.).

PATAVIVM, Παταύιον (Ptol. III, 1) vel Παταούιον (Strab. V, I 7 et 12; Dio Cass. XLI, 61) et Πατάβιον (Aelian. *De nat. anim.* XIV, 8; Plutarch. in *Caes.* XLVII, 2; Dio Cass. LXII, 26), urbs Italiae superioris (Liv. X, 2; Plin. XXIII, 3; Suet. in *Tib.* cap. 14; Antonini *itiner.* pg. 128 « Patavis civitas », et pg. 281 « Patavis »; *itiner. Hierosol.* pg. 559 « civitas Patavi »; Tab. Peuting. segm. IV *a* « Patavis »), quam ab Antenore Troiano conditam ferunt (Aelian. loc. cit.; Mela II, IV 2; Solin. II, 10; Senec. *Consol. ad Helv.* VII, 1; Sil. Ital. XII, 212 sqq.). Virg. *Aen.* I, 247 sq.:

« Hic tamen ille urbem Patavî, sedesque locavit
Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit
Troïa ».

Ubi Servius: « Patavium autem dictum vel a Padi vicinitate: quasi *Padavium*: vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι [quasi *Petavium*]; quod captato augurio dicitur condita, vel quod avem telo petisse dicitur Antenor, et eo loco condidisse civitatem. [Alii a palude *Patina*, quae vicina civitati fuisse dicitur, Patavium dictam putant. Sane Patavi minorem nominativo genitivum facit, cum genitivus nunquam pauciores syllabas nominativo suo habere debeat: *Patavium* enim *Patavii* facit] ». Strab. V, I, 7: Αὗται μὲν οὖν πολὺ ὑπὲρ τῶν ἑλῶν ᾤκηνται, πλησίον δὲ τὸ Παταούιον, πασῶν ἀρίστη τῶν ταύτῃ πόλεων, ἥ γε νεωστὶ λέγεται τιμήσασθαι πεντακοσίους ἱππικοὺς ἄνδρας, καὶ τὸ παλαιὸν δὲ ἔστελλε δώδεκα μυριάδας στρατιᾶς. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῆς πεμπομένης κατασκευῆς εἰς τὴν Ῥώμην κατ' ἐμπορίαν, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐσθῆτος παντοδαπῆς, τὴν εὐανδρίαν τῆς πόλεως καὶ τὴν εὐτεχνίαν. Liv. X, 2: « Patavii monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis sollemni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur ». Inscr. apud Grut. 877, 9 (Orell. n. 1105): V · F · | T · LIVIVS | LIVIAE · T · F · | QVARTAE · L · HALYS | CONCORDIALIS | PATAVI | SIBI ET SVIS | OMNIBVS. — Patavini, gr. Παταουινοί (Strab. III, v, 3), eius oppidi incolae (Liv. XLI, 32; Plin. II, CVI 7, III, XX 7, XIV, XIX 7). Inscr. apud Henzen n. 5115 (cf. n. 5114; et vide ATESTE): L · CAECILIVS · Q · F | PRO · COS | TERMINOS | FINISQVE EX | SENATI · CONSOLTO | STATVI · IVSIT · INTER | PATAVINOS | ET · ATESTINOS. — Patavinus, adiect. ad Patavium pertinens, ut Patavini fontes (Plin. XXXI, XXXII, 3), Patavinae tunicae (Mart. XIV, 143), Patavina volumina (Sidon. *Carm.* II, 189) h. e. hist. rom. a T. Livio scripta. Cf. patavinitas apud Forcell. *Lexic.*

PATELANA vel Patellana, dea frumento praeses, Oscorum linguâ patana (vide ꟼNИNTNΠ patanaí), Umbrorum padella (vide PADELLAR). August. *De civ. Dei* IV, 8: « cum folliculi patescunt, ut spica exeat, deam Patelanam (al. *Patelenam*) ». Arnob. IV, 7 pg. 140: « Patellana numen est, et Patella, ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera praestituta ». Papias: « Patellana dea a paganis dicitur, cum folliculi messium patescunt, aut e spicis exeunt ».

PATELLA, dea patefaciendis rebus praestituta (Arnob. IV, 7 pg. 140). Vide supra PATELANA.

ƧИⱵƧИƎTЯП (patensins), *pateant* (aperiant), coniunct. praes. 3 pers. pl., e rad. -TЯП pat-, *patere* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 285, Aufr. et Kirch. I 107, II 271, Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 58 sq.), in cippo Abell. n. 2783 lin. 50 et lin. 51. Aliis est 3 pers. pl. perf. coniunct. = *aperuerint* (Bugge in *Zeitschr.* cit. V 5 sq., VIII 39) vel fut. 1 = *aperiant* (Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 45 et s. 359).

ᗡƎ+ᗅ1 (pater), *pater*, gr. πάτερ, sanscr. pitar, voc. sg. 3 decl. (dat. sg. ƎᗡƎ+ᗅ1 patre), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I, 127), e rad. -ᗅ1 (pa-), in voc. ᗡƎ+ᗅ1VI (iupater) = *Iupiter*.

ⱵƎᗡƎTЯП (patereí), gr. πατέρι (πατρὶ), *patri*, subst. m. dat. sg. 3 decl., = umbr. ƎᗡƎ+ᗅ1 (patre), e rad. -ЯП (pa-), apud Oscos (Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 397, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 285, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 327, Kirchhoff et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 38, 42, XI 340), in tab. Agnonis n. 2875 *A* lin. 25 (vide ⱵV⅃ꓘƎƎ evklúí).

PATERIVS, adiect. ad patrem pertinens. Est cognomen rom. in titulo apud Murat. 1784, 8 (M · VLPIO PATERIO).

PATERCLA, *Patercula*, cogn. rom. in lapide apud Grut. (428, 9 = 468, 6).

PATERCVLVS, diminut. patris. Not. Tiron. pg. 55: « Paterculus, patercularius ». Est cognomen rom., ut C. Velleius Paterculus.

PATIBVLVS, *patibulum*, subst. m. Varro apud Non. III, 183 = pg. 221: « Deligat ad patibulos ».

PATICABVLVM, in tabula apud Egger *Lat. serm. rel.* pg. 359.

PATINARIA via, memoratur a P. Vict. (*De reg. urb. R.*) inter vias Romam ferentes.

PATIO, *patior*, apud veteres (Diomed. pg. 400 = 395 P.). Lex apud Cic. *De leg.* III, 4: REM POPVLVM DOCENTO: DOCERI A MAGISTRATIBVS PRIVATISQVE PATIVNTO. Naev. vs. 67: « populus patitur, tu patias ».

ƧI+ᗅ1 (patis), *Patilianâ* vel *Petilianâ*, n. pr. f., ut mihi videtur, pro ⅃ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislanial), in inscr. etr. n. 866 (cf. Lanzi II 381 = 310 ad n. 155 sq.).

ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislane), *Patilianus* vel *Petilianus*, n. pr. m. (fem. IИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 patislani), unde ᗅƧƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislanesa), apud Etruscos. In titulis sepulcralibus: ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 : Oᗅ (ath patislane, n. 665, 2568) = *Attius Patilianus;* ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 : ᑫᗅ (ar patislane, n. 666, 668) = *Arrius Patilianus;* ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 : Vᗅ (au patislane, n. 644) et ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 : Ǝ⅃Vᗅ (aule patislane, n. 667) = *Aulus Patilianus.* Cum etr. patislane cognationem habet gentil. rom. Petilius (in inscr. rom.), unde cognomen Petilianus (C · MARCIVS · C · PETILIAN, apud Grut. 950, 6; et PETILIANA SP · F, apud Mommsen n. 1302), a quo fortasse dictum castrum, cui nomen *Pitigliano*, prope Suanam.

ᗅƧƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislanesa), *Patiliani* vel *Petiliani uxor*, cognomen fem., e ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislane) derivatum. Inscr. clusina n. 689: ᗅƧƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 : IƎИᑫV1 : ᗅИᗅO (thana purnei patislanesa) = *Tannia Furinia Patiliani* uxor.

? IИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislani), *Patiliana* vel *Petiliana*, n. pr. f., in marmore clusino n. 663. Vide ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislane) et ⅃ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislanial).

ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislania), *Patilianâ* vel *Petilianâ*, n. pr. f. abl. sg. pro ⅃ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislanial). Operculum ossuarii etr. n. 119: « lth arntni calesa patislania »

ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1:ᗅƧƎ⅃ᗅƆ:IИ+Иᑫᗅ:O⅃

= *Lartia Aruntinia Calii uxor Patilianâ* nata (Lanzi II 453 = 382 ad n. 435, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 67).

⅃ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislanial), *Patilianâ* vel *Petilianâ*, n. pr. f., minus recte ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 patislania et fortasse ƧI+ᗅ1 patis (vide ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 patislane). Urna clusina n. 766: ⅃ᗅIИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 | IƧ⅃Ǝꟻ : I+Ƨᗅ8 (fasti velsi patislanial) = *Fausta Velsia Patilianâ* nata.

ΠΑΤΙΩΡΟΣ, Siciliae oppidum, apud Ptol. III, 4.

. . I⅃+ᗅ1 (patli . .), —*â*, n. pr. f. abl. sg., in urna perusina n. 1360. Cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 127; et vide MИI⅃+ᗅ1 (patlinś) cum vocc. sqq.

PATLACIVS. Vide PATVLCIVS.

MИI⅃+ᗅ1 (patlinś), *Patilnius* vel *Petilnius* (Patinius vel Petinius?), comparandum cum MᗅИ+ᗅ1 (patnaś) et IƎИ+ᗅ1 (patnei), nisi contractum e ƎИᗅ⅃ƧI+ᗅ1 (patislane) = *Patilianus* vel *Petilianus* (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 127). In operculo ossuarii perus. n. 1697: MИI⅃+ᗅ1 · Ǝ⅃Vᗅ (aule patlinś) = *Aulus Patilnius.*

IИ⅃+ᗅ1 (patlni), *Patilnia* vel *Petilnia*, n. pr. f., fortasse idem quod IƎИ+ᗅ1 patnei (Patinia vel Petinia), apud Etruscos. In titulis sepulcr.: IИ⅃+ᗅ1 · Vᗅ (au patlni, n. 1695) = *Aula Patilnia;* et IИ⅃+ᗅ1 ᗅ⅃ (la patlni, n. 1696) = *Lartia Patilnia.* Fortasse patlni exaratum est pro patlniś (= MИI⅃+ᗅ1 patlinś) h. e. *Patilnius.*

MᗅИ+ᗅ1 (patnaś), *Patinii* vel *Petinii*, n. pr. m. genit. sg., apud Etruscos (cf. MИI⅃+ᗅ1 patlinś). Operculum ossuarii perus. n. 1229: MᗅИ+ᗅ1 : IƆИV⅃ (lunci patnaś) = *Lunicia Patinii* uxor; et urna perus. n. 1232: MᗅИ+ᗅ1 : IᗅƆ : IOᑫᗅ⅃ (larthi cai patnaś) = *Lartia Caia Patinii* uxor. Vide IƎИ+ᗅ1 (patnei), quod sequitur.

IƎИ+ᗅ1 (patnei), *Patinia* vel *Petinia*, fortasse idem ac IИ⅃+ᗅ1 patlni (cf. MИI⅃+ᗅ1 patlinś et MᗅИ+ᗅ1 patnaś), comparandum cum ƧᗅИ+Ǝ1 petnas, et IƎИOƎ1 pethnei (Fabr. apud Conest. *Monum. del Palazz.* pg. 12). Urna perus. n. 1230: ⅃ᗅIИI+ᑫVᗺ · IƎИ+ᗅ1 (patnei hurtinial) = *Patinia Hortiniâ* nata. In operculo

ossuarii perus. n. 1231: IƎИ+A1 : I+ƧA8 (fasti patnei) = *Fausta Patinia*.

PATRASTER et patrater, *victricus*, hispan. *radastro* (ital. *padrigno*), h. e. *pater alter*, ut matertera = *mater altera* (cf. Maffei *Osserv. lett.* V, 214; Murat. 1510, 2, 1632, 9 et 1958, 6). Gloss. apud Mai *Class. auct.* VII, 586: « *victricus*, patraster ». Urna perusina (Vermigl. pg. 487 n. 82): D · M | C · VIIBIO · VITALI|ONI · BLASII · F | Q · V · A · XVIII · ET | DIES · V · FEC · AP · AN|NIVS · PRIMITIVS | PATRASTER. Urna florentina (Gori *Inscr. ant.* I, 218 n. 14, Buonarroti *Vasi ant. di vetro* pg. 152): D · M | AP · ANNIVS · PRI|MITIVVS · PA|TRASTER · C · VI|BI · VITALIO|NIS · FEC · SIBI. In titulo sepulcr. apud Oderic. *Dissert.* pg. 246: P · MATTIO · ONESIMO PATRASTO · ET · TVTORI · SVO. In alio titulo coemet. (vide FILIATRA): VITALIS PATRATER etc.

PATRATER. Vide supra PATRASTER.

PATRATVS, adiect. a *patro*, ut Pater patratus, gr. orthogr. πάτερ πατράτος (Plutarch. *Quaest. rom.* n. 62). Liv. I, 24: « Fecialis erat M. Valerius. patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput capillosque tangens. Pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est, sanciendum sit foedus; multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae est referre, peragit ». Serv. ad Virg. *Aen.* IX, 53 (cf. VII 623, X 14, XII 206): « Cum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc est princeps Fecialium, proficiscebatur ad hostium fines; et praefatus quaedam solemnia, clara voce dicebat: *Se bellum indicere propter certas caussas*: aut quia socios laeserant; aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et haec *Clarigatio* dicebatur, a *claritate* vocis ».

ƎЯ+A1 (patre), *patrei* (patri), sanscr. pitre, gr. πατρὶ, subst. m. dat. sg. 3 decl. (nominat. ЯƎ+A1 pater), apud Umbros, = marsicum ΠΑΤRII (patre), samnit. ꟼƎЯƎTNΠ (patereí), e rad. -A1 pa-. In tab. eugub.: ƎЯ+A1 : ƎƎVI (iuve patre, IIb 7) et ƎЯ+A1ƎƎVI (iuve-patre, IIa 5, IIb 17, 22, 26, III 22) = *Iupitri* vel *Iupiteri* h. e. *Iovi patri*.

ΠΑΤRII (PATRII), *patri*, subst. m. dat. sg. 3 decl., apud Marsos (genit. PATRIIS patres), = umbr. ƎЯ+A1 patre, osc. ꟼƎЯƎTNΠ patereí, in inscr. n. 2742 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 345, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 327; cf. Minervini in *Bullett. arch. nap.* VI, 39). In titulo sepulcr. apud Grut. 741, 9 (Fabr. cap. v n. 285 pg. 397): C · SIIXTIAIO TIIRIIOΛO · PATRII etc. Vide IIRINII (erine).

PATRIIS (patres), *patris*, gr. πατρὸς, sanscr. pitur, subst. m. genit. sg. 3 decl., apud Marsos, e rad. PA-, umbr. -A1 (pa-), osc. -NΠ (pa-). In aere Rapin. n. 2741 lin. 5 sq.: IOVIIS PATRIIS (ioves patres) = *Iovis patris* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341 et in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 95, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 245, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 30, IX 145, 160).

PATRICIOLVS, diminut. patricii, apud Prisc. pg. 101-102 = 610 P.

PATRIMES, *patrima*, apud Paul. pg. 93, cit. ad v. MATRIMIS.

PATRIMVS. Vide MATRIMIS.

ΠΑΤΡΟΚΛΟΣ, Cratilli filius, statuarius, ex Crotone, apud Pausan. *Eliac. sec.* III 4, XIX 6.

PATRONIA, *Petronia*, n. pr. fem., ut apud Etruscos IИVϤ+A1 (patruni) pro IИVϤ+Ǝ1 (petruni). Inscr. apud Mommsen n. 539: N · TERREVS [N] | L · CERDO · V · A | L · H · S · PATRO|NIA · L · | POEMN · V · A · LX.

PATRVINVS, adiect. ad patruum pertinens. Est cognomen rom. (Grut. 1081, 2).

ƧƎɅ>VɅTA1 (patrucles), Πατρόκλου vel Πατροκλῆος (Patrocli), n. pr. m. genit. sg. (in vasis princ. Canin. n. 527 et n. 1120 ƧOɅKOϤTΠ, ƧOɅKOϤTAΠ; ΠΑΤΡΟϘΛΟΣ, apud Gerhard *Etr. und Kamp. wasenbilder* taf. XIII n. 2). Inscr. etr. n. 2162: ƧƎɅ>VЯTA1 : ɅAIΘNI8 (hinthial patrucles) = εἴδωλον Πατρόκλου (ψυχὴ Πατροκλῆος, apud Hom. *Il.* XXIII 65) h. e. *spectrum Patrocli* (Noel des Vergers in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1857 pg. 121 sgg.).

IИVϤ+A1 (patruni), *Petronius*, n. pr. f. apud Etruscos, pro patrunis, = IИVϤ+Ǝ1 petruni (vide PATRVNIA = *Petronia*). In titulo sepulcr. n. 1251: IИVϤ+A1·Ǝ+I+·ƧɅ (ls tite patruni) = *Lars Titius Petronius*. In urna n. 1711: IИVЯ+A1 : OИЯA (arnth patruni) = *Aruns Petronius* sive *Aruntia Petronia*.

. . . TTNΠ (patt. . .), *patent* (aperiunt)?, fortasse pro pattens (cf. ƧИꟼƧИƎTNΠ patensíns = *pateant*), e rad. -TNΠ pat-, *pat-ere*, apud Samnites (Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I, 44; cf. Kirchhoff in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III, 133), in aere Frentano n. 2843.

?V+A1 (patu), in inscr. etr. n. 902 bis.

PATVLCIVS, dictus est Ianus, quod tempore belli portae templi eius paterent. Macrob. *Saturn.* I, 9: « In sacris quoque invocamus Ianum Geminum, Ianum patrem, Ianum Iunonium, Ianum Consivium, Ianum Quirinum, Ianum Patulcium, Ianum Clusivium . . . . . Patulcium et Clusivium, quia bello caulae eius patent, pace clauduntur ». Ovid. *Fast.* I, 129 sq.:

« Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem,
Et modo sacrifico Clusius ore vocor ».

Cf. inscr. apud Spon *Miscell.* pg. 81, in qua Iuppiter et Iuno hoc cognomine appellantur (IOVI PATVLCIO et IVNONI PATVLCIAE). Adde inscr. apud eund. loc. cit. (Orell. n. 1300) IVNONI PATVLCIAE SISPITAE etc. — Patulcius est gentilitium rom. apud Mommsen, = Patulacius (Momms. n. 1121) et Pallacius (Momms.

n. 1119). Hinc Patulcianus, adiect. ad Q. Patulcium pertinens, de quo Cic. *Epist. ad Att.* XIV, 18 = n. 702.

?..ИΑVΤΑΙ (patupn..), in marmore clusino n. 799.

?ΑΖΑΞΑΊ (pavasa), *—ia*, n. pr. f. etr., in titulo sepulcr. n. 669.

PAVENTIA, nomen deae apud Romanos. August. *De civ. Dei* IV, 11: « de pavore infantum Paventia nuncupetur ».

PAVERI *frumenta* dicebant antiqui, quae de vagina non bene exibant. Ita Festus *Qu.* XII, 20 sq. pgg. 250-253. Alii legunt *pavera*. Cf. Ponteder. *Op. post.* I 30, et Forcell. *Lexic.* s. v. *pavera*.

PAVICLO, *paviculo*, in *Gloss. vet.* apud Forcell. *Lexic.* ed. Lips. (paviclat, ποδίζει, ἐδαφίζει).

PAVCA, Παῦκα (Ptol. III, 2 Παῦκα πόλις), urbs Corsicae.

PAVCIENS vel paucies, *raro* (paucis vocibus), adverb. (Non. II, 681 = pg. 157; Paul. pg. 220), apud Titin. vs. 40 sq.

ΠΑΥΚΟΣ. Vide ΠΑCVIES § 2.

PAVLLA, praen. fem. = POLA (cf. PACVLA vel PACVLLA), ex. c. [P]AVLLA · CORNELIA · CN · F · HISPALLI (n. 2714), PAVLL · GAVILLIA (Grut. 729, 11), PAVL · TONTIA (Fabr. cap. IV n. 526 sq. pg. 342), PAVLLAE SALVIAE (Murat. 1790, 9). Cf. inscr. apud Mommsen n. 5811.

PAVLLVLVS, diminut. a *paulus*. Est cognomen rom., ut SP · POSTVMIVS · A · F · A · N · ALBIN · PAVLLVL · (cos. an. u. c. 580) apud Grut. pg. 293.

PAVLO. Vide PALO.

PAVLVS, osc. ꟼVKNNΠ (paakul), praenomen sive cognomen rom. (cf. Borghesi *Fast. cons.* I 49 et *Dec. numism.* IV, 10), ut Paullus Fabius Maximus (Frontin. *De aquaed.* cap. 100). Cf. Orell. *inscr.* I, 474.

PAVORII -orum, ut Salii Pavorii, apud Serv. in Virg. *Aen.* VIII, 285.

PAVOS, *pavor*, apud Cic. *Orat.* cap. 46 ex Pacuvio.

PAVSILYPVM, Παυσίλυπον, nunc *Posilipo*, mons vel promontorium inter Neapolim et Puteolos (Plin. III, XII, 3; inscr. apud Orell. n. 5159), ubi quondam villa Vedii Pollionis, τὸ χωρίον τὸ μεταξὺ τῆς τε Νέας πόλεως καὶ τῶν Πουτεόλων (Dio Cass. LIV, 23). Plin. IX, LXXVIII, 1: « Pausilypum villa est Campaniae, haud procul Neapoli ». Dictum est a gr. παῦσις (requies) et λύπη (dolor); unde pausilypon etiam vocatur villa quia nempe dolorum omnium requietorium habetur (cf. Forcell. *Lexic.* s. v.), ut in inscr. apud Fabr. cap. x n. 573 pg. 750 (Henzen n. 5137) PAVSILYPON | METTIAE T · L · HEDONEI. Cf. Fabr. cap. III n. 486 pg. 199.

OKƧΞAΙ (pavsko), in marmore Italiae superioris n. 22.

PAVSO, *pausam facio* (quiesco), apud Plautum cet. Occurrit etiam in christ. monum. (Forcell. *Lexic.* s. h. v.).

PAVSVLAE, oppidum Piceni, Romanorum colonia, ubi hodie *Monte dell'Olmo*, nunc denuo *Pausula* vocitatum. Memoratur in marmore apud Murat. 881, 6 (...FRIPONIVS SABINVS PAVSVLIS) et in Tab. Peuting. segm. IV*a*. Eius incolae Pausulani (Plin. III, XVIII, 2). Pausulensis, adiect. ad Pausulas pertinens, ut ager Pausulensis (Frontin. *De col.* pgg. 226, 257 Lachm.). Cf. Lanzi *Della condizione e del sito di Pausula città ant. del Piceno* (Firenze 1792).

PAVSVS vel Pausi, deus sive dii quietis et pacis. Arnob. I, 28: « Et illi cati, sapientes, prudentissimi vobis videntur, nec reprehensionis ullius ..... qui Pausos reverentur atque Bellonas ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *pauso*.

ΙΤΑИΑΨΑΙ (pachanati), in sarcoph. Tarquin. 2335*b*.

ЯΠ (pd), *pedes*, subst. m., apud Samnites. Inscr. Pompeiana n. 2820: ∞ ∞ ЯΠ (pd ∞ ∞) = *pedes MM* (Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 83).

ΞΙ (pe), *per*, pro ΟΞΠ (PER), praep. apud Umbros, in vocc. ΞΙΖVΟΝΑΟ8 (fratrus-pe) = *pro fratribus*, ΞΙΑΤVΤ (tuta-pe) = *pro civitate*, et ΞΙΙΟΚV (ukri-pe) = *pro ocri* (monte). Vide ΟΞΙ (PER).

ΞΙ- (-pe) et -PEI, *que*, particula coniunct., e stirpe pronominali PO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 152), in vocc. ΞΙΛVΙ (pumpe) = *cum-que*, PANVPEI = *quando-que*, ΞΙΖΞΟΝVΙ (putres-pe) = *utrius-que*, et PODRVPEI = *utro-que*.

ΞΙ (pe), in olla etr. n. 2596 lin. 2.

?ΙΑΞΙ (peap), in inscr. etr. n. 1721. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 238 ad n. 146.

ΡIIΔ- (ped-), rad. marsica, = umbr. -ИΞΙ (pen-), pro pend-, rom. *pend-ere*, in voc. ΡIIΔI (pedi) = *pendat*.

PEDA, *vestigium*, ital. *pedata*, subst. f. Fest. *Qu.* X, 28 pg. 210: « Pedam vestigium humani praecipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet ». Gloss. apud Labb. pg. 131: « Peda, pedatura, ἴχνος ».

PEDANA, pedales novus, qui caligae assuitur (Gloss. Isidori).

ΡIIΔI (pedi), *pendat* (impendat)?, fortasse e rad. ΡIIΔ-, umbr. -ИΞΙ (pen-), pro pend-, rom. *pend-ere*, apud Marsos (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 156 sq.). In aere Rapin. n. 2741 lin. 12: NIPIS · ΡIIΔI · SVAM = *nequis impendat suam* (Corssen loc. cit. s. 160), quod *nequis petat suam* (nequis sibi vindicet) vertit Mommsenius (*Die unterit. dial.* s. 341). Cf. Bergk in *Zeitschr. f. die alterth.* IX = 1851 s. 24, et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 251.

ΠΕΔΙΑΚΡΑΤΗΣ vel Πεδιοκράτης, Sicanorum dux, ab Hercule occisus (Diod. Sic. IV, 23 Πεδιακράτην; Xenag. fragm. n. 3 apud Macrob. *Saturn.* V, 19 Πεδιοκράτει).

PEDICLVS, *pediculus* (ital. *pidocchio*), apud Petron. *Satyr.* cap. 57. Alii legunt *pediculus*, *peduclus*, *pedicellus*.

PEDICOSVS, *pediculis obsitus*. Fest. *Qu.* X, 28 pg. 210, ubi cf. Mueller: « *Pedibus obsitum*, id est *pediculis*, Titinnius [vs. 176 sq.] pedicosum appellat hoc modo: *Rus detrudetur pedicosus, squalidus* ».

PEDICVLI, Ποίδικλοι (Strab. VI, III 1 et 7; Dion. Cass. fragm. n. VI pg. 5) vel Ποδίκλοι (Appian. *De bell. civ.* I, 52), iidem qui Peucetii, Iapygiae populi (Iustin. XII, 2). Plin. III, XVI, 3: « Brundisio conterminus Pediculorum ager. IX adolescentes, totidemque virgines ab Illyriis, tredecim populos genuere. Pediculorum oppida, Rudiae, Egnatia, Barium. Amnes: Iapix a Daedali filio rege, a quo et Iapygia: Pactius, Aufidus, ex Hirpinis montibus Canusium praefluens ».

PEDIS, *pes* (pediculus), subst. m. et f. Non. III, 180 = pg. 220: « Pedis, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Novius [vs. 107]: *Est pedis unus ingens in naso*. Feminini; Plautus Vidularia: *Ubi quamque pedem videbat suffurabatur omnis* ». Cf. Plaut. *Curc.* IV, II 14, et Fest. *Qu.* X, 28 pg. 210; et vide PEDICLVS, PEDICOSVS.

PEDISECVS, *pedisequus*, adiect., in lapide apud Marini *Arvali* pg. 92 (Orell. n. 789). Cf. Fleckeisen *Epist. crit. ad Fr. Ritschelium* pg. IX.

PEDITO, *pedibus iter facio*. Gloss. apud Labb.: « Pedito, πεζεύω ». Not. Tiron. pg. 75: « Pedes, peditat, peditatus ».

PEDO -onis, h. e. qui pedes latos habet (cf. Prisc. pg. 108 = 614 P.). Gloss. apud Labb.: « Pedo, plancus, πλατύπους ». Est etiam cognomen rom., ut M. Iuventius Pedo (Cic. *pro Cluent.* cap. 38), C. Popilius C. f. Quir. Carus Pedo (Grut. 457, 6) et C · PVSONIVS PEDO (Grut. 656, 9, cit. ad v. PEDVLA).

PEDVLA, diminut. pedis. Est cognomen rom., ut in inscr. apud Grut. 656, 9: D · M | PVSONIAE · P · F | PEDVLAE | P · PVSONIVS | PEDO | ALVMNVS.

PEDVLLVS, diminut. pedis vel pedonis. Est cognomen rom., ut T. Domit. L. f. Ter. Pedullus (Grut. 403, 3).

PEDVM, Πέδα (Steph. Byz.), Latii oppidum, Praenesti proximum (ubi nunc *Gallicano;* cf. Nibby *Analisi della carta dei dintorni di Roma* II, 552 sgg.), a Marcio Coriolano captum (Liv II, 39). Dionys. Halic. VIII, 19: Ἀναστήσας δὲ τὴν δύναμιν ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν Πεδανῶν πόλιν· ἣν δὲ καὶ αὐτὴ τοῦ Λατίνων γένους· συντεταγμένην τὴν στρατίαν ἔχων ἀφικνεῖται, καὶ αὐτὴν ὅμα τῷ πλησιάσαι τοῖς τείχεσιν αἱρεῖ κατὰ κράτος. Steph. Byz.: Πέδα, πόλις Αὐσονική. — Eius incolae Pedani (Plin. III, X, 16), gr. Πεδάνοι (Dionys. Halic. V 61, VIII 19, 26; Plutarch. in *Coriol.* XXVIII, 5). Liv. VIII, 12: « Aemilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebatur Tiburs, Praenestinus, Veliternusque populus ». Id. VIII 13: « Anno insequenti [U. C. CDXVII], L. Furio Camillo, C. Maenio consulibus, quo insignitius omissa res Aemilio ..... exprobaretur, Pedum armis, virisque, et omni vi expugnandum ac delendum senatus fremit ..... Neque tamen, nisi admodum a paucis populis, Pedani adiuti sunt. Tiburtes Praenestinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenere ..... Camillus ad Pedum cum Tiburtibus, maxime valido exercitu, maiore mole, quamquam aeque prospero eventu, pugnat. Tumultum maxime repentina inter proelium eruptio oppidanorum fecit: in quos parte exercitus conversa, Camillus non compulit solum eos intra moenia, sed eodem etiam die, quum ipsos auxiliaque eorum perculisset, oppidum scalis cepit ». Et VIII, 14: « Aricini Nomentanique et Pedani eodem iure quo Lanuvini, in civitatem accepti ». — Pedanus, gr. Πεδανός (Steph. Byz.), adiect. ad Pedum pertinens, ut regio Pedana (Horat. *Epist.* I, IV, 2). Cic. *Ep. ad Att.* IX, 18 = n. 359: « Continuo ipse in Pedanum (sc. *praedium*), ego Arpinum ».

ꓘƧƧƎƎП (peessl), in fragm. inscr. samnit n. 2870, comparatur cum ꟽVꓘTƧƎП pestlúm (Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. II, 165).

I⊹ƎƎꟼ (peeti). Vide I⊹ƎƎ (veti)

ꓮIꓘ↓ꓮꓘƎꟼ (pezachlia), —*á*, n. pr. f. abl. sg., fortasse pro ꓘꓮI⊹ƎƎꟼ (pevtial) = *Petiá*, in operculo ossuarii perus. n. 1092 (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 68).

? IƎИ✻Ǝ[ꟼ] (peznei), *Petinia*, n. pr. f. = IƎИOƎꟼ (pethnei), in olla etr. n. 677.

PEHANER, *piandi*, particip. fut. pass. (genit. sg. m. 2 decl.) pro PEIHANER et PIHANER (cf. PIHOS = *pius*), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 147, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 659; cf. Lanzi II, 826 = 735). Tab. eugub. VI a 19 sq.: OCRER | PEHANER = *ocris* (*montis*) *piandi*.

ꓘƧꓮ⊗Ǝꟼ (pehast), *piabit*, apud Umbros. Vide ꓘƧꓮ⊗ƎꟼVᗡꟼ (prupehast) = *propiabit*.

Vꓘꓮ⊗Ǝꟼ (pehatu), *piato*, imperat. 3 pers. sg., recentiori orthogr. PIHATV, e ✻ꓮ⊗Iꟼ (pihaz) = PIHOS h. e. *pius*, apud Umbros (Lanzi II 826 = 735, Grotefend *Rud. l. u.* VII 29, VIII 24, Aufr. et Kirch. I 142, II 366, Huschke *Die iguv. taf.* 653), in tab. eugub. III, 3.

OƎꟼ (peth), *Petinia*, n. pr. f., fortasse pro IƎИOƎꟼ (pethnei), in tegula sepulcr. n. 188.

? IꟽOƎꟼ (pethmi), *Petinia* (?), fortasse pro pethni = = IƎИOƎꟼ (pethnei), in lapide etr. n. 672.

PIQVIER, *Picii* (Picentis?), adiect. m. genit. sg 2 decl., a piqu-io = *Picio*, quod e piqu (PEIQV = *pico*, PEICO = *picum*), et suff. io, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 26, 34, 81, 118, 163, II 356 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 473 et s. 615; cf. Lanzi II 708 = 616, 828 = 738, Müller *Die Etr.* I 14, et Grotefend *Rud. l. u.* III 7). Tab. eugub. V b 9: AGRE · TLATIE · PIQVIER · MARTIER = *agri Tlatii Picii Martii.* Tab. V b 14 sq.: AGRE · CASILER · PIQVIER | MARTIER = *agri Casilii Picii Martii.*

ᗡIꟼ (PIR), πῦρ (ignis), subst. n. nominat. et acc. sg. 3 decl., pro pur (cf. ƎᗡVꟼ pure = *igne?*), quod e rad. -Vꟼ pu-, sanscr. pû h. e. *purificare* (Lanzi II 828 = 738, Lassen *Beiträge* etc. s. 37, Aufr. et Kirch. I 26, 36, 98, 127, II 112, 146, 242, Huschke *Die iguv. taf.* s. 97, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 40). Tab. eugub. VI a 26, 36, VI b 29: OCRE · FISIE · PIR · ORTO · EST et tab. VI a 46 OCREM · FISIEM · PIR · ORTOM · EST = *in colle Fisio ignis ortus est.* Tab. I b 11 sq.: V+ИƎ+ИƎ : ꟽƎꟽI+⊗A : ᗡIꟼ | : ꓘƎꟽVИƎ (enumek pir ahtimem ententu, - cui respondet tab. VI b 49 PIR · ENDENDV) = *tum ignem in —em imponito.* Tab. I b 12: ꟽƎꟽI+⊗A : ƧVꟼƎ+ИƎ : ᗡIꟼ : ƎИVꟼ (pune pir entelus ahtimem) = *quum ignem imposueris in —em* (tab. VI b 50 PVFE · PIR · ENTELVST = *ubi ignem imposuerit*). Tab. II a 19 sq., III 21 sq.: V+ИƎ+ИA : ƎƧA : ᗡIꟼ (pir ase antentu) = *ignem arae imponito.* Tab. II b 12: V+ : ᗡƎ8ᗡIꟼƎ : Ǝꟼ8A+ (tafle [p]ir fe[rt]u) = *in tabula ignem ferto.* Adde tab. III 12 et VI a 20. — *Piamen* exponit Grotefend *Rud. l. u.* IV 16, V 13, 31, VI 15, VIII 13.

PIR, *quid*, pronom. relat. acc. sg. n., in voc. umbr. SOPIR pro sve-pir = *si quid*, apud Umbros.

PIRAMIS, peramus et perramus, *pyramis* (πυραμὶς), apud *Gromat. vet.* pgg. 405, 416 (ed. Lachmann).

ƎᗡIꟼ (pire), *quid* (quod), pronom. indef. (nominat. et acc. sg. n.) = IᗡIꟼ (piri) vel = ƎᗡƎꟼ (pere) et recentiori orthogr. PIRSE, e stirpe pronominali PO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 138, II 55, 317, Huschke *Die iguv. taf.* s. 454, Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 90). Tab. eugub. V a 5 sq.: IƧ | : AИVƧƎ : Iᗡ : ƎᗡƎ : VꓘꓵᗡV : ƎᗡIꟼ

(pi̥re uraku ere ri esuna si) = *quod in — re divina sit.* — *Ubi* exponit Grotefend *Rud. l. u.* VII, 7.

ꟼIЯI (pi̥ri), *quid* (quod), pronom. indef. (nominat. et acc. sg. n.) = ƎЯIꟼ (pi̥re), ƎЯƎꟼ (pe̥re) et recentiori orthographia PIRSE, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 25, 85, 87 sq., II 55, 225, 377, Huschke *Die iguv. taf.* 643). Tab. eugub. IV 32: ꓘƧAꟼƎHVИH : IЯIꟼ : ꓘAꟼƎꟼVЯꟼ (huntak pi̥ri prupehast) = *tunc quodcumque propiabit* (Aufr. et Kirch. I, 139). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII, 36.

PIRINA, oppidum Siciliae, apud Antonini *itiner.* pg. 97.

PIRSE, *quid* (quod), pronom., antiquiori orthogr. ꟼIЯI (pi̥ri), ƎЯIꟼ (pi̥re) et ƎЯƎꟼ (pe̥re), e stirpe pronominali PO, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 138, II 154, 257, Huschke *Die iguv. taf.* s. 643). Tab. eugub. VIb 55: PIRSEMERSEST = *quod ius est.*

§ 2. *Quod*, coniunct. (acc. sg. n.), = PIRSI, PERSI, PERSE, PERSEI, et antiquiori orthogr. ƎЯƎꟼ pe̥re, (Aufr. et Kirch. I 138, 161, II 144 sqq., Huschke op. cit. s. 643). Tab. eugub. VIa 46: PIRSE · OCREM · FISIEM PIR · ORTOM · EST = *quod in monte Fisio ignis ortus est.*

PIRSEMERSEST. Lege PIRSE MERS EST, in tab. eugub. VIb 55.

PIRSI, *quod* vel *quoniam*, coniunct. (acc. sg. n.), = PIRSE, PERSI, PERSE, PERSEI, et antiquiori orthogr. ƎЯƎꟼ (pe̥re), e stirpe pronominali PO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 138, 161, II 54, 62 anm. 1, 150, 155, 225, Huschke *Die iguv. taf.* s. 643). Tab. eugub. VIa 48: PIRSI · MERSI = *quod legitimum* [*est*].

§ 2. *Quum* (quando), coniunct. (Aufr. et Kirch. I 161, II 54 sqq.). Tab. eugub. VIa 5: SERSI · PIRSI · SESVST = *sedem quum ceperit.*

PIRTILIANVS, n. pr. m. apud Sabinos (*Epit. De nom. rat.* « Pirtilianum Lavianum »).

ƧOꓘƎVЯIꟼ (pirvkos), in numo arg. n. 54 (cf. Mommsen *Die nordetrusk. alph.* s. 202 sq.).

PIRVLA vel perula, extrema pars nasi (Gloss. Isid.), a formula pomi piri (Isid. *Orig.* I, 1).

-ƧIꟼ (pis-), radix umbrica. Vide VЯIИV+ƧIꟼ (pistuniru).

ƧIꟼ (PIS), *quis*, pronom. indef. = osc. volsc. et mars. PIS, e stirpe pronominali PO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 25, 85, 105, 138, II 56, 62, 229, 253 sq., 259, 305, Huschke *Die iguv. taf.* s. 641 sqq.; cf. Grotefend *Rud. l. u.* II 16, V 20, 24, VI 25, 31, VIII 54), unde PISHER = *quis vult* (quilibet) et ƧIꟼƎVƧ sve-pis (osc. SVAEPIS et SVAE PIS, volsc. SEPIS) = *sei-quis.* Tab. eugub. VIb 53: PISEST = *quis est.*

ƧIΠ (PIS), *quis*, pronom. indef., apud Samnites (= umbr., volsc. et mars. PIS), e stirpe pronominali PO (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12 sq.; Peter *Sprache und schrift* etc. s. 59 et s. 72; Klenze *Phil. abhandl.* s. 51, 54; Mommsen *Die unterit. dial.* s. 290; Aufr. et Kirch. II 56, 62; Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 64; Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 345; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* V 83, et *Ueb. ausspr.* etc. I 31, 54). Tab. Bant. n. 2897 lin. 8: PIS · POCAPIT · POST · * POST · EXAC · COMONO · HAFIERT · MEDDIS = *quis aliquando posthac comitia habebit magistratus* cet.; lin. 10 sq.: NEP · FEPACID · POD · PIS · DAT · EIZAC · EGMAD · MIN.. | DEIVAID · DO[L]VD MALVD = *neve fecerit, quo quis de illa re minus iuret dolo malo;* lin. 19: PIS · CEVS · BANTINS · FVST = *qui civis Bantinus fuerit.* Adde lin. 28, 29. Antiquior forma ƧIΠ occurrit in inscr. samnit. n. 2878 lin. 1 (Mommsen loc. cit., et Huschke op. cit. s. 149). — Iungitur cum particula SVAE = *sei* (si), ut SVAE PIS et SVAEPIS (volsc. SEPIS, umbr. ƧIꟼƎVƧ svepis, etr. ? ΠƎVƧ svep) = *si quis* vel *siquis*, gr. εἴ τις (Müller *Die Etr.* I 32 anm. 62, Lassen *Beiträge* etc. s. 45, Grotefend op. cit. s. 49, Aufr. et Kirch. II 31 anm. 1, Klenze op. cit. s. 34 anm. 31, Mommsen loc. cit., Huschke op. cit. s. 357, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 192, II 356, 358, 360). Tab. Bant. lin. 4: SVAE · PIS · PERTEMVST = *si quis —erit;* lin. 11: SVAEPIS · CONTRVD · EXEIC · FEFACVST = *si quis contra hoc fecerit;* lin. 12: IN · SVAEPIS · IONC · FORTIS · MEDDIS · MOLTAVM · HEREST = *et si quis eum forte magistratus multare volet;* lin. 13 sq.: SVAE · PIS · PRVMEDDIXVD ALTREI · CASTROVS · AVTI · EITVAS | ZICOLOM · DICVST = *si quis pro magistratu alteri agri aut pecuniae diem dixerit;* lin. 17 sq.: SVAE · PIS · CONTRVD · EXEIC · FEFACVST · IONC · SVAEPIS | HEREST · MEDDIS · MOLTAVM · LICITVD = *si quis contra hoc fecerit, eum si quis volet magistratus multare, liceto;* lin. 20: AVT · SVAEPIS · CENSTOMEN · NEI [BE]NVST = *si quis autem in censum non venerit;* lin. 25 sq.: SVAEPIS · CONTRVD | EXEIC · PRVHIPVST = *si quis contra hoc prohibuerit.* Adde lin. 23, 26, 29, 30.

PIS, *quis*, pronom. indef. volsc., = umbr. ƧIꟼ (PIS), osc. et mars. PIS, e stirpe pronominali PO (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 324, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 262, Corssen *De Volscorum lingua* pg. 13). Tab. Velit. n. 2736 lin. 1 sq.: PIS · VEꟻESTROM | FASIA = *quisquis Veliternorum faciat* (Mommsen op. cit. s. 320, Huschke op. cit. s. 261, Corssen op. cit. s. 15). Coniungitur cum particula SE = *sei* (si), ut SEPIS (osc. SVAEPIS et SVAE PIS, umbr. ƧIꟼƎVƧ sve-pis) = *si quis* (Müller *Die Etr.* I 31 anm. 62, Mommsen s. 324 sq., Huschke s. 262, Corssen pg. 15) in eadem tab. lin. 1 et 3.

PIS (pis), *quis*, pronomen apud Marsos (= osc. volsc. et umbr. PIS), e stirpe pronominali PO (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341 et in *Ann. dell'Inst. arch.* XVIII = 1846 pg. 97; Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 156), in aere Rapin. n. 2741 lin. 12. Vide NIPIS = *ne-quis.*

PISAE, Πίσαι (Strab. V, I 11, II 5; Polyb. II 27 sq., III 41, 56; Ptol. III, 1 Πίσαι κολωνία) vel Πίσα (Strab. V, II, 5; Polyb. II, 16; Dionys. Halic. I, 20; Scyl. Caryand. § 17; Lycophr. vs. 1241 et vs. 1359 Πίσσα), nunc *Pisa*, Etruriae urbs (Liv. XXI 39, XXXIII 43, XXXV 3 sq., XL 17, XLI 9, XLIII 11; Mela II, IV, 9; Solin. II, 7; Rutil. *itiner.* I 560; Antonin. *itiner.* pg. 293; *Tab. Peuting.* segm. III*d;* inscr. apud Orell. n. 4491, Henzen n. 5121, et decr. col. Pisanae pr. lin. 1 PIS|S), condita a civibus Pisae Alpheae. Strab. V, II, 5: Ἡ δὲ Πίσα κτίσμα μέν ἐστι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Πισατῶν, οἳ μετὰ Νέστορος ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντες κατὰ τὸν ἀνάπλουν (ὃν) ἐπλανήθησαν, οἱ μὲν εἰς τὸ Μεταπόντιον, οἱ δ' εἰς τὴν Πισᾶτιν, ἅπαντες Πύλιοι καλούμενοι. Plin. III, VIII, 1 (vide ETRVRIA): « Colonia Luca a mari recedens, propiorque Pisae inter amnes Auserem et Arnum, ortae a Pelope Pisisque, sive a Teutanis, graeca gente ». Iustin. XXI, 1: « Sed et Pisae in Liguribus Graecos auctores habent ». Virg. *Aen.* X, 179 sq.:

« Hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae,
Urbs Etrusca solo ».

Ubi Servius: « Sane Pisas antiquitus conditas a Peloponneso profectis; vel ab his, qui cum Nestore ab Ilio venerunt. Alii Pisum, Celtarum regem, fuisse Apollinis Hyperborei filium, et cum Samnitibus bellum gessisse, a quorum regina, quae post coniugis mortem imperio successerat, receptum, in Etruria oppidum suo nomine condidisse. Alii locum ex deo privigno genitum, iuvenem viribus magnis, Pisas condidisse aiunt: Cato Originum I qui Pisas tenuerint ante adventum Etruscorum, negat sibi compertum; sed inveniri Tarchontem, Tyrrheno oriundum, postquam eorum locorum dominium ceperit, Pisas condidisse; cum ante regionem eandem Teutones quidam, graece loquentes, possederint. Alii, ubi modo Pisae sunt, Phocida oppidum fuisse aiunt, quod nobis indicio est a Peloponneso originem id oppidum trahere. Alii incolas eius oppidi Teutas fuisse, et ipsum oppidum Teutam nominatum, quod postea Pisas Lydi lingua sua *Lunarem portum* significare dixerunt; quare huic urbi a Portu Lunae nomen impositum. Alii ab Epeo, Troiani equi fabricatore, conditum tradunt, qui cum aliis Graecis in hanc regionem reiectus est: ubi, postquam Troianae captivae metu dominarum, ad quas deducebantur, naves incenderunt, desperatione reditus remansit, urbemque condidit, et ab ea, quae est in Peloponneso, Pisas cognominavit ». Cf. Niebuhr *Hist. rom.* I 163 suiv. et Müller *Die Etr.* I 92, 105, 136. Lucan. *Phars.* II, 401: « Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pisae ». Inscr. apud Orell. n. 3777: D · M · S | FELIX HERCVLEO | EQ · P · AED · II · COS · I | PONT · PERP · REIP · PIS. Liv. XL, 43: « Pisanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiae ab senatu actae, triumviri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. et P. Popillii Laenates [U. C. an. DLXXII] ». Quum a C. Iulio Caesare colonia est deducta, Obsequens appellata est. Decr. col. Pis. pr. lin. 35 sq.: COLONIS · IVLIENSIBVS · COLONIAE · OBSEQVENTI[S] · IVLIAE · PISANAE. — Pisani, gr. Πισᾶται (Strab. V, II, 7), eius urbis incolae (Liv. XL 43, XLV 13; Rutil. *itin.* I, 576; inscr. apud Orell. n. 4048 REI · P · PISANOR). — Pisanus, adiect. ad Pisas pertinens, ut ager Pisanus (Liv. XXXIX, 2), gr. ἡ Πισᾶτις (Strab. V, I, 3), Pisanus portus (Rutil. II, 12), sinus Pisanus (Tacit. *Hist.* III, 42), Cetronius Pisanus (Tacit. *Hist.* IV, 50). Fest. *Qu.* X, 28 pg. 210: « Pisalitem (leg. *Pisatilem*) appellat Naevius Pantaleontem, id est Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur ». Hinc Paul. pg. 241: « Pisatilem Naevius dixit e Pisis oriundus ».

PISAVRESE, *Pisaurenses.* Vide PISAVRVM, quod sequitur.

PISAVRVM, Πισαῦρον (Ptol. III, 1) vel Πείσαυρα (Plutarch. in *Anton.* LX, 2), apud recentiores Πίσαυρος (Procop. *De bello goth.* III, 11), nunc *Pesaro* (in charta apud Murat. *Dissert.* VI, 77 *Pensaurum*), oppidum Umbriae (Liv. XLI, 32; Caes. *De bell. civ.* I, 11 sq.; Mela II, IV, 5; Cic. *pro Sext.* cap. 4, *Phil.* XIII 12, *Epist. fam.* XVI 12 = n. 310; Catull. LXXXI, 3; inscr. apud Orell. n. 82, 1031 = 1535; Antonini *itiner.* pgg. 100, 126; *itiner. Hierosol.* pg. 615; *itiner.* apud Henzen n. 5210; *Tab. Peuting.* segm. IV*b*), ad Pisaurum fluvium, a quo nomen habet (cf. Passeri *Lett. Roncagl.* VIII, 458). Servius autem (in Virg. *Aen.* VI, 825) ab *auro* illic *pensato* appellatum dicit. Plin. III, XIX, 2: « Pisaurum cum amne ». Plutarch. loc. cit.: Πείσαυρα μὲν, Ἀντωνίου πόλις κλερουχία, ᾠκισμένη παρὰ τὸν Ἀδρίαν, χασμάτων ὑπορραγέντων κατεπόθη. Colonia deducta est an. U. C. DLXVIII (cf. inscr. apud Orell. n. 3143). Liv. XXXIX, 44: « Eodem anno coloniae duae, Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductae sunt ». Inscr. apud Orell. n. 81 (cf. n. 3698): COLONIS COLONIAE IVL · FELIC · PISAVR. — Eius oppidi incolae Pisaurenses (Sicul. Flacc. *De condic. agr.* pg. 158 ed. Lachm.; inscr. apud Orell. n. 4084 et Henzen n. 6519), ut PLEPS VRBANA PISAVRENSIVM (Orell. n. 82), antiquiori orthogr. PISAVRESE. Inscr. n. 76: IVNONE · RE | MATRONA | PISAVRESE | DONO · DEDROT. — Pisaurensis (in charta apud Murat. *Dissert.* VI, 189 III *Pensaurensis*), adiect. ad Pisaurum pertinens (Cic. *Epist. ad Att.* II, 7 = n. 33), ut Pisaurensis ager (Sicul. Flacc. pg. 157 et Frontin. *De col.* pg. 257 ed. Lachm.), T. Accius Pisaurensis (Cic. *Brut.* cap. 78), Q. Marcius Q. L. Philargurus Pisaurensis (inscr. apud Mommsen n. 5406), et Pisaurensis Daphnis (Plin. VII, XL, 1). Inscr. apud Fabr. cap. VI n. 17 pg. 435 (Oliv. *Marm. Pisaur.* n. 5

pg. 3): SILVANI | SIGNVM | CVM · BAS | P · PISAVR | COL · LIB | ACHILLAS | POSVIT.

PISAVRVS vel Isaurus, Πίσαυρος (Arcad. pg. 72), Umbriae fluvius (Plin. III, xix, 2 cit. ad voc. PISAVRVM; *Gromat. veteres* pgg. 17, 52, 157 ed. Lachm.), a quo Pisaurum oppidum vocitatum. Vib. Seq. *De flum.* pg. 16: « Pisaurus, qui et Isaurus, ut Lucanus [II, 406], a quo civitas Pisaurum, de quo Catullus [LXXXI, 3]: *moribunda sede Pisauri.* decurrit in Hadriaticum mare ».

PISEST. Lege PIS EST, in tab. eugub. VI b 53.

PISHER, *quis vult* vel *qui vis* (quilibet), pronom., compositum e PIS = *quis* et HER-, *velle* (HERI = *vult*), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 138, 140, II 229, Huschke *Die iguv. taf.* s. 200, Corssen *Ueber aussprache* etc. II 359). Tab. eugub. VI b 41: SERSE · PISHER · COMOLTV = —*es aliquis commolito.*

ꟼIƧI (PISI), *quis* (quisquis) = PIS (nominat. pl. ƎꓷVꟼ pure et PVRI), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 104, 138, II 56, 61 sq., 225, 254, 297, 300, 315, 321, Huschke *Die iguv. taf.* s. 643, Corssen *Ueber aussprache* etc. II 357, 361). Tab. eugub. VII a 52: TOTAR · PISI · HERIEST = *civitatis quis volet.* Tab. VII b 1: PISI · PANVPEI FRATREXS · FRATRVS ATIERSIER · FVST = *qui quandoque magister fratribus Attidiis fuerit.* Adde tab. VI a 7. — Coniungitur cum voc. Ǝꟼ⋀Vꟼ (pumpe), ut Ǝꟼ⋀Vꟼ IƧIꟼ (pisi pumpe) = *qui-cumque.* Tab. eugub. V a 3 sq., 10 sq.: ꓕƧV8 | : Ǝꟼ⋀Vꟼ : IƧIꟼ : ꓷVꓘꓷƎ8ꟼ8 (arfertur pisi pumpe fust) = *adfertor quicumque fuerit.* Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI 29, 31.

?ƎϽIƧIꟼ (pisice), —*us* (?), fortasse cognomen etr., in urna perus. n. 1600 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 321 ad n. 4).

PISINNIO, diminut. *pisinni* (pusilli). Est cognomen rom. apud Maffei *Mus. ver.* 161, 7. Cf. C · PISINNIVS MAXIMVS BRIXIA, apud Marini *Arvali* pg. 326.

PISINVM vel Pisina, Umbriae oppidum, cuius incolae Pisinates (Plin. III, xix, 3).

PISO, *pinso*, apud veteres (Diomed. pg. 373 = 370 P.). Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

PISSIM[E], *piissime*, adverb. in inscr. Pompeiana apud Garrucci *Graffiti de Pompéi* pl. *A* n. 1.

PISTA, *pestem* (?), in cantione antiquissima, apud Cat. *De r. r.* cap. 160 (vide DAMNAVSTRA). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV, 13.

PISTIA, cognomen Dianae et Cereris, a πίστις (*fides*), in inscr. apud Reines. I 216 sq. (n. 130 et n. 132). Cf. adiect. osc. ꟼИꟼTꟼꟼП (piístiaí) = πιστῇ (*fidae*).

PISTO, *pinso*, ital. *pistare* et *pestare*, apud Veget. *Vet.* I 32 (II 4). Hinc adiect. pistus (Fest. *Qu.* X 28 pg. 210).

PISTORIVM, Πιστωρία (Ptol. III, 1), nunc *Pistoia*, Etruriae urbs (Plin. III, viii, 3; Antonini *itiner.* pg. 184 sq. et *Tab. Peuting.* segm. III *b* « Pistoris »). — Pistoriensis, adiect. ad Pistorium pertinens, ut ager Pistoriensis (Sallust. *Cat.* cap. 57, Iul. Obseq. *Prodig.* n. 123), et milites Pistorienses (Plaut. *Capt.* I, ii, 57). Pistorianus est cognomen rom. in inscr. apud Fabr. cap. iii n. 357 pg. 177 (P · EPPIVS · P · F · VOL · PISTORIANVS).

V+ƧIꟼ (pistu). Vide voc. sq.

VꓷIИV+ƧIꟼ (pistuniru), —*o*, subst. n. abl. sg. 2 decl., comparandum cum rom. *pistus* e *pinso*, quod trahitur ad rad. sanscr. piṣ, *conterere* (Aufr. et Kirch. I 34, 117, II 345), in tab. eugub. II b 15. *Calicem* exponit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 328), ductum a gr. πιστὸς (potui aptus) et νηρός (recens). Alii aliter opinantur (cf. Lanzi I 279 = 215, 325 = 252, II 674 = 585, 732 = 640, 828 = 738, et Grotefend *Rud. l. u.* VIII 29).

PIT, *quid*, apud Oscos. Vide PITPIT = *quidquid.*

PITHECVSA vel Pithecussae, Πιθηκοῦσσα (Ptol. III, 1; Strab. I, iii 19, II, v 19; Scylax § 10) vel Πιθηκοῦσσαι (Strab. I, iii 16, V, iv 7 et 9, VI, i 6, XIII, xiv 6) et Πιθηκοῦσαι (Appian. *De bell. civ.* V, 69), nunc *Ischia*, insula maris Tyrrheni (Mela II, vii, 18) in sinu Puteolano, dicta e πίθος h. e. *dolium*, olim Aenaria et Inarime appellata (Liv. VIII, 22 « Pithecusae »; Plin. III, xii, 3 cit. ad voc. AENARIA; Appian. loc. cit.). Plin. II, lxxxix, 3: « Sic et Pithecussas in Campano sinu ferunt ortas ». Ovid. *Metam.* XIV, 88 sqq.:

« orbataque praeside pinus
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas ».

PITHVMNVS. Vide PICVMNVS.

ƎꟻAIXIꟼ (pitiave), in situla Tridentina n. 12. Alii aliter legunt (cf. Sulzer *Dei dialetti* etc. s. 22 sg.).

PITINVM, Πιτίνον (Ptol. III, 1), Umbriae oppida bina, quorum unum Pisaurense dicebatur (fortasse haud longe ab urbe *Maccrata Feltria*), alterum Mergens (prope *Sasso Corbario?*). Plin. III, xix, 2: « Pitulani, cognomine Pisuertes, et alii Mergentini ». Ubi sic legendum coniecit Oliverius (*Mars. Pisaur.* pg. 66) « Pitulani, Pitinates cognomine Pisaurenses, et alii Mergentini ». Inscr. apud Orell. n. 82: ABEIENAE C · F | BALBINAE | FLAMINICAE | PISAVRI ET ARIMINI | PATRONAE MVNICIPI PITINATIVM PISAVRENSIVM etc. De PITINO MERGENTE mentio fit in inscr. apud Orell. n. 4039. — Pitinus, adiect. ad Pitinum pertinens. Plin. II, cv, 9: « In agro Pitinate trans Appenninum fluvius Novanus omnibus solstitiis torrens, bruma siccatur ». Cf. *Tab. Peuting.* segm. V *a*, inscr. apud Murat. 206, 3, et Iul. Mancini *Mem. sul Pitino umbro* (in *Giorn. arcad.* XLIV, 276-316).

PITPIT, *quidquid*, pronomen, Oscorum linguâ (cf. ꓤꟼП píd = *quid*), e stirpe pronominali PO. Paul. pg. 212: « Pitpit Osce *quicquid* ».

AIИVЯ+IЧ (pitrunia), *Petronia*, n. pr. f. pro AIИVЯ+ƎЧ (petrunia), apud Etruscos, ut in titulo sepulcr. n. 1704 AIИVЯ+IЧ · I+ƧA8 (fasti pitrunia) = *Fausta Petronia* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 293 n. 303).

PITVLVM, Umbriae oppidum, cuius incolae Pitulani (Plin. III, XIX, 2 cit. ad voc. PITINVM). Cf. inscr. apud Doni cl. I n. 34 pg. 40, II n. 70 pg. 87, et Gud. 137, 7.

§ 2. Latii oppidum, cuius meminit Plin. III, IX, 16. Cf. inscr. apud Gud. 124, 9.


?VIΠ (piú), *pium* vel *pio*, adiect. (volsc. PIHOM), fortasse legendum in lapide sabellico n. 2848 lin. 2 (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* X 21; cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 333, et Huschke *Die osk.* etc. s. 238).

VIЧ (piu), in tegula Clusina n. 658.

. . VIЧ (piu . .), in marm. Italiae super. n. 2 ter.

A+VIЧ (piuta), *Plutia* (Plotia, Plautia), n. pr. f., fortasse pro plutal, sicut ꟼAA+VIЧ piutaal pro ꟼAI+VꟼЧ plutial, et MƎ+VIЧ piuteś pro pluteś, e Ǝ+VꟼЧ plute h. e. *Plotus* vel *Plautus* (cf. MƎЯƎI8 fiereś = MƎЯƎꟼ8 flereś), apud Lanzi I 253 = 194 (cf. Vinc. Campanari *Dell'urna di Arunte* pg. 51, et in *Giorn. arcad.* XXXIV 61).

ꟼAA+VIЧ (piutaal), *Plutiâ* (Plotiâ, Plautiâ), n. pr. f. pro ꟼAI+VꟼЧ plutial (vide A+VIЧ piuta). Tegula etr. n. 183: « vl meina ls piutaal » = *Velius Menius*



(Minius) *Lartis* filius *Plutiâ* natus (cf. Lanzi I 245 = 188, II 438 = 367, 790 = 698, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 125).

?Ǝ+VIЧ (piute). Vide MƎ+VIЧ (piuteś), quod sequitur.

?MƎ+VIЧ (piuteś), *Pluti* (Ploti, Plauti), pro plutes = MƎ+VAꟼЧ plauteś, e Ǝ+VꟼЧ (plute), fortasse legendum in urna etr. n. 1013 (Lanzi II 352 = 281 ad n. 38 M:Ǝ+VIЧ). Vide supra A+VIЧ (piuta).

V↓IЧ (pichu), in urna etr. n. 1983.

ꓘΠ (pk), *Pacius* (Paqvius?) sive *Paculus*, nota praenominis samnit. = ƧIꓘЯΠ pakis (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 284, Minervini in *Bullett. arch. nap.* IV 116), sive ꟼVꓘЯЯΠ paakul (Avellino in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V, 24). Inscr. num. 2877: ꓘΠ · ƎЯ · ꓘΠ (pk de pk) = *Pacius Decius Pacii* filius (Mommsen s. 171, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 144); et inscr. n. 2880: ꓘΠ · ⊦Яꟼ · ꓘΠ (pk laí pk) = *Pacius Laesius* (Laus?) *Pacii* filius (Mommsen s. 175, Huschke s. 153).

ΠƖ (pl), *Plautius* (?), praenomen samniticum (= etr. Ǝ+VAꟼЧ plaute), ut in lamella campana n. 2749 lin. 3 ΠƖ ЯƧIƧ · ʙIↃEƖƖIƧ (pl asis bivellis) = *Plautius (?) Axius Bivellius* (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V 101 sg.).

PL ·, *plebis*, genit. sg., ut TR · PL · = *tribunus plebis* in tab. Bant. n. 2897 lin. 29, 35, 37 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 302, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 123).

MIꓘƎOAꟼЧ (platheriś), *Plaetorius*, n. pr. m. Urna perus. n. 1805: MIꓘƎOA|ꟼЧ MƎ+I+ ƎƎ (ve titeś platheriś) = *Velius Titius Plaetorius*, sive *Velii Titii Plaetorii* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 668).

PLACAVILIS, *placabilis*, adiect. in inscr. apud Grut. 93, 11.

PLACENTIA, Πλακεντία (Ptol. III, 1; Strab. V, I, 11 sq.; Polyb. III 40, 66, 74; Dio Cass. XLI 26, XLVIII 10; Appian. *De bell. Ann.* capp. 5, 7, *De bell. civ.* I 92, II 47; Plutarch. in *Oth.* VI, 1), Italiae urbs, ad Padum fluvium (Plin. III, XX 1, VII, XXIX 5 et L 4, VIII, LXI 3; Liv. XXI 56 sq., 59, XXVII 39, 43, XXXI 10, XXXIV 22, XXXIX 2; Tacit. *Hist.* II 17 sqq., 23 sq., 36, 49; Valer. Max. IV, VII 5, VI, II 10; Suet. in *Iul. Caes.* cap. 69 et in *Oth.* cap. 9; Cic. *Ep. ad Att.* VI 9 = n. 282, *ad Q. Fr.* II 15 = n. 140; *itiner. ant.* apud Henzen n. 5210; Antonini *itiner.* pgg. 98, 127, 288; *itiner. Hierosol.* pg. 616; *Tab. Peuting.* segm. III*b*). Sil. Ital. VIII, 591: « Certavit Mutinae quassata Placentia bello ». Colonia deducta est U. C. an. DXXXV (Liv. XXI 25, et *epit.* lib. XX; Vell. Paterc. I, 14; Polyb. III, 40). Cf. Ascon. ad Cic. *in Pis.* (ed. Orell. vol. v p. II pg. 3 sqq.). Inscr. apud Orell. n. 3805: L · SVLPICIO | L · F · GAL · NEPOTI | FLAM · DIVI HADRIANI | AVGVSTAE | IVDIC · EX · V · DEC | II VIR · AVG | II VIR · PLAC | EVTHALES · LIB · PATRONO · R · P | D · D. — Placentini (Liv. XXVIII 11, XXXI 21, XXXVII 46; Cic. *in Pis.* cap. 27; Val. Max. VI, II, 10; Paul. pg. 127), gr. Πλακεντῖνοι (Polyb. XXXIII, 8), sunt Placentiae incolae. — Placentinus, adiect. ad Placentiam pertinens (Cic. *in Verr.* II, V, 13), ut ager Placentinus (Liv. XXXIV 56, Tacit. *Ann.* XV 47), cohors Placentina (Liv. XLI, 5), turma Placentina (Liv. XLIV, 40), Placentini milites (Plaut. *Capt.* I, II, 59), T. Tinca Placentinus (Cic. *Brut.* cap. 46). Cf. PƖACENTIOS (PƖACENTIVS), quod sequitur.

PƖACENTIOS, *Placentius*, n. pr. m. In lamella aen. n. 2727: C · PƖACENTIOS et C · PƖACENTIVS.

PLACETVS, *placitus*, apud Fletw. *Syll. inscr. mon. chr.* 508, 2.

PLACIDINA, diminut. placidae. Est cognomen rom. in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 7163.

PLANARIA, parva insula maris Ligustici, inter Caprariam et Corsicam. Plin. III, XII, 1 (cf. VI, XXXVII, 1): « in-

tra vero sexaginta millia passuum a Corsica, Planaria a specie dicta ».

PLANASIA, Πλανασία (Ptol. III, 1; Dio Cass. LV, 32), hodie *Pianosa*, insula in mari Tyrrheno (Varro *De r. r.* III, vi, 2; Tacit. *Ann.* I 3 et 5, II 39), prope Ilvam. Plin. III, xii, 2: « Ab ea (*Ilva*) Planasia, xxxviii m. ». Solin. III, 2: « Planasiam de facie supinitatis sic vocatam ».

PLANGENSES, incolae oppidi cuiusdam Umbriae, apud Plin. III, xix, 3.

PLANES -etis, *planeta*, apud Aul. Gell. XIV, 1.


PLANINVM, Piceni oppidum (inscr. apud Marini *Arvali* pg. 324), cuius incolae Planinenses (Plin. III, xvii, 2; al. *Pleninenses* et *Plenienses*).

PLANIVS, gentilitium campanum, ut M. Planius Heres Calenus, apud Cic. *Epist. fam.* IX, 13 = n. 553. Cf. inscr. apud Mommsen n. 3801, 4405, 6310 (172), 6769.

ИVϽИA⅃ᑎ (plancun), *Planconius* sive *Plancorius*, e Planco, in tegula etr. n. 194 (cf. Lanzi II 409 = 338 ad n. 258, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 136 sg.).

ᗡVϽИA⅃ᑎ (plancur), *Plancoria*, n. pr. f. in tegula etr. n. 195. Vide voc. sq.

ƎᗡVϽИA⅃ᑎ (plancure), *Plancorius*, gentilitium etr. (vide ᗡVϽИA⅃ᑎ plancur et ИVϽИA⅃ᑎ plancun), e PLANCVS. Tegula sepulcr. n. 196: aule plancure = *Aulus Plancorius*.



§ 2. Cognomen etr., ut in ossuario Clus. n. 682: avre petr plancure = *Aulus Petrius Plancorius*.



AIᑫVϽИA⅃ᑎ (plancuria), *Plancoria*, cogn. fem. etr. (vide ƎᗡVϽИA⅃ᑎ plancure). In ossuario Clus. n. 678: AIᑫVϽИA⅃ᑎ : IVᑫ+[Ǝᑎ] AIИAO (thania petrui plancuria) = *Tannia Petria Plancoria*.

PLANCVS, h. e. qui pedes supra modum planos habet (cf. etr. ИVϽИA⅃ᑎ plancun, ƎᗡVϽИA⅃ᑎ plancure et AIᑫVϽИA⅃ᑎ plancuria). Gloss. apud Labb.: « Plancus, πλατύπους ». Fest. *Qu.* XI, 31 pg. 230 et Paul. pg. 231: « Plancae dicebantur tabulae planae, ob quam causam et Planci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt ». Plin. XI, cv, 1: « Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Namque et hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, Scauri, Pansae: sicut a cruribus Vari, Vaciae, Vatinii: quae vitia et in quadrupedibus ».

PLANVRIA, *planities*, ital. *pianura*. *Gromat. vet.* pg. 352 (Lachmann): « et ipsud trifinium duabus lineis descendit per planuria ».

ƧA⅃ᑎ (plas), in titulo sepulcr. n. 617.

PLASEA. Vide PALASEA.

ΠΛΑΤΕΕΙΣ?, in Lucania, apud Scyl. Caryand. § 12, ubi fortasse legendum Κλαμπετία.

ΠΛΑΤΕΙΑΙ, locus prope Crotonem, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. xxxv (§ 261).

?AI+A⅃ᑎ (platia), *Platia* (Plotia, Plautia), familia etr., pro plautia = I+VA⅃ᑎ plauti, in titulo sepulcr. n. 1265 (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 57 et nt. 4). Cf. Platius Secundus et Platia Rufina in inscr. apud Mommsen n. 1369.

ΠΛΑΤΟRAϟ, n. pr. m., unde ΠΛΑΤΟRRIHI (πλατορριhι), in inscr. Mesap. n. 2961, 2974, 3017 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 51 et in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 80 sg., Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. II 45). Cf. Platoria Aprulla in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 6130. Vide PLATORINVS et PLETORIVS.

PLATORINVS, cognomen rom., e Πλάτωρ vel ΠΛΑΤΟRAϟ, ut C·SVLPICIVS PLATORIN et M·AGRIPPA PLATORINVS III VIR in numis consul. apud Cohen pg. 307.

ΠΛΑΤΟRRIHI, n. pr. m. (dat. sg.) e ΠΛΑΤΟRAϟ, in inscr. Mesap. n. 2947.

PLAVIS, nunc *Piave*, flumen Venetiae, cuius mentio est apud Venant. *praef. Carm.*, Paul. Diac. *Hist. Langob.* II, 12, et *Anon. Ravenn.* IV, 36. Vide DVPLAVILENSIS.

PLAVSSVS, *plausus*, in cod. Virg. *Georg.* II 508 (cf. Wagner *Orthogr. Vergil.* pg. 469).

Ǝ+VA⅃ᑎ (plaute), *Plautus*, cognomen etr. = Ǝ+V⅃ᑎ (plute), sicut apud Romanos *Plautus* et PLOTVS, genit. MƎ+VA⅃ᑎ (plauteś) vel ƧƎ+VA⅃ᑎ (plautes). In titulis sepulcr.: Ǝ+VA⅃ᑎ · VᑎMVᑎ · ΘᑫA⅃ (larth pumpu plaute, n. 1268) vel Ǝ+VA⅃ᑎ · VᑎMVᑎ · Ƨ⅃ (ls pumpu plaute, n. 1279) et Ǝ+VA⅃ᑎ · VᑎMVᑎ · A⅃ (la pumpu plaute, n. 1277) = Ǝ+V⅃ᑎ · VᑎMVᑎ · A⅃ (la pumpu plute, n. 1273, 1275) h. e. *Lars Pompus Plautus*. Adde inscr. n. 1270 Ǝ+VA⅃ᑎ Ƨ⅃ (ls plaute) = *Lars Plautus*; et cf. n. 1276.

§ 2. *Plautius*, gentilitium etr., ut in titulo sepulcr. n. 1717 Ǝ+VA⅃ᑎ : ⅃ƎƎ (vel plaute) = *Velius Plautius*.

MƎ+VA⅃ᑎ (plauteś) et ƧƎ+VA⅃ᑎ (plautes), *Plauti* vel *Plautii*, e Ǝ+VA⅃ᑎ (plaute) = *Plautus*, apud Etruscos. In lapid. sepulcr. n. 1269: MƎ+VA⅃ᑎ · IᑫAϽИA · I+ƧA8 (fasti ancari plauteś) = *Fausta Ancaria Plauti* uxor; n. 1271 bis: MƎ+VA⅃ᑎ · I⅃ƎƎ · AIИAO (thania

veli plauteś) = *Tannia Velia Plauti* uxor; et n. 1271: ƧƎ+VAɅ1 · IƧBA · IOꟼAɅ (larthi ahsi plautes) = *Lartia Axia Plauti* uxor. Adde inscr. n. 686. Vide MƎ+VI1 (piuteś).

I+VAɅ1 (plauti), *Plautia*, n. pr. f., = ? AI+AɅ1 platia, unde ɅAI+VAɅ1 (plautial) et ɅAI+VɅ1 (plutial) = *Plautiâ* (vide Ǝ+VAɅ1 plaute = *Plautus*). In operc. ossuarii n. 1278: I+VAɅ1 : IИV1MV1 : AИAO (thana pumpuni plauti) = *Tannia Pomponia Plautia*. Adde inscr. n. 1272, et vide A+VI1 (piuta).

ɅAI+VAɅ1 (plautial), *Plautiâ*, n. pr. f. = ɅAI+VɅ1 (plutial), e I+VAɅ1 plauti pro plautia = *Plautia*, apud Etruscos. Inscr. Clus. n. 588: « lth arntni plautial »

:ɅAI+VAɅ1:IИ+ИꟼA:OɅ

= *Lartia Aruntinia Plautiâ* nata. Alia inscr. Clus. n. 673: « 'lar pethna plautial = *Lars Petinius Plautiâ* natus.

ɅAI+VAɅ1:AИOƎ1:ꟼAɅ

Adde tit. sepulcr. n. 612 bis (ɅAI+VAɅ1).

PꝆAVTIOS, *Plautius*, n. pr. m., = etr. Ǝ+VAɅ1 (plaute) vel Ǝ+VɅ1 (plute), ut in inscr. rom. n. 2690 NOVIOS PꝆAVTIOS = *Novius Plautius*.

PLAVTVS. Vide PLOTVS.

? AↆVAɅꟼ (plaucha), in operc. ossuarii etr. n. 435 ter*b*. Cf. ƧV>ƎɅ1 (plecus).

-ƎɅ1 (PLE-), rom. *ple-re*, radix umbrica in voc. PLENER = *plenis*, ᗡƎIƧAИƎɅ1 (plenasier) = *plenariis*, AIИƎɅ1A (a-plenia) = *ad-plena* (impleta) et ƧƎIИƎɅ1A (a-plenies) = *ad-plenis* (impletis). Vide rad. POL-.

ƧV>ƎɅ1 (plecus), *—us*, n. pr. m., in inscr. Tarquin. n. 2335*a*.

PLEMMYRIVM, Πλημμύριον (Diod. Sic. XIV 63; Plutarch. in *Nic.* XX, 3) vel Πλημύριον (Thucyd. VII 4, 22 sqq., 32, 36), promontorium Siciliae, et castellum Syracusanorum ab Himilcone exstructum (Diod. Sic. loc. cit.). Virg. *Aen.* III, 693: « Plemmyrium undosum ». Thucyd. VII, 4: Τῷ δὲ Νικίᾳ ἐδόκει τὸ Πλημμύριον καλούμενον τειχίσαι· ἔστι δὲ ἄκρα ἀντιπέρας τῆς πόλεως, ἥπερ προύχουσα τοῦ μεγάλου λιμένος τὸ στόμα στενὸν ποιεῖ, καὶ εἰ τειχισθείη, ῥᾷον αὐτῷ ἐφαίνετο ἡ ἐσκομιδὴ τῶν ἐπιτηδείων ἔσεσθαι. Steph. Byz.: Πλημμύριον, φρούριον Συρακουσῶν. Ὁ οἰκήτωρ Πλημμυριάτης, καὶ Πλημμυράτης.

ᗡƎIƧAИƎɅ1 (plenasier), *plenariis* (plenis), adiect. f. dat. et abl. pl. 1 decl. apud Umbros, e ple-no (unde ƧƎIИƎɅ1 plenies et PLENER = *plenis*) et suff. asio (Aufr. et Kirch. I 41, 44, 103 sq., 106, 114, 162 sq., II 312 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 450 sq. et s. 612; cf. Passeri *Paralip.* pgg. 294, 328, Maffei *Osserv. lett.* VI 72, Lanzi II 703 = 611, Grotefend *Rud. l. u.* VII 7). Tab. eugub. Va 2, 14 sq.: ᗡƎIƧAИᗡV : ᗡƎIƧAИƎɅ1 (plenasier urnasier) = *plenis urnariis*.

PLENER, *plenis*, adiect. n. abl. pl. 2 decl., antiquiori orthogr. ƧƎIИƎɅ1 plenies, e ple-no, sanscr. purna = *impletus* (unde ᗡƎIƧAИƎɅ1 plenasier = *plenariis*, AIИƎɅ1A a-plenia = *ad-plenia* et ƧƎIИƎɅ1A a-plenies = *ad-plenis*), quod e rad. -ƎɅ1 (PLE-), rom. *plere*, comparandum cum rad. sanscr. pṛ vel pâr, *implere* (Grotefend *Rud. l. u.* IV 9, 19, VI 27, VIII 29, Aufr. et Kirch. I 41, 42, 120, II 281, Huschke *Die iguv. taf.* s. 618; cf. Passeri *Paralip.* pg. 328, Lanzi I 396 = 311, II 828 = 738). Tab. eugub. VIIa 21: TIOM · ISIR · VESCLIR · ADRIR · TIOM · PLENER = *te hisce vasculis atris, te plenis*. Tab. VIIa 34: TIOM · ISIR · VESCLIR · ALFER · TIOM · PLENER = *te hisce vasculis albis, te plenis*.

PLENES, cognomen faliscum, in inscr. n. 2442 (Garrucci *Scoperte falische* in *Ann. dell'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 277 sg.).

AIИƎɅ1 (plenia), *plenia*, adiect. n. acc. pl. 2 decl., apud Umbros, e rad. -ƎɅ1 (PLE-), rom. *plere*. Vide AIИƎɅ1A (a-plenia) = *ad-plena* (impleta).

ƧƎIИƎɅ1 (plenies), *plenis*, adiect. (abl. pl. 2 decl.), recentiori orthogr. PLENER, apud Umbros, e rad. -ƎɅ1 (PLE-), rom. *plere*. Vide ƧƎIИƎɅ1A (a-plenies) = *ad-plenis* (impletis).

PLENINENSES. Vide PLANINVM.

PLEO, *impleo*, apud veteres (cf. umbr. ƧƎIИƎɅ1 plenies = PLENER h. e. *plenis*). Fest. *Qu.* XI, 32 pg. 230 et Paul. pg 231: « Plentur antiqui etiam sine praepositionibus dicebant ».

PꝆEORES et PꝆEORIS, *plures*, acc. pl., apud veteres (cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I, 87). Carm. fratr. Arval. n. 2692: SINS IN·CVRRERE IN PLEORES vel [SI]NS INCVRRERE IN PLEORIS et SERS INCVRRERE IN PLEORIS = *siris incurrere in plures* (Hermann *Elem. doctr. metr.* pg. 615, et Grotefend apud Egger pg. 70) vel *sinas incurrere in plures* (Klausen apud Egger pg. 71) = *sine incurrere in plures* (*Zeitschr f. vergl. sprachf.* I 116); al. *sines incurrere in flores* (Lanzi I 144 = 110, et Galvani *Delle genti* etc. pg. 421 sg.).

PꝆEORIS. Vide voc. anteced.

PLEPS, *plebs*, antiquo scribendi more (Scaur. pg. 2261 P.), in inscr. rom. (Grut. 128 5, et 494 2; Mommsen n. 649) ex. c. PLEPS · VRBANA (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 378; Grut. 352, 1; Orell. n. 82; Mommsen n. 202, et n. 6786; Henzen n. 5439), PLEPS · TREBVLANA (Fabr. cap. v n. 297 pg. 401, Grut. 449 1, et 467 2; cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1839 pg. 55), PLEPS HERCVLANENSIS (Mommsen n. 2416). Doederlein *De voc. al.* etc. pg. 9: « *Plebs* sive *plebes* Latinorum in ore natum et immutatum est ex πλειάς, quo nomine Graeci stellarum *multitudinem* et globum complectebantur, *plejadas*. Iidem *plebi* significandae plenius assumpserunt

vocabulum, πληθύς sive πλῆθος; ipsum autem πλήθω a ΠΛΕΩ, πλέος, πίμπλημι im-*plere* formatum est, si audies Pottium *Etym. Forsch.* I, p. 187, compositione hujus radicis cum verbo θεῖναι; quod exemplum secuti majores nostri *füllen thun* copulare solebant, retinente passim hunc usum nostrae aetatis plebecula ».

PLERVS, plera, plerum, apud veteres, sine *que* additione (Prisc. pg. 182 = 668 P.). Fest. *Qu.* XI, 32 pg. 230: « Plera dixisse antiquos testis est Pacuvius, cum ait [vs. 320]: *plera pars pessumdatur* ». Pacuv. vs. 136: « Pater Achivos in Caphereis saxis pleros perdidit ». Cf. Cat. apud Prisc. loc. cit., et Cic. *De leg.* III 3.

PLESTIA, Umbriae oppidum, ubi nunc *S. Maria di Pistia*, cuius incolae Plestini vel Pelestini (Plin. III, xix, 2). Inscr. apud Orell. n. 2172: C · VEIANIO C · FIL | COR · RVFO FLAM | AEDILI IIII VIR · I · D · PATRO|NO MVNICIPII ET COMPLV|RIVM CIVITATVM · EQVO · PV|BLICO · CVRATORI · REIP · PLESTINOR | DATO A MAXIMIS IMP · ANTO|NINO AVG etc. Cf. Q · PLESTINVS, apud Mommsen n. 697 lin. 48, et vide PLESTINA et PLISTIA.

PLESTINA, oppidum Marsorum, ad Sarum fluvium, ubi nunc *Pesco-Asserolo* (cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 302). Liv. X, 3: « Profectus dictator cum exercitu proelio uno Marsos fundit, compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam, Plestinam, Fresiliam, intra dies paucos cepit: et parte agri multatis Marsis foedus restituit ». Cf. Πλειστίνην λίμνην (Appian. *De bello Ann.* capp. 9, 11) = *Trasimenum lacum?*. Vide PLESTIA et PLISTIA.

PLETORIVS, *Plaetorius*, gentil. rom., ut P. Pletorius Flavus (Mommsen n. 414) et Pletoria Nigrina (Mommsen n. 413).

PLEVES, *plebes* (plebs), ital. *pieve* (unde *pievano* et *pievania*), in inscr. apud Grut. 1083, 10 (PLEVI et PLEBI). Hinc PLEVITAS, quod sequitur.

PLEVITAS, h. e. conditio plebeia, e pleve pro *plebe*. Non. II, 619 = pg. 149: « Plevitatem, *ignobilitatem*. Cato pro Veturio: *Propter tenuitatem, et plevitatem*. Hemina in Annalibus: *Quicumq. propter plevitatem agro publico eiecti sunt* ».

ꓮꟼVƎꓘ1 (pleura), *Plurius* seu *Pluria* (?), n. pr. In urnis etr. n. 1258 sq.: ꓮꟼVƎꓘ1 : ꓮꓘ (la pleura) = *Lars Plurius* vel *Lartia Pluria* (Conestab. *Monum. del Palazz.* pgg. 60 sgg.). Cf. PLERVS et PVEORES.

MꓮꟽMꓮꓘIꓘ1 (plikaśnaś), quod legitur in vase arg. n. 801, pro gr. ἄγαλμα et lat. *donarium* sumitur a Lanzio (II 505 = 430), formatum e πολὺ et κανὰ, sive pro n. pr. m. *Palikanus* (II 790 = 699).

PLISIMVS, *plurimus*, apud veteres, qui et PLVSIMVS dixerunt. Fest. *Qu.* X, 21 pg. 205 et Paul. pg. 204: « Plisima, *plurima* ».

PLISTIA, Πλειστίκη (Diod. Sic. XIX, 72), oppidum Samnitium, nunc *Presta* (cf. PLESTIA). Liv. IX, 21 (cf. IX, 22): « Fusi in castra Samnites, exstinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: et, spe abiecta Saticulae tuendae, Plistiam ipsi, socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt ».

PLISTINVS, Faustuli frater. Plutarch. in *Rom.* X, 3: Ἔπεσε δὲ καὶ Φαυστύλος ἐν τῇ μάχῃ καὶ Πλειστῖνος, ὃν ἀδελφὸν ὄντα Φαυστύλου συνεκθρέψαι τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον ἱστοροῦσιν.

ƎИI+Iꓘ1 (plitine), *Plotinus* (Plautinus)?, n. pr. m. etr. fortasse e pliti pro pluti = I+Vꓮꓘ1 plauti (cf. plisimus = plusimus, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 179). In olla perus. n. 1716: ƎИI+Iꓘ1 : Vꓮ (au plitine) = *Aulus Plotinus*.

PLODO, *plaudo*, apud veteres. Diomed. pg. 382 = 378 P.: « *Plaudo* frequens est, apud veteres plodo: Cicero de gloria *o miserum vel potius amantem, de quo necesse erat peius existimare eos qui ploderent quam eos qui non ploderent.* item in paradoxis Stoicorum apud eundem *exsibilatur exploditur* ». Varro apud Non. VII, 85 = pg. 428: « Ita uti soliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari ».

PVOIRVMVS, *plourumus* (plurimus), adiect. antiquo scribendi more (nominat. pl. PVOIRVME = *plurimi*). In titulo n. 2708 ex Scip. sepulcr.: HONC · OINO · PVOIRVME · COSENTIONT · R[OMAI].

PLOXINVM vel ploxenum, *capsa* (Paul. pg. 231), quod a gr. πλόκανον deducit Doederl. *Syn. et Etym.* VI 273. Fest. *Qu.* XI, 32 pg. 230: « Ploxinum appellari ait Catullus *capsam in cisio*, *capsam*[ve] cum dixit: *gingiras ploxini* [*Carm.* XCVII, 6; al. *ploxemi*] *habet veteris* ». Vox est Galliae Cisalpinae. Quintil. *Inst. orat.* I, v, 8: « Catullus ploxenum circa Padum invenit ».

PLORO, *plane inclamo*, apud veteres. Fest. *Qu.* XI, 32 pg. 230: « Plorare, *flere, inclamare* † nunc significat, et cum praepositione *implorare*, id est *invocare:* et (leg. *sed*) apud antiquos *plane inclamare*. in regis Romuli et Tatii legibus: si nurus † sacra divis parentum estod. in Servi Tulli haec est: si parentum (leg. *parentem*) puer verberit, ast olle plorassit, paren † puer divis parentum sacer esto. id est *clamarit* †, dix.... ».

PLOSOR, *plausor*, e PLODO pro *plaudo*, apud Sidon. *Epist.* IX 3, et *Carm.* IX 300.

PLOSRVM, *plostrum* (plaustrum), in lege Iul. Municip. cap. 3 lin. 65 (Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 351). Vide PLOSTRVM, quod sequitur.

PLOSTRVM, *plaustrum*, subst. n., vulgari sermone (Cato *De r. r.* capp. 2, 10, 62; Varr. *De r. r.* I, xxii, 3; Colum. VI, ii, 8; Horat. *Sat.* I, vi, 42; Priscian. pg. 39 = 562 P. cit. ad voc. COTES; inscr. apud Murat. pg. 582; Lex Iul. Municip. cap. 3 lin. 60, 62-64, 66 PLOSTRA et PLOSTREIS, lin. 57 PLOSRVM, et lin. 65 PlO-

STRA, apud Mazocchi *Tab. Heracl.* pg. 351 sg.), unde diminut. plostellum (Varr. *De r. r.* I, LII 1, Horat. *Sat.* II, III 247, August. *De civ. Dei* VII 21) et adiect. plostrarius (Cato *De r. r.* cap. 11). Gloss. apud Mai *Class. auct.* VII 574: « Plostrum dicimus magis quam *plaustrum* ». Suet. in *Vesp.* cap. 22: « Mestrium Florum consularem, admonitus ab eo (*Vespasiano*), *plaustria* potius, quam plostra dicenda, postero die *Flaurum* salutavit ». Cf. Mazocchi op. cit. pg. 353 et nt. 66.

PLOSVS, *plausus*, e PLODO pro *plaudo*, quidam legunt apud Ennium (Macrob. *Saturn.* VI, 1).

PLOTVS, *pedibus planus*, adiect. apud Umbros, recentiori orthogr. plautus (= etr. ƎꓕVAꓘꟻ plaute, per contr. ƎꓕVꓘꟻ plute et fortasse AIꓕAꓘꟻ platia = IꓕVAꓘꟻ plauti), sanscr. pṛthu (latus, amplus) e rad. prath (extendere) et suff. -u, gr. πλατύς, lith. platus, lat. *latus* (cf. gr. πλάτη, πλάτος, πλατεία, πλάξ). Fest. *Qu.* XII, 7 pg. 238 (et Paul. pg. 239): « [Plotos appellant] Umbri, *pedibus planis* [natos. hinc soleas dimidiatas, qui]bus utuntur in venando [quo planius pedem ponant, vo]cant semiplotia et ..... unde et Acci]us poeta, quia Umber Sarsinas erat, a *pedum planitie* initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici ». Et Paul. pg. 231 (ex Fest. *Qu.* XI, 31 pg. 230): « Plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere ». Cf. etr. AꓕVIꟻ piuta et MƎꓕVIꟻ piutes, cum ital. *piota* (apud Aligher. *Inf.* XIX, 120). *Plauta* Galli dicunt eadem significatione, qua Pedemontani *piota* (J. J. Champollion-Figeac *Nouv. rech. sur les patois de la France* pg. 188). Adiect. *pioto* pro *pigro*, *lento* usurpat Frezzius *Quadrir.* III, IX, 142, ubi cf. adnot. (II 296) et Canneti *Diss. apol.* pg. 66.

§ 2. Cognomen etr., = ƎꓕVꓘꟻ plute et ƎꓕVAꓘꟻ plaute, ut in lapide perus. n. 1281: L · POMPONIVS · L · F · ΓLOTVS (n. 1280 L · POMPONIVS · L · F · ARSINIAE · GNATVS · PLAVTVS). Hinc gentil. Plotius (Cic. *De fin.* II 18, Suet. in *Caes.* cap. 5, inscr. apud Henzen n. 7227) = *Plautius* (gr. Πλώτιος et Πλωτία, apud Osann *Syll. inscr.* pg. 436 n. XCIII, Boeckh n. 1460, 2322, 3663 B) et Ploteius (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 21), et cognom Plotianus (Mommsen n. 2667; cf. Cic. *Ep. fam.* XIII, 8 = 644) vel Plotienus (Grut. 128, 5), Plotilla (Grut. 76, 7; 701, 2), Plotinus et Plotina (in thes. epigr., et apud Aur. Vict. *Epit.* cap. 42), Plotulena (Mommsen n. 4516).

PLOVERE, *pluere*, ital. *piovere*, apud veteres. Fest. *Qu.* XII, 20 pg. 250 (et Paul. pg. 251): « *Pateram perplovere* in sacris cum dicitur, significat *pertusam* esse ».

ΠLOVRVMVS, *plurumus* (plurimus), = PꓘOIRVMVS, e PꓘOVS = *plus*, in inscr. Amitern. apud Murat. 658, 1 (Mommsen n. 5882).

PꓘOVS, *plus*, adiect., unde superlat. PLOVRVMVS, in S. C. de Bacch. lin. 19 sq. (Append. n. LVIII). Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 161.

PLVMELLA, *plumula*, diminut. plumae, in Not. Tiron. pg. 171.

PLVOR -oris, *pluvia*, apud Laber. vs. 59 (Non. III, 181 = pg. 220).

PLVRVMVS, *plourumus* (plurimus), adiect. in lege Servil. *Repetund.* cap. 15 (Append. n. LX). Cf. Wagner *Orthogr. Vergil.* pg. 474.

PLVSIMVS, *plurimus*, = PLISIMVS (vide PꓘOIRVMVS et PLVRVMVS = *plurimus*), apud veteres. Varr. *De l. l.* VII, 27 pg. 130: « plusima, *plurima* ».

ƎꓕVꓘꟻ (plute), *Plotus* (*Plautus*), cognomen etruscum = ƎꓕVAꓘꟻ (plaute), sicut ꓘAIꓕVꓘꟻ (plutial) = ꓘAIꓕVAꓘꟻ (plautial). In titulis sepulcralibus n. 1273 et n. 1275: ƎꓕVꓘꟻ · VꟻMVꟻ · Aꓘ (la pumpu plute) = *Lars Pompus Plautus*. Gentilitium Plutius saepe invenitur in thes. epigr.

ꓘAIꓕVꓘꟻ (plutial), *Plutiâ* vel *Plautiâ* (Plotià), pro ꓘAIꓕVAꓘꟻ (plautial), sicut ƎꓕVꓘꟻ (plute) pro ƎꓕVAꓘꟻ (plaute), apud Etruscos. Inscr. sepulcr. n. 905 bis *a*: ꓘAIꓕVꓘꟻ : ƎꓕИƧƎꟼꟻ : A✱ꟼAꓘ (larza presnte plutial) = *Lars Praesentius* (vel *Lartia Praesentia*) *Plautiâ* nat.

ꟻИ (pn), in aere etr. n. 2591.

ƧAMƎꓕMꟻ (pntenas), in marm. etr. n. 2627.

PO, *qua*, pronom. umbr., antiquiori orthogr. Vꟻ (pu), in voc. SVEPO = VꟻƎƎƧ (sve-pu) h. e. *siqua*.

PO-, radix umbrica, antiquiori orthogr. -Vꟻ (pu-), sanscr. pû (purificare), rom. *pu-rus*, in voc. PONE et PONI = *thus* vel *thure*. Cf. falisc. PONI.

PO, *potissimum*, in Saliari carmine, apud Fest. *Qu.* XI, 21 pg. 205 (vide PA = *patre*). Alii legunt « po pro populo ».

ΠOAONNIHI, in inscr. Mesap. n. 2950 *d*.

POBLICIVS, *Publicius*, n. pr. m., e POBLICO (POPLICO) = *publico*, in inscr. apud Marini *Arvali* pg. 31. Cf. POBLICI pro *Poblicii* (Mommsen n. 3803) et POBLICIAI pro *Publiciae* (Grut. 815, 15).

POBLICOLA. Vide POPLICOLA.

POBLICVS, *publicus*, adiect. (= POPLICVS et PVPLICVS), unde POBLICIOS = *Publicius*, apud veteres. Prisc. pg. 27 = 554 P.: « *U* quoque multis Italiae populis in usu non erat, sed e contrario *o*, unde Romanorum quoque vetustissimi in multis dictionibus loco eius *o* posuisse inveniuntur, poblicum pro *publicum*, quod testatur Papirianus de orthographia, polchrum pro *pulchrum*, colpam pro *culpam* dicentes, et Hercolem pro *Herculem*, et maxime digamma antecedente hoc faciebant, ut servos pro *servus*, volgus pro *vulgus*, Davos pro *Davus* ». Et Cassiod. pg. 2289 sq. P.: « Nec mirum est veteres *u* litera pro *o* usos, nam et *o* pro *u* usi sunt; poblicum enim, quod nos *publicum*, et quod nos *culpam*, illi colpam dixerunt ».

POBLILIA seu Publilia et Popilia seu Popillia tribus, una ex rusticis, instituta ann. u. c. CCCXCVII simul cum Pomptina. Liv. VII, 15: « Eodem anno duae tribus, Pomptina et Publilia (codd. *Publia*, *Publilia*, *Publiana*, *Publicia*), additae ». Fest. *Qu.* XII, 2 pg. 233: « Popillia tri[bus una antiquarum triginta tri]buum, tot enim fue[runt ante reges exactos, fe]lici nomine ap[pellata a progenitrice Popilliorum, ut] Pinaria a sororis P[inarii, qui Herculi prima sacra fecit, no]mine ». Et Paul. pg. 232: « Popillia tribus a progenitrice traxit vocabulum ». In inscr. rom. scribitur POB· (Orell. n. 47, 67, 2168, 2177, 3130, 3219, 3438, 3907, Henzen n. 5113, 6810), POP· (Orell. n. 4108), PVB· (Orell. n. 3785, 4101, 4356, 4479, Henzen n. 5991), et ΠΟΠΛΙΛΙΑ in inscr. gr. apud Grut. pg. 503.

POBLILIVS, *Publilius*, n. pr. m., e Poblius pro *Publius*, ut L·POBLILIVS·L·F·VOLER·N·PHILO·VVLSCVS (Borghesi *Nuovi framm.* etc. II, 99). Adde inscr. apud Grut. 853 6 et Murat. 147 3, 481 6.

POD, *quod*, pronom. relat. (nominat. et acc. sg. n.), antiquiori orthogr. ЯVП púd, gr. literis ΠΩΤ, e stirpe pronominali PƆ, apud Samnites (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 12, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 59, Klenze *Phil. abhandl.* s. 54 anm. 118, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 290, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 52 sq., Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 344, Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 31; cf. Guarini *Tab. oppid. lexic.* pg. 160, et Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 221), in tab. Bantina n. 2897 lin. 10 et lin. 32.

§ 2. *Quo*, abl. sg., in tab. Bant. n. 2897 lin. 10 et lin. 23 (Kirchhoff op. cit. s. 46), fortasse pro adverb. *quando* usurpatum (Klenze op. cit. s. 42 anm. 62 et s. 54 anm. 119, Mommsen op. cit. s. 291).

ΠΟΔΑΛΕΙΡΙΟΥ ἡρῷον, *Podalirii sacellum*, in Drio colle Italiae, apud Strab. VI, III, 9. Podalirius fuit Aesculapii filius.

PODRV, *utro*, abl. sg., Umbrorum linguâ, e stirpe pronominali PO-. Vide voc. sq.

PODRVHPEI, *utroque*, pronom. m. abl. sg., e PODRV (po-dru) = *utro* et PEI = *que* (cf. ƎꟼꞨƎꓷYVꟼ putrespe = *utrius-que*), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 78, 98, 130, II 76 sq., 95, 304, Kirchhoff et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 42, III 246), in tab. eugub. VI a 11 (vide SERITV). *Utrobique* exponit Huschkius *Die iguv. taf.* s. 71 sq.).

POE, *qui*, pronom. relat. m. (nominat. sg.) = POI et POEI (cf. PIS et PISI), apud Umbros, e stirpe pronominali PO (Aufr. et Kirch. I 30, 60, 106, 137, II 34 sq., 58, 244, Huschke *Die iguv. taf.* s. 642, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 35 et Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 229, II 357). Tab. eugub. VI b 50: POEPERCA·ARSMATIAM·HABIEST (tab. VI b 53 POI·PERCAM·ARSMATIA·HABIEST) = *qui virgam —iam habebit.* — *Ubi* = gr. πωι pro πῷ exponunt Lanzius (I 397 = 311, II 829 = 738) et Grotefend (*Rud. l. u.* VI, 31 sq.).

POEI, *qui*, pronom. relat. m. (nominat. sg.) = POE, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 30, 51, 60, 88, 137, II 34 sq., 38, Huschke *Die iguv. taf.* s. 642, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 35). Tab. eugub. VI b 1 sq.: POEI · ANGLA · ASERIATO | EEST = *qui oscines observatum ibit.* Vide POE.

POENATES. Vide PENATES.

POENINVS. Vide PENNINVS.

POENIO, *punio*, unde POENITVS pro *punitus*, et POENITIO pro *punitio*, apud veteres (Cic. *Mil.* cap. 31, *Tusc.* I 44, *De rep.* III 9, Aul. Gell. VI 14, VII 3, XI 18, XX 1, cet.). Cf. inscr. apud Grut. 940, 7.

POENITIO, *punitio*, apud Aul. Gell. VI 14, XI 1. Vide POENIO pro *punio*.

POENITVS, *punitus*, e POENIO pro *punio*, apud Aul. Gell. XII, 7 (« poenitus » et « impoenitus »).

POEPERCA. Lege: POE PERCA, in tab. eugub. VI b 50.

POETELIVS vel Poetelinus lucus, prope muros Romae fuit, extra portam Nomentanam. In sacris Argeorum apud Varr. *De l. l.* V, 50 pg. 20: « Cespius mons, quinticeps cis lucum *Poetelium* ..... Exquilinis est ». Liv. VI, 20: « Ita prodicta die, in Poetelinum lucum (codd. nonnulli *Petelinum* et *Pettelinum*) extra portam Nomentanam, unde conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum est ». — Poetellius est gentilitium rom. apud Gruter. (240 col. 3), Murat. (530, 1), Doni cl. IX n. 3 pg. 339, Mommsen (n. 6892), et Poetilius apud Murat. (842, 7) et Doni cl. VI n. 150 pg. 266. Cf. Q·POETELIVS .... LIBO VISOLVS in fast. consul. (Grut. pg. 290).

POI, *qui*, pronom. relat. m. (nominat. sg.) = POE et POEI, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 30, 60, 137, II 34 sq., 58 sq., 216 sq., 225, Huschke *Die iguv. taf.* s. 642, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 35). Tab. eugub. VI a 5 sq.: POI · ANGLA | ASERIATO · [E]EST = *qui oscines observatum ibit.* Tab. VI b 24: POI · HABINA · PVRDINSVST = *qui —as porrexerit.* Tab. VI b 53: POI · PERCAM · ARSMATIA · HABIEST = *qui virgam —iam habebit.* Vide POE.

POIZAD, *quali*, pronom. fem. abl. sg., Oscorum linguâ, comparandum cum umbr. PORA (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 16 et in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 128; cf. Aufr. et Kirch. I 107 anm. 3, Schweizer et Bugge in *Zeitschr.* cit. III 217, 424). Tab. Bantina n. 2897 lin. 19: POIZAD · LIGVD = *quali lege.* — Pro abl sg. *quoia*, e *quo* et *ea*, sumit Mommsen (*Die unterit. dial.* s. 288). Alii aliter interpretati sunt (cf. Guarini *Tab. oppid. lexic.* pg. 161 et *Lexic. osco-lat* pg. 56, Huschke *Die iguv. taf.* s. 109).

ΠΟΙΜVΝΙ[Ε], quod legitur in inscr. n. 2737, comparari potest cum umbr. ƎИVMƎVꟼ (puemune) et rom. Pomona (Aufr. et Kirch. I 55, II 364; cf. Lanzi II 618 = 533 ad n. 15, et Grotefend *Rud. l. u.* III 12, VIII 10). Hanc vocem, quam Huschkius (*Die osk. und sab. sprachd.* s. 255) vertit *in civitate*, ad rom. *pomum* sive ad gr. *ποιμὴν* trahit Mommsenius (*Die unterit. dial.* s. 343).

POINICIVS, *Poenicus* (Punicus), adiect. ad Poenos pertinens, in lege Thoria agr. (Append. n. LIX) cap. 36 (BELLO POINICIO et BELLO POINICO).

POCAPID, *quandoque* (aliquando), adverbium temp., minus recte POCAPIT, et antiquiori orthographia ЯIПNKKVП (púkkapid), compositum e POCA = dor. *πόκα* (*ποτε*) h. e. *quando*, et PID *-que*, apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 288, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 33, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 124, Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 221, 419, V 8), in tab. Bant. n. 2897 lin. 30.

POCAPIT, *quandoque* (aliquando), adverbium temp., pro POCAPID, apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 288, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 355, Ebel et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 62 anm. 1, V 6, Corssen *Ueb.ausspr.* etc. II 356). Tab. Bant. n. 2897 lin. 8: PIS · POCAPIT · POST · EXAC · COMONO · HAFIERT · MEDDIS · DAT · CASTRID · LOVF[RVD] = *qui aliquando posthac comitia habebit magistratus de agro libero* (Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 79).

POCLVM, *pocolom* (poculum), per syncopen, in quodam carm. apud Arnob. V, 26. Adde Plaut. *Curc.* III, II 80 (Fleck.), *Pers.* V, I 22 (Ritschl), et Prudent. *Cathem.* VI 16.

POCOLOM, *poculum*, antiquo scribendi more (per contractionem poclom), ut in antiquis inscr. n. 2159 AECETIAI · POCOLOM, n. 2653 BELONAI POCOLOM, n. 2160 KERI · POCOLOM, n. 2264 COIRA · POCOLO, n. 2262 LAVIIRNAI · POCOLOM, n. 2652 SAIITVRNI POCOLOM, n. 2263 SALVTES · POCOLOM, et n. 2278 VOLCANI · POCOLOM.

PO[L-], *ple-re*, rad. umbr., antiquiori orthogr. pul- = -Ǝꟼꟼ (PLE-), per reduplic. pol-pol-, unde POPLO e polpolo, in voc. MVꟼꟼVꟼ (puplum) = POPLOM (VꟼꟼVꟼ puplu et POPLO) = *populum*, POPLE = *populo*, POPLER = *populi*, VꟼꟼVꟼ (puplu) et POPLV = *populo*. Cf. Aufr. et Kirch. II, 414.

POL, *per Pollucem*, adverb. iurandi, apud Enn. *Ann.* vs. 100, *Trag.* vs. 394, et alios. Vide EDEPOL.

POLA, *Paula*, praenom. fem. (vide PAVLLA et POLVS), ut in inscr. Pisaur. n. 77 (vide DEDA = *dedicant* in add. et corrig.) POLA · LIVIA. Inscr. apud Mommsen n. 5733: POLA | APONIA | VXSOR. Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 165.

POLIIIINIS, *Pollenius?*, fortasse n. pr. m. apud Volscos (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* IX, 149 sq.), in aere Rapin. n. 2741 lin. 9. Cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 341 (= *Apollinis?*) et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 249.

ΠΟΛΕΜΑΡΚΟΣ, Tarentinus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (§ 267).

POLENTIA. Vide POLLENTIA.

POLET, *pollet*, apud veteres. Fest. *Qu.* X, 21 pg. 205: « Polet, *pollet:* quia nondum geminabant antiqui consonantis ».

POLIBAM, *poliebam*, ital. *puliva*, apud Virg. *Aen.* VIII, 436 (polibant).

ΠΟΛΙΕΙΟΝ, ita dicta ab Ionibus Siris urbs, in Lucania. Vide SIRIS.

POLIMARTIVM, oppidum Etruriae, nunc *Bomarzo*, apud Paul. Diac. *Hist. Langob.* IV, 8.

POLIMEN, *testiculus*, = POLIMENTVM, fortasse a *pelle*. Arnob. VII, 24: « Quid polimina? ..... Polimina porra sunt ea, quae nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem assolent cognomine *testium* nuncupari ». Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

POLIMENTVM, *testiculus*, = POLIMEN. Fest. *Qu.* XII, 3 pg. 234 (et Paul. pg. 235): « [Polimenta, ait Verrius, antiqui] dicebant *testiculos* porcorum, cum eos castrabant, a politione segetum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur ».

POLITORIVM, Πολιτώριον (Dionys. Halic. *Antiq. rom.* III, 38, 43), Latii oppidum (Plin. III, IX, 16), ab Anco Marcio captum (Dionys. III, 38). Politorinis habitandi locus datus est in Aventino (Dionys. III, 44). Liv. I, 33: « Ancus, ... exercitu novo conscripto profectus, Politorium, urbem Latinorum, vi cepit; secutusque morem regum priorum, qui rem romanam auxerant hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. et, quum circa Palatium, sedem veterum Romanorum, Sabini Capitolium atque arcem, Coelium montem Albani inplessent; Aventinum novae multitudini datum: ..... Politorium inde rursus bello repetitum, quod vacuum occupaverant prisci Latini. eaque caussa diruendae urbis eius fuit Romanis, ne hostium semper receptaculum esset ».

ΠΟΛΙΧΝΗ, locus ad portum Syracusarum (Diod. Sic. XIII, 7).

POLCER vel polcher et polcra, *pulcer* et *pulcra* (pulcher et pulchra), adiect. apud veteres (Cic. *Orat.* cap. 48, Varro apud Charis. pg. 73 = 56 P., Scaur. pg. 2256 P., Pier. ad Virg. *Georg.* II 534; cf. Enn. vs. 83 apud Cic. *De div.* I 48). Prisc. pg. 27 = 554 P. (cit. ad voc. POBLICVS): « polchrum pro *pulchrum* ». Est cognomen rom., ut AP · CLAVDIVS · C · F · POLC (*Bullett. arch. nap.* nv. sr. VI, 162) et Papiria Polcra (Grut. 556, 1).

POLLENTIA vel Polentia, Strab. codd. V, IV, 2 Πνευ-

εντία, urbs Italiae in Piceno (Liv. XLI, 32; *Tab. Peuting.* segm. IV*c* « Polentia »), quae dicta est Urbs Salvia, et eius cives Pollentini (Plin. III, XVIII 2). Colonia deducta est an. U. C. DLXIX (Liv. XXXIX, 44, cit. ad voc. PISAVRVM).

§ 2. Πολεντία (Ptol. III, 1), urbs Italiae superioris (Plin. III, VII, 5; Cic. *Epist. fam.* XI, 13 = n. 841, *Philipp.* XI 6; Claudian. *De VI cons. Hon.* vs. 203, 281; inscr. apud Orell. n. 455; *Tab. Peuting.* segm. II*c*-III*a* « Polentia »), ad Tanarum fluvium, celebris fictilibus calicibus (Plin. XXXV, XLVI, 2; Martial. XIV, 157) et lanis fusci velleris (Plin. VIII, LXXIII, 2; Colum. VII, II, 4; Sil. Ital. VIII, 597). Claudian. *De bello get.* vs. 635: « O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis ». Inscr. apud Henzen n. 5108: CASTRICIAE | SATVRNINAE · FIL | VIXIT · ANN · VI · S | CASTRICIVS · SATVRNIN | ST · MAG · AVG · POLLENT | AVG · BAGIENN · SIBI · ET | METTIAE · PAVLINAE | VXORI · OPTIMAE. — Pollentinus, adiect. ad Pollentiam pertinens (Claudian. *De VI cons. Hon.* vs. 127), ut Pollentini agri (Prud. *in Symm.* II, 719), Pollentini saltus (Stat. *Silv.* II, VI, 63) et lanae Pollentinae (Martial. XIV, 157). — Alia est Pollentia in maiore Gymnesiarum insularum (Strab. III, V 1, Plin. III, XI 1, Mela VII 20).

POLLENTIA, *potentia*, apud Plaut. *Cas.* IV, IV 3, et *Rud.* III, II 4.

§ 2. Dea apud Romanos, a pollendo dicta, eadem quae Victoria et Pellonia. Liv. XXXIX, 7: « Ludis Romanis eo anno [U. C. an. DLXV], quos P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus faciebant, malus in circo instabilis in signum Pollentiae procidit, atque id deiecit. ea religione moti Patres, et diem unum adiiciendum ludorum celebritati censuerunt, et signa duo pro uno reponenda, et novum auratum faciendum ».

POLLIA, tribus romana, una ex rusticis, de qua Liv. VIII 37 et XXIX 37. Memoratur in inscr. rom. apud Orell. n. 62, 78, 165, 455, 3877, 3890, 3983, 4039, Henzen n. 5110, 5737, 6787, 7083, 7099 cet. Cf. Μάρκος Κοΐντιος Μάρκου, υἱὸς Πολλία Πλάγκιλλος, apud Ios. Flav. *Antiq. iud.* XIV, X 10.

POLLINVS, *Paullinus*. Vide POLVS = *Paulus*.

POLLIO -onis, cognomen ital., ut C. Asinius Pollio, Teate oriundus (Virg. *Ecl.* III 86, Horat. *Sat.* I, X 85).

POLLIT, *pila ludit*, apud veteres (Fest. *Qu.* XII, 11 pg. 242).

ΠΟΛΛΙΤΙΟΝ, oppidum Marrucinorum (Diod. Sic. XIX, 105), fortasse ubi nunc *Civita d'Anzica* (Corcia *Storia delle due Sicilie* I, 151 sgg.; cf. Minervini in *Bullett. arch. nap.* VI, 39).

ΠΟΛΛΙΧΟΣ, Syracusanus, apud Plutarch. in *Nic.* XXIV, 2.

POLLVBRVM et polubrum, vas excipiendae aquae. Non. XV, 11 = pg. 544: « Pollubrum, quod Graeci χέρνιβα, nos *trullum* vocamus. Livius: *Argenteo polubro, aureo et glutro.* Fabius Pictor lib. XVI: *Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua* ».

POLLVCES, *Pollux*. Vide POΛOCES.

POLLVCTVRA, lautum convivium, ap. Plaut. *Stich.* V, IV, 6.

POLLVPICE vel Pullopice, oppidum Liguriae, apud Antonini *itiner.* pg. 295.

POΛOCES, *Polluces* (Pollux), gr. Πολυδεύκης (etr. ƎƆVꟻꟼVꟼ pultuce), Tyndari et Laedae filius, frater Castoris, Helenae et Clytemnestrae. Occurrit in speculo romano n. 2689. — Varro *De l. l.* V, 73 pg. 29: « Pollucis a Graecis nomen quod est, in Latinis literis veteribus inscribitur, ut Πολυδεύκης, *Polluces* [Plaut. *Bacch.* IV, VIII, 53], non ut nunc *Pollux* ».

POLOVCTA, *pollucta*, particip. a polluceo, in titulo Sorano lin. 6 (Append. n. XLI). Cf. Henzen in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1845 pg. 76 sg.

POLTEO, pro *ulteriore*, apud veteres (Fest. *Qu.* X, 21 pg. 205).

POLVBRVM. Vide POLLVBRVM.

ΠΟΛΥΖΗΛΕΙΟΣ αὐλή, Siciliae locus, apud Plutarch. in *Nic.* XXVII, 1.

ΠΟΛΥΖΗΛΟΣ, Gelonis filius, apud Diod. Sic. XI, 48.

POLVIS, *pulvis* (ital. poet. *polve*), apud Ennium (al. *pulvis*). Cf. Galvani *Delle genti* etc. pgg. 331, 368.

POLVLVS, *paululus*, adiect., ut labellum polulum (Cato *De r. r.* cap. 10) et laminae polulae (Cato op. cit. cap. 21).

ΠΟΛΥΞΕΝΟΣ, Dionysii tyranni affinis (Diod. Sic. XIV 8 et 62 sq.).

POLVS, *Paulus*, praenomen rom., sicut POLA = *Paula* (PAVLLA), in titulo sepulcr. apud Boissieu *Inscr. de Lyon* ch. X, XXIX 2 et 3 pg. 444. Hinc cognom. POLLINVS = *Paullinus* (Mommsen n. 4461).

POLVSCA, Πολοῦσκα (Dionys. Halic. VI, 91), oppidum Volscorum, a Coriolano captum (cf. Nibby *Carta dei dint. di Roma* I, 409). Liv. II, 33 (cf. II, 39): « Inde Poluscam, item Volscorum, cepit ». — Eius incolae dicti sunt Polustini (Plin. III, IX, 16), gr. Πολυσκανοί (Dionys. Halic. VIII, 36).

ΠΟΛΥΣΤΕΦΑΝΟΣ. Vide PRAENESTE.

PO'meridiem, *post meridiem*, apud Quintil. *Inst. orat.* IX, IV, 39.

POMETIA, Πωμέντιον (Plutarch. in *Iul. Caes.* LVIII, 3), h. e. Suessa Pometia, oppidum Volscorum vel Latii veteris (Plin. III, IX, 16), quod fertur conditum a Latino rege (Diod. Sic. VII, III*a* 7). Cf. Serv. ad Virg. *Aen.* VI, 773. — Eius incolae Pometii. Virg. *Aen.* VI, 776: « Pometios, Castrumque Inui, Bolamque, Coramque ». Pometinus, gr. Πομεντῖνος, adiect. ad Pometiam pertinens, τὸ Πωμεντῖνον πεδίον (Strab. V, III 4 sq.), et Pometinae manubiae (Liv. I, 55).

Vide SVESSA § 2. — Pometius est gentil. rom. (Grut. 730 10, 794 12), unde Pomentinus (Fabr. cap. IX n. 339 pg. 640, Murat. 735 1, 1728 1, Grut. 816 5, Doni cl. V n. 44 pg. 172).

POMONA, dea pomorum, h. e. praeses fructibus arborum (Varro *De l. l.* VII, 45 pg. 138). Fest. IX, 4 pg. 154: « Maximae dignationis Flamen Dialis est inter quindecim Flamines, et cum cetera (leg. *ceteri*) discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet pomis ». Inscr. apud Mommsen n. 122 (Grut. 94, 11; Orell. n. 1621): T · TETTIENVS · FELIX · AVGVSTALIS | SCRIBA · LIBRAR · AEDIL · CVRVLL | VIATOR · AEDIL · PLEBIS · ACCENSVS | CONSVLI · H-S · L · M · N · LEGAVIT | AD · EXORNANDAM · AEDEM · POMONIS | EX · QVA · SVMMA · FACTVM · EST · FASTIGIVM | INAVRATVM · PODIVM · PAVIMENTA · MARM · OPVS · TECTORIVM. Vide Vestin. ΠOIMVNIE et umbr. ƎИVꟽƎVꟼ (puemune), et cf. Enn. *Ann.* vs. 126, Serv. ad Virg. *Aen.* VII 190 cit. ad voc. PICVS, Ovid. *Metam.* XIV 623, et Forcell. *Lexic.* s. v.

POMONAL, est in agro Solonio, via Ostiensi ad duodecimum lapidem deverticulo a miliario octavo. Ita Fest. *Qu.* XII 20 pg. 250. Vide sup. POMONA.

POMPAEDIVS vel Popaedius, gentilitium marsicum, ut Q. Pompedius Silo vel Silo Pompaedius (Liv. epit. lib. LXXV; al. Pompedius), Pompeius Sylo (Iul. Obseq. *De prod.* n. 116), Q. Poppedius (Val. Max. III, II, 2), Silo Popaedius (Vell. Paterc. II, 16), Popedius (Flor. III, 18), Pompaedius (Oros. V, 18), apud gr. scriptores Κόϊντος Πομπαίδιος Σίλων (Diod. Sic. XXXVII, II, 5 et 9, Appian. *De bell. civ.* I 40, 44), Πομπαίδιος Σίλων (Plutarch. in *C. Mar.* XXXIII 4, *Cat. min.* II 1), Πομπαίδιος (Strab. V, IV, 2; Appian. op. cit. I, 53; Diod. Sic. XXXVII, II 7), vel Πομπίος Σίλων (Plutarch. *Apopht. C. Marii* n. 6), sociorum contra Romanos bellantium dux.

POMPEIA. Vide ALBA Pompeia.

POMPEII -orum, Πομπηία (Strab. V, IV 8 et 13 Πομπέα et Πομπαία pro Πομπηία) vel Πομπήϊοι (Dio Cass. LXVI, 23; M. Antonin. *Comment.* IV, 48; Plutarch. in *Cic.* VIII, 2 περὶ Πομπηίους), oppidum Campaniae (Liv. IX, 38; Plin. XIV, IV 14, XXXI, XLII 2; Mela II, IV, 9; Senec. *Epist.* XLIX, 2, *Nat. Quaest.* VI, I 1; *Tab. Peuting.* segm. VI*d;* inscr. apud Mommsen n. 1999 et Orell. n. 2556 POMPEIS, apud eund. n. 2378 = Orell. n. 2530 et apud Henzen n. 6167 POMPEIS), quod olim tenuerunt Osci, Etrusci et Samnites (cf. Müller *Die Etrusker* I 168 sqq.). Strab. V, IV, 8: Ὄσκοι δ' εἶχον καὶ ταύτην καὶ τὴν ἐρεξῆς Πομπηίαν (codd. Πομπαίαν), ἣν παραρρεῖ ὁ Σάρνος ποταμός, εἶτα Τυρρηνοὶ καὶ Πελασγοί, μετὰ ταῦτα δὲ Σαυνῖται (codd. Σαγνῆται et Σαμνῖται)· καὶ οὗτοι δ' ἐξέπεσον ἐκ τῶν τόπων. Νώλης δὲ καὶ Νουκερίας (codd. Νουκαιρίας) καὶ Ἀχερρῶν (codd. Ἀγχέρων et Ἀχερῶν), ὁμωνύμου κατοικίας τῆς περὶ Κρέμωνα, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ Πομπηία, παρὰ τῷ Σάρνῳ ποταμῷ καὶ δεχομένῳ τὰ φορτία καὶ ἐκπέμποντι. Plin. III, IX, 9: « Pompeii, haud procul spectante monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne ». Solin. II, 5 dictum putat a pompa boum, quos ex Hispania Hercules illo duxerat. Serv. ad Virg. *Aen.* VII, 662: « Veniens autem Hercules de Hispania per Campaniam in quadam Campaniae civitate pompam triumphi sui exhibuit: unde Pompei dicitur civitas ». Cf. Garrucci in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 167 sg. Fuit colonia Romanorum (inscr. apud Mommsen n. 2230, 2232, 2234, 2249), COLonia VENeria appellata (inscr. apud Mommsen n. 2201 = Orell n. 2416). Sub Nerone nonis febr. an. LXIII p. Chr. terrae motu oppidum magna ex parte proruit (Tacit. *Ann.* XV, 22), et sub Tito kal. nov. an. LXXIX Vesuvii cineribus altis obrutum est (Dio Cass. LXVI, 23; Senec. *Nat. Quaest.* VI, I 1 et XXVI 4; Plin. *Epist.* VI 16 et 20). — Eius incolae Pompeiani (Cic. *pro Sulla* cap. 21, Plin. XIV, VIII 9, Stat. *Silv.* I, II 265), ut coloni Pompeiani (Tacit. *Ann.* XIV, 17), Respublica POMPEIANORVM (Mommsen n. 2314 = Orell. n. 3262) et TERRITORIVM POMPEIANORVM (Henzen n. 5163). — Pompeianus, antiqua orthogr. ƧИꟼIIꟼПꟽVП (púmpaiians), adiect. ad Pompeias pertinens, ut Pompeiana regio (Senec. *Nat. Quaest.* VI, XXVII, 1), Pompeianum municipium (Plin. II, LII, 2), Pompeiana vitis (Colum. III, II, 27), Pompeiana cepa (Colum. XII, X, 1), pumex Pompeianus (Vitruv. II, 6). — Pompeianum fuit villa Ciceronis in Pompeiano agro (Cic. *Epist. ad Att.* I, 20 = n. 25 et *Epist. fam.* VII 3 = n. 452).

POMPEIIVS, *Pompeius*, n. pr. m., antiquo scribendi more (Prisc. pg. 303 = 739 P. cit. ad voc. EIIVS = *eius;* cf. Quintil. *Inst. orat.* I, IV, 11). Inscr. apud Orell. n. 4356: Q · POMPEI|IVS Q · F · PVB | SEVERVS | VER · MIL · LEG | XIIII · G · M · V | AN XL · STIP · XIX | H · S · E · T · F · I · H · F · C. In lamella marsica (Mommsen n. 5537) P · SEXTVS POMPEIIVS. Vide ƧИꟼIIꟼПꟽVП (púmpaiians) = *Pompeianus.* — POMPEI pro Pompeii occurrit in inscr. apud Henzen n. 5442.

POMPILIVS, gr. Πομπίλιος vel Πομπήλιος (Diod. Sic. VIII, 14), antiquiori orthogr. Popilius (cod. Cic. *De rep.* II, 17, apud Du Rieu *Schedae vatic.* pg 99), gentilitium Sabinum, ut Numa Pompilius (vide NVMA).

POM[P]IS?. Vide POMTIS.

POMPO -onis, gr. Πόμπων (etr. VꟼꟽVꟼ pumpu), unus ex filiis Numae Pompilii, unde gentil. Pomponius (cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 357). Plutarch. in *Num.* XXI, 1: οἱ δὲ πρὸς ταύτῃ τέτταρας υἱοὺς ἀναγρά-

φουσιν αὐτοῦ, Πόμπωνα, Πῖνον, Κάλπον, Μάμερκον, ὧν ἕκαστον οἴκου διαδοχὴν καὶ γένους ἐντίμου καταλιπεῖν. εἶναι γὰρ ἀπὸ τοῦ Πόμπωνος τοὺς Πομπωνίους.

POMPONIVS, gr. Πομπώνιος (etr. ΙΝVΙΜΝVΙ pumpuni), Sabinus, Numae regis pater, e POMPO. Plutarch. in *Numa* III, 5: Ἦν δὲ πόλεως μὲν ὁ Νομᾶς ἐπιφανοῦς ἐν Σαβίνοις τῆς Κυριτῶν, ἀφ' ἧς καὶ Κιρίτας Ῥωμαῖοι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῖς ἀνακραθεῖσι Σαβίνοις προσηγόρευσαν, υἱὸς δὲ Πομπωνίου, ἀνδρὸς εὐδοκίμου, τεσσάρων ἀδελφῶν νεώτατος.

ΠΟΜΠΤΙΕΣ, *Pomptius* (Pontius), gentilitium samnit (vide PONTIVS), graeca orthogr. = ƧIITИVΠ (púntiis), comparandum cum POMTIS = *quinquies* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 289 et Huschke *Die osk.* etc. s. 216). In inscr. n. 3063: [ΜΑΡ]ΑΣΠΟΜΠΤΙΕΣ = *Marius Pomptius* (Mommsen op. cit. s. 193, Huschke op. cit s. 215).

POMPTINVS vel Pontinus ager, Πομεντῖνον πεδίον (Dionys. Halic. VII, 1 sq.) vel Πομεντῖνα πεδία (Dionys. II 49), in Volscis (Liv. IV 25, VI 5; Martial. XIII, 112 « Pomptini campi »). Liv. II, 34: « in Volscis Pomptinoque ne emi quidem potuit ». Id. VI, 6: « De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiorem iam populum, mobilioremque ad cupiditatem agri, quam fuerat ». Et VI, 21: « ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pomptino agro dividendo ..... creaverunt ». Inscr. apud Henzen n. 5316: M · VALERIVS | ANNORVM · XXIII | CVM · EXERCITVS · GALLORVM · IN · POMPTINO · AGRO · CONSEDISSET | PRINCIPEM · GALLORVM · PROVOCANTEM · SINGVLOS · BELLATORES · INTERFECIT etc.

§ 2. Pomptina vel Pontina palus, τὰ Πόντινα (Dio Cass. XLIV 5, XLV 9, LXVIII 15), inter Appii forum, Tarracinam et Circeios. Plin. III, IX, 6: « A Circeiis palus Pomptina est, quem locum XXXIII urbium fuisse Mucianus ter consul prodidit ». In plur. num. Paludes Pomtinas, nunc *Paludi Pontine*, dixit Martial. X, 74, et Suet. in *Iul. Caes.* cap. 44, Lucan. *Phars.* III 85, cet. Plin. XXVI, IX, 2: « Siccentur hodie Pontinae paludes, tantumque agri suburbanae reddatur Italiae ». Liv. Epit. lib. XLVI: « Pomptinae paludes a Cornelio Cethego consule ..... siccatae, agerque ex iis factus ». Sedes latronum fuit, teste Iuven. III, 306 (« Pomtina palus »).

§ 3. Pomptina vel Pontina tribus, una ex rusticis, a Pometia urbe sic appellata. Fest. *Qu.* XII, 2 pg. 233: « [Pomptina tribus a Pome]tia ur[be est dicta, a qua etiam palus Pomp]tina [appellata est prope Terracinam] ». Hinc Paul. pg. 232: « Pomptina tribus a Pomptia urbe est dicta ». Liv. VII, 15: « Eodem anno [u. c. CCCXCVII] duae tribus, Pomptina et Publilia, additae ». In inscr. rom. scribitur POMPTINA (Henzen n. 6426), POMP (Orell. n. 73) et POM (Orell. n. 1189, 2182, 2256, 3939, Henzen n. 5185, 5810, 6217, 6598, 7030). Cf. C. Pontinius praetor (Liv. epit. lib. CIII), gr. Γάϊος Πομπτῖνος (Dio Cass. XXXVII 47, XXXIX 65).

POM[P]TIS. Vide POMTIS, quod sequitur.

POMTIS, *quinquies*, adverb. numer., apud Samnites, fortasse legendum pompis pro pomptis (Aufr. et Kirch. I 132 anm. 5, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 76, Huschke *Die osk.* etc. s. 346, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 32; cf. Schweizer in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 213 sq.), unde gentil. ΠΟΜΠΤΙΕΣ (Pomptius) et ƧIITИVΠ púntiis = *Pontius* (Quinctius?). Tab. Bant. n. 2897 lin. 15: NEIP · MAIS · POMTIS · COM · PREIVATVD · ACTVD = *neque magis quinquies cum privato agito* (Kirchhoff op. cit. s. 79). Pro *quinque*, sanscr. pańćan, gr. πέμπε et πέντε, unde ΠΟΜΠΤΙΕΣ = *Quinctius*, sumit Mommsen *Die unterit. dial.* s. 289. Alii legunt tompis, lat. *tum quis* (Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 59 sq.; cf. Kirchhoff et Schweizer in *Zeitschr.* cit. III 131, 221).

PON, *quom* (quum), partic. coniunct., antiquiori orthogr. ИVΠ (pún), pro pom, quod e stirpe pronominali PO (Grotefend *Rud. l. o.* pg. 17, Peter *Sprache und schrift* etc. s. 61, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 291, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3 et s. 166, Huschke *Die osk.* etc. s. 355, Corssen *Ueber aussprache* etc. I 32, 54, 246; cf. Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 71 sqq., Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 40, Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 218, 420). Tab. Bant. n. 2897 lin. 14: PON · OP · TOVTAD · PETIRVPERT · VRVST = *quum apud populum quater —erit;* lin. 16: IN · PON POSMOM · CONPREIVATVD · VRVST = *et quum — cum privato —erit;* et lin. 18 sq.: PON · CENSTVR | [B]ANSAE · TAVTAM · CENSAZET = *quum Censores Bantiae populum censebunt* (Kirchhoff op. cit. s. 79 sq.).

ƧAMO1 (ponas), in lapide Vicent. n. 21.

PONE, *quum*, partic. coniunct., e PONNE, pro pon-de = *quam-de* (cf. rom. et neapol. *quanno* pro *quando*), antiquiori orthogr. ƎИV1 (pune) et IИV1 (puni), osc. PON et ИV1 (pún), e stirpe pronominali PO, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VI 31 sq.; Aufr. et Kirch. I 53, 70, 87, 161, 166, II 233, 243, 293, 300; Huschke *Die iguv. taf.* s. 204 et s. 667). Ponitur cum praes. indic., ut in tab. eugub. VIb 43: PONNE · OVI · FVRFANT = *quum oves —ant.* Cum praes. coniunct., ut in tab. eugub. VIb 49 sq.: PONE | ESONOM[E] · F[E]RAR = *quum ad sacrificium feras;* et tab. VIIb 2: PONNE · IVENGAR · TVRSIANDV = *quum iuvencae torreantur.* Cum fut., ut in tab. eugub. VIb 48: PONE · POPLO · AFERO · HERIES = *quum populum circumferre volet.* — In tab. VIa 49 pone pro *lustramen* sumit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 222).

PONE, *thus* vel *thure*, subst. n. acc. vel abl. sg. 3 decl. = PONI et antiquiori orthogr. ƎИVЧ (pune) vel IИVЧ (puni), e rad. -VЧ (pu-) = PO-, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 122). Tab. eugub. VIa 59: PONE · FETV = *thure facito*, quod alii vertunt *pane facito* (Lanzi II 757 = 665, 829 = 738, et Grotefend *Rud. l. u.* VI 16) vel *mulso facito* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 135 et s. 140). Vide ƎИVЧ (pune).

PONI, *thus*, subst. n. acc. sg. 3 decl. = PONE et antiquiori orthogr. IИVЧ (puni) vel ƎИVЧ (pune), Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 61, 65, II 178 sq., 184, 189, 377). Tab. eugub. VIb 1 sq., 22 sq., 44, VIIa 4, 7, 41 sq., 54 PONI · FETV et tab. VIb 3 PONI · FEITV = *thus facito* vel *thure facito* (Aufr. et Kirch. II 191).

§ 2. *Thure*, abl. sg. (Aufr. et Kirch. I 122, II 178, 377). Tab. eugub. VIb 9: PONI · PESNIMV = *thure precator*. Tab. VIa 56 sq.: ESTE | ESONO · HERI · VINV · HERI · PONI · FETV = *ita sacrificium sive vino sive thure facito*. Tab. VIb 19 sq.: HERIE · VINV | HERIE · PONI · FETV, et tab. VIb 46 HERI · VINV · HERI · PONI · FETV = *sive vino sive thure facito*. Alii vertunt *pane facito* (Lanzi II 757 = 665, 829 = 738, Grotefend *Rud. l. u.* VI 18) vel *mulso facito* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 135).

PONI, quod legitur in aere Falisco n. 2440, videtur idem quod umbr. PONI vel PONE, *thus*.

PONISIA. Vide PONISIATER, quod sequitur.

PONISIATER, *Punici* (Poenici), pro poniśiater, antiquiori orthogr. Ǝ+ꟼdIИVЧ (puniśate), adiect. (genit. sg. 3 decl.) ad Poenos vel Poenicos pertinens, e poniśi et suff. ati (Aufr. et Kirch. I 53, 61, 65, 72, 123, 163, II 107, 246 sq.; cf. Grotefend *Rud. l. u.* V, 24). Tab. eugub. VIb 51: PERCA · PONISIA·TER · HABITVTO = *virgam mali Punici habento*. — *Poenam subeuntis* exponit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 225).

PONNE, *quando*, adverb. (apud Umbros) = PONE, quod vide.

PONTIA vel Pontiae, Ποντία (Ptol. III, 1; Diod. Sic. XIX, 101; Strab. II, v 19 codd. Παντία, V, III 6 Ποντία) vel Ποντίαι (Dio Cass. LIX 22 ἐς τὰς Ποντίας νήσους), hodie *Ponza*, parva insula Minturnis adiacens (Mela II, VII 18 et Mart. Capella § 644 pg. 527 « Pontiae »; Suet. in *Tib.* cap. 54 « Pontia », et in *Calig.* cap. 15 « Pontiae »). Liv. IX, 28: « Suessa et Pontiae eodem anno [U. C. CDXLI] coloniae deductae sunt. Suessa Auruncorum fuerat: Volsci Pontias, insulam suam, in conspectu litoris sui, incoluerant ». Diod. Sic. loc. cit.: Ὁ δὲ δῆμος, κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων, ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον τὴν Ποντίαν καλουμένην. Cf. Niebuhr *Hist. rom.* V 329 suiv. — Eius incolae Pontiani dicuntur (Liv. XXVII, 10). — Gentilitium Pontius frequens est in thes. epigr. Vide PONTIVS.

PONTIANVS, cognom. ital., ut Aufidius Pontianus Amiterninus (Varro *De r. r.* II, IX, 6). Vide PONTIA, et cf. inscr. apud Mommsen n. 4262, 4549.

PONTIDIVS, Ποντίδιος, dux Italicorum, apud Appian. *De bell. civ.* I, 40. Cf. gentil. Pontidius et Pontedius in lapid. apud Mommsen n. 3933, 4997, 5947, 6109.

PONTIFIX, *pontifex*, in lapid. rom., ut [P] · CINCIVS · PRISCVS · PONTIFIX (Orell. n. 1304). Cf. PONTEFICVM pro *pontificum*, apud Grut. 835, 8).

PONTICILLA, diminut. ponticae. Est cognomen rom. in inscr. apud Grut. 935, 14 (CASSIA · PONTICILLA).

PONTINA palus et tribus. Vide POMPTINVS.

PONTIVS, gentilitium samniticum, antiquiori orthogr. ƧIITИVП (púntiis) et ПОМПТIEΣ (Pomptius) = rom. *Quinctius*, e POMTIS = *quinque* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 289), ut C. Pontius (Liv. IX, 1-5, 11, 15, et epit. lib. XI; Flor. I, 16; Cic. *De off.* II 21 et *De sen.* cap. 12) Herennii Pontii filius (Liv. IX 1, 3 sq. Flor. loc. cit.). Cf. Pontius Telesinus (Vell. Paterc. II 27, et Flor. III 21), gr. Πόμπτιος (Diod. Sic. XXVII, 2 codd. Πομπήϊος) vel Πόντιος (Appian. *De reb. Samn.* IV, 2 sqq.), et Pontius Cominius (Liv. V, 46), gr. Πόντιος Κομίνιος (Plutarch. in *Cam.* XXV, 1) vel Γάϊος Πόντιος (Plutarch. *De fort. Rom.* cap. 12).

PONTVFEX, *pontifex*, antiquo scribendi more, ut Scaevola Quintus Pontufex Maxumus (Varro *De l. l.* V, 83 pg. 33). Cf. Fleckeisen *Epist. crit.* pg. 8, et gentil. Pontilius et Pontuleius.

POPAEDIVS. Vide POMPAEDIVS.

POPAIO, *Pompeius*, n. pr. m., sicut ПОПОNI pro *Pomponius*, in inscr. Pisaur. n. 77 g.

POPEDIVS. Vide POMPAEDIVS.

POPILIA. Vide POBLILIA.

POPILIVS. Vide POMPILIVS.

POPINIA tribus. Vide PVPINIA tribus.

POPINIVS ager. Vide PVPINIA tribus.

POPLARES et poplaris, *popularis*, adiect. e POPLO pro *populo*. Plaut. *Rud.* III, IV, 35: « Mea poplaris opsecro haec est ». — Poplares est cognomen rom. in titulo sepulcr. apud Mommsen n. 3054 (CLODIVS · POPLARES).

POPLE, *poploi* (populo), subst. m. dat. sg. 2 decl., e POPLO (VꟼVЧ puplu), apud Umbros (Lanzi II 829 = 738, Grotefend *Rud. l. u.* IV 17, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 33, Aufr. et Kirch. I 53, 60, 62, 117, II 108, 258, 271, Huschke *Die iguv. taf.* s. 615). Tab. eugub. VIb 55: [E]SME · POPLE · PORTATV · VLO = *huic populo portato illuc*. Tab. VIb 61: PACRER · PASE · VESTRA · POPLE · TOTAR · IIOVINAR = *propitii pace vestra populo civitatis Iguvinae*. Tab. VIIa 14, 17, 31, 50: PACER · PASE · TVA · POPLE · TOTAR · IIOVINAR [VIIa 50 IOVINAR] = *propitia pace tua populo civitatis Iguvinae*. Adde tab. VIIa 27.

POPLER, *popli* (populi), subst. m. genit. sg. 2 decl., e POPLO (POPLV = *populo*), Umbrorum linguâ (Müller *Die Etr.* I 54, Grotefend *Rud. l. u.* V 12, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 32, Lassen *Beiträge* etc. s. 30, Aufr. et Kirch. I 104, 118, II 108 sq., 117, 157, 239, 365, Huschke *Die iguv. taf.* s. 615). Tab. eugub. VIa 19: POPLER · ANFERENER · ET · OCRER · PIHANER = *populi circumferendi* (lustrandi) *et ocris piandi*. Tab. VIIa 16 sq., 30: SALVO[M] · SERITV · POPLER · TOTAR · IIOVINAR · TOTAR · IIOVINAR · NOME = *salvum servato populi civitatis Iguvinae, civitatis Iguvinae nomen*. Adde tab. VIIa 27.

POPLIFVGIA dies videtur nominatus, quod eo die tumultu repente fugerit populus; non multo enim post hic dies, quam decessus Gallorum ex urbe, et qui tum sub urbe populi ut Ficuleates ac Fidenates et finitimi alii, contra nos coniurarunt. Aliquot huius diei vestigia fugae in sacris apparent, de quibus rebus Antiquitatum libri plura referunt. Ita Varro *De l. l.* VI, 18 pg. 80. Macrob. *Saturn.* III, 2: « Piso ait vitulam victoriam nominari, cuius rei hoc argumentum profert; quod postridie nonas Iulias re bene gesta, cum pridie populus a Tuscis fugam versus sit, unde Populifugia vocantur, post victoriam certis sacrificiis fiat vitulatio ». Kalend. Maff. et Amitern. (Orell. II, 394) POPLIF.

POPLICE, *puplice* (publice), adverb. e poplicus (publicus), apud veteres, in Lege Thor. agr. cap. 16 (Append. n. LIX) et in Tab. Bant. cap. 1 (Append. n. LVI).

POPLICOLA, *Poblicola* (Publicola), cognomen rom., a *populo colendo* (Liv. II 8, Val. Max. IV, I 1; cf. Niebuhr *Hist. rom.* II 271, 313), ut P · VALERIVS · P · F · VOLVSI · N · POPLICOLA (*Fast. cons.*), gr. Πόπλιος Οὐαλέριος Ποπλικόλας (Dionys. Halic. VIII, 7; Plutarch. in *Popl.* I, 1 sq.), interrex et consul (Liv. III 8, 15; cf. II 20, VII 21, 23, 28, VIII 17, et epit. lib. CXXII; Val. Max. I, VIII 5, II, IV 5, IV, I 1 sq. et IV 1; Sil. Ital. II, 8), L. Valerius Poblicola trib. militum (Liv. V 26, VI 1, 5), M. Valerius Poblicola magister equitum et consul (Liv. VII, 17 sq.), P · VALESIVS · VOLESI · F · POPLICOLA (Grut. 97, 2; 480, 4), et L · GELLIVS · L · F · POPLICOLA (Mommsen n. 4065). Vide BOBLICOLA.

POPLICVS, *poblicus* (publicus), adiect. (= PVPLICVS et POVBLICVS), unde adverb. POPLICE = PVPLICE, apud veteres (cf. cognomen rom. POPLICOLA); ex. c. DE · AGRO · POPLICO (Append. n. LVII); in S. C. *de Bacch.* lin. 15 sq. (Append. n. LVIII) NEVE · IN · POPLICOD · NEVE · IN · PREIVATOD; in lege Thor. *agr.* cap. 1 (Append. n. LIX) AGER POPLICVS; in Tab. Bant. cap. 1 (Append. n. LVI) IN POPLICO IOVDICIO; in lege Servil. *De repet.* (Append. n. LX) cap. 9 EX TABOLEIS POPLI[CEIS], cap. 12 LIBROS LEITERASVE POPLICAS, cap. 17 IN TABOLEIS POPLICEIS SCRIPTVM HABETO; in S. C. De Tiburt. (Append. n. XXXVIII) NEQVE REIPOPLICAE VOSTRAE OITILE. Adde Tab. Genuat. lin. 13, 23, 25, 27, 35, 37 (Append. n. I), inscr. apud Mommsen n. 5753 (Orell. n. 3315), et cf. ΛΟΥΚΙΟΣ ΠΟΠΛΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ apud Murat. 1069, 1 (Boeckh n. 6498).

POPLO, *poplum* (populum), subst. m. acc. sg. 2 decl. (Lanzi II 829 = 738; Grotefend *Rud. l. u.* II 29, IV 24; Peter *Sprache und schrift* etc. s. 35; Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 34), pro POPLOM, sicut VꟻꟻVꟻ puplu pro ꟽVꟻꟻVꟻ puplum (genit. sg. POPLER, dat. POPLE, abl. POPLV = VꟻꟻVꟻ puplu), e syllaba redupl. pol (vide rad. PLE-, rom. *plere*), et suff. -o (pol-pol-o), apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* II 29, Aufr. et Kirch. I 62, 120 sq., 162, II 108, 239, 365). Tab. eugub. VIb 48: PONE · POPLO · AFERO · HERIES = *quum populum circumferre volet*. Tab. VIIa 29: SALVOM · SERITV · POPLO · TOTAR · IIOVINAR = *salvum servato populum civitatis Iguvinae*. Tab. VIIa 46: POSTERTIO · PANE · POPLO · ANDIRSAFVST = *post tertium quum populum —averit*. Döderl. *De voc. al.* etc. pg. 9: « *Populus* non nulli, sed nimio etiam pluribus Graecorum vocabulis simile est, ut non quid omnino comparem, sed quodnam pluribus ex verbis potissimum comparandum sit ambigam. Illud apparet reduplicatione auctum esse nomen; ut *poples Falle*, *populus* ἀπελλόν, *populari spolium*; sed radix quaenam subest? num πλέος, πολύς, ut idem sit *populus* quod *plebs*, πλῆθος? An πολλός, *pollere*, ut hac quoque re firmetur Niebuhrii sententia asseverantis, *populi* nomine Romanos olim nihil praeter *patriciorum* ordinem complexos esse? An πόλις, utpote πολισάντων? Nam Cretenses quum populum πόλχον vocabant, non ὄχλον intelligi volebant, metathesi nomen immutantes, ut vulgo creditur, sed δῆμον πολιοῦχον ». Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. II, 8.

POPLOE, *popli* (populi), nominat. pl. (Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 198, 203, II 147), apud veteres. Fest. *Qu.* X, 21 pg. 205: « Pilumnoe poploe in carmine saliari, *Romani*, velut pilis uti assueti: vel quia praecipue pellant hostis ».

POPLOM, *poplom* (populum), subst. m. acc. sg. 2 decl., antiquiori orthogr. ꟽVꟻꟻVꟻ (puplum), minus recte POPLO et VꟻꟻVꟻ (puplu), e POPLO, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* II 29, Aufr. et Kirch. I 51, 68, 116, II 108, 239, 292, Corssen *Ueb. aussprache* etc. I 249). Tab. eugub. VIIa 15: PRESTOTA · ꟻERFIA · ꟻERFER · MARTIER · SALVOM · SERITV · POPLOM · TOTAR · IIOVINAR = *Praestita Cerfia Cerfi Martii, salvum servato populum civitatis Iguvinae*. Tab. VIIb 3

APPEI · ARFERTVR · ATIERSIR · POPLOM · ANDERSAFVST = *postquam adfertor Attidius populum —averit.*

POPLV, *poplo* (populo), subst. m. abl. sg. 2 decl., antiquiori orthogr. VЛ1V1 (puplu), e POPLO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 118, II 108, 254). Tab. VIb 54: EETV · EHESV · POPLV = *exito ex hoce populo;* et NOSVE · IER · EHE · ESV · POPLV = *nisi ibis ex hoce populo.* Saepe invenitur cum praep. PER (POPLVPER = ᗡ31VЛ1V1 puplu-per h. e. *pro populo*), ut in tab. eugub. VIb 43, 45, VIIa 3, 6, 9, 10, 18 sq., 21, 24, 26, 32, 35, 37, 41, 53 POPLVPER · TOTAR · IIOVINAR [VIIa 9 IOVINAR] = *pro populo civitatis Iguvinae* (Aufr. et Kirch. I 157, II 108).

POPLVPER, *pro populo*, apud Umbros. Vide POPLV.

POPLVS, *popolus* (populus), unde adiect. POPLICVS (vide umbr. POPLO), POPLICOLA (BOBLICOLA) et POPLIFVGIA, apud Plaut. *Amph.* prol. vs. 101 et I, I 103, *Asin.* prol. vs. 4, *Aul.* II, IV 2, *Cas.* III, II 6, *Most.* I, I 15, *Pers.* III, III 4, *Pseud.* I, I 124, *Rud.* IV, VII 25. In columnae rostr. inscr. n. 2715 lin. 17 sq.: [TRIOMP]OQVE · NAVALED · PRAEDAD · POPLOM · [ROMANOM · DONAVET]. In inscr. apud Orell. n. 3674: POPLO · ROMANO. Fragm. libri *De schemat.* apud Egger pg. 368: « Rex inibi et puncto regnat suffragia popli ». Cf. Popleto in *Tab. Peuting.* segm. II*f*, BOPLO in tab. Gen. lin. 18 (Append. n. I) et Ποπλώνιον = *Populonium.*

ΠΟΠΛΩΝΙΟΝ. Vide POPVLONIVM.

POPOLVS, *populus*, antiquiori orthogr. POPVLOS et per contractionem POPLVS, apud veteres. Mar. Victor. pg. 2458 sq. P.: « Graeci in dativo, tam η litterae, quam ω adiiciebant ι iuxta: ita nostri, ut apparet ex libris antiquis foederum et ex legum, qui etiam si ex frequenti transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem: nam *o* non solum pro brevi et longa, sed etiam pro *u* poni, ut pro *populus*, ibi popolus, et ubi *piaculum*, ibi piacolom: sic et pro *huic*, hoic, pro *funus*, fonus. item alia multa ». In formula *capiendae Vestalis* (Aul. Gell. I, 12): PRO · POPOLO · ROMANO · QVIRITIVM. In formula *concipiendi ferias*, quae appellantur Compitalia (Aul. Gell. X, 24): DIE · NONI · POPOLO · ROMANO · QVIRITIBVS · COMPITALIA · ERVNT · QVANDO · CONCEPTA · FVERINT · NEFAS. In marmore Venafr. (*Bullett. arch. nap.* nv. sr. I, 51; Henzen n. 5171): VNIVERSVS · POPVLOS · VRBIS · VENAFRANAE. Cf. ποποῦλος apud Plutarch. in *Rom.* XIII, 2.

ΠΟΠΟΝΙ, *Pomponius*, n. pr. m. = pro pomponi (Lupi pg. 92), sicut apud Etruscos IИV1V1 (pupuni) pro IИV1ΜV1 (pumpuni) et ЛΑIИV1V1 (pupunial) pro ЛΑIИV1ΜV1 (pumpunial), e ΜV1V1 (pupuś) pro ΜV1ΜV1 (pumpuś). In olla sepulcr. (*Bullett. arch. nap.* nv. sr. an. I tav. XII n. 38): CVN · ΠΟΠΟΝΙ | A · D · IIII K · MAR h. e. *Quintus Pomponius a. d. IV Kal. Mar.* (cf. Garrucci in *Bullett.* cit. I, 184).


POPPEDIVS. Vide POMPAEDIVS.

POPPIDIVS, *Popidius*, gentilitium rom., ut SEX · POPPIDIVS · Ↄ · L · FAVSTVS (Mommsen n. 5541).

POPVLIFVGIA. Vide POPLIFVGIA.

POPVLOI, *populo*, dat. sg. apud veteres (Schneid. *Gramm der lat. sprache* II, 61), ut cameloi et caproi pro *camelo* et *capro*. Mar. Victor. pg. 2463 P.: « Dativis autem casibus apud nos iuxta apponebatur (*iota*) ... cum Populoi Romanoi, pro *populo* [*Romano*], solitos priores scribere ostenderem ».

POPVLONIVM vel Populonii et Populonia, Ποπλώνιον (Ptol. III 1, Diod. Sic. V 13, Strab. V, II 5 sq., 8), Etruriae oppidum, in ora maris, ex cuius ruinis *Piombino* crevisse creditur (Micali *Storia* etc. I, 99 sq., 153; cf. Pitti *Vita di A. Giacomini* in *Arch. stor. ital.* IV, II 219). Plin. III, VIII, 1: « Populonium Etruscorum quondam hoc tantum in littore ». Mela II, IV, 9 « Populonia »; Antonini *itiner.* pgg. 292, 501, 513, et *Tab. Peuting.* segm. III*e* « Populonio »; in numis aen. n. 291 sq. ΑИVЛ1V1 pupluna et ?VЛ1V1 puplu



(Passeri *Paralip.* pg. 182, Gennarelli in *Atti dell' Acad rom. d'arch.* XI, 176). Strab. V, II, 6: Τὸ δὲ Ποπλώνιον ἐπ' ἄκρας ὑψηλῆς ὕδρυται, κατερρωγυίας εἰς τὴν θάλασσαν καὶ χερρονησιζούσης, πολιορκίαν καὶ αὐτὸ δεδεγμένον περὶ τοὺς αὐτοὺς καιρούς. τὸ μὲν οὖν πολίχνιον πᾶν ἔρημόν ἐστι πλὴν τῶν ἱερῶν καὶ κατοικιῶν ὀλίγων, τὸ δ' ἐπίνειον οἰκεῖται βέλτιον, πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους λιμένιον ἔχον καὶ νεωσοίκους δύο· καὶ δοκεῖ μοι μόνη τῶν Τυρρηνίδων τῶν παλαιῶν αὕτη πόλεων ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι· αἴτιον δ' ἐστὶ τὸ τῆς χώρας ἀλίμενον· διόπερ παντάπασιν ἔφευγον οἱ κτίσται τὴν θάλατταν, ἢ προεβάλλοντο ἐρύματα πρὸς αὐτῆς, ὥστε μὴ λάφυρον ἕτοιμον ἐκκεῖσθαι τοῖς ἐπιπλεύσασιν. ἔστι δὲ καὶ θυννοσκοπεῖον ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ. κατοπτεύεται δ' ἀπὸ τῆς πόλεως πόρρωθεν μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδώ, ἐγγυτέρα δ' ἡ Κύρνος, ἑξήκοντά πως διέχουσα τῆς Σαρδόνος σταδίους. πολὺ δὲ μᾶλλον τούτων ἡ Αἰθαλία· προσεχεστέρα [γὰρ] τῇ ἠπείρῳ ἐστίν, ὅσον τριακοσίους διέχουσα σταδίους, ὅσους καὶ τῆς Κύρνου διέχει. ἄριστον δ' ἀφετήριον τοῦτο τὸ χωρίον ἐστὶν ἐπὶ τὰς τρεῖς τὰς λεχθείσας νήσους. εἴδομεν δὲ καὶ ταύτας ἡμεῖς, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ Ποπλώνιον, καὶ μέταλλά τινα ἐν τῇ χώρᾳ ἐκλελειμμένα. εἴδομεν δὲ καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὸν σίδηρον τὸν ἐκ τῆς Αἰθαλίας κομιζόμενον. Virg. *Aen.* X, 172 sq.:

« Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuvenes ».

Ubi Servius: « Populonia. civitas Thusciae. Matrem autem eorum, qui venerant, patriam dixit ut alibi ... Quidam Populoniam, post xii populos in Etruria constitutos, populum ex insula Corsica in Italiam venisse, et condidisse dicunt: alii Populoniam Volaterranorum coloniam tradunt: alii Volaterranos Corsis eripuisse Populoniam dicunt ». Plin. XIV, ii, 1: « Iovis simulacrum in urbe Populonio ex una conspicimus, tot aevis incorruptum ». Liv. XXX, 39: « Populonios inde quum pervenisset, stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exsaeverit, Ilvam insulam, et ab Ilva Corsicam, a Corsica in Sardiniam traiecit ». Cf. Ποπλώνιον ἄκρον, apud Ptol. III 1. — Eius incolae Populonienses. Liv. XXVIII, 45: « Etruriae primum populi, pro suis quisque facultatibus, consules adiuturum polliciti ..... Populonienses ferrum, Tarquinienses lintea in vela ». — Populonia vel POPVLONA (Henzen n. 5660 sq.) est cognomen Iunonis, quam populus invocabat, ut se tueretur (Macrob. *Saturn.* III 11, Arnob. III 30, et August. *De civ. Dei* VI 10 « Populonia Iuno »; Mart. Capella § 149 pg. 201 « Populona »). Populonius est cognomen rom. in inscr. apud Mommsen n. 6791-6793.

POPVLOS, *populus.* Vide POPOLVS.

POR-, *portare*, radix umbrica, antiquiori orthogr. -ꓷV⅃ (pur-), in vocc. PORTAIA = *portet*, PORTVST = *portaverit*, PORTATV et V†A†ꓷV⅃ (purtatu) = *portato.*

POR, *puer* (servus), ion. πόϊρ, sanscr. putra et pers. pusr (filius), apud veteres (Fest. *Qu.* XII, 25 pg. 257), in compositis OLIPOR (AVLVPOR), CAIPOR, LVCIPOR, MARPOR et MARCIPOR, PVBLIPOR, QVINTIPOR pro *Auli Caii Lucii Marci Publii Quinti servus.* Quintil. *Inst. orat.* I, iv, 26: « In servis iam intercidit illud genus, quod ducebatur a domino, unde Marcipores, Publiporesque ». Prisc. pg. 236 = 700 P.: « *haec arbor* quoque *arboris*, quod a *robore* derivatum illius declinationem servans corripuit paenultimam genetivi, et a *puero* composita Publipor Publiporis et Marcipor Marciporis (sic Probus; ita enim antiqui pro *Publii puer* et *Marci puer* dicebant), quae *o* non producunt in obliquis casibus: *unus constitit in agro Lucano gnarus loci, nomine Publipor* (Sallustius in iii historiarum hoc protulit) ». Plin. XXXIII, v, 10: « Aliter apud antiquos, singuli Marcipores, Luciporesque dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant: nec ulla domi custodia a domesticis opus erat ». — Sic pora pro *puera*, in inscr. apud Reines. cl. xvii n. 180 pg. 865 (IVL · AEXIA M · IVL · PORA).

POR, *per?*, praep. apud Sabinos. Vide PORCOPOR.

PORA, *qua* (ubi), adver., fortasse pro *potra* (cf. sanscr. cutra), comparandum cum osc. POIZAD = *quali*, e stirpe pronominali PO, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 88, 98, 151, II 274, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 16, Schweizer et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 217, 424, Huschke *Die iguv. taf.* s. 642). Tab. eugub. VIb 65 et VIIa 1 sq.: ETVTO · ERAFONT · VIA · PORA | BENVSO = *eunto easdem vias, quas venerunt.*

PORA, *puera.* Vide POR, *puer.*

PORGO, *pergo*, apud Lucret. I, 932.

PORCA, *porcas*, subst. f. acc. pl. 1 decl., pro porcaf, antiquiori orthogr. AꓘꓷV⅃ (purka) pro purkaf, Umbrorum linguâ (Lanzi II 829 = 738, Aufr. et Kirch. I 62, 113, Huschke *Die iguv. taf.* s. 613; cf. Passeri *Paralip.* pgg. 293, 328 et *Lett. Roncagl.* XV 238, XVI 268, Maffei *Osserv. lett.* VI 64, Grotefend *Rud. l. u.* VI 27). Tab. eugub. VIIa 6: RVBINE · PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV · PRESTOTE · ꟼERFIE · ꟼERFER · MARTIER = *ad —am porcas tres rufas aut piceas facito Praestitae Cerfiae Cerfi Martii.* Cf. gr. πόρκος et sanscr. varâha (aper).

PORCEO, *prohibeo*, quasi *porro arceo* (Paul. pg. 15), apud Lucil., Enn. *Trag.* vs. 369, Pacuv. vs. 67, et Acc. vs. 119 (Non. II 496 pg. 159, et Fest. *Qu.* XI, 4 pg. 218). Charis. pg. 244 = 217 P.: « porceo, porces, porxi, βιάζομαι ».

PORCETRA, sus quae semel peperit. Ael. Melissus (apud Aul. Gell. XVIII, 6): « Matrona est, quae semel peperit: quae saepius, materfamilias: sicuti sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius scropha ».

PORCOBERA vel Procobera et Porcifera, hodie *Polcevera*, fluvius Liguriae, Genuam alluens (Plin. III, vii, 2 « Porcifera »). In tab. Gen. (Append. n. i) PROCOBERA (lin. 9 sq. et lin. 14) et PORCOBERA (lin. 22 sq.).

PORCOPOR, *pro porco?*, apud Sabinos. Vide PORCVS.

PORCVLETVM, ager, terra in crebras porcas, seu areas et pulvinos elaborata serendi causa (Forcell. *Lexic.* s. v.). Plin. XVII, xxxv, 15: « Umbri et Marsi ad vicenas intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta ».

PORCVS, sus domesticus, ital. *porco*, apud Sabinos (umbr. AꓘꓷV⅃ purka et PORCA = *porcas*). Varro *De l. l.* V, 97 pg. 38: « Porcus, quod Sabinis dictum APRIMO PORCOPOR, inde porcus; nisi si a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scripta κάπρῳ καὶ πόρκῳ ». Ubi Muellerus: « POR videtur in lingua sabina eadem esse terminatio, quae in illis Umbriae monimentis PER in POPLVPER ».

ΠΟΡΠΑΞ, fons Siciliae, apud Aelian. *Var. hist.* II, 33.

PORRICIAE, *prosecta.* Vide PROSICIAE.

PORRIMA, soror vel comes Carmentae, a *porro* (ante), quia quae longe ante evenerant, canebat (ANTEVORTA), sicut POSTVORTA altera eiusdem comes

praedicens quae postea futura erant (Serv. in Virg. *Aen.* VIII, 336). Ovid. *Fast.* I, 633 sqq.:

« Porrima placantur, Postvertaque sive sorores,
Sive fugae comites, Maenali Nympha, tuae.
Altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur:
Altera versurum postmodo quidquid erat ».

PORSE, *qualis* (qui), pronom. relat. m. nominat. sg. = PORSEI et PORSI, antiquiori orthogr. ƎꟼVꟻ (pure), e stirpe pronominali PO-, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 106, 137, II 59, 254, 319, 367; cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 642, et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 35). Tab. eugub. VIb 63, VIIa 46, 51: PORSE · PERCA · ARSMATIA · HABIEST = *qui virgam —iam habebit.* Aliis est particula coniunctiva, *sicut, siquidem, prout* significans (Müller *Die Etr.* I 56, Grotefend *Rud. l. u.* IV 12, 14, VI 31, VII 7), quam cum gr. προσὶ comparat Lanzius (II 829 = 738).

§ 2. *Quales* (quos), pronom. relat. acc. pl. (Aufr. et Kirch. II 115, 227 sq., 319). Tab. eugub. VIb 40: ENOM · VASO · PORSE · PESONDRISCO · HABVS = *tum —os, quos in —is habuerit.*

PORSEI, *qualis* (qui), pronom. relat. m. nominat. sg. = PORSE et PORSI, antiquiori orthogr. ƎꟼVꟻ (pure), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 137 sq., II 71; cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 642). Tab. eugub. VIa 8 sqq.: ERSE · STAHMITO ESO TVDERATO EST · ANGLVTO | HONDOMV · PORSEI · NESIMEI · ASA · DEVEIA · EST · ANGLOME · SOMO · PORSEI · NESIMEI · VAPERSVS · AVIEHCLEIR | EST = *tum templum illud limitatum est ab angulo infimo, qui proxime ab ara —a est, ad angulum summum, qui proxime a lapidibus (?) —is est* (Aufr. et Kirch. II, 83). Vide PORSE.

§ 2. *Quales* (qui), nominat. pl. = PORSI et vetustiori orthogr. ƎꟼVꟻ pure (Aufr. et Kirch. I 137 sq., II 81 sq.). Tab. VIa 15: HONDRA · ESTO · TVDERO · PORSEI · SVBRA · SCREIHTOR · SENT = *infra istos fines, qui supra scripti sunt.*

PORSENA vel Porsenna et Porsinna, n. pr. etr., ut Lars vel Lartes Porsena (Liv. II 9, 11-15; Flor. I, 10; Eutrop. I, 11; Aur. Vict. *De vir. ill.* cap. 11 sq.; Horat. *Epod.* XVI, 4; Martial. I 22, XIV 98; Sil. Ital. VIII 389, 478, X 483, Serv. ad Virg. *Aen.* VI 819, VIII 646), vel Lars Porsenna (Virg. *Aen.* VII, 646, Tacit. *Hist.* III, 72, Plin. II, LIV 1, XXXIV, XIII 2, XXXVI, XIX 7, Serv. ad Virg. *Aen.* XI 134; cf. Drakenb. ad Liv. II, 9, et Niebuhr *Hist. rom.* II rem. 414), gr. Λάρας Πορσίνας sive Πορσήνας (Plutarch. in *Poplic.* capp. XVI-XIX, *De mul. virt.* § 14, et *Parall.* n. 7; Strab. codd. V, II, 2 Πορσινᾶς et Πορσηνᾶς; Polyaen. *Strat.* VIII 8 et 31, et Zonara V 12 Πορσίνας) vel Λάρος Πορσῖνος (Dionys. Halic. V 21 sq., 27 sq., 32, 34, VII 5), et Λαρτας Πορσεννας (Tzetz. *Hist. Chil.* VI, 39), rex sive lucumo Clusinorum, qui precibus Tarquinii Superbi bellum Romanis intulit (cf. Niebuhr op. cit. II 337 sq., IV 328, 427). Vet. interpres Cic. *pro Sextio* (Mai *Class. auct.* II 138): « cum Porsinnam Etruscorum regem vellet occidere ». Cf. Ἄῤῥος ὁ Πορσίνου τοῦ Τυῤῥηνῶν βασιλέος υἱὸς (Dionys. V, 36).

PORSI, *qualis* (qui), pronom. relat. m. nominat. sg. = PORSE et PORSEI, antiquiori orthogr. ƎꟼVꟻ (pure), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 137, II 58 sq., 114; cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 642). Tab. eugub. VIa 6 sq.: PORSI · ANGLA · ANSERIATO | IVST = *qui —as observatum ierit.* Vide PORSE.

§ 2. *Quales* (qui), nominat. pl. = PORSEI et vetustiori orthogr. ƎꟼVꟻ pure (Aufr. et Kirch. I 114 sqq.). Tab. eugub. VIa 19 sq.: PORSI · OCRER | PEHANER · PACA · OSTENSENDI = *qui ocris piandi —a ostenduntur.*

PORSINNA. Vide PORSENA.

PORTAIA, *portet*, praes. coniunct. 3 pers. sg., pro portaiat, e rad. POR- vel -ꓷVꟻ pur-, unde PORTVST = *portaverit*, V+A+ꓷVꟻ purtatu et PORTATV = *portato* (Aufr. et Kirch. I 60, 62, 82, 141, II 300, 305 sqq., Corssen et Aufrecht in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 21, 229, Huschke *Die iguv. taf.* s. 304), in tab. eugub. VIIb 1.

PORTATV, *portato*, imperat. 3 pers. sg., antiquiori orthogr. V+A+ꓷVꟻ purtatu (PORTAIA = *portet*, PORTVST = *portaverit*), Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 53, 142, II 257 sqq., 271, Huschke *Die iguv. taf.* s. 654 et s. 701). Tab. eugub. VIb 55: [E]SME · POPLE · PORTATV · VLO = *huic populo portato illuc.*

PORTELLA, *portula*, ital. *portello.* Gloss. apud Labb.: « Portella, ῥυποπύλιον. παραπύλιον ».

PORTENSIS, *Portuensis*, adiect. ad Portum Tiberis pertinens, in lapid. apud Grut. 437, 2, et 1027, 4. Cf. Murat. 654, 1, et Forcell. *Lexic.* s. v. *Portuensis.* — Portensius est gentil. Bononiense, ut Γάϊος Πορτήσιος Φρόντων, Σέξτου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας (Phleg. Trall. fragm. n. 29).

PORTICVLVS, *porticula* (parva porticus). Inscr. apud Murat. 1716, 14 (Marini *inscr. Alb.* pg. 118): HAEC AVTEM MACERIA | COMPRESA CVN MVNI|MENTO · ET PORTICVLO | QVAE · FACIT · IN FRONTE | PEDES · XX · IN AGRO · PEDES | XVII | EVSEVIORVM.

PORTICVNCVLA, *parva porticula.* Inscr. apud Orell. n. 4821 (Gori I 195, Murat. 885, 7): AGATHOPVS AVG · LIB · INVITATOR|QVE · AD MODVM · IN INTROITVM PORTICVNCVLAE | AD MONIMENTVM etc.

PORTVNIVM, Romae locus, ubi flores et coronae veniebant, ap. vet. Schol. Front. *Ep. ad M. Caes.* pg. 14 (ed. 1823).

PORTVNVS et Portumnus, Deus apud veteres, a portu dictus (Cic. *De nat. deor.* II, 26). Paul. pg. 243:

« Portunus, qui et Palaemon [Παλαίμων], a Romanis inter deos colebatur ». Et pg. 56: « Claudere et clavis ex graeco descendit, cuius rei tutelam penes Portunum esse putabant, qui clavim manu tenere fingebatur, et deus putabatur esse portarum ». Virg. *Aen.* V, 241 sq.:

« Et pater ipse manu magna Portunus euntem
Impulit ».

Ubi Servius: « Portunus: deus marinus, qui portubus praeest; et bene impulit eum ipse iam vicinum portui ..... Melicerta in Portunum (*versus est*), qui graece Palaemon dicitur: nam λιμὴν portus dicitur, unde Palaemon ». Ovid. *Fast.* VI, 547 sq.:

« Quem nos Portunum, sua lingua Palaemona dicet:
Ite, precor, nostris aequus uterque locis ».

Cf. Mart. Capell. § 4 pg. 17 et § 425 pg. 384. — Portunalis, adiect. ad Portunum pertinens, ut Portunalis flamen (Fest. *Qu.* XI, 1 pg. 217, cit. ad voc. PERSILLVM), et Portunalia, sacra in honorem Portuni vel Portumni. Varr. *De l. l.* VI, 19 pg. 81: « Portunalia dicta a Portuno, quoi eo die aedes in portu Tiberino facta et feriae institutae ». Cf. Kalend. antiq. apud Orell. II 396 sq. (PORTVNO).

PORTVST, *portaverit*, futur. exact. 3 pers. sg., e rad. POR- vel -ꝹV⅃ pur- (PORTAIA = *portet*, PORTATV et V⊦Ꞁ⊦ꝹV⅃ purtatu = *portato*), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 146, II 300, 306, Huschke *Die iguv. taf.* s. 304 et s. 652). Tab. eugub. VII b 3: SVE · NEIP · PORTVST · ISSOC = *si nec portaverit illos.*

POS, *pons*, apud veteres. Varro *De l. l.* V, 4 pg. 2: « videtur enim pos significare potius *pontem* quam *potentem* ».

POS, *pos* (post), praep. umbr. pro POST, et antiquiori orthogr. ƧV⅃ pus pro ⊦ƧV⅃ pust (Aufr. et Kirch. I 83, 155, II 180, 292 sq.), unde pus-pane = *postquam*, in tab. eugub. VII a 46, ubi POSTERTIO · PANE · POPLO · ANDIRSAFVS = *post tertium quam populum —averit.* Cf. osc. POSMOM.

POS?, *post*, praep. osca, in voc. POSMOM = *postremum (?).*

POS, *post*, = umbr. et osc. (?) POS et antiquiori orthogr. ƧV⅃ (pus), praep. In inscr. apud Henzen n. 5520: EX TABVLA AEREA QVE FIXA EST ROMAE IN MVRO POS TEMPL · DIVI AVG AD MINERVAM. *Gromat. veteres* (ed. Lachmann), pg. 118: « pos legem datam »; pg. 294 « pos te »; et pg. 329: « pos si finem habet multas aquas *etc.* ». In titulo coemet. (*Catac. de Rome* pl. VI): POS MORTE PATRIS LVCE VIDIT. Cf. posquam pro *postquam* (Mar. Victor. pg. 2467 P.), POSCOLVMNAM (Marini *Arvali* pg. 182 nt. 134 et pg. 298), POSTEMPLVM (*Nov. Fiorent.* an. 1786 pg. 574; cf. Marini op. cit. pg. 169) et POSTEMPVS (Orell. n. 2485 *a*).

POSE (?), *poseit* (posuit), in marmore etrusco-rom. n. 1091.

POSEDEO, *possedeo* (possideo), = POSIDEO, apud veteres. Tab. Gen. lin. 28 sq. (Append. n. I): QVEI · INTRA · EOS · FINEIS · AGRVM · POSEDET · GENVAS · AVT · VITVRIVS · QVEI · EORVM · POSEDEIT · K · SEXTIL · L · CAICILIO | Q · MVVCIO · COS · EO · SITA · POSIDERE · COLEREQVE · LICEAT.

POSEIT vel posit et posieit, *posivit* (posuit), ital. *pose*, in lapidibus romanis (Fabr. cap. III n. 225 pg. 137 et cap. IV n. 3 pg. 247, Grut. 541 8, 571 9, 724 8, 882 14, Murat. 939 2, 1520 1, Maffei *Mus. ver.* 154 2, 160 6, 225 7, 256 6, Orsato *Marm. erud.* pg. 82, Visconti *Op. var.* I 78, Furlan. *Lap. est.* n. 47 pg. 138 et nt. 4, Mommsen n. 4387, 5232, 5342, 5462 POSIT; Orell. n. 732, 1903, et Furlan. op. cit. pg. 140 nt. 4 POS|T). Inscr. apud Mommsen n. 5409: P · OBELLIVS · P · L | SODOLA · OBELLIA · P · L | TEVDATA · POSEIT. Alia inscr. apud eund. n. 5335: C · ATTIO · L · F | SER · RAPONI | EPHESIA · LIB | POSIEIT; et n. 5424: C · SVETEDIVS | C · F · SER | MAGLATIVS | DIOCHARES · POSIEIT.

REGLESCIT, *crescit*, apud veteres (Paul. pg. 279). Fest. *Qu.* XIII, 15 pg. 278): « [R]eglescit, cum dixit [Plautus, significat *crescit*, ho]c versu: *vix super*[..... *va*]*e misero mihi ac* [..... *reglescit.* factum est a gliscit:] inde etiam glires dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcrescit ».

REDANTRVARE dicitur in Saliorum exultationibus, cum praesul ampiruavit (leg. *amptruavit*), quod est, motus edidit, ei referuntur invices idem motus. Lucilius: *praesul ut ampiruet, inde vulgus redamplavit at* (leg. *amptruat inde: ita volgus redamptruat ollim*). Pacuvius [vs. 104 sqq.]: *Pro*[*m*]*erenda gratia: simul cum videam Graios nihil mediocriter redamptruare, opibusque summis persequi.* Haec Festus *Qu.* XIII, 8 sq. pg. 270. — *Redamptruare* e *red-amb-trare* h. e. *red-amb-ire*, formatum putat Corssenius (*Orig. poes. rom.* pg. 79).

REDARATOR, deus, apud veteres, teste Servio ad Virg. *Georg.* I 21 cit. ad voc. IMPORCITOR § 2.

REDDEDISSE et reddedisset, *reddidisse* et *reddidisset*, in tab. lignea apud Henzen n. 6087.

REDDEI, *reddi*, in lege Rubria *de civ. Gallia Cisalp.* col. 2 lin. 55.

REDDVCERE, *reducere*, apud Gaii *instit.* pg. XXXVII (Lachm.).

REDEPTVS et Redepta, *Redemptus* et *Redempta*, n. pr., in titulis sepulcr. apud Vermigl. *Inscr. per.* pg. 546 n. 193 et Lupi pg. 110.

REDERGVISSE, *redarguisse*, apud veteres. Fest. *Qu.* XIII, 9 pg. 273: « Redarguisse † per *e* litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiasse, ut idem etiam pertisum ».

REDHOSTIRE, *redire*, apud veteres (Att. vs. 92, Naev. vs. 64 ed. Ribbeck). Non. II 740 = pg. 165: « Redhostit, *redit.* Accius Amphit.: *Quid hic redhostit viam: comitem obiet facilius.* Idem Didascalico lib. II: *Ut dum velint brevitatem consequi verborum aliter ac sit relatum redhostire sponsum* ».

REDIBIBVS, *redivivus*, adiect. Auct. *De diff. voc.* pg. 2208 P.: « Inter redibivum per *b* literam et redivivum pro *v* hoc interest: redibivum quod nascitur: redivivum quod reviviscit ».

REDIDEI, *reddidi*, in titulo Manii Aquilii Galli lin. 12 (Append. n. LVII).

REDIEIT, *rediit*, apud Plaut. *Merc.* III, I, 32 (Ritschl), et in inscr. apud Orell. n. 563. Cf. Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 354.

REDICVLVS, deus apud Romanos. Fest. *Qu.* XIII, 19 pg. 282 (Paul. pg. 283): « Rediculi fanum extra portam Capenam Cornifi[cius ..... statuit pro]pterea appel[latum esse, quod accedens ad u]rbem Hannibal, ex eo loco redierit, quibusdam visis perterritus ». Cf. *campum Rediculi* apud Plin. X, LX, 2.

REDINVNT, *redeunt* (Paul. pg. 287). Fest. *Qu.* XIII, 23 pg. 286): « [Redinunt significat *redeunt*]: Ennius [in annalibus ..... *red*]*inunt in* [*patriam.* item prodinunt, ferinunt pro *prod*]*eunt*, *feriunt* ».

REE, *re*, in cippo apud Grut. 1046, 6.

REFERE, *referre*, in lege Servil. *Repet.* cap. 12 (App. n. LX).

REFRIVA dicebant, quae ex segete causa auspicii domum ad sacrificium referebant (Paul. pg. 276). Fest. *Qu.* XIII, 13 pg. 277: « Refriva fabra (*faba*) dicitur, [ut] ait Cincius quoque, quae ad sacrificium referri solet domum ex segete auspici causa, quasi revocan[s] fruges, ut domum datantes * tevirtico (leg. *ditent: ea est virtute*) ad rem divinam faciendam. Aelius dubitat, an ea sit, quae prolata in segetem domum referatur, an quae refrigatur, quod est torreatur. sed opinionem Cinci adiuvat, quod in sacrificiis publicis, cum puls fabata dis datur, nominatur refriva ». Cf. Plin. XVIII, XXX 2, et Forcell. *Lexic.* s. h. v.

V✱Ǝꟼ (rezu), *Retius* vel *Resius*, gentil. etr. (genit. sg. MV✱Ǝꟼ rezuś) = VƧƎꟼ (resu), ut V✱Ǝꟼ · VA (au rezu, n. 1298) = *Aulus Retius*, V✱Ǝꟼ : A⅃ (la rezu, n. 1297, 1299, 1302) et V✱Ǝꟼ · IOꟼA⅃ (larthi rezu, n. 1303) = *Lars Retius.* In lapide apud Murat. 818, 6: T · RETIVS · T · F · QVI · BARBA. Vide IV✱Ǝꟼ (rezui), quod sequitur.

IV✱Ǝꟼ (rezui), *Retia* vel *Resia*, n. pr. f. (= IV+Ǝꟼ retui), e V✱Ǝꟼ (rezu) = *Retius.* Tit. sepulcr. n. 1725: IV✱Ǝꟼ · IOꟼA⅃ (larthi rezui) = *Lartia Retia.*

MV✱Ǝꟼ (rezuś), *Retii* vel *Resii*, n. pr. m. genit. sg. (= MV+Ǝꟼ retuś), e V✱Ǝꟼ (rezu), apud Etruscos. Tit. sepulcr. n. 1301: MV✱Ǝꟼ · I+AИIꟼV (urinati rezuś) = *Urinatia Retii* uxor. Adde inscr. n. 1300.

-⊘ƎD (reh-), pro reg-, radix umbrica, = samnit. -ↃƎD (reg-), in adverb. ƎY⊘ƎD (rehte) = *rec-te.* Cf. osc. [ЯVTBƎ]D (rehtúd).

ƎY⊘ƎD (rehte), *recte*, adverb. umbr., a particip. perf. pass. rehto, quod e rad. -⊘ƎD (reh-) pro reg- (osc. -ↃƎD), sanscr. r̥g' vel arg', rom. *reg-ere*, gr. ὀ-ρέγ-ω (Passeri *Lett. Roncagl.* XVI 281, Lanzi I 395 = 309, II 831 = 741, Grotefend *Rud. l. u.* VII 9, VIII 12, Aufr. et Kirch. I 40, 42, 78, 150, II 169, 328 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 660), in tab. eugub. V a 24, 26, 29. Vide VYADVK (kuratu) = *curatum.*

[ЯVTBƎ]D (rehtúd), *recte* (?), adverb. samnit., (abl. sg.) = umbr. ƎY⊘ƎD rehte, e rad. -BƎD (reh-), umbr. -⊘ƎD reh- pro -ↃƎD (reg-), rom. *reg-ere* (Mommsen *Die unterit. dial.* pg. 292; cf. Huschke *Die osk.* etc. s. 39, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* V, 85), in tab. Abell. n. 2783 lin. 16

?AIƎOƎq (retheia), in operculo ossuarii Clus. n. 776 bis.

ƎƆIƎq (reice), *Ricius* vel *Recius*, n. pr. m. in lucerna fictili n. 1923. Vide AIƆIƎq (reicia) et deminut. AИƆIƎq (reicna).

AIƆIƎq (reicia), *Ricia* vel *Recia*, n. pr. f., unde ⅃AIƆƎC (recial) et ⅃AИƆIƎq (reicnal) = *Riciniá* (?), apud Etruscos (vide ƎƆIƎq reice), in urna sepulcr. n. 693.

AИƆIƎq (reicna), *Ricinius*, n. pr. m. (abl. fem. ⅃AИƆIƎq reicnal), e ƎƆIƎq (reice) = *Ricius*. In urna etr. n. 2569 ter: AИƆIƎq · O⅃ (lth reicna) = *Lars Ricinius*.

⅃AИƆIƎq (reicnal), *Riciniá*, n. pr. f. abl. sg., e AIƆIƎq (reicia), sicut AИƆIƎq (reicna) e ƎƆIƎq (reice). Urna clusina n. 693: « . . . reicia reicnal » = . . . *Ricia*

⅃AИƆIƎq·AIƆIƎq

Riciniá nata.

ƧVqIMAKƎC (rekapirus), perperam in tab. eugub. II a 33, pro ƧVqIMAK (kapirus), quod vide.

RECEPSO, *recepero*, apud Catull. XLIV, 19.

RECESIT et receserunt, *recessit* et *recesserunt*, in tit. coemet. apud Perret *Catac. de Rome* pl. XXXV n. 105 (RECESI[T]) et pl. XLIX n. 169 (IN PACE RECESERVND).

⅃AIƆƎC (recial), in etr. speculo n. 480, comparandum cum AIƆIƎq (reicia) = *Ricia* vel *Recia*.

RECIPERATIO, *recuperatio*, apud veteres. Fest. *Qu.* XIII, 12 pg. 274 (Paul. pg. 275): « Reciperatio est, ut ait Gallus Aelius, cum inter populum, et reges nationesque et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque privatas inter se persequantur ».

RECIPERATOR, *recuperator*, apud Fest. *Qu.* XIII, 12 pg. 274 cit. ad voc. RECIPERATIO.

RECIPERATVS, *recuperatus*, e recipero = *recupero*, apud Iustin. XXXVI 1, Tacit. *Hist.* III 22, Fest. *Qu.* XIII 12 pg. 274 (cit. ad voc. RATVMENA) et in tit. apud Orell. n. 1861 (RECIPERATIS VECTIGALIBVS), et Mommsen n. 5619.

RECIPERO, *recupero*, apud veteres (Mommsen *Inscr. Neapol.* n. 3581; cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *recupero*), sicut RECIPERATVS, RECIPERATOR et RECIPERATIO.

RECIPIE, *recipiam* (Paul. pg. 287). Fest. *Qu.* XIII, 24 pg. 286: « Recipie apud Catonem, pro *recipiam*, ut alia eiusmodi complura ».

RECONCILIASSO, *reconciliavero*, apud Plaut. *Capt.* III, IV, 44.

RECORDO, *in memoriam revoco*, ital. *ricordo* (ant. *recordo*). Quadrig. apud Non. VII, 65 pg. 475: « Is ubi Daciam cognovit, et patria eum recordavit ».

RECTITATOR, *rector*. Vet. poeta apud Mar. Victor. pg. 2551 P.: « Caeruli monarcha ponti ratisque rectitator ».

RECVIES, *requies*, in titulo sepulcr. apud Fabr. cap. V n. 331 pg. 408 (RECVIE ET MEMORIAE DIVTVRNAE).

RELATAST, *relata est*, in titulo sepulcr. apud Grut. 826, 6.

RELICVS, *relicuus* (reliquus), adiect., in Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II, 8. Vide RELIQVS.

RELINCVNT et relincuntur, *relinquunt* et *relinquuntur*, apud Gaii *instit.* pg. XLIII (Lachm.).

RELIQVEI, *reliqui*, nominat. pl., in lege Iul. *Municip.* cap. 11 (lin. 151 apud Mommsen *Inscr. lat. ant.* pg. 123).

RELIQVID, *reliquit*, e *relinquo*, in lapid. apud Fabr. cap. IV n. 52 pg. 254, Grut. 691 8, 942 8, Mommsen n. 5369 et Henzen n. 6669.

RELIQVOM, *reliquum*, in tab. Malacit. col. 4 lin. 15 (Henzen n. 7421).

RELIQVS, *reliquus*, adiect., in Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II 370. Vide RELICVS.

RELIQVT, *reliquit*, in tab. marm. apud Grut. 126 col. 2.

RELLATVM, *relatum*, e *refero*. Lex Thor. agr. cap. 38 (Append. n. LIX): IN FORMAM PVBLICAM RELLATVM [ERIT].

RELLIQVIAE, *reliquiae*, subst. f. Inscr. apud Oderic. *Dissert.* pg. 39: VLTVMA | SVORVM | CVPEINNIA | L · F · TERTVLLA | FVIET · QVIVS | HEIC | RELLIQVIAE | SVPREMA | MANENT. Cf. Virg. *Aen.* I 34.

RELOQVI. Vide ELOQVI.

RELVERE, *resolvere*, *repignerare*. Caecilius in Carine [vs. 104 sq.]: *Ut aurum, et vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ips*[*a*] *oppos*[*i*]*vit pignori.* Ita Fest. *Qu.* XIII, 17 pg. 281 (Paul. pg. 280). Cf. Licin. Mac. apud Non. I, 259 = pg. 52.

ƎИA⁎AMƎC (remazane), —*ia*, n. pr. f., pro remazanei, = IƎИA⁎MƎq (remzanei) et contractiori forma IƎИ⁎MƎq (remznei), apud Etruscos (cf. ROMATINVM flumen). Operc. ossuarii clus. n. 511: « thana rema-

ƎИA⁎AMƎq:AИAO

[z]ane = *Tannia* —*ia*.

REMASISSE, *remansisse*, in tab. lignea apud Henzen n. 6087.

REMEISSERIT, *remiserit*, in lege Rubria *De civ. Galliae Cisalp.* cap. 19 lin. 6.

REMELIGO, *remora* (mora), apud veteres. Fest. *Qu.* XIII, 13 sq. pg. 277 (Paul. pg. 276): « Remeligines et remorae a remorando dictae sunt [a] Plauto in [Cas]ina [IV, III, 7]: *Nam quid illae nunc tam diu intus remorantur remeligines.* ab Afranio in Prodito [vs. 277]: *remeligo a Laribus missa sum hanc* (leg. *haec* vel *hunc*), *quae cursum cohib*[*eam* . . . . . Plautus Trin]ummo [I, I, 15 sq.]: *Quae in rebus multis obstant odiosaeque sunt, Remoramque faciunt rei privatae et publicae.* [Lucilius: *Quaenam vox ex te resonans*] *meo gr*[*adu remoram facit*] ». Glossae Isid.: « Remilicines, *remoratrices* ». Cf. Müller. in Fest. pg. 402.

⁎MƎq (remz). Vide ⅃AИ⁎MƎq (remznal).

IƎИA⁎MƎq (remzanei), —*ia*, n. pr. f., pro remazanei,


= IƎИ⊀MƎꟼ remznei, apud Etruscos (vide ƎИA⊀AMƎO remazane et AИ⊀MƎꟼ remzna). In operc. ossuarii clus. n. 527: IƎИA⊀MƎꟼ : AIИAO (thania remzanei) = *Tannia —ia* (*Remnia*, secundum Vermigl. *Opusc.* IV, 22).

AИ⊀MƎꟼ (remzna), *—ius*, gentil. clusinum, pro pleniori forma remazana, unde IƎИA⊀MƎꟼ (remzanei) = IƎИ⊀MƎꟼ (remznei), ⅃AИ⊀MƎꟼ (remznal), et cognomen fem. AƧAИ⊀MƎꟼ (remznasa). In titulis sepulcr.: AИ⊀MƎꟼ : OA (ath remzna, n. 694 bis *a*) = *Attius —ius*; AИ⊀MƎꟼ : ꟼA (ar remzna, n. 694 bis *b*) = *Arrius —ius*; AИ⊀MƎꟼOИꟼA (arnth remzna, n. 694) = *Aruns —ius*; AИ⊀MƎO : ⅃Ǝꟻ (vel remzna, n. 695 sq.) et AИ⊀MƎꟼ : ⅃ꟻ (vl remzna, n. 698) = *Velius —ius*. Vide ƎИA⊀AMƎO (remazane), quod comparari potest cum fluminis Romatini nomine.

§ 2. *—ia*, n. pr. f. (?), pro IƎИ⊀MƎꟼ (remznei), unde abl. sg. ⅃AИ⊀MƎꟼ (remznal), in titulis sepulcr. n. 696 bis *a*, 697.

⅃AИ⊀MƎꟼ (remznal), *—iâ*, n. pr. f. (abl. sg.), e AИ⊀MƎꟼ (remzna), in titulis sepulcr. n. 531, 611 bis (⊀MƎꟼ remz), 905 bis *b*.

AƧAИ⊀MƎꟼ (remznasa), *—ii uxor*, cognom. mulieris etr., e AИ⊀MƎꟼ (remzna). Operc. ossuarii clus. n. 791 bis: « vupinei remznasa » = *Vibenna —ii uxor.*



Adde urn. clus. n. 716. In urna n. 698 *bis* perperam AƧAИ⊀MƎ (emznasa) pro remznasa.

IƎИ⊀MƎꟼ (remznei), *—ia*, n. pr. f., = IƎИA⊀MƎꟼ (remzanei) pro remazanei, e AИ⊀MƎꟼ (remzna), apud Clusinos (vide ƎИA⊀AMƎꟼ remazane). In tit. sepulcr. n. 693 bis et n. 907: IƎИ⊀MƎꟼ : AИAO (thana remznei) = *Tannia —ia*.

REMILLVM dicitur quasi repandum (Paul. pg. 276). Fest. *Qu.* XIII, 14 pg. 277: « Re[millum dicitur quasi repandum.] Lucilius: Suda ..... *remil*[*l*]*um*. et Afra-[nius in ..... co]xendice pergam ..... ».

REMIS, *Remius*, n. pr. m., in titulo sepulcr. apud Lanzi I 162 = 123 n. 3.

ƎИMƎꟼ (remne), *Remnius* (Remmius), in tegula sepulcr. n. 204.



Cf. AИ⊀MƎꟼ (remzna), IƎИ⊀MƎꟼ (remznei) cet.

REMONA. Vide REMORIA et REMONIVM.

REMONIVM, Ῥεμώνιον, pars Aventini montis, appellatum a Remo, postea Rignarium dictum (vide REMORIA). Plutarch. in *Rom.* IX, 7: Ῥῶμος δὲ χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερὸν, ὃ δι' ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη Ῥεμώνιον, νῦν δὲ Ῥιγνάριον καλεῖται.

REMORA, *mora*, *tardatio*, apud Lucil. et Plaut., cit. ad voc. REMELIGO. — *Remoram*, vocare *Romam* quidam priorum civium certabant. Enn. *Ann.* vs. 85 (apud Cic. *Div.* I 48): « Certabant urbem Romam Remoramne vocarent ».

REMORBESCAT, *in morbum recidat* (Paul. pg. 276). Fest. *Qu.* XIII, 14 pg. 277: « [Re]morbescat En[nius posuisse videtur, pro *in mor*]*bum recidat* ».

REMORES in auspicio aves dicuntur, quae acturum aliquid remorari compellunt (Fest. *Qu.* XIII, 14 pg. 277, et Paul. pg. 276). Cf. Aur. Vict. *De orig. gentis Rom.* cap. 21, cit. ad voc. REMVS.

REMORIA vel Remuria et Remona (?), Ῥεμωρία (Plutarch. in *Rom.* XI, 1) vel Ῥωμορία (Dionys. Halic. I, 87), locus in summo Aventino, ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus (Aur. Vict. *Orig. gentis Rom.* cap. 23). Fest. *Qu.* XIII, 14 pg. 277 et Paul. pg. 276: « Remurinus ager dictus, quia possessus est a Remo, et habitatio Remi Remuria (Paul. « *Remona* »). Sed et locus in summo Aventino Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condenda fuerit auspicatus » (vide REMONIVM). — Remuria -orum, dies funesti, quibus Remi umbra sacrificiis placabatur. Ovid. *Fast.* V, 479:

Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit
  Illam, qua positis iusta feruntur avis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
  Litera, quae toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixere silentum;
  Is verbi sensus, vis ea vocis erat.

REMVLVS, Tiburs, diminut. Remi, apud Virg. *Aen.* IX, 360 (Tiburti Remulo). Ubi Servius: « Caedicus quidam Tyburti Remulo, cum eum sibi absens hospitio vellet adiungere, misit phaleras et cingula, bullis aureis, hoc est clavis insignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini haec reliquit, qui postea victus a Rutulis est, et occisus: post cuius mortem apud Rhamnetem Rutulum ab Euryalo haec reperta sunt munera. Quod autem dixit Tyburti Remulo, aut Tyburtino intelligimus, hoc est de Tybure, ut sit dativus ab appellativo veniens hic *Tyburs*: aut *Tyburti*, hoc est filio Tyburti; ab eo, quod est *hic Tyburtus*, *huius Tyburti*, ut sit *Tyburti Remulus*, sicut VI 36 *Deiphobe Glauci* ».

§ 2. Rutulus, de quo Virg. *Aen.* IX, 592 sq. (cf. IX, 633): « fortemque manu fidisse Numanum, cui Remulo cognomen erat ».

§ 3. Alius est Remulus Rutulus, de quo Virg. *Aen.* XI, 636 (« Orsilochus Remuli »).

§ 4. Frater Romuli (vide REMVS vel Romus). Sulpicia *Sat.* vs. 19: « Sed genus Ausonium, Remulique exturbat alumnos ».

§ 5. Albanorum rex. Vide ROMVLVS.

REMVRIA. Vide REMORIA.

REMVRINVS ager. Vide REMORIA.

REMVS, Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX, 328. Vide REMVLVS § 2 sq.

§ 2. Remus vel Romus et Rhomus, Ῥέμος (Diod. Sic. VIII 4) vel Ῥῶμος (Strab. V, III 2; Dionys. Halic. I, 79 sq.; Appian. *De reg.* cap. 2; Aelian. *Var. hist.* VII, 16; Schol. in Oppian. *Halieut.* II, 675; Plutarch. in *Rom.* VI 3, VII 3 sq., VIII 1; Dio Cass. XXXVII 9 et fragm. n. 1; Callias Syracus. fragm. n. 5), frater Romuli primi Romanorum regis (Liv. I, 7; Virg. *Georg.* II 533, *Aen.* I 292; Horat. *Epod.* VII, 19; Aur. Vict. *De orig. gentis Rom.* cap. 23; Ovid. *Fast.* IV, 55 sq.); a remora h. e. tarditate appellatus, quippe talis naturae homines ab antiquis remores dicti (Aur. Vict. op. cit. cap. 21). Alii narrant vocatos esse Romulum et Remum, a ruma, quia sugentes visi essent lupam (Diocles Pepareth. fragm. n. 1 cit. ad voc. ROMA). Apud veteres scriptores, qui de Romae conditoribus dissertaverunt, legimus Remum vel Rhomum Aeneae ex Lavinia filium (Apollod. apud Fest. *Qu.* XIII, 5 pg. 269) vel ex Rhoma Telemachi (Clinias in *Fragm. hist. gr.* IV 366, et Serv. ad Virg. *Aen.* I 273) aut Ascanii filia natum (Agathocl. Cyzic. fragm. n. 8; cf. Dionys. Chalcid. fragm. n. 11), vel Alba, Romuli Aenea nati nepte (Alcim. Sic. fragm. n. 6), vel Iove conceptum (Antig. fragm. n. 1). Alii volunt Romum et Romulum Latini filios ex Roma muliere troiana (Callias Syracus. fragm. n. 5 apud Dionys. Halic. I 72). Cf. Cephal. Gergith. fragm. n. 7, Euseb. Caesar. *Chron.* I 283 ed. 1818 (Romus et Romylus), et vide Fest. *Qu.* XIII, 4-6 pg. 266 sqq. cit. ad voc. ROMA.

RENANCISCOR, *reprehendo*, apud veteres. Fest. *Qu.* XIII, 14 pg. 277 et Paul. pg. 276: « Renancitur (*renanxitur*) Verrius ..... significare ait *reprehenderit.* unde adhuc nos dicimus nanciscitur, et nanctus, id est adeptus ».

RENASCES, *renascens*, particip. praes. In numis Galbae imperat. (Cohen *Méd. impér.* I 224 n. 60 sq. et n. 271): ROMA · RENASCES.


IOƎИƎꟼ (renethi), quod legitur in cippo perus. n. 1914 *B* lin. 7, ad gr. ῥαίνω (inspergo) trahit Vinc. Campanarius (*Giorn. arcad.* XXXIV, 213). *Renes apponito* (rene thi) exponit Sec. Campanarius (*Tav. Perus.* pg. 36).

?[ƎИIИƎꟼ] (renine), in titulo etr. n. 895.

RENOBATOR, *renovator*, sicut RENOBATVS pro *renovatus*, in titulo Campano apud Mommsen n. 4023.

RENOBATVS, *renovatus*, adiect. (cf. RENOBATOR). Est cognomen rom. Inscr. apud Mommsen n. 3893: HIC · REQVIESCIT · IN · SOMNO · PACIS | RENOBATVS · QVI · VIXIT · ANNOS · XXIII | DEPOSITVS · KAL · IVLIAS · QVATER · P · C | BASILI[I] · V · C (post Chr. 545).

ƎI↓ИƎᗡ (renchie), *Rennechius?*, n. pr. m. Olla sepulcr. n. 205: « ar renchie » = *Aruns Rennechius* (Lanzi II



401 = 330 ad n. 214 et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 144). Vide voc. sq.

MƎI↓ИƎꟼ (renchies), —*ii*, n. pr. m. (genit. sg.), e ƎI↓ИƎᗡ (renchie), in tegula clus. n. 698 ter.

REXXORIXO (ρεξξοριξο), in inscr. Mesap. n. 2995 lin. 5.

REXS, *rex*, in lapide apud Marini *Inscr. Alb.* n. 24 pg. 24 = Orell. n. 2279 (REXS · SACR ·).

REPAGES, *repagula*, apud poëtas. Fest. *Qu.* XIII, 17 pg. 281 (Paul. pg. 280): « Repagula sunt, ut Verrius ait, quae patefaciundi gratia ita figuntur, ut ex contrario quae oppanguntur (leg. *oppangantur*). Cicero in Verrem l. IIII: *Postea convolsis repagulis, effractisque valvis demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur.* quae poëtae interdum repages appellant ».

REPARATOR (?), deus apud veteres, teste Servio apud Virg. *Georg.* I 21, cit. ad voc. IMPORCITOR.

REPARE, *reparare*, in *Anthol. rom.* X, 368 (Marini *Arvali* pg. 169).

REPER, *pro re*, in tab. eugub. VII b 2. Vide RE.

?ƧAMVƧƎIƎꟼ (repesunas), in vase etr. n. 2612.

?IꟼƎꟼ (repi), in titulo sepulcr. n. 1960. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 322 ad n. 6.

REPLICTVS, *replicitus*, per syncopen, apud Stat. *Silv.* IV, IX, 29.

REPOSTORIVM, *repositorium*, e REPOSTVS pro *repositus*, apud Iul. Capitol. *M. Aur.* cap. 17.

REPOSTVS, *repositus*, partic., apud Virg. *Aen.* I 30, VI 654, Horat. *Epod.* IX 1, Valer. Flacc. II 286, cet.

REPRESSIO, *reprehensio*. Inscr. apud Murat. 1412, 13 (Lupi pg. 117): VALERIA · CALLIOPE · QVE · ET | ANVCELLA · ARETO · MARITO · DIGNISS | CVM QVO VIXIT · ANN · XXV SINE · REPRESSIONE.

REPROMEISSERIT, *repromiserit*, in lege Rubria cap. 20 (col. 1.ª lin. 12).

REPROMEISSISSET, *repromisisset*, in lege Rubria cap. 20 (col. 1.ª lin. 25).

REPROMEITTO, *repromitto*, in lege *De Gallia Cisalp.* § 19 sqq. Vide MEITTO = *mitto*.

REQVETIO, *requietio*, sicut REQVEVIT pro *requievit.* In titulo coemet. apud Marini *Arvali* pg. 266 (Perret *Catac. de Rome* pl. XXXII n. 82 ter): TEMPORALIS TIBI DATA REQVETIO. — Perperam EREQVITIONIS pro *requietionis* in lapide apud Grut. 607 1 et Murat. 572 lin. 9.

REQVEVIT, *requievit*, sicut REQVETIO pro *requietio.* In titulo coemet. apud Fleetwood *Sylloge* etc. 350, 1 (Perret *Catac. de Rome* pl. XXXVII n. 121): REQVEVI NON · IVL · FILIPPO · ET · SALLIA CONSS.


REQVIERANT, *requieverant*, e *requiesco*, apud Catull. LXXXIV, 7.

REQVIMVS, *requirimus* sive *requisivimus*, per syncopen. In marmore Praenest. apud Foggini *Fasti* etc. pg. VII (Visconti *Mus. Pio-Clem.* I 32 nt. 2, Orell. n. 4360)

CVIVS · OMNES · REQVIMVS · DEFENSIONEM ET VINDICIVM.

REQVISTI, *reliquisti*, per syncopen. In titulo coemet. apud Marini *Inscr. alb.* n. 168 pg. 189 (Perret *Catac. de Rome* pl. LXXIII n. 8): QVEM SVPERISTITEM REQVISTI.

ƎꟼƎꟼ (rere), *dedit*, perf. indic. pro reret (= osc. ЯƎЯƎЯ deded), e rad. DA-, rom. *da-re*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 145, II 392, Huschke *Die iguv. taf.* s. 509). In aeneo signo n. 85: « ahal trutitis runum rere »



= *Ahala Truttidius donum dedit* (Aufr. et Kirch. II 392 sq.). Alii aliter legunt et vertunt (cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1838 pg. 114 sgg., *Atti dell'Acad. rom. d'arch.* VIII pg. lvij, lxxij sgg., Grotefend *Rud. l. o.* pg. 16, *Giorn. arcad.* LXXV 185 sg., 204, 207, LXXVII 183, Vermigl. *Sulla inscr. della statua Tudert.*, Conestab. *Vita di G. B. Vermigl.* pg. 170, Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI 349).

...ꙄƎD (res...), in urna etr. n. 993.

RESIDIA, *desidia*, in codd. Plaut. *Merc.* prol. vs. 29.

AIИVIƆꙄƎꟼ (resciunia), *—â*, n. pr. f. abl. sg., pro resciunial, in tit. etr. n. 886. *Restionia* exponit Lanzius II 410 = 339 ad n. 264.

RESMVS, *remus*, in columna Duill. inscr. n. 2715 lin. 12 (TRIRESMOS).

AИꙄƎꟼ (resna), *Renii* (?), n. pr. m. (genit. sg.), fortasse pro resnas, in tit. sepulcr. n. 603. Vide IИꙄƎꟼ (resni) et AꙄAИꙄƎꟼ (resnasa), quod sequitur.

AꙄAИꙄƎꟼ (resnasa), *Renii uxor* (?), cognomen mulieris etr., e AИꙄƎꟼ (resna). Operculum ossuarii clus. n. 635: AꙄAИꙄƎꟼ : AIИMVƆ (cumnia resnasa) = *Cominia Renii uxor.* Urna clusina n. 772: « thana veti resnasa »

I+ƎꟼAИAO
AꙄAИꙄƎꟼ

= *Tannia Vettia Renii uxor.*

IИꙄƎꟼ (resni), in urna etr. n. 1014. Vide AИꙄƎꟼ (resna).

RESPECTILLA, diminut. *respectae*, cognom. rom., apud Grut. 887, 8.

RESPECTINVS, cognom. rom., apud Grut. 647, 5.

RESPEXIM -is -it, *respexerim -is -it*, apud Plaut. *Aul.* I, I 19, *Most.* II, II 90, *Rud.* III, III 16.

V+A+ꙄƎD (restatu), *—to* (restato?), imperat. 3 pers. sg., fortasse e praep. insepar. ƎD (RE) et rad. -A+Ꙅ (STA-), rom. *sta-re* (Aufr. et Kirch. I 142, 159, II 380 sq.), in tab. eugub. II a 5. Alii vertunt *reponito* (Grotefend *Rud. l. u.* VII 18, 39), aliique *novato* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 357). Cf. Passeri *Lett. Roncagl.* XI 329-332, et Lanzi II 832 = 741.

RESTE, *denuo*, adverb. umbr., antiquiori orthogr. 8Ǝ+ꙄƎD (restef), e praep. RE et rad. STA- (Aufr. et Kirch. I 150, II 169, 236, Huschke *Die iguv. taf.* s. 214), in tab. eugub. VI b 47.

8Ǝ+ꙄƎD (restef), *denuo*, adverb. umbr., recentiori orthogr. RESTE, comparandum cum osc. 8ITИTꙄ (statif) = *state*, e praep. insep. ƎD (RE) et rad. -A+Ꙅ (STA-), rom. *sta-re* (Aufr. et Kirch. I 90, 150, 159, II 169, 236, Huschke *Die iguv. taf.* s. 214 et s. 660). Tab. eugub. I b 9: V+IƎ8 : VИVꙄƎ : 8Ǝ+ꙄƎD (restef esunu feitu) = tab. VI b 47 RESTE · ESONO · FEITV h. e. *denuo sacrum facito.*

MAI+ꙄƎꟼ (restiaś), *Restiae?*, n. pr. f. genit. sg., in marm. Perus. n. 1933 lin. 3. Cf. AIMV+ꙄƎꟼ (restuśia).

RESTIBILIO, *iterum stabilio* (ital. *ristabilire*). Pacuv. vs. 324: « Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet ».

RESTIBILIS ager qui restituitur ac reseritur quotannis (Varro *De l. l.* V, 39 pg. 15). Fest. *Qu.* XIII, 18 pg. 281 (Paul. pg. 280): « Restibilis ager fit, qui biennio continuo seritur farreo spico, id est aristato, quod ne fiat, solent, qui praedia locant, excipere. » Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

RESTIS, *restes*, apud Varr. *De l. l.* VIII, 66 pg. 190.

RESTITOR, *restitutor*, ut RESTVTVS pro *restitutus*, in numis Postumi imperat. apud Cohen *Méd. impér.* V 35, 53, n. 147, 286 sqq. (RESTITOR GALLIAR).

AIMV+ꙄƎꟼ (restuśia), *Restiusia?*, n. pr. f. (Lanzi II 428 = 357 ad n. 339), in urna etr. n. 888. Cf. MAI+ꙄƎꟼ (restiaś).

RESTVTVS, *restitutus*, particip. perf. pass. (cf. RESTITOR = *restitutor*). Est cognomen rom., ut C · CORNELIVS · RESTVTVS (Grut. 937, 7) et CORNELIVS · RESTVTVS (Mommsen n. 1322), C · FANNIVS · RESTVTVS (Grut. 803, 8), FVFIVS RESTVTVS et M · FVFIO RESTVTO (Momms. n. 1619), C · GAIBIVS · RESTVT (Momms. n. 678), C · NVMMIO · RESTVTO (Momms. n. 4969), A · PLAVTIVS RESTVTVS (Momms. n. 1712), L · TVRSELLIVS RESTVTVS (Momms. n. 1395), ATILIAE RESTVTAE (Momms. n. 5505), MARCIA · RESTVTA (Momms. n. 5655), PINNIAE RESTVTAE (Momms. n. 7074), SALLVSTIA RESTVTA (Momms. n. 3446). Inscr. apud Mommsen n. 1748: D · M | L · STATI | RESTVTI | L · STATIVS | RESTVTVS.

VꙄƎꟼ (resu), *Resius*, n. pr. m. = V✱Əꟼ (rezu), apud Etruscos. In urna Perus. n. 1304: VꙄƎꟼ · ꟼA (ar resu) = *Arrius Resius.* Cf. IꙄVƎꟼ (reusi) et ⅃AIꙄYƎꟼ (retsial).

RESVLTARE, *saepe resilire*, apud Fest. *Qu.* XIII, 18 pg. 281.

RESVRGES, *resurgens*, particip. praes. In numo aen. Vespasiani imperat. (Cohen I 317 et 391 sq.): ROMA RESVRGES.

ϽꟼAV↓ꙄƎᗡ (reschualc), in etrusco speculo n. 2497.

RETERE, *reddere*, in lapide apud Grut. 862, 1.

RETIA, *rete*, subst. f. (Prisc. pg. 332 = 759 P.). Plaut. *Rud.* IV, I, 9: « Nam nunc et operam ludos danit et retiam ». Vide RETIS et RETIVM.

RETINACLVM, *retinaculum*, apud Prudent. *in Symm.* II 147.

RETIS, *rete*, apud Prisc. pg. 332 = 759 P. Vide RETIA et RETIVM, quod sequitur.

RETIVM, *rete*, in vet. Schol. ad Iuven. VIII, 207. Vide RETIA et RETIS; et cf. Gloss. apud Labb. pg. 161.

RETOVIVM, oppidum Liguriae, nunc *Retorbio* (cf. Litubium, apud Liv. XXXII, 29). — Retovinus, adiect. ad Retovium pertinens, ut lini Retovini (Plin. XIX, II, 2 sq.).

RETRICIBVS cum ait Cato in ea, quam scribsit, cum edissertavit Fulvi Nobilioris Censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum et tertium. qua inrigantur horti infra viam Ardeatinam et Asinariam usque ad Latinam. Ita Festus *Qu.* XIII, 20 pg. 282. Cf. Forcell. *Lexic.* s. h. v.

RETRIOR, *posterior*, usurpatur a vet. Schol. ad Iuven. XI, 138.

IVꟼƎꟼ (retui), *Retia*, n. pr. f. (= IV✱Ǝꟼ rezui), in titulo etr. n. 1306. Vide MVꟼƎꟼ (retuś).

RETVRARE, *aperire*, apud Varronem (Non. II 749 = pg. 167).

MVꟼƎꟼ (retuś), *Retii*, n. pr. m. (genit. sg.) = MV✱Ǝꟼ (rezuś), sicut IVꟼƎꟼ (retui) = IV✱Ǝꟼ (rezui). Inscr. perus. n. 1305: MVꟼƎꟼ · AIꟼIꟼ (titia retuś) = *Titia Retii* uxor.

REVEREO, *revereor*, apud veteres, teste Prisciano pg. 396 = 799 P.

REVERES, *reverens*, particip. praes. Est cognomen rom., ut PRVDENTIVS REVERES (Grut. 558, 7).

VꟼꙄƎꟻƎᗡ (revestu), *revisito*, imperat. 3 pers. sg., a praep. insepar. Ǝᗡ (RE) et rad. -ꙄƎꟻ (ves-) pro vers- = VIRS-, rom. *visere*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 67, 142, 159, II 319 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 455), in tab. eugub. V a 7, 9. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 8, 39.

IꟻƎᗡ (revi), in titulo etr. n. 2033 bis A*d*.

REVINVS, deus, memoratur in lapide Italiae super. apud Maffei *Mus. ver.* 378, 8 (Orell. n. 2040).

REVOLSVS, *revulsus*, apud Virg. *Georg.* IV 523, *Aen.* IV 515, VIII 691.

REVORTO, *reverto*, e VORTO pro *verto*, apud veteres. Vide Forcell. *Lexic.* s. v. *reverto*.

IꙄVƎꟼ (reusi), *Reusia* (Resia), cognom. f., unde ↓AIꙄVƎꟼ

(reusial), in operc. ossuarii clus. n. 534 bis *l*. Cf. Conestab. in *Arch. stor. ital.* nv. sr. XIII, I 10 nt. 3.

↓AIꙄVƎꟼ (reusial), *Resiâ*, n. pr. fem. ablat. sing., e IꙄVƎꟼ (reusi). Operculum ossuarii etr. n. 534 bis *i*: ↓AIꙄVƎꟼ : AꙄƎꟼAИIꟼV : IƎИIꟼꟼƎO : AИAO (thana theprinei urinatesa reusial) = *Tannia Tiberinia Urinatii uxor Resiâ* nata.

REVTILIS, *iterum utilis*. Est cognomen rom., ut P. Rubrius Reutilis (apud Donat. 332, 8).

RHAEBVS, Mezentii equus, apud Virg. *Aen.* X, 860.

RHAMNES. Vide RAMNES.

RHAMNES, Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX 323, 357, 450.

RHAMNVSIA, h. e. *Nemesis*. Vide RAMNENSES.

RHEA Silvia, Ῥέα Σιλουία (Strab. V, III 2, Appian. *De reg.* I 2), Numitoris filia, Remi et Romuli mater, quam Σιλουΐαν (Σιλβίαν) vel Ῥέαν Ἴλειαν ἱέρειαν τῆς θεᾶς Ἑστίας alii vocant (Dio Cass. fragm. III 4, Plutarch. in *Rom.* III 4, et *De fort. Rom.* cap. 8, Aelian. *Var. hist.* VII 16). Dionys. Halic. I, 76: τὴν θυγατέρα τοῦ Νομίτωρος Ἰλίαν, ὡς δὲ τινες γράφουσι, Ῥέαν ὄνομα, Ἰλίαν δ' ἐπίκλησιν, ἐν ἀκμῇ γάμου γενομένην ἱέρειαν ἀποδείκνυσιν Ἑστίας, ὥς γε μὴ τάχιον εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα τέκῃ τιμωρὸν τῷ γένει. Cf. Virg. *Aen.* V 659, Liv. I 3 sq., Iustin. XLIII 2.

RHEGIA Columna, Ῥηγίνων στυλὶς (Strab. III, V 5, VI, I 5 et II 3), locus Italiae inferioris in Bruttiis, ad mare Siculum, non procul a Rhegio, unde nomen accepit. Plin. III, X 1 et 3, et Mela II, IV 8: « Columna Rhegia ».


RHEGIVM et Regium, Ῥήγιον (Thucyd. VI 44, Scyl. Caryand. § 12), promontorium Italiae prope Messanam, dictum ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι vel ῥηγνύναι (Aeschyl. fragm. n. 130 apud Strab. VI, I, 6) i. e. *a fractura*, quae contigit terrae motu (Iustin. IV 1, Plin. III, XIV 1, Solin. II 5). Fest. *Qu.* XIII, 7 sq. pg. 270 (Paul. pg. 271): [Rhegium per *rh* signifi]care oportere ait Verrius id municipium, quod in freto e reg[ione] Siciliae est: quoniam id dictum est a rumpendo, quod est graece * ῥαταιαι, eo quidem magis, quia in Gallia Cisalpina, ubi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur ».

§ 2. Ῥήγιον (Strab. VI, I 2, 6 sq. et II 3; Scyl. Caryand. § 12; Scymn. Ch. vs. 309; Herod. I 166 sq., VII 170; Thucyd. III 86, 88, 115, IV 1, 24 sq., VI 45 sq., 50 sq., VII 1, 4; Polyb. I 6 sq., V 110, IX 7; Diod. Sic. V 8, VIII 25, XI 48, XII 54, XIV 100, 111, XVI 45, XXII 1, XXXVII 2; Pausan. *Mess.* XXIII 6, XXV 2, *Eliac. sec.* XXV 2; Appian. *De reb. Samn.* cap. 9, *De bello Ann.* cap. 44, et *De bell. civ.* II 95, IV 3, 25, 39, 85, V 81, 84; Dio Cass. XLVII 36, XLVIII 18 sq.; Plutarch. in *Alcib.* XX 2, et in *Dion.* LVIII 2; Aelian. *Var. hist.* III 17; Iambl. *De pythag. vita* cap. 7 § 33 et cap. 35 § 251; Porphyr. *De vita Pythag.* § 21; Philostr. *De Apoll.* VII, 2; Max. Tyr. *Dissert.* XII, 3) et Ῥήγιον

Ἰούλιον (Ptolem. III, 1), Bruttiorum oppidum (nunc *Reggio di Calabria*), a Chalcidensibus conditum (Strab. VI, I 6, Schol. Thucyd. VI 79; cf. Cluver. *Ital. ant.* pg. 1297). Scymn. Chius vs. 311 sq.:

Χαλκιδεῖς δὲ Ῥήγιον
ἀποικίσαι δοκοῦσιν.

Cf. Plin. III, VI 5 et XIV 1, XII, III 1, XXXV, XLV 5, Ovid. *Metam.* XIV 5 et 48, Cic. *in Verr.* II, II 22 et *Epist. ad Att.* XVI 6 = n. 658, Mel. II, IV 9, inscr. apud Henzen n. 6752 REGIO, Antonini *itiner.* pgg. 112, 115 Regio, et pg. 490 sq. Rhegio. In lapide ant. (Append. n. LVII): VIAM FECEI AB REGIO AD CAPVAM. Steph. Byz.: Ῥήγιον, πόλις Ἑλληνίς. Strab. VI, I, 6: Ἐπιφανῆ δ' οὖν πόλιν οὖσαν καὶ πολλὰς μὲν πόλεις οἰκίσασαν, πολλοὺς δ' ἄνδρας παρασχομένην ἀξίους λόγου, τοὺς μὲν κατὰ πολιτικὴν ἀρετήν, τοὺς δὲ κατὰ παιδείαν, κατασκάψαι Διονύσιον αἰτιασάμενον, ὅτι αἰτησαμένῳ κόρην πρὸς γάμον τὴν τοῦ δημίου θυγατέρα προὔτειναν· ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ μέρος τι τοῦ κτίσματος ἀναλαβὼν Φοιβίαν ἐκάλεσεν. Augustus Caesar coloniam ex classe sua largitus est (Strab. VI, I, 6; cf. Borghesi in *Archiv. stor. ital.* XVI, I pg. xciiij). — Rhegini (Cic. *in Verr.* II, V 61 et *pro Arch.* cap. 3, Iustin. IV 3, XXI 3, Solin. II 40, Tacit. *Ann.* I, 53), gr. Ῥηγῖνοι (Herod. VII, 170; Thucyd. III 86, 88, IV 1, 25, VI 5, 79; Strab. III, V 5, VI, I 5 sq. et 10; Scymn. Ch. vs. 309; Polyb. I 7, III 26, IX 9, X 1; Diod. Sic. XI 52, 76, XII 54, XIV 46, 87, 90, 100, 108, 111, XVI 66, XXII 1; Appian. *De reb. Samn.* cap. 9 et *De bell. civ.* IV 86; Dion. Cass. fragm. n. 40; Aelian. *De nat. anim.* V 9, cf. *Var. hist.* VI 20; Philostr. op. cit. VII, 2), in lapid. REGINI IVLIENSES (Orell. n. 3838, Mommsen n. 4, 328), sunt Rhegii incolae, in numis n. 3044 RE et PH, ϽƎЯ (PHΓ), ИOИIϽƎЯ (RECINON, PECINON) = PHΓINON pro PHΓINΩN. — Reginus, gr. Ῥη-



γῖνος (Diog. Laert. VIII, 1 § 46), in numis n. 3044*b* ƧOИIϽƎЯ (RECINOS) et PHΓINOΣ, adiect. ad Rhegium pertinens, ut Rheginus ager (Plin. XI, XXXII, 4), ἡ Ῥηγίνη (Thucyd. VII 35, Strab. I, III 19, V, I 3, Diod. Sic. IV 22, XIV 100, Paus. *Eliac. sec.* VI 4), quem Siculi et Morgetes olim tenuerunt (Strab. VI, I, 6), Rheginus vertex (Solin. II, 19), Rhegini saltus (Solin. II, 22), Rhegina litora (Sil. Ital. XIII, 94), οἶνος Ῥηγῖνος (Athen. I 48 pg. 26), ναῦς Ῥηγίνας (Thucyd. IV, 25), Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος (Diog. Laert. IX 7 § 38), Pythagoras Rheginus (Plin. XXXIV, XIX, 10). Reginus est cognomen rom., ut C · ANTISTIVS REGINVS III VIR (Cohen *Méd. consul.* pl. III n. 10). Cf. Ῥηγινικὰς πολιτείας (Iambl. op. cit. cap. 27 § 130).

RHENVS, fluvius Italiae, per agrum Bononiensem decurrens (Plin. XVI, LXV 2). Sil. Ital. VIII, 599: « parvique Bononia Rheni ».

RHINTHON, Ῥίνθων, poëta comicus Tarentinus, de quo Cic. *Ep. ad Att.* I 20 = n. 25 et Ioann. Lydus *De magistr.* I 41 (cf. Varr. *De r. r.* III, III 9, et Colum. VIII, XVI 4). Hinc κωμῳδιά Ῥινθωνικη (Ioann. Lyd. op. cit. I, 40).

RHOETVS, Marrubiorum sive Marsorum rex, de quo Virg. *Aen.* X, 388 sq. (vide ANCHEMOLVS).

§ 2. Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX, 342 sq.

RHOMVS. Vide REMVS.

IO (ri), *re*, subst. f. abl. sg. 3 decl., recentiori orthogr. RE, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* IV 24 sq., V 29, 32, Aufr. et Kirch. I 124, II 317, Huschke *Die iguv. taf.* s. 454 et s. 630), in tab. eugub. Va 4. Vide RIS = *res*.

§ 2. *Rei*, dat. sg. (Aufr. et Kirch. II 316, Huschke loc. cit.), in tab. eugub. Va 5.

RIGNARIVM, pars Aventini montis. Vide REMONIVM.

RIDO, *rideo* (ital. *rido*), apud veteres (Diomed. pg. 383 = 378 P.).

RIEN, *ren* (ital. *rene*), gr. νηφρός (Gloss. apud Labb., Petron. *Satyr.* cap. 35, Charis. pg. 34 = 24 P., Priscian. pg. 149 = 645 P.). Fest. *Qu.* XIII, 13 pg. 277: « Rienes (quos nunc vocamus) antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci νηφροὺς eos vocant. Plautus in Satyrione: *Male tibi venisse video glaber eris tamquam rien* ».

A1ƎIꟼ (riepa), *Rebia* (?), n. pr. f. etr. in titulo sepulcr. n. 1734 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 257 ad n. 201).

◇I⊲ (rith). Vide ◇I⊲IM (mirith).

?AOIꟼ (ritha). Vide AOIꟼA (aritha) et cf. A+Iꟼ (rita).

RICA est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicae pro palliolo utebantur (Paul. pg. 288). Varro *De l. l.* V, 130 pg. 51: « Sic rica ab *ritu*, quod Romano ritu sacrificium feminae cum faciunt, capita velant ». Fest. *Qu.* XIII, 26 pg. 289: « Rica est [vestimentum quadratum], fimbriatum, pur[pureum, quo Flaminicae pro] palliolo, mitra ve [utebantur, ut . . . . .] existimat. Titi[us autem ait, quod ex lana fiat] sucida alba vesti[mentum dici ricam, idque esse] triplex, quod conf[iciant virgines inge]nuae; patrimae, m[atrimae, cives, quod confec]tum lavetur aqua pe[renni et tingendo fiat caeru]leum ». Idem *Qu.* XIII,

13 pg. 277 (Paul. pg. 278): « Ricae et riculae vocantur parva ricinia, ut palliola ad usum capitis facta. Gran[ius] quidem ait esse muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur ». Cf. Plaut. *Epid.* II, II 48, Aul. Gell. VI 10, X 15, et Non. XIV 15 = pg. 539.

RICINA, urbs Piceni, prope Maceratam, in *Tab. Peuting.* segm. IV*c*. Dicta est Helvia Ricina in honorem P. Helvi Pertinacis, cuius cognomen sibi adscivit L. Septimius Severus Aug., qui eandem coloniam deduxit (Forcell. *Lexic.* s. v. *Ricinensis*). Inscr. apud Grut. 265, 5 (Orell. n. 915): IMP · CAESARI | L · VERI AVG · FIL | DIVI PII NEP · DIVI | HADRIANI PRON · DIVI | TRAIANI PARTH · ABNEP | DIVI NERVAE ADNEPOTI | L · SEPTIMIO SEVERO | PIO PERTINACI AVG · ARABIC · ADIAB · PARTHIC · MAXIMO · P · M · TRIBVNIC | POTEST · XIII · IMP · XI · COS · III | P · P · | COLONIA HELVIA RICINA | CONDITORI SVO. — Ricinenses sunt eius urbis incolae (Plin. III, XVIII, 2), ut in marm. apud Murat. 1116, 4 (municipium RICINENSIVM). — Ricinensis, adiect. ad Ricinam pertinens, ut Ricinensis ager (Frontin. *De col.* pgg. 226, 258 Lachm.).

§ 2. Oppidum Liguriae, hodie forsan *Recco*, in *Tab. Peuting.* segm. III*d*.

RICVLA, diminut. *ricae*, mitra virginalis capitis (Isid. *Orig.* XIX, 31; cf. Fest. *Qu.* XIII, 13 pg. 277 cit. ad voc. RICA). Turpil. vs. 73 sq. (apud Non. XIV, 15, = pg. 539): « interea aspexit virginem Iniectam, in capite riculam indutam ostrinam ».

ꓘIꟼ (ril), *annus*, subst. m. (raro ꟼ *r*), fortasse e ῥέω, apud Etruscos (Maffei *Osserv. lett.* VI, 18, 137 sg., Lanzi II 321 sg. = 254, 347 sg. = 275 sg., 457 sg. = 386 sg., 792 = 701, Müller *Die Etr.* I 64, Niebuhr *Hist. rom.* I 157 rem. 342, Kellermann in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1833 pg. 57, Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 177 et in *Giorn. arcad.* CXX 327, Cavedoni in *Bullett.* cit. an. 1841 pg. 139, Conestab. apud Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* pg. 31 nt. *; cf. Gori *Mus. etr.* III 142, Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1843 pg. 679, et Lepsius *Ueb. die Tyrrhen. Pelasger in Etrurien* s. 37). Ab ꓘIƎA (avil) et ꓘIꟼ (ril) factum nomen *Aprilis* coniecit Lamius (*Lett. Gualfond.* n. IX; cf. Orioli in *Opusc. letter. di Bologna* II 137 sg., et Capei apud Conestab. *Inscr. etr.* pg. 53). In titulis sepulcralibus:

IΛ · ꓘIO (n. 2115) = *ann. VI.* Cf. VI · ꓘIꟼ (n. 2114).
IIIΛ : ꓘIꟼ (n. 2082) = *ann. VIII.*
X · ꓘIꟼ (n. 320 bis *a* et n. 2102) = *ann. X.*
IIIIX · ꓘIꟼ (n. 328) = *ann. XIV.*
IIIΛX · ꓘIꟼ (n. 2098) = *ann. XVIII.*
XX · ꓘIꟼ (n. 329 bis, 2103, 2111) = *ann. XX.*
IIIXX · ꓘIꟼ (n. 2068) = *ann. XXIII.*
ΛXX · ꓘIꟼ (n. 323) = *ann. XXV.*
XIIIXX · ꓘIꟼ (n. 254) = *ann. XXVII.*
IIIΛXXꓘIꟼ (n. 328 bis) = *ann. XXVIII.*
IIIIΛXX · ꓘIꟼ (n. 2055) } = *ann. XXIX.*
XIXX · ꓘIꟼ (n. 2319) }
XXXI · ꓘIꟼ (n. 173) }
XXX · ꓘIꟼ (n. 2284) = *ann. XXX.*
IXXX · ꓘIꟼ (n. 336 bis *c*) = *ann. XXXI.*
IIIXXX · ꓘIꟼ (n. 2564 bis) = *ann. XXXIII.*
ΛXXX · ꓘIꟼ (n. 335 bis *f*) = *ann. XXXV.*
XIIXXX · ꓘIꟼ (n. 322) = *ann. XXXVIII.*
↑X · ꓘIꟼ (n. 325 bis *e*) = *ann. XL.*
II↑X · ꓘIꟼ (n. 342) = *ann. XLII.*
IIIXXXX · ꓘIꟼ (n. 329 et n. 2056) = *ann. XLIII.*
IΛXXXX · ꓘIꟼ (n. 2112) = *ann. XLVI.*
↑ · ꓘIꟼ (n. 2558) = *ann. L.*
III↑ · ꓘIꟼ (n. 333) = *ann. LIII.*
IIIΛ↑ · ꓘIꟼ (n. 339) = *ann. LVIII.*
X↑ · ꓘIꟼ (n. 319, 338, 1041, 2132) = *ann. LX.*
ΛX↑ · ꓘIꟼ (n. 340 sq.) = *ann. LXV.*
IIΛX↑ · ꓘIꟼ (n. 2055) = *ann. LXVII.*
XX↑ · ꓘIꟼ (n. 337) = *ann. LXX.*
IIXX↑ · ꓘIꟼ (n. 181) = *ann. LXXII.*
ΛXX↑ · ꓘIꟼ (n. 327, 1026) = *ann. LXXV.*
IIIIIXXX↑ · ꓘIꟼ (n. 2106) = *ann. LXXXVI.*

Adde inscr. n. 275, 308, 320 bis *c*, 321, 325 bis *a*, 327 bis, 343, 345, 345 bis, 363, 365, 1990, 2275, 2283, 2335 *b*, 2615, 2619.

? MIꟼ (rím), *rem* (?), in voc. MIꟼAIVKKƎЯ (dekkviarím), agnoscit Bugge (*Zeitschr. f. vergl. sprachf.* VIII, 41). Cf. umbr. IO (ri) = RE, et rom. RIS = *res*.

RINOVATVS, *renovatus*, in lapide apud Orell. n. 1017.

RIXO, *rixor*, apud veteres (Non. VII, 82 pg. 477).

ΡΙΟΝ ἄκρον, Rhium promontorium Corsicae, apud Ptol. III, 2.

? ꓘAIMIꟼ (ripial), *Repiâ* (?), n. pr. f., in ossuario etr. n. 1172, fortasse perperam pro ꓘAIMIƎ vipial (cf. AMIƎꟼ reipa).

RIS (?), *res*, in lege Iul. *Municip.* cap. 11 (cf. *Rhein. Mus.* n. f. VIII 480 anm. 2).

A+Iꟼ (rita), in urna perusina n. 1631. Vide A+IꟼAꓘ (larita).

.. MVƧЯA+Iꟼ (ritarsum..), in lapide etr. n. 2593.

Ǝ+Iꟼ (rite), *rite*, adverb. etr., in vasis clusinis n. 802 sq.

IƎИ+Iꟼ (ritnei), in lapide etr. n. 2078.

RIVOCARE, *revocare*, in inscr. Salern. apud Mommsen n. 109 (AD SPLENDOREM RIVOCAVERIT).

RIVOS, *rivus*, in codd. Virg. *Georg.* IV, 19. In titulo Venafr. (Mommsen n. 4602): CIRCA EVM RIVOM.

ꓘAOИꟼ (rnthal), *Aruntiâ*, pro ꓘAOИꟼA (arnthal), in titulo etr. n. 2279 lin. 8.

ƎꓘꓘИꟼ (rntle), *Aruntilius*, n. pr. m., pro ƎꓘꓘИꟼA (arntle), in urna etr. n. 436.

ROBIGO. Vide ROBIGVS.

ROBIGVS vel Rubigus, deus a Romanis cultus, ut a frugibus robiginem averteret (cf. Ἐρυθίβιος Ἀπόλλων, apud Strab. XIII, I, 64). Varro *De l. l.* VI, 16 pg. 79: « Robigalia dicta ab robigo; secundum segetes huic deo sacrificatur, ne robigo occupet segetes ». Id. *De r. r.* I, I, 6: « Quarto Robigum ac Floram (*invocabo*), quibus propitiis, neque robigo (al. *rubigo*) frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Itaque publicae Robigo feriae Robigalia ». Serv. ad Virg. *Georg.* I, 151: « Robigo genus est vitii, quo culmi pereunt, quod a rusticani *calamitas* dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, cum nigrescunt et consumunt frumenta. Inde et Robigus deus, et sacra eius septimo kalend. maias Robigalia appellantur ». Paul. pg. 267: « Robigalia dies festus VII kal. Maias, quo Robigo deo suo, quem putabant robiginem avertere, sacrificabant ». Plin. XVIII, LXIX, 5: « Rubigalia Numa constituit anno regni sui XI, quae nunc aguntur a. d. septimum kalendas Maii, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat ». Kalend. Praenest. apud Orell. II 388-389: FERIAE · ROBIGO · VIA · CLAVDIA · AD · MILLIARIVM V · NE · ROBIGO · FRVMINTIS · NOCEAT · SACRIFICIV · ET LVDI · CVRSORIBVS · MAIORIBVS · MINORIBVSQ · FIVNT. Cf. inscr. apud Murat. 102, 6 et Reines. cl. I n. 233 pg. 218 (Orell. n. 1622). — Alii Robiginem, deam feminam, vocant (Ovid. *Fast.* IV 907, 320, Colum. X 342, Tertull. *De spect.* cap. 5), cui sacra ove et cane fiebant. Ovid. *Fast.* IV, 907 sq.:

Flamen in antiquae lucum Robiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ovis.

Et Columella X, 342 sq.:

Hinc mala Rubigo virideis ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur et extis.

ROBIVS vel robeus, *robus* (rubeus), adiect., ut boves robii (Colum. IV, I, 2), apud Pedemontanos *beùi robi*, et color robius (Colum. VIII, II, 8). In inscr. apud Orell. n. 736 (Grut. 61, 3): VT · PRAETOR ..... LITATVRVM · SE · SCIAT · ALIVSVE · QVIS · MAGISTRATVS · VOLCANALIBVS · X · KAL · SEPT · OMNIBVS ANNIS · VITVLO · ROBIO · ET · VERRE.

ROBOS, *robor*, apud veteres. Paul. pg. 15: « Arbosem pro *arbore* antiqui dicebant et robosem pro *robore* ».

ROBVS, *ruber*, adiect. = ROBIVS (cf. Aul. Gell. IV 2, et Iuven. VIII 155). Paul. pg. 264: « Robum *rubro colore* et quasi *rufo* significari, ut bovem quoque rustici appellant manifestum est. Unde et materia, quae plurimas venas eius coloris habet, dicta est robur. Hinc et homines valentes et boni coloris robusti. Robus quoque in carcere dicitur is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur ».

§ 2. *Robus* h. e. *robur arbor*, antique. Cato *De r. r.* cap. 17: « Robus, materies item pro ridica, ubi solstitium fuerit ad brumam semper tempestiva est ».

ROGASSINT, *rogaverint*, apud veteres. Lex apud Cic. *De leg.* III, 3: QVODQVE II PROHIBESSINT, QVODQVE PLEBEM ROGASSINT, RATVM ESTO.

ROGVM, *rogus*, subst. n. Afran. vs. 114: « pulchre hoc incendi rogum ».

RODINVS ager. Vide RVDIAE.

RODVS et roduscula. Vide RAVDVS.

RODVSCVLANA. Vide RAVDVSCVLA.

ROF-, radix umbrica, antiquiori orthogr. -8VQ (RVF-), etr. -8Vq (ruf-) vel -8VAq (rauf-), rom. *ruf-us*, sanscr. rudh, gr. ῥυθ-, in voc. ROFV = *rufus*, ROFA = *rufas*.

ROFA, *rufas* (rubras), adiect. f. acc. pl. 1 decl. pro rofaf (= AQ8VQ rufra pro rufraf), e rofo, quod e rad. ROF-, gr. ῥυθ-, et suff. *o*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 61, 64, 113, Huschke *Die iguv. taf.* s. 272; cf. Maffei *Osserv. lett.* VI 64, Passeri *Paralip.* pg. 293, Lanzi II 832 = 741, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 30). Tab. eugub. VIIa 6: PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV = *porcas tres rufas aut piceas facito.*

ROFV, *rufos* (rubros), adiect. m. acc. pl. 2 decl. pro rufuf (= VQ8VQ rufru pro rufruf), sicut ROFA pro rofaf, e rad. ROF-, gr. ῥυθ- et suff. *o*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 52, 91, 119, 162, II 279, Huschke *Die iguv. taf.* s. 265 et s. 618; cf. Passeri *Paralip.* pg. 293, Lanzi II 832 = 741, Grotefend *Rud. l. u.* III 19, et Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 67). Tab. eugub. VIIa 3: ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV = *apros tres facito sive rufos sive piceos.*

POITION ὄρος, Rhoetius mons Corsicae, apud Ptolem. III, 2 (codd. Ῥοίτιος et Ῥίτιον).

ROCO, *rogo*, in titulo sepulcr. ed. in *Giorn. arcad.* XXXIX, 235 (ROCAT).

ROCVS, *raucus* (ital. *roco*), adiect. Est cognomen rom., ut T · ROMILIVS · T · F · T · N · ROCVS (*Fast. consul.* apud Grut. 289), Q · CREPEREI · ROCVS et Q · CREPER · M · F · ROCVS in denariis gentis Crepereiae (Cohen *Méd. consul.* pl. XVI n. 1 suiv.).

ROMA, etr. orthogr. AMVq ruma (in numo n. 2687*a*), gr. ΡΩΜΗ et ΡΟΜΑ (in numo arg. n. 2687*b* cit. ad v. CVRES), urbs Italiae in Latio, sed cum suburbio Vaticani in Etruria, Tiberi interfluenti. Dicta est vel a ῥώμη h. e. *robur* (Plutarch. in *Rom.* XX, 1), unde prius Valentia, appellata, vel a Roma Aeneae nepte (Plutarch. in *Rom.* I 3 sq. II 1, et *De mulier. virt.* n. 1), vel ab homine quodam comite Aeneae, vel denique, ut multi dixere, a Romulo conditore (Varro *De l. l.* V 144 pg. 56, IX 50 pg. 211; Dionys. Halic. II, 2; Plutarch. in *Rom.* IX 7, in *Numa* III 4). Solin. I, I, 1: « Sunt qui videri velint, Romae vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset, quod extractum

antea Valentiam dixerat iuventus latina, servataque significatione impositi prius nominis, ῥώμην graece Valentiam nominatam: quam Arcades quoniam in excelsa parte montis habitassent, derivatum deinceps, ut tutissima urbium, arces vocarentur ». Cf. numum cum inscr. ΘVAΛANTE sive Valantea in *Rev. numism.* an. 1859 pg. 333 (*Bullett. dell' Inst. arch.* an. 1860 pg. 63). Fest. *Qu.* XIII, 4-6 pgg. 266-269: « Romam appellatam esse Cephalon Gergithius (qui de adventu Aeneae in Italiam videtur conscribsisse) ait ab homine quodam comite Aeneae. eum enim occupato monte, qui nunc Palati[n]us dicitur, urbem condidisse, atque eam Rhomam nominasse. Apollodorus in Euxenide ait, Aenea et Lavinia natos Mayllem, Mulum, Rhomumque, atque ab Rhomo urbi tractum nomen. Alcimus ait, Tyrrhenia Aeneae natum filium Romulum fuisse, atque eo ortam Albam Aeneae neptem, cuius filius nomine Rhodius (*Rhomus*) condiderit urbem Romam. Antigonus, Italicae historiae scribtor, ait, Rhomum quendam nomine, Iove conceptum, urbem condidisse in Palatio Romae eique * dedisse nomen. Historiae Cumanae compositor, Athenis quosdam profectos Sicyonem Thespiadasque *, ex quibus porro civitatibus, ob inopiam domiciliorum, compluris profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eosque multo errore nominatos Aborigines, quorum subiecti qui fuerint Ca[ci improbi] viri, unicarumque virium imperio montem Palatium, in quo frequentissimi consederint, appellavisse a viribus regentis Valentiam: quod nomen adventu Evandri Aeneaeque in Italiam cum magna Graece loquentium copia interpretatum, dici coeptum Rhomem. Agathocles, Cyzicenarum rerum conscribtor, ait, vaticinio Heleni impulsum Aeneam, Italiam petivisse portantem suam secum neptem Ascani filiam nomine Rhomam, eamque, ut Italia sint Phryges potiti et his (*iis*) regionibus maxime, quae nunc sunt vicinae urbi, prima[m] omnium consecrasse in Palatio Fidei templum, in quo monte postea cum conderetur urbs, visam esse iustam vocabuli Romae nom̄ * causam, eam, quae priore, unde ea (leg. *prior eundem*) locum dedicavisset Fidei [cf. Solin. I, ɪ, 3]. Ait quidem Agathocles complures esse auctores, qui dicant Aenean sepultum in urbe Berecynthia proxime flumen Nolon, atque ex eius progenie quendam nomine Rhomum venisse in Italiam, et urbem Romam nominatam condidisse. Caltinus [*Callias* apud Dionys. Halic. I 72], Agathoclis Siculi qui res gestas conscribsit, arbitratur e manu Troianorum fug[i]entium Ilio capto, cuidam fuisse nomen Latino, eumque habuisse coniugem Rhomam, a qu[a], ut Italia sit potitus, urbem condiderit, quam Rhomam appellavisse. Lembos, qui appellatur Heraclides, existimat, revertentibus ab Ilio Achivis, quendam (*quosdam*) tempestate deiectos in Italiae regiones secutos Tiberis decursum pervenisse, ubi nunc sit Roma, ibique propter taedium navigationis, impulsas captivas auctoritate virginis cuiusdam tempestivae nomine Rhomes, incendisse classem, atque ab ea necessitate ibi manendi urbem conditam ab is, et potissimum eius nomine eam appellatam, a cuius consilio eas sedes sibi firmavissent [cf. Solin. I, ɪ, 2]. Galitas (*Clinias*) scribit, cum post obitum Aeneae imperium Italiae pervenisset ad Latinum, Telemachi Circaeque filium, hisque (*is quod*) ex Rhome suscepisset filios, Romum, Romulumque, urbi conditae in Palatio causam fuisse appellandae potissimum Rhomae. [Diocles Peparethius ait Iliam, Numitor]is A[lbani regis filiam, gemellos edidisse, quos] in i[ma Tiberis ripa, iussu Amulii tyranni], exp[ositos, cum iuxta ficum postea appellatam a] Rom[ulo Ruminalem iacerent, a lupa] lac[tatos et a pico Martio nutritos esse: post reper]tos [a Faustulo Accam Larentiam, eius uxorem, educasse]. pler[ique tamen conscio et alimenta praebente Nu]mito[re nutritos aiunt, quod Ilia ex Marte se] pepe[risse eos asseverabat, ac secreto literis, omni] deni[que liberali disciplina Gabis institutos] atque [excultos esse: ac cum in exercendo corpore pri]mam p[ueritiam transigerent et inter aequales] omnes pr[aestarent robore, Romulum et Rhomum] nomin[atos esse. Alii dicunt, quod matre virgine Vestali] compressa [a viro incesto procreati essent, ex]positos in [ripa Tiberis esse: ibi lupam iis praebuisse ru]mam, monte [vicino descendentem: hinc, postquam reperti] sunt educa[tique a Faustulo, Romulus et Romus a ruma no]minati poti[ssimum dicuntur. Quos ferunt, cum, qua matre] essent procreati, [intellexissent, Numitori avo primum] restituisse reg[num, deinde de urbe condenda] per auguria decre[visse, uter eam conderet nomi]naretque, ac Deorum [manifesta approbatione Ro]mulum urbem con[didisse, sed eam nominasse Romam] potius, quam Romu[lam suo de nomine, ut amplio]re vocabuli signifi[catu prosperiora patriae] suae ominaretur. [Romam antea Romulam appel]latam, Terentius quidem [Varro censet, ab Romulo], deinde detortam vocabuli formam in Romam, existimat] credibile. ceterum cau[sam in libris sacrorum se inve]nisse ait Verrius, [cur verum Romae nomen taceatur] ». — Scriptores veteres affirmant duplicem huic Urbi fuisse nomen, alterum vulgatum, alterum quod nefas esset evulgari arcanis caeremoniarum (Plutarch. *Qu. rom.* 61; cf. Macrob. *Saturn.* III, 9). Huiusmodi nomen arcanum *Saturnia* fuisse videtur (cf. Virg. *Aen.* VIII 357, Varr. *De l. l.* V 42 pg. 16, Dionys. Halic. I 34). Plin. III, ix, 11 (et ab eo Solin. I, ɪ, 4 sqq.): « Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere, arcanis caeremoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enunciavit Valerius Soranus, luitque mox poenas. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquae, ob hoc maxime silentium in-

stitutae. Namque diva Angerona, cui sacrificatur, a. d. xii calend. Ianuarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habet ». Virg. *Aen.* I, 277: « Romanosque suo de nomine dicet ». Ubi Servius: « Perite: non ait Romam, sed Romanos: Urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enuntiat. Denique tribunus plebis quidam [Valerius Soranus], ut ait Varro [et multi alii], quia hoc nomen ausus esset enuntiare, [ut quidam dicunt raptus a Senatu, et] in crucem levatus est: [ut alii, metu supplicii fugit, et in Sicilia comprehensus a Praetore, praecepto Senatus occisus est.] Hoc autem Urbis nomen ne Hyginus quidem, cum de situ urbis loqueretur, expressit ». Id. ad Virg. *Georg.* I, 498: « verum nomen eius numinis, quod urbi Romae praeesset, sciri sacrorum lege prohibetur: quod ausus quidam tribunus plebis enuntiare in crucem levatus est ». — Deae quoque nomine culta est (inscr. apud Orell. n. 155, 488, 732, 1776, 1799, 1800, 3674, Henzen n. 5211, 5964, 7174), eique dicata templa (inscr. apud Orell. n. 122, et Henzen n. 7172). Vicum matris Rumae memorat S. Rufus *De reg. Urbis* (*Antiq. rom.* III col. 33).

§ 2. Roma, Itali et Leucariae filia, apud Plutarch. in *Rom.* II 1.

§ 3. Roma, Dexitheae filia, Romuli mater ex Latino Telemachi filio, apud Plutarch. in *Rom.* II 6.

ROMANEI, *Romani*, nominat. pl., apud antiquos (Mar. Victor. pg. 2463 P.), in lege Servil. *Repetund.* cap. 23 (CEIVEIS · ROMANEI · IVSTEI · SVNTO), et in lege Corn. *de XX quaest.* (QVEI · CIVES · ROMANEI · SVNT). — Genit. sg. POPVLI · ROMANEI et POPVLEI · ROMANEI (in lege Thor. *agr.* cap. 1, 3, 5, 9 sq., 36, 42); dat. sg. Romanoi (Mar. Victor. pg. 2463 P.); genit. pl. ROMANO et ROMANŌM in numis n. 2688 *b* (Lanzi I 314 = 243, II 606 = 520, Lepsius *De tab. eugub.* pg. 26 nt. 66, Mommsen apud Fiorelli *Ann. numism.* I 38 sq., Aufr. et Kirch. I 52, 121, II 83; cf. Niebuhr *Hist. rom.* V 402 sq.).

ROMANILLA, cognom. rom. apud Murat. 1525, 5.

ROMANO, pro ROMANOM (Romanorum). Vide ROMANEI.

ROMANOI, *Romano*, dat. sg. Vide ROMANEI.

ROMANOM, *Romanorum*. Vide ROMANEI.

ROMANVLA porta, ab Roma dicta, quae habet gradus in Nova via ad Volupiae sacellum (Varro *De l. l.* V, 164 pg. 64; cf. VI, 24 pg. 83).

ROMATINVM flumen, in Venetis, nunc *Lemene*. Plin. III, xxii, 1: « flumina et portus, Romatinum; Tilaventum maius *etc.* ».

ΡΟΜΥΛΛΑ. Vide ROMVLEA, quod sequitur.

ROMVLEA, oppidum Italiae in Hirpinis (cf. Niebuhr *Hist. rom.* VI, 67; in marm. Frent. apud Boeckh n. 5878 ΡΟΜΥΛΛΑ pro Ῥωμυλλᾶς). Liv. X, 17: « Dividenda praeda, ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt. Ibi quoque sine opere, sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximum fuit, scalis raptim admotis, in moenia evasere. captum oppidum ac direptum est. ad duo millia et trecenti occisi; et sex millia hominum capta; et miles ingenti praeda potitus ».

ROMVLIA vel Romilia, tribus Romana, dicta a Roma (Varro *De l. l.* V, 56 pg. 22), vel a Romulo. Fest. *Qu.* XIII, 7 pg. 270: « [Romuliam tribum appellatam ait Dio[ny]sius ab Romulo, quod in agro ab eo] ca[pto de Veientium populo, ea tribus cen]se[batur. Sed Terentius Varro dictam ait, quod pro]xima [Romae esset . . . . .] ». Paul. pg. 271: « Romulia tribus dicta, quod ex eo agro censebantur, quem Romulus ceperat ex Veientibus ». Cic. *Agr.* II, 29: « Respondit, a Romilia (codd. aliq. *Romulia*) tribu se initium esse facturum ». In lapidibus rom. scribitur ROM· (Orell. n. 2303, 3972, 4820, Henzen n. 6959, 7265, Mommsen n. 1067, 4400, 4497, 4503, 4510, 4513, 4515, 4519, 4521, 4522, 4525, 4527, 4529, 4532, 4533, 5041, 6808) et ROMVL (Orell. n. 3987).

ROMVLVS et Romolus vel Remulus, gr. Ῥωμύλος, Albanorum rex (Appian. *De reg.* I, 2). Liv. I, 3: « Agrippa inde Tiberini filius, post Agrippam Romulus Silvius, a patre accepto imperio, regnat ». Ovid. *Fast.* IV, 49 sq.:

Iam tamen Agrippan genitum, Remulumque nepotem
Viderat; in Remulum fulmina missa ferunt.

Et *Metam.* XIV, 616 sqq.:

de quo (*Tiberino*) Remulusque feroxque
Acrota sunt geniti: Remulus maturior annis
Fulmineo periit, imitator fulminis, ictu.

Oros. I, 20: « Fuerat etiam paulo superiore tempore apud Latinos rex Aremulus, qui per annos octodecim flagitiis impietatibusque crescens, ad postremum divino iudicio fulmine interceptus, matura supplicia immatura aetate dissolvit ».

§ 2. Filius Iliae seu Rheae Silviae, primus Romanorum rex (Liv. I, 4 sqq.; Ovid. *Fast.* II 365 sqq., *Metam.* XIV 799; Valer. Max. II, ii 9, V, viii 1; Serv. ad Virg. *Aen.* VII 659; Strab. V, iii, 2; Diod. VII, iii a 12, viii 3; Appian. *De reg.* capp. 1, 2, 4, *De bell. civ.* II 114, III 94; Plutarch. in *Rom.* capp. 1 sqq.; Fab. Pict. fragm. n. 1 apud Dionys. Halic. I 79; cf. Aul. Gell. VI, 7), quem veteres a Marte genitum praedicabant (Diocl. Pepareth. fragm. n. 1 apud Fest. *Qu.* XIII 6 pg. 269 cit. ad voc. ROMA, Plutarch. in *Rom.* IV 4, Aelian. *Var. hist.* VII 16, Dio Cass. fragm. n. 3 pg. 3, Aur. Vict. *De orig. gentis Rom.* cap. 20, Virg. *Aen.* I 275, VI 778, Enn. *Ann.* vs. 115 sq., Horat. *Od.* IV, viii 22 sq., Flor. I 1, Serv. in *Aen.* VI 778). Inscr. apud Mommsen n. 2189 (Orell. n. 534 = n. 5053): RÓMVLVS MÁRTIS · | [F]ILIVS · VRBEM ·

ROMAM | CONDI]DIT · ET · REGNAVIT · ANNOS | DVODEQVADRAGINTA · ISQVE | PRIMVS · DVX · DVCE · HOSTIVM | ACRONE · REGE · CAENINENSIVM | INTERFECTO · SPOLIA · OPI[MA] | IOVI · FERETRIO · CONSECRA[VIT] | RECEPT[V]SQVE · INDEORV[M] | NVMERVM QVIRINV[S] | APPELLATV[S EST]. Cf. inscr. apud Orell. n. 509 (ROMVLO PARENTI). Alii volunt Romulum Numitoris filium (Diod. Sic. excerpta apud *Gr. hist. min.* II, IX), vel Latini et Romae (Callias Syracus. fragm. n. 7 apud Dionys. Halic. I, 72), vel Aeneae et Tyrrheniae (Alcim. Sic. fragm. n. 6 apud Fest. *Qu.* XIII 4 pg. 266) aut Romae (Clinias apud Fest. *Qu.* XIII 5 pg. 269). Fest. *Qu.* XIII, 4 pg. 266: « Romulum quidam a ficu ruminali, alii quod lupae ruma nutritus est, appellatum esse ineptissime dixerunt. quem credibile est a virium magnitudine, item fratrem eius, appellatos ». — In antiquis mss. legitur Romolus (Pier. ad. *Aen.* VIII 654). — Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. Romularis, Romuleus cet.

ROMVS vel Rhomus. Vide REMVS.

RORARII -orum, idem ac velites, milites levis armaturae, dicti ab rore, qui bello committebant ante, ideo quod ante rorat quam pluit (Varro *De l. l.* VII, 58 pg. 143). Paul. pg. 14: « Alii rorarios, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret ». Cf. Liv. VIII, 8 sq., Plaut. apud Varr. loc. cit., et Lucil. apud Non. XVIII 3 = pg. 554 sq.

ROS, deus, Aëris et Lunae filius. Macrob. *Saturn.* VII, 16: « Alcman Lyricus dixit *rorem Aeris et Lunae filium* ».

ROSA, cognom. rom., ut Q. Vibius Rosa (Grut. 302, 1).

ROSCIANVS, Italiae oppidum, in Bruttiis, apud Antonini *itiner.* pg. 114.

ROSCIEIS, *Roscii*, nominat. pl. Inscr. apud Ritschelii *Priscum latin. monum.* tab. III G *a b* (Mommsen *Inscr. ant.* n. 1481): M · P · ROSCIEIS · M · F · MAIC.

ROSCIO, *Roscius*. Vide ROSCIVS, quod sequitur.

ROSCIVS, gentilitium umbricum, ut Sextus Roscius Sexti filius municeps Amerinus (Cic. *pro Rosc. amer.* cap. 6, et *De off.* II 14; cf. Plutarch. in *Cic.* III, 2), Titus Roscius Capito et Titus Roscius Magnus Amerini (Cic. *pro Rosc. amer.* cap. 6 sq.). Cf. A ROSCIO (Aulus Roscius), apud Mommsen (*Inscr. lat. antiq.* n. 143). *Roscio* pro *rosso* (rubeus) nunc dicunt Umbri.

§ 2. Gentilitium Lanuvinum, ut Q. Roscius comoedus (Plutarch. in *Sylla* XXXVI 2 et in *Cic.* V 3 Ῥώσκιος ὁ κωμῳδός), de quo Cic. *De orat.* I 28, II 57, III 59, *pro Quint.* cap. 24, *pro Q. Rosc.* cap. 7, *pro Archia* cap. 8, *De nat. deor.* I 28, *De div.* I 36, II 31, *De leg.* I 4, et Tacit. *Dial. de orat.* cap. 20. — L. Roscium, Romanorum legatum, a Larte Tolumnio Fidenis interfectum, memorat ipse Cic. *Phil.* IX 2. Cf. Ῥώσκιος, apud Appian. *De bell. civ.* IV 56, et Plutarch. in *Crass.* XXXI 3, in *Pomp.* XXV 5.

ROSSIVS et rosseus, *ruber* (ital. *rosso*), adiect. Gloss. apud Mai *Class. auct.* VI, 543: « *rossea*, *rubra* ». Est gentil. rom., ut M · ROSSIVS · AMPLIATVS (Mommsen n. 702). Cf. ROSCIVS.

ROSVLA, *parva rosa*. Est nomen pr. rom., ut FELICISSIMA ROSVLA (Murat. 1447, 3). Cf. *Giorn. letter. Pis.* VII, 38.

ΡΟΤΑΝΟΣ, fluvius Corsicae. Ptol. III, 2: Ῥοτάνου (al. Ῥοτανοῦ) ποταμοῦ ἐκβολαί.

ΡΟΥΑΚΗΝΣΙΟΙ, populi Sardiniae apud Ptol. III 3 (codd. Ῥουακήνσιοι, Ῥουκήνσιοι, Ῥουακούνσιοι, Ῥουβήνσιοι).

ΡΟΥΒΡΑ, oppidum Corsicae, ad merid. lat. (Ptol. III, 2 Ῥοῦβρα πόλις).

1q (rp), in fragm. inscr. etr. n. 992 bis *c*.

?Mq (rś), in aere etr. n. 2607.

I3YQ (rtei), *Retia?*, u. pr. f. Operc. ossuarii etr. n. 122:



« larthi rthei » = *Lartia Retia* vel *Ritia* (Conestab. *Inscr. etr.* pg. 143).

I3NAVq (ruanei), *Runia?*, n. pr. f., in tit. etr. n. 1726 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 302 ad n. 337).


2I1AVq (ruapis), ..., n. pr. m., in tegula etr. n. 974, Cf. Lanzi II 389 = 318 ad n. 181, et Maggi apud Inghir. *Lett. di etr. erud.* pg. 71.

RVBELLIVS, gentilitium Tiburtinum, apud Tacit. *Ann.* VI 27.

RVBI, hodie *Ruvo*, Apuliae oppidum, iuxta Canusium (Antonini *itiner.* pg. 116 « Rubos »; *itiner. Hierosol.* pg. 610 « civitas Rubos »). Horat. *Sat.* I, v, 94 sq.:

Inde Rubos fessi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter et factum corruptius imbri.

Eius incolae Rubustini (Plin. III, XVI, 6), in numis n. 2937 sq. Ρ, ΡΥ, ΡΥΨ, ΡΥΒΑΣΤΕΙΝΩΝ. — Ru-



bustinus, adiect. ad Rubos pertinens, ut Rubustinus ager (Frontin. *De col.* pg. 262).

RVBICO vel Rubicon, Ῥουβίκων (Strab. V, I 11, II 10, Appian. *De bell. civ.* II 35, III 60, Plutarch. in *Pomp.* LX 2 et in *Iul. Caes.* XX 1, XXXII 3), hodie *Pisatello*, flumen Aemiliae (Sil. Ital. VIII, 453 « Rubico »; *Tab. Peuting.* segm. IV *b* « Rubico », et IV *e* « Rubicum »), inter Aprusiam fluvium et Sapim, olim terminus Italiae (Strab. V, II 10, Appian. loc. cit., Plutarch. loc. cit., Suet. in *Iul. Caes.* cap. 31). Ptol. III, 1: Ῥουβίκωνος (al. codd. Ῥουβίκονος et Ῥουβρίκονος) ποταμοῦ

ἐκβολαί. Plin. III, xx, 1: « Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiae ». Vib. Seq. pg. 17: « Rubicon Galliae iuxta Ariminum, olim dividens Galliam ab Italia ». Lucan. *Phars.* I, 213 sqq.:

Fonte cadit modico, parvisque impellitur undis
Puniceus Rubicon, quum fervida canduit aestas,
Perque imas serpit valles, et Gallica certus
Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.

RVBINAME, *ad —am*, subst. f. locat. sg. 1 decl., antiquiori orthogr. ƎMAИIꟼVᗡ (rupiname), sicut RVBINE = ƎИIꟼVᗡ (rupinie), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 112, II 148, 276, 288). Tab. eugub. VIIa 43: POSTRO · COMBIFIATV · RVBINAME = *retro conspicito ad —am;* et tab. VIIa 44: ENEM · RVBINAME · POSTRO · COVERTV = *tum ad —am revertito.* Vide ƎMAИIꟼVᗡ (rupiname).

RVBINE, *in —â*, subst. f. locat. sg. 1 decl., antiquiori orthogr. ƎIИIꟼVᗡ (rupinie), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 113, II 149, 276, 288 sq., 291). Tab. eugub. VIIa 6: RVBINE · PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV = *ad —am porcas tres rufas aut piceas facito.* Vide ƎIИIꟼVᗡ (rupinie) et ƎMAИIꟼVᗡ (rupiname).

RVBVSTVS, *robustus*, adiect. Decr. col. Pis. pr.: STIPITIBVSQVE · RVBVSTIS · SAEPIATVR (Orell. n. 642).

RVGVSCI, populi Alpini, apud Plin. III, xxiv, 4.

RVDIAE, Ῥωδίαι (Strab. VI, iii, 5 sq.) vel Ῥουδία (Ptol. III 1 unus cod. Ῥούδια), nunc *Rugge*, Calabriae oppidum, Ennii patria. Mela II, iv, 7: « Ennio cive nobiles Rudiae ». Strab. VI, iii 5: ἐκβάντες δὲ πεζεύουσι συντομώτερον ἐπὶ Ῥωδιῶν (codd. Ῥωδαίων et Ῥοδιῶν), πόλεως Ἑλληνίδος, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. Sil. Ital. XII, 396 sq.: « Rudiae genuere vetustae: Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno ». — Rudinus et Rodinus, adiect. ad Rudias pertinens (Auson. *Edyll.* n. 349 vs. 17), ut Rodinus ager (Frontin. *De col.* pg. 262), Municipes Rudini (Mommsen n. 445). Ennius *Ann.* vs. 440 (apud Cic. *De orat.* III, 42): « Nos sumus Romani, qui fuimus ante Rudini ». Cf. Rudium hominem apud Cic. *pro Archia* cap. ix.

RVDICVLVS vel Rudusculus, vasis genus. Vide PERSILLVM.

RVDVSCVLANA. Vide RAVDVSCVLA.

RVDVSCVLVS. Vide RVDICVLVS.

RVES, *ruina*, in Gloss. apud Labb. pg. 162 col. 1.

-8Vᗡ (RVF-), radix umbrica, recentiori orthogr. = ROF-, etr. -8Vꟼ (ruf-) et -8VAꟼ (rauf-), lat. *ruf-us*, gr. ε-ΡΥΘ-ρ, sanscr. rudh-, in voc. Vᗡ8Vᗡ (rufru), Aᗡ8Vᗡ (rufra) et RVFRER.

-8Vꟼ (ruf-), *rufus*, radix etr., = -8Aꟼ (raf-) pro -8VAꟼ (rauf-), umbr. -8Vᗡ (RVF-) vel ROF-, in voc. MAIꟼ8Vꟼ (rufriaś), Ǝ8IVꟼ (ruife), MIᗡ8IVᗡ (ruifriś), Ǝ8Aꟼ (rafe) et AI8Aꟼ (rafia), Ǝ8VAꟼ (raufe)

et AI8VAꟼ (raufia). Cf. ƆꟼAI8ƎVᗡ (ruvfialc), И8ƎVᗡ (ruvfn) et IΣΣƎVᗡ (ruvssi).

8Vꟼ (ruf), pro rufial = *Rofiâ*, in lapide etr. n. 1903.

RVFEIS, *Rufi*, nominat. pl. Tab. Gen. lin. 1 (Append. n. i): Q · M · MINVCIEIS · Q · F · RVFEIS.

RVFFINVS, *Rufinus*, cognom. rom., e RVFFVS pro *Rufus*, ut M. Ruffinus (Murat. 45, 5) et Aurelia Ruffina (Murat. 1243, 10). Cf. Grut. 195 4, 305 2, 311 6, 996 8.

RVFFVS, *Rufus*, cognom. rom. in lapid. (Grut. 112 4, 311 5, 318 1, 882 5, 1068 3), unde Ruffius (Grut. 755 8) et RVFFINVS, quod vide.

RVFILLVS et Rufilla, diminut. rufi et rufae. Est cognomen rom. apud Murat. 1284, 11, et Tacit. *Ann.* III 36 (Annia Rufilla).

RVFINVS et Rufina, adiect. ad rufum et rufam pertinens. Est cognomen rom., ut P. Cornelius Rufinus (Valer. Max. II, ix, 4), Vinicius Rufinus (Tacit. *Ann.* XIV, 40), Mennius Rufinus (Tacit. *Hist.* III, 12), CALVISIA · C · F · RVFINA (Grut. 305, 9), Lucillia Rufina (Grut. loc. cit.) etc. Cf. ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ et ΡΟΥΦΕΙΝΙΑ in inscr. apud Osann pg. 308 et sect. iii n. cli.

RVFIO -onis, e *rufo*, cognomen rom., ut P. Magius P. f. Rufio (Murat. 963, 5).

Aᗡ8Vᗡ (rufra), *rubras*, adiect. f. acc. pl. 1 decl., pro rufraf, recentiori orthogr. ROFA pro rofaf, e rad. -8Vᗡ (ruf-) et suff. ro, apud Umbros (Passeri *Paralip.* pg. 293, Lanzi II 723 = 631, 832 = 741, Aufr. et Kirch. I 55, 57, 91, 113, Huschke *Die iguv. taf.* s. 272; cf. Grotefend *Rud. l. u.* V, 8). Tabula eugub. Ib 27: V+Ǝ8 : AIƎꟼ : Ǝ+V : Aᗡ8Vᗡ : AKᗡVꟼ : Ǝᗡ+ (tre purka rufra ute peia fetu) = tab. VIIa 6: PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV h. e. *tres porcas rubras (rufas) aut piceas facito.*

RVFRAE vel Ruffrium, Samnii oppidum in confinio Campaniae (Sil. Ital. VIII, 566 « Rufrae »). Virg. *Aen.* VII, 739: « Quique Rufras Batulumque tenent ». Ubi Servius: « Castella Campaniae, a Samnitibus condita ». Liv. VIII, 25: « Eodem tempore [u. c. an. cdxxix] etiam in Samnio res prospere gesta. tria oppida in potestatem venerunt, Allifae, Callifae, Ruffrium ». Eius incolae Rufrani, apud Murat. 267 6 (RVFRANI VICANI). Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *rufranus* et *rufrium*.

RVFRER, *Rufri* (Rubri), n. pr. m. (genit. sg. 2 decl.), e rad. RVF-, rom. *ruf-ro* (rubro), et suff. ro, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 49, 55, 57, II 79 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 75). Tab. eugub. VIa 14: RANDEME · RVFRER = *ad —am Rufri.* Cf. RVFRI Maceria.

RVFRI Maceria vel Maceriae, loci nomen in Campania. Cato *De r. r.* cap. 135 (cf. cap. 22): « Nolae ad Rufri Maceriam claves (*optimae erunt*) ».

MAIꟼ8Vꟼ (rufriaś), *Rufriae* (Rubriae), nom. pr. f. genit sg. = MAI8VAᗡ (raufiaś), e rad. etr. -8Vꟼ (ruf-) vel

-8VAq (rauf-) et suff. ro, rom. *ruf-us*. Tit. sepulcr. n. 1211: MAIq8Vq IↃqAↃ ANAO (thana larci rufriaś) = *Tannia Larcia Rufriae* filia (cf. Vermigl. *Inscr. per*. pg. 307 ad n. 353).

VO8VO (rufru), *rubros*, adiect. m. acc. pl. 2 decl., pro rufruf, sicut RVFRA pro rufraf et ROFV pro rofuf, e rad. -8VO (ruf-), gr. ε-ρυθ-, et suff. ro, apud Umbros (Passeri *Paralip*. pg. 293, Lanzi II 723 = 631, 832 = 741, Müller *Die Etr*. I 55, Aufr. et Kirch. I 55, 57, 119, II 279, Huschke *Die iguv. taf*. s. 265). Tab. eugub. Ib 24: V+I38 : VI3Ↄ : 3+V : VO8VO : 8VOↄA : 8IO+ (trif apruf rufru ute peiu feitu) = tab. VIIa 3 ABROF · TRIF · FETV · HERIEI · ROFV · HERIEI · PEIV h. e. *tres apros rubros sive piceos facito*. Cf. Doederl. *De voc. al*. etc. pg. 9 sq.

RVFVS, cognom. umbr. et etr. (cf. 38VAq raufe et RVFRER), ut NER · CAPIDAS · C · F · RVF · (Grut. 167, 8) et C. Musonius Rufus (vide MVSONIVS).

ANZ✱Vq (ruzsna), *Roxana* (?), n. pr. f., in urna etr. n. 1727 (cf. Vermigl. *Inscr. per*. pg. 173 ad n. 23). Roxana vel Roxane est n. pr. f. apud Grut. 1146 11, Murat. 1337 10 cet.

38IVↃ (ruife), *Rufus*, cogn. etr. (cf. MIO8IVO ruifriś) = 38VAq raufe et 38Aq rafe, e rad. -8IVO ruif- pro -8Vq ruf-, gr. ε-ρυθ-, in urna Viterb. n. 2073 (cf. Lanzi II 346 = 275 ad n. 16).

MIO8IVO (ruifriś), *Rufri* (Rubri), n. pr. m. genit. sg. (cf. 38IVↃ ruife), = umbr. RVFRER, e rad. -8IVO (ruif-) pro -8Vq (ruf-) et suff. ro. In aere etr. n. 2613: MIO8IVO : I+ZA8 (fasti ruifriś) = *Fausta Rufri* vel *Rufrii* filia (cf. Conestab. in *Bullett. dell'Inst. arch*. an. 1862 pg. 74).

?ↄAVↄIↃVↃ (rucipual), —*â*, n. pr. f. abl. sg., in marm. etr. n. 1895.

RVLLVS, cognom. rom., quod a rure (Voss. in *Etym*. s. v. *rullus;* cf. Gloss. apud Labb. « Rullus, *mendicus*, ἀγύρτης », et « Rullum, χωρικὴ, ἀγροῖκος), ut M. Fabius Ambustus (Liv. VII, 18), Ῥοῦλλος (Dion. Cass. excer. ed. Maio *Script. vet*. II, 160), P · SERVILI · M · F · RVLLI (in den. gentis Serviliae apud Cohen *Méd. consul*. pl. XXXVIII n. 6), P. Servilius Rullus (Cic. *De leg. agr*. I, 5), G. Iunius L. f. Gal. Rullus (Grut. 876, 6), C. Rullus praeco (Grut. 626, 1), GAVIA · L · F · RVLLA (Grut. 569, 9). Hinc cogn. Rullianus (Grut. 291: Q · FABIVS M · F · M · N · MAXIMVS RVLLIANVS) et Rullio (Grut. 424, 9).

AMVq (ruma), in numo arg. n. 2687a. Vide ROMA.

RVMA, rumis et rumen, *mamma*, apud veteres, a gr. ῥύω sive ἐρύω (traho). Varro *De r. r*. II, I, 20 (cf. II, XI 5 cit. ad voc. RVMINA, et apud Non. II 756 = pg. 167): « antiquo vocabulo *mamma* rumis, ut opinor ». Plin. XV, XX, 3: « ... praebens rumen (ita vocabant *mammam*) ». Plutarch. in *Rom*. IV, 2: ὅτι τήν τε θηλὴν ῥοῦμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, καὶ θεόν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελεῖσθαι δοκοῦσαν ὀνομάζουσι Ῥουμυλίαν, καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια καὶ γάλα τοῖς ἱεροῖς ἐπισπένδουσιν. Id. *Quaest. rom*. n. 57 (vide RVMINA): Ἡ ῥοῦμαν Λατῖνοι τὴν θηλὴν καλοῦσι. Fest. *Qu*. XIII, 7 pg. 270 (et Paul. pg. 271) cit. ad voc. RVMINALIS: « *mamma* rumis dicebatur. unde rustici *haedos lactentes* subrumos vocant, quia adhuc sub mammis habentur ».

§ 2. Ruma h. e. *Roma*, dea Romanorum. S. Rufus *De reg. Urbis* col. 33: « vicus matris Rumae ». Vide ROMA.

§ 3. *Ruma* et *rumen* est cavus gutturis locus, et ipsum guttur (Fest. *Qu*. XIII, 7 pg. 270, Paul. pg. 9 et pg. 271 cit. ad voc. RVMARE; Arnob. VII, 24 sq.; Isid. *Orig*. XI, 1; Tertull. *Resurr. carn*. cap. 4). Serv. in Virg. *Ecl*. VI, 54: « *Ruminatio* dicta est a ruma, eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus ». Non. I, 64 = pg. 18: « Rumen dicitur locus in ventre, quo cibus sumitur, et unde redditur: unde et ruminare dicitur. Pompon. Prostib. [vs. 152]: *Ego rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam* ».

RVMARE, *ruminare*, apud veteres. Fest. *Qu*. XIII, 7 pg. 270 (Paul. pg. 271): « Rumen est pars colli, qua esca devoratur, unde rumare dicebant, quod nunc *ruminare* ».

RVMENTVM, *abruptio* (Paul. pg. 271). Fest. *Qu*. XIII, 7 pg. 270: « [Rumentum in augur]alibus significare vi[detur interruptio abrupti]ove: *dum verba anci[libus movendis praeit, si int]erim vis * canerit .....o, augurio rumentum [estod]* ».

RVMIA. Vide RVMINA.

RVMIGERO, *rumito* (rumigo). Vide RVMITO.

RVMILIA? Vide RVMINA.

RVMINA vel Rumia, Ῥουμίνα (Plutarch. *Quaest. rom*. n. 57) et Ῥουμυλία (Plutarch. in *Rom*. IV, 2 cit. ad voc. RVMA), dea quae rumis (mammis) et infantibus lactentibus praeerat (August. *De civ. Dei* IV 11, VI 10, VII 11). Varro *De r. r*. II, XI, 5: « Non negarim, ideo apud divae Ruminae (*vulgo Rumiae*) sacellum a pastoribus satam ficum. ibi enim solent sacrificari lacte pro vino, et pro lactentibus. *mammae* enim rumis sive rumae, ut ante dicebant, a rumi, et inde dicuntur subrumi agni: lactentes, a lacte ». Non. II, 756 = pg. 167: « Rumam veteres *mammam* dixerunt. Varro Cato vel de liberis educ.: *Hisce manibus lacte fit, non vino, Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam, id est prisco vocabulo mammam, a quo subrumi etiam nunc dicuntur agni* ». Plutarch. *Quaest. rom*. n. 57: « Διὰ τί τῇ Ῥουμίνᾳ θύουσαι, γάλα καταπένδουσι τῶν ἱερῶν, οἶνον δ' οὐ προσφέρουσιν »; Ἡ ῥοῦμαν Λατῖνοι τὴν θηλὴν καλοῦσι, καὶ Ῥουμανάλιν ὀνομασθῆναι λέγουσιν, παρόσον ἡ λύκαινα τῷ Ῥωμύλῳ τὴν θηλὴν παρέσχεν; ὥσπερ οὖν ἡμεῖς τὰς τρεφούσας τὰ παιδία γά-

λακτι, θηλόνας ἀπὸ τῆς θηλῆς καλοῦμεν, οὕτως ἡ Ρουμίνα θηλώ τις οὖσα καὶ τιθήνη καὶ κουροτρόφος, οὐ προσίεται τὸν ἄκρατον, ὡς βλαβερὸν ὄντα τοῖς νηπίοις;

§ 2. *Rumina ficus*. Vide RVMINALIS, quod sequitur.

RVMINALIS, h. e. *qui ruminat*, adiect., ut Ruminales hostiae (Plin. VIII, LXXVII 1) et Ruminalis ficus, poët. Rumina ficus, ἐρινεὸς Ῥωμινάλιος (Plutarch. in *Rom.* IV 1, *Quaest. rom.* n. 57; cf. *De fort. rom.* cap. 8), sub qua Romulus et Remus ex lupae uberibus pendentes reperti sunt (Varro *De l. l.* V, 54 pg. 22, Plin. XV, XX 2, Tacit. *Ann.* XIII 58, Fest. *Qu.* XIII 6 pg. 269, Aurel. Vict. *Orig. gentis Rom.* cap. 20, Serv. in *Aen.* VIII 90 cit. ad voc. RVMON), alio nomine Romula et Romularis appellata (Liv. I, 4). Ovid. *Fast.* II, 411 sq.:

Arbor erat: remanent vestigia: quaeque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.

Fest. *Qu.* XIII, 7 pg. 270 (Paul. pg. 271): « [Ruminalem ficum appel]latam ait Varro [prope Curiam sub Veter]ibus, quod sub ea ar[bore lupa monte decurrens] Remo et Romulo [mammam praebuerit. mamm]a autem rumis di[cebatur. unde rustici haedos lactent]es subrumos vo[cant, quia adhuc sub mammis habentur]. alibi (leg. *alii*) autem sunt [qui dictam putent, quod sub ea pecus] ruminari solitum [esset] ». Vicum Ruminalem memorat S. Rufus et P. Vict. *De reg. Urbis* (*Thes. antiq. rom.* III 33, 42).

RVMINVS, cognomen Iovis omnia alentis, apud August. *De civ. Dei* VII, 11.

RVMITO, *rumigo* (rumino), apud veteres. Fest. *Qu.* XIII, 7 pg. 270 (Paul. pg. 271): « Rumitant significat *rumigerant*, ut Naevius: *Simul alius aliunde rumitant inter se* ».

ƧAИɅMVꓷ (rumlnas), *Romulnii*, n. pr. m. genit. sg. in sarcoph. etr. n. 2171. Cf. cognom. rom. Rumna in titulo Campano apud Mommsen n. 1782 (VEIANIAE RVMNE).

RVMON -onis, olim dictus est Tiberis, quasi ripas ruminans. Servius in Virg. *Aen.* VIII, 90: « Rumore secundo: hoc est bona fama, cum neminem laederet: aut certe dicit, ante eos venisse, quam fama nuntiaret venturos; aut *rumore* pro *rumone* posuit: nam, ut supra diximus v. 63 [vide TIBERIS] Rumon dictus est: unde et ficus Ruminalis, ad quam eiecti sunt Remus et Romulus ..... Ergo si fuerit *Rumone secundo*, favente fluvio, intelligimus ».

ИVꟼ (run), in olla clusina n. 510. Pro praen. Aruntia sumit Lanzius II 376 = 305 ad n. 138 (cf. V. Campan. *Dell'urna di Arunte* etc. pg. 55).

RVNA, genus teli simile pilo. Fest. *Qu.* XII, 31 pg. 262 (Paul. pg. 263): [Runa genus teli significat ..... ru]nas .....ae ..... Naevi[us ..... idem po]suit Ennius in l. I: *Runata recedit*, i. e. pilata .....] ad .....esen ..... ». Gloss. Isid.: « Runa, *pugna* », et « Runata, *praeliata* ».

MƎIИVꟼ (runies), *Runii* (?), n. pr. m. genit. sg. (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 173), in titulo Tarquin. n. 2327. Cf. ɅAIИVꟼIИAɅ (lanirunial).

ƎИIꟼITIИVꟼ (runitirine), in titulo sepulcr. n. 2033 bis E*a*.

RVNCINA, dea praeses frumenti. August. *De civ. Dei* IV, 8: « cum runcantur (*segetes*), id est a terra auferuntur, deam Ruminam (*praefecerunt*) ».

?VꟼИVꟼ (runru), in sepulcro Tarquiniensi (inscr. n. 2307). Cf. VᑐИVᑐ (punpu).

MVИVꟼ (runum), *donum*, subst. n. acc. sg. 2 decl., Umbrorum linguâ (marsic. DVNOM, etr. ƎƆVꓷV+ turuce, osc. ꟼИИMVИVꟼ dúnúmna = *donamina*), e rad. DA-, rom. *dare* (Aufr. et Kirch. I 117, 163, II 392), in aere Tudert. n. 85. Vide ƎꟼƎꟼ (rere) = *dedit*.

ƧƎIɅ↓ИVꟼ (runchlies), in titulo etr. n. 2033 bis G*b*.

RVONT, *ruunt*, e *ruo*, apud Plaut. *Curc.* V, II 47, *Most.* I, II 36, *Truc.* II, II 50.

RVPA, *rupes*. Gloss. Isid.: « Rupa ex utraque parte acuta ». Est etiam n. pr. liberti rom. apud Cic. *Epist. fam.* II, 3 = n. 169.

ɅAIИƎᑐVꟼ (rupenial), *Rupeniâ*, n. pr. fem. abl. sg. (cf. supr. RVPA). Operculum ossuarii perusini n. 1697: ИAɅƆ · ɅAIИƎᑐVꟼ · MИIɅ+Aᑐ · ƎɅVA (aule patlinś rupenial clan) = *Aulus Patilnius Rupeniâ natus.*

ƎMAИIᑐVꟼ (rupiname), *ad —am*, subst. f. locat sg. 1 decl., pro rupinamem, recentiori orthogr. RVBINAME, sicut ƎIИIᑐVꟼ (rupinie) = RVBINE, apud Umbros, e rupinia vel rubinia (Aufr. et Kirch. I 55, 112, II 148, 276, 288), quod ad gr. ῥύπτω (lavare, purgare), et ῥύπος (sordes, lutum) trahit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 263). Tabula eugubina Ib 34 sq.: ƎMAИIᑐVꟼ : V+AIꓭIᑐVꓘ | : Vꓷ+ƧVᑐ (pustru kupifiatu rupiname) = tab. VIIa 43: POSTRO · COMBIFIATV · RVBINAME h. e. *retro conspicito ad —am* (delubrum?). Comparari potest cum etr. VMIᑐVꟼ (rupinu), et cum rom. rupina h. e. *locus rupis horridus* (cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 pg. 121).

ƎIИIᑐVꟼ (rupinie), *in —a*, subst. f. locat. sg. 1 decl., recentiori orthogr. RVBINE, e rupinia vel rubinia, unde etiam ƎMAИIᑐVꟼ (rupiname) et RVBINAME, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 113, II 149, 276, 288; cf. Lanzi II 832 = 741). Tabula eugub. Ib 27: V+Ǝ8:AIƎᑐ:Ǝ+V:Aꟼ8Vꟼ:AꓘꟼVᑐ:ƎꟼƎ+:Ǝ:ƎIИIᑐVꟼ (rupinie * tre purka rufra ute peia fetu) = tab. VIIa 6 RVBINE · PORCA · TRIF · ROFA · OTE · PEIA · FETV h. e. *ad —am porcas tres rufras* (*rufas*) *aut piceas facito. In delubro* exponit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 266). Vide supra ƎMAИIᑐVꟼ (rupiname), quod *in Robigalibus* vertit Grotefendius (*Rud. l. u.* III 21, V 18, 32).

VMIИV[ᐊ] (rupinu), in titulo Trident. n. 12. Alii aliter legunt.

RVPITIAS, in duodecim Tabulis significat *damnum devoverit.* Ita Fest. *Qu.* XIII, 1 pg. 265, ubi cf. Muellerus.

RVRINA. Vide RVSINA.

? ƧVЯ (rvs), in operc. ollae etr. n. 171.

RVSELLAE, Ῥουσέλλαι (Ptol. III 5 unus cod. Ῥουσαίλλαι), oppidum Etruriae, nunc *Rosella.* Plin. III, VIII, 2 cit. ad voc. ETRVRIA): « Intus coloniae ..... Lucus Feroniae, Rusellana, Senensis, Sutrina ». Eius incolae Rusellani (Liv. XXVIII, 45), gr. Ῥουσαλῖνοι (Dionys. Halic. III, 51). — Rusellanus et Russellanus, adiect. ad Rusellas pertinens, ut ager Rusellanus (Liv. X, 4, 37), et Russellanus fons (Marini *Arvali* pg. 393).

RVSEME, *ruri,* subst. f. locat. sg. 3 decl., Umbrorum linguâ, e RVS, rom. *rus,* abl. ruse = *rure* (Grotefend *Rud. l. u.* V 28, VI 26, VIII 13, Aufr. et Kirch. I 49, 57, 94, 103, 128, 162, II 280; cf. Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 122, et Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 247), in tab. eugub. VIIa 8, 9, 23. Ad gr. ἡ ῥυσίς et τὸ ῥυτόν (lat. *rhytium*) trahit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 272).

RVSINA, dea quae ruribus praeest. August. *De civ. Dei* IV, 8: « sed rura deae Rusinae (*praefecerunt*) ». Alii legunt *Rurina.*

RVSCA, cognom. rom. (cf. ruscus et ruscum), ut M. Pinarius Rusca (Cic. *De orat.* II, 65).

RVSCEVS, *russeus* (rubeus), adiect. Cato apud Fest. *Qu.* XIII, 1 pg. 265: « Mulieres opertae auro, purpuraque, arsinea rete, diadema, coronas aureas rusceas fuscias, galbeas lineas, pelles, redimicula ».

RVSCIO -onis, diminut. *rusci,* nom. pr. servile, apud Cic. *pro Mil.* cap. 22. Alii legunt *Rufio.*

? ИƧVЯ (rusn), in titulo etr. n. 885 bis.

RVSO -onis, *villaticus* (rusticus), ab antiquo ruse pro *rure.* Est cognomen rom., ut P. Calvisius Ruso (Grut. 64, 9). Cf. Martial. V, 28.

RVSOR, deus apud veteres, a rusum pro *rursum.* August. *De civ. Dei* VII, 23: « Rusori quare? Quod rursus, inquit, cuncta eodem revolvuntur ».

RVSPARI, *crebro quaerere* (Paul. pg. 264) vel *scrutari* (Non. II, 744 = pg. 166), apud Acc. vs. 441 et vs. 489. Fest. *Qu.* XIII, 1 pg. 265: « Ruspari est *quaerere cribro* *, ut hoc versu indicatur: *et ego ibo, ut latebras ruspans rimeram aptimas* * ».

RVSSVM. Vide RVSVM pro *rursum.*

RVSTICILLA, *rusticula.* Est cognomen rom., ut IVLIA · RVSTICILLA (Grut. 849, 5 sq.).

RVSTVNVM, Umbriae flumen, in *Tab. Peuting.* segm. IV*e.*

RVSVM et russum, *rursum,* apud Plaut. (Ritschl *Proleg.* pg. cjv). Vide RVSVS.

AIЯVƧVЯ (rusuria), *Rusuria* (?), n. pr. f., ut AIЯVƧVЯ AIAƆ (caia rusuria) = *Caia Rusuria* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 221 ad n. 116), in urna perusina n. 1729.

RVSVS et rusum, *rursus* et *rursum,* apud veteres (Vel. Long. pg. 2237 P.; cf. Schneider *Gramm. der lat. sprachen* I, 471, et Ritschl in *Rhein. Mus.* n. f. VIII 155 anm. 1), in tab. Lugdun. lin. 33 apud Boissieu (*Inscr. de Lyon* pg. 138 RVSVS). Gloss. apud Mai *Class. auct.* VII, 578: « rusus, *rursus* »; et « rusus, *iteratus* ».

ƧIПAΓVᐊ (rutapis), Ῥοδόπη (Rhodope)?, Oceani filia, sive potius Ῥοδῶπις, femina Thracia (e ῥοδωπός, *qui est roseo aspectu*), Charaxi Amasia, fratris Sapphûs (Herodot. II 135, Strab. XVII, I 33, Lucian. *De salt.* cap. 2, Athen. XIII 69 pg. 596, cet.), in speculo etr. n. 2513 ter (cf. Garrucci *Scop. Falische* pg. 169).

MAI+VЯ (rutias), *Aruntiae,* praen. f. etr. pro MAI+ИЯA (arntias), in titulo sepulcr. n. 1934.

MIИᒧ+VЯ (rutlnis), *Rutelnii* (Rutenii), n. pr. m. genit. sg., apud Etruscos, in titulo Volaterr. n. 352. Cf. Orioli in *Album* XXII, 195. Rotenius est gentilitium rom. apud Fabr. cap. IX n. 364 pg. 642.

IƎИƧ+VЯ (rutsnei), *Rustenia?,* n. pr. f. = IИƧYVᐊ (rutsni), ut IƎИƧ+VЯ IΘЯAᒧ (larthi rutsnei) = *Lartia Rustenia* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 361 ad n. 389), in urna perus. n. 1728. Vide MIИƧ+Vᐊ (rutsnis). Rustenus est n. pr. m. in inscr. apud Murat. 1030, 7.

IИƧYVᐊ (rutsni), *Rustenia?,* n. pr. f. = IƎИƧ+VЯ (rutsnei), in titulis sepulcr. n. 1976 sq.

MIИƧ+Vᐊ (rutsnis), *Rustenii?,* n. pr. m., in titulo sepulcr. n. 1978. Vide IƎИƧ+VЯ (rutsnei) et IИƧYVᐊ (rutsni).

RVTVBA, *perturbatio.* Varro apud Non. I 750 = pg. 167: « Ergo tum Romae parce pureque Vivere in patriam, nunc sumus in rutuba ».

RVTVBA, fluvius Italiae, in Tiberim influens. Vib. Seq. *De flum.* pg. 17: « Rutuba ex Apennino in Tyrrhenum fluit ». Lucan. *Phars.* II, 421 sq.:

Dexteriora petens montis declivia Tibrim
Unda facit, Rutubamque cavum.

§ 2 Fluvius Liguriae, hodie *la Rota.* Plin. III, VII, 2: « Flumen Rutuba, oppidum Albium Intemelium ».

RVTVLI, Ῥουτοῦλοι (Strab. V, III 2 et 4, Appian. *De reg.* I 1, Aelian. *De nat. anim.* XI 16) vel Ῥώτολοι (Dionys. Halic. I 57, 64, V 42), populi Latii veteris (cf. kalend. Praen. apud Orell. II 389), quorum primarium oppidum Ardea, inter Laurentum et Antium (Plin. III, IX 4). Sil. Ital. VIII, 356 sq. (cf. V 413, XVI 141):

« Faunigenae socio bella invasere Sicano
Sacra manus Rutuli ».

Plin. XIV, XIV, 1: « M. Varro auctor est, Mezentium Etruriae regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset ». Rutuli dicti sunt Saguntini (Sil. Ital. I 584, II 541, 567), unde et Rutula Saguntus (Sil. Ital. IV 62), quia ex Ardentibus olim coloni Saguntum deducti fue-

rant (Liv. XXI 7). — Rutulus, adiect. ad Rutulos pertinens (Sil. Ital. I 377, XV 737, 759, XVI 697, XVII 125), ut rex Rutulus h. e. Turnus (Virg. *Aen.* IX, 728), ager Rutulus (Sil. Ital. VIII, 194). Virg. *Aen.* XI, 88: « Rutulo perfusos sanguine currus ».

ꓤꟻVꓷ (ruva), in titulo etr. n. 2033 bis D *d*.

ꓶꓤI8ꟻVꓷ (ruvfial), *Rofiā* (Rufià), n. pr. f. = ꓶꓤI8Vꓤꟼ (raufial), apud Etruscos, in titulo Viterb. n. 2057. Vide vocc. sqq.

Ɔꓶꓤ I8ꟻVꓷ (ruvfialc), *Rofiā* (Rufià), n. pr. f. etr. = ꓶꓤI8ꟻVꓷ (ruvfial), in titulo Viterb. n. 2058.

ꓠ8ꟻVꓷ (ruvfn), *Rofinia* (Rufinia), n. pr. f. e ruvfia (vide ꓶꓤI8ꟻVꓷ ruvfial), in sarcoph. Tuscan. n. 2132 (cf. S. Campan. et Oriol. in *Giorn. arcad.* CXIX 331, CXX 236).

IΣΣꟻVꓷ (ruvssi), *Rossia*, n. pr. f., e rad. etr. -ꟻVꓷ (ruv-) = -8ꟻVꓷ (ruvf-), pro -8Vꟼ (ruf-) vel -8Vꓤꟼ (rauf-), lat. *rufus*. In titulo sepulcrali n. 2069: IΣΣꟻVꓷ : ꓶIꟻ↓ꓠꓤO (thanchvil ruvssi) = *Tanaquil Rossia.*

?I↓V↓Vꟼ (ruchuchi), in urna Perus. n. 1730.

ΡΩΠΙΚΙΟΝ, oppidum Corsicae, apud Ptol. III, 2 (Ῥώπικιον).

Σ

Ƨ (ꜱ) et Σ (S), litera solitaria in numis Italiae inferioris, apud Carellium: Ƨ in numo Tarentino (tab. CIX n. 114), ꜱ in numis Tarentinis (tab. CIII n. 14 sq.) et Heracl. (tab. CLXI sq. n. 13, 29 sq.), Σ in numis Nolanis (tab. LXXXIII n. 13) et Caulon. (tab. CLXXXVIII n. 27), S in numis Brundisinis (tab. CXX n. 16 sqq.) et Paestanis (tab. CXXXI n. 6 sqq.).

Ƨ (s), *Sextus* sive *Setrius*, praen. etr. pro ƎꟼOƎƧ (sethre), in urna Volaterr. n. 340 (Lanzi II 458 = 387 ad n. 454). Cf. inscr. etr. n. 340 et n. 1002.

§ 2. *Sexta* vel *Setria*, praen. f., pro ꓤꟼOƎƧ (sethra). In titulis sepulcr.: IꓠIꓤ1V1 · Ƨ (s. pupaini, n. 336) = *Sexta* vel *Setria Pupienia* (cf. Lanzi II 348 = 277 ad n. 24 et Ianssen *Inscr. etr.* pg. 10); MƎꓤƆ · Ƨ (s. caeś, n. 1002) = *Sexta* vel *Setria Caii* uxor. Cf. inscr. n. 134, 340, 1265.

§ 3. *Sextius* vel *Setrius* sive *Sextia* vel *Setria*, n. pr. etr., ut Ƨ · ꓶ (l. s) = *Lars Setrius* vel *Lartia Setria*, in tit. Hortano n. 2268.

ꝭ (s), fortasse pro ƆƎƧ (sec) vel ↓ƎƧ (sech), in titulis etr. n. 747 et n. 1548.

Ƨ (S), nota semissis, in numis antiquissimis (*Aes grave del Mus. Kircher.* cl. I tav. IV n. 2, V n. 2, VI n. 2, VII 2, VIII n. 3, IX n. 3, X n. 2, XI n. 2). Ɔ vel C in numis Iguv. n. 79 *b*, Tudert. n. 84 *b*, *c*, Volaterr. n. 333, cet. (*Aes grave* etc. cl. III tav. II n. 2, III n. 2, X n. 3. In aliis numis ●●●●●●, ut apud Clusinos (n. 476) et alios (*Aes grave* cl. III tav. V n. 2, VI n. 2, VIII n. 3, XI n. 2).

M (ś), in inscr. etr. n. 309, 1049, 2554. Cf. Coltellini *Congett.* etc. pg. 4.

§ 2. Nota semunciae in numis etr. (*Aes gr. del Mus. Kircher.* cl. I tav. V n. 7 et tav. VI n. 7).

SA, *ea*. Vide SVS, *is*.

ꓤƧ (sa), in operc. ossuarii clusini n. 551.

ꓤM (śa), *sex*, sanscr. ṣaṣ, gr. ἕξ, nom. numer., in tesseris etr. n. 2552 (Sec. et Dom. Campanari in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1848 pg. 60, 74; Orioli in *Bullett.* cit. pg. 141; Migliarini in *Arch. stor. ital.* nv. sr. XII, II, 7). Hinc fortasse praenomen ƎꟼOƎƧ (sethre) = *Setrius* vel *Sextus* (Orioli in *Album* XIX, 157) et ꓶꓤƎM śeal (Migliarini loc. cit. pg. 9).

?ꓤM (śa), in inscr. etr. n. 2029 (cf. Orioli in *Album* XXII, 194 sg.).

ƩΛ, *Salvius*, praen. ital., ut ƩΛ · ΛꓲꓲIƩ = *Salviu Allius* (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 342).

... ꓤƧ (sa...), in titulo etr. n. 2616.

ꟿVTBꓠꓠꝭ (saahtúm), *sanctum*, partic. perf. pass. (nominat. sg. n. 2 decl.) e *sancio*, apud Samnites, e rad. -[ꓘ]ꓠꓠꝭ *saak-* pro -ꓘꓠꝭ sak-, rom. *sac-er*, *sancire* (Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 405, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 292, Friedlander *Osk. münzen* s. 36, Garrucci in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 29, Huschke *Die osk.* etc. s. 20, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 425, V 10, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 246), in tab. Agnonis n. 2875 *A* lin. 17 et *B* lin. 20.

SABATE -es, Σαβάτα (Strab. V, II, 9), lacus et oppidum Etruriae (*Tab. Peuting.* segm. IV *f*). Hinc Sabatia stagna (Sil. Ital. VIII, 490) h. e. Sabatinus lacus, nunc *Lago di Bracciano* (Frontin. *De aquaed.* cap. 71,

Colum. VIII, xvi 2), et SABATINA tribus, facta a censoribus ann. u. c. ccclxix (Liv. VI, 5). Fest. *Qu.* XV, 18 pg. 343 (Paul. pg. 342): « Sabatina a lacu Sabate dicta ». In lapidibus romanis: L · IVNIO · L · F · SABATINA · POLLIONI (Grut. 636, 7), M · BRAETIO · M · F · IVSTINO SABATIN · MANTVA (Henzen n. 6859), M · FABIO C · F · SAB · PRAESENTI (Orell. n. 2180), CN · CORNELIO CN · F · SAB · MVSAEO (Orell. n. 3221), C · LAECANI · C · F · SAB · BASSI (Mommsen n. 456), Γάϊος Σέντιος Γαΐου υἱὸς Σαβατίνα (Flav. Ios. *Antiq. iud.* XIV, x, 13) et Γάϊος Πομπήϊος Γαΐου υἱὸς Σαβατίνα (id. XIV, x, 19).

SABATIA vel Sabata, Σάβατα vel Σάββατα (Ptol. III, 1) et Σαβάτοι (Strab. V, i 10 sq.), oppidum Liguriae maritimum (Mela II, iv, 9). Ab urbe Sabata cognominabantur vicina loca palustria ac lutosa Vada Sabatia (Iul. Capitol. *Pertin.* cap. 9) vel Vada Sabatiorum et simpliciter Vada (Cic. *Epist. fam.* XI, 10 = n. 813), gr. Σαβάτων Οὔαδα (Strab. IV, vi 1). Strab. IV, vi, 1: ἄρχονται μὲν οὖν αἱ Ἄλπεις οὐκ ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, ὡς εἰρήκασί τινες, ἀλλ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν χωρίων, ἀφ' ὧνπερ καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη κατὰ Γένουαν ἐμπόριον Λιγύων καὶ τὰ καλούμενα Σαβάτων Οὔαδα. Antonini *itiner.* pg. 295: « Vadis Sabbatis »; et pg. 502: « A Genua Vadis portus m. p. xxx. a Vadis Sabatiis Albingaunum portus m. p. xviii ». *Tab. Peuting.* segm. II*f*: « Vadis Sabates ». Plin. III, vii, 2: « portus Vadum Sabatium ».

SABATIA stagna. Vide SABATE.

SABATINI, incolae oppidi cuiusdam, in Campania, fortasse a Sabbato (hodie *Sabato*) amne appellati. Liv. XXVI, 33: « Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui se dediderunt in arbitrium ditionemque populi romani Fulvio proconsuli *etc.* ».


SABATINVS lacus. Vide SABATE.

SABATIVM Vadum. Vide SABATIA.

SABBATVS, fluvius Italiae inferioris (cf. Cluv. *Ital. ant.* pg. 1288 sq.). Antonini *itiner.* pg 105 et pg. 110 « Consentia m. p. xxviii. ad fluvium Sabbatum m. p. xviii. ad Turres m. p. xviii ». Vide SABATINI.

SABELLI, Σαβέλλοι (Strab. VI, i, 12), Samnii populi, a Sabinis oriundi. Plin. III, xvii, 1: « Samnitium, quos Sabellos, et Graeci Saunitas dixere, colonia *etc.* ». Serv. in Virg. *Georg.* II, 167: « Hi sunt autem, qui olim Ausones dicebantur. De Sabellis Varro in Agemodo sic ait: *Terra culturae causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuscis, Samnium Sabellis* ». Colum. X, 137: « duri Sabelli » h. e. Sabini. Cf. Horat. *Sat.* II, i, 36. — Sabellus et Sabellicus, adiect. ad Sabellos (Sabinos) pertinens, ut pubes Sabella (Virg. *Georg.* II, 167), veru Sabellus (Virg. *Aen.* VII, 665), iaculator Sabellus (Sil. Ital. IV, 221), Sabella anus (Horat. *Sat.* I, ix, 29), Sabella carmina (id. *Epod.* XVII, 28), ligones Sabelli (id. *Od.* III, vi, 37), mensa Sabella (Iuven. III, 169), Sabellicus sus (Virg. *Georg.* III, 255), Sabellicus caulis (Plin. XIX, xli, 5; cf. Colum. loc. cit.). — Sabellus est cognomen rom. (Martial. XII 43), ut ACHILLEIVS SABELLVS (Mommsen n. 946), L · PORCIVS SABELLVS (Grut. 243, 6), CATTIA C · L · SABELLA (Murat. 16, 2, Mommsen n. 5164), M · MINATIO · M · F · GAL · SABELLO (Mommsen *Inscr. lat. antiq.* n. 1399).

SABINI, Σαβῖνοι (Strab. V, ii 1, iii 1 sq. et iv 12; Polyb. II, 24; Dionys. Halic. I 14, 37, II 36, 38, 45 sq., III 34, 40, 42, 51, IV 56, V 37, 39, 42, 44 sq., 49, VI 31, 34, 41 sq., 75, IX 34 sq., 55 sq., X 22, 26, XI 3, 48; Appian. *De reg.* cap. 3 sq. et 11; Plutarch. in *Rom.* cap. 16 sqq., in *Poplic.* XX 1 sq., in *Coriol.* IV 2, in *Pomp.* IV 4, *Quaest. rom.* n. 85; Dio Cass. XXXVIII 37, LXVI 17), populi Italiae fortissimi (Cic. *pro Lig.* cap. 11), qui extendebantur ab Appennino ad Bor. usque ad Tiberim et Anienem fl. ad Mer., ubi hodie *Sabina* provincia (cf. Colum. *praef.* § 19, Liv. I 9-13, 17 sq., 22, 31, 33, 37 sq., II 16, 18, 31, 53, 63, III 26, 30, 62 sq., et epit. lib. xi, Tacit. *Ann.* I 54, Val. Max. VII, iii 1, IX, vi 1, Plin. XIV, iv 15, XV, iv 1, xi 1, xxxv 1, xxxviii 1, XXX, xli 5, XXXVI, xxiv 9, *Acta triumph. Capitol.* an. 249, 250 sqq., 260, 305). In numo mars. n. 2850 et in titulo samnit. n. 2873 ter lin. 2 legitur ꟽIИI8ИƧ (safinim) = *Sabinorum* (Maffei



Osser. lett. V 31, Lanzi II 602 = 515, Micali *Storia* etc. cap. 9, Secchi in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1846 pg. 12, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 293 et apud Fiorelli *Ann. numism.* I 43, 105 sg., Huschke *Die osk.* etc. s. 411, Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VII 1 sg.), al. *Samnium* (Kirchhoff *Allgem. monatschr.* an. 1852 pg. 587, Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 418, VI 22; cf. Corssen in *Zeitschr.* cit. III 263, V 127 sq., XI 408 sq.). Strab. V, iii, 1: Σαβῖνοι δὲ στενὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐπὶ μῆκος δὲ διήκουσαν καὶ χιλίων σταδίων ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως καὶ Νωμέντου πολίχνης μέχρις Οὐηστίνων. Cf. inscr. apud Orell. n. 535, 539, et Henzen n. 5509. Dicti sunt a Sabo vel Sabino filio Sanci, qui a Saturno eiectus est. Dionys. Halic. II, 49: Κάτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα τῷ Σαβίνων ἔθνει τεθῆναί φησιν ἐπὶ Σαβίνου τοῦ Σάγκου, δαίμονος ἐπιχωρίου. Sil. Ital. VIII, 421 sqq.:

Ibant, et laeti pars Sancum voce canebant,
Auctorem gentis; pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Alii scribunt Sabinos dictos quasi *Sebinos*, a cultura Deorum, id est ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι (Paul. pg. 342). Fest. *Qu.* XV, 18 pg. 343: « Sabini dicti, ut ait Varro ..... quod ea gens [Penates?] praecipue colat de[os, id est, ἀπὸ τοῦ] σέβεσθαι ». Plin. III, XVII, 3: « Sabini (ut quidam existimavere, a religione et deorum cultu Sevini appellati), Velinos accolunt lacus, roscidis collibus ». Alii aliter opinantur. Ioann. Lyd. *De mens.* I, 5: Σαβῖνος ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶνον γεωργίας φερωνύμως ὠνομάσθη· τὸ γὰρ σαβῖνος ὄνομα σπορέα καὶ φυτευτὴν οἴνου διασημαίνει. Sunt populi Italiae antiquissimi, a quibus orti Picentini, Samnites, Lucani, Bruttii (cf. Strab. V, IV, 12 cit. ad voc. SAMNIVM). Strab. V, III, 1: ἔστι δὲ καὶ παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι καὶ (οἱ) αὐτόχθονες· τούτων δ' ἄποικοι Πικεντῖνοί τε καὶ Σαυνῖται, τούτων δὲ Λευκανοί, τούτων δὲ Βρέττιοι. † τὴν δ' ἀρχαιότητα τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ἀφ' ἧς ἀντέσχον μέχρι πρὸς τὸν παρόντα χρόνον. φησὶ δ' ὁ συγγραφεὺς Φάβιος Ῥωμαίους αἰσθέσθαι τοῦ πλούτου τότε πρῶτον, ὅτε τοῦ ἔθνους τούτου κατέστησαν κύριοι. Cf. Zenod. Troez. fragm. n. 1 et Dionys. Halic. II 49 (cit. ad voc. VMBRIA). Nonnulli tradunt oriundos esse a Lacedaemoniis (Sil. Ital. II 8, Dionys. Halic. II 49, Iustin. XX 1). Serv. ad Virg. *Aen.* VIII, 638 (Curibusque severis): « Aut *severis*, disciplina; aut rem hoc verbo reconditam dixit; quia Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium italicarum, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit, et, expulsis Siculis, tenuit loca, quae Sabini habent: nam et partem Persarum nomine *Caspiros* appellare coepisse, qui post corrupte *Casperuli* dicti sunt. Cato autem et Gellius, a Sabo, Lacedaemonio, trahere eos originem referunt. Porro Lacedaemonios durissimos fuisse omnis lectio docet. Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum, idem Cato dicit: merito ergo *severis*, qui et a duris parentibus orti sunt, et quorum disciplinam victores Romani in multis secuti sunt ». Plutarch. in *Rom.* XVI, 1: Οἱ δὲ Σαβῖνοι πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ πολεμικοί, κώμας δὲ ᾤκουν ἀπειχίστους, ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν καὶ μὴ φοβεῖσθαι, Λακεδαιμονίων ἀποίκοις οὖσιν. Et in *Numa* I, 4: Σαβῖνοι δὲ βούλονται Λακεδαιμονίων ἑαυτοὺς ἀποίκους γεγονέναι. Fest. *Qu.* XIV, 30 pg. 325: « *Sabini quod* [*volunt somniant*, vetus] proverbium e[sse et inde manasse ait] Sinnius Capit[o, quod quotiescumque sacri]ficium propte[r viam fieret, hominem] Sabinum at † [illud adhibere solebant]; nam his (*is*) pr[omittebat se pro illis somniatu]rum. idemque [postquam evigilasset, sacra] facientibus [narrat omne quicquid] in quiete vi[disset, quod quidem esset ex sacri]fici religione. [unde venisse dicitur] in proverbium, [Sabinos solitos quod] vellent somn[iare. sed quia propter avidi]tatem bibendi q[uaedam anus mulieres] id somnium cap[tabant, vulgatum est] illud quoque: anus [quod volt som]niat. fere enim quo[d vigilantes a]nimo volvimus, [idem dormientibus ap]parere solet ». — Sabinus et Sabinensis, adiect. ad Sabinos pertinens, ut ager Sabinus (Liv. I 30, 37, III 26, Tacit. *Hist.* III 78, Plin. XIX, LVI 2) vel Sabinensis ager (*Gromat. vet.* pg. 349 Lachm.), flos Italiae ac robur reipublicae (Cic. *pro Lig.* cap. 11), Sabina regio (Valer. Max. II, IV, 5), ferax olearum ac vitium (Strab. V, III, 1), Sabini colles (Plin. XIV, IV, 7), Sabina castra (Liv. II, 53), Sabina nobilitas (Tacit. *Ann.* IV, 9), Sabinae mulieres (Liv. I, 13), virgines Sabinae (Valer. Max. II, IV 4; Plin. XVI, XXX 3), Sabina lingua (Varro *De l. l.* V 66 pg. 27), Sabinus exercitus (Liv. III, 30), Sabinae legiones (Liv. I, 37), Sabinum bellum (Liv. I, 35, 38; Tacit. *Hist.* III, 72; Varro op. cit. V 149 pg. 58), Sabina fana (Varro op. cit. VI 57 pg 94), Sabina silva (Martial. IX 55), Sabinus lapis (Plin. XXXVI, XXIX, 1), Sabina herba (Cat. *De r. r.* cap. 70), Sabina faex (Martial. IV, 4; cf. bacciferum Sabinum apud Sil. Ital. IV, 596), Σαβῖνος οἶνος (Athen. I 48 pg. 27), Tatius Sabinus (Liv. I, 34), Metius Curtius Sabinus (Varro *De l. l.* V 149 pg. 58). — Cf. Sabinnus et Sabinna, cognom. m. in inscr. apud Grut. 830 3 et Mommsen n. 6335, et etr. ƧIИIΘAƧ (sabinis).

§ 2. Sabini, incolae Savii olim oppidi, nunc *Savallo*, in agro Brixiensi (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *Sabini*). Inscr. apud Orell. n. 3759: FIRMVS IN|GENVI F | PRIN|CEPS SABINORVM | SIBI ET CORNELI|AE RVSTICAE CONIVGI · M · CORNELI|O PRISCO F · ANNOR | XIII.

SABINILLVS, diminut. Sabini, est cognomen rom. in inscr. apud Murat. 438 2 (SABINILLVS), 871 3, 1150 9 (SABINILLA), et Fabr. cap. II n. 233 pg. 101 (VETTENIA SABINILLA).

SABRIO -onis, diminut. sabri (scabri). Est cognomen rom., ut L. Valerius Sabrio (Oderic. *Syll.* etc. pg. 228 n. 79).

SABVCVS, *sambucus*, apud *Gromat. vet.* pgg. 308, 347, et alios (cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *sambucus*). Gloss. apud Labb.: « sabucus, ἀκτή, εἶδος βοτάνης.

SABVS vel Sabinus, Σαβῖνος, Sanci filius, deus apud Sabinos (Dionys. Halic. II 49 et Sil. Ital. VIII 422 cit. ad voc. SABINI). Virg. *Aen.* VII, 178 sq.:

« paterque Sabinus
Visitator, curvam servans sub imagine falcem »

Sabo est cognomen rom. in inscr. apud Mommsen n. 4277.

SAGITA, *sagitta*. Est cognomen rom. in titulo Consent. apud Mommsen n. 7198.

SAGRA, ἡ Σάγρα (Strab. VI, I 10 et 12, Plutarch. in *Aem. Paul.* XXV 1, Aelian. *De nat. anim.* XI 10, Phot. *Lexic.* s. v. Σάγρα), fluvius Italiae inferioris, in Bruttiis, ad

quem Crotoniatae a Locrensibus et Rheginis victi sunt (Cic. *De nat. deor.* II 2, III 5). Strab. VI, I, 10: *Μετὰ δὲ Λοκροὺς Σάγρα* (codd. *Σάγρας*), *ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσιν, ἐφ' οὗ βωμοὶ Διοσκούρων, περὶ οὓς Λοχροὶ μύριοι μετὰ Ῥηγίνων πρὸς δεκατρεῖς μυριάδας Κροτωνιατῶν συμβαλόντες ἐνίκησαν· ἀφ' οὗ τὴν παροιμίαν πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας ἐκπεσεῖν φασιν, ἀληθέστερα των ἐπὶ Σάγρᾳ.*

SAGRVS, Σάγρος (Strab. V, IV, 2), fluvius Italiae inferioris, qui Frentanos a Pelignis dividit (Strab. loc. cit.).

SADNAL, n. pr. f. abl. sg., apud Etruscos (cf. ΛΑΝ+ΑΜ śatnal), in titulis sepulcr. n. 285, 958.

?..ƎΑΜ (śae..), in titulo etr. n. 2618 bis.

SAEBERVS, *seberus* (severus), adiect. (vide SAEVERVS), in titulis apud Murat. 1399 4 et Doni cl. XII n. 73 pg. 408 (Saebera).

SAEDIS, *sedis*, in cod. Cic. *De rep.* II, 4 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 90).

SAECLARIS, *saecularis*, adiect. e SAECLVM. Est cognomen rom., ut L · COMINIVS SAECLARIS (Mommsen n. 6780).

SAECLVM, *saeculum*, = SECLVM, unde SAECLARIS, per syncopen, apud Plaut., Terent., Lucret., Stat., Cic. *De rep.* II 10, cet. (cf. Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 95). Caecil. Stat. vs. 210: « Serit arbores, quae alteri saeclo prosint ».

SAECVLLVM, *saeculum*, in numis Trebon. Galli imperat. (Cohen IV 275 n. 61).

SAECVNDA, *secunda*, adiect. Est cognomen rom., ut FLAVIA SAECVNDA (Lupi pg. 123), et VIBBIA · SAECVNDA (Mommsen n. 1794).

? IVΛƎΑƧ (saelui), *Salvia*, n. pr. f., in urna etr. n. 1732 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 230 ad n. 136). Vide IΞΛΑΜ (śalvi).

SAEPINVM, Σαίπινον (Ptol. III, 1), nunc *Sepino*, oppidum Samnii (inscr. apud Mommsen n. 4916; *Tab. Peuting.* segm. VI*d* « Sepinum »). Liv. X, 44: « Papirius ad Saepinum, Carvilius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt [U. C. an. CDLIX] ». Id. X, 45: « Papirio ad Saepinum maior vis hostium restitit. saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum: neque obsidio, neque bellum ex aequo erat: non enim muris magis se Samnites, quam armis ac viris moenia, tutabantur. Tandem pugnando in obsidionem iustam coëgit hostes: obsidendoque, vi atque operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus caedis editum, capta urbe: septem millia quadringenti caesi: capta minus tria millia hominum: praeda, quae plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est ». Frontin. *De col.* pg. 237 Lachm.: « Saepinum, oppidum, muro ductum. colonia ab imp. Nerone Claudio est deducta. iter populo debetur ped. L. ager eius in centuriis Augusteis est adsignatus ». — Saepinates sunt incolae Saepini (Plin. III, XVII 2 al. *Sepinates*, inscr. apud Orell. n. 130 et Mommsen n. 4916), ut MVNICIPES · SAEPINATES (Momms. n. 4929, 4934, 4943, 4990), R · P · ATINAT · ITEM · SAEPINAT (Momms. n. 3919), ORDO · ET · POPVLVS · SAEPINATIVM (Momms. n. 4925), [GENIO] · MVNIC[IPI · S]AEPINATIVM (Momms. n. 4918). — Saepinas, adiect. ad Saepinum pertinens (inscr. apud Mommsen n. 4940). — Saepinus est gentilitium rom. Inscr. apud Mommsen n. 4940: D · [M] | L · SAEPINIO · ORIENTI · AVG | ET · L · SAEPINIO · ORESTI | IIII · VIR · AED · ET · FELICVLE | FILIAE · ORIENS · ALIMENT · SAEPINATI · PATRI · ET · FRATR | ET · THALIA · CONSERVA · EIVS | B · M · F.

SAEPVLCHRVM, *sepulcrum*, in titulo coemet. apud Boissieu *Inscr. de Lyon* ch. XVII n. 43 pg. 585.

SAIITVRNI, *Saturni*, genit. sg., in vasculo n. 2652. Vide SATVRNVS.

SAEVERVS, *severus*, adiect. (vide SAEBERVS). Est cognomen rom., ut Titius Fabius Saeverus (Mommsen n. 4878).

SAEVIS, *saevus*, adiect., apud Amm. Marcell. XXIX, V, 48.

SAEVITVDO, *saevitia*, subst. f. Plaut. apud Non. II 796 pg. 172: « Vincla, virgae, molae, saevitudo mala fit peior ».

ΜΙΝΙ8ΝƧ (safinim), *Sabinorum* (?), nisi exaratum pro safiniom = Samniom (?), in numo arg. n. 2850 et in inscr. n. 2833 ter lin. 2. Vide SABINI.

SAFINIVS, gentil. Atellanum et Neapolitanum, apud Cic. *pro Cluent.* cap. 25, et Petron. *Satyr.* cap. 44. Gentilitium Safinius occurrit in titulis Campanis apud Mommsen (n. 2595, 4195; cf. n. 6891, 7090). Cf. ΜΙΝΙ8ΝƧ (safinim).

ΜƎΝV8ΑΜ (śafunes), quod legitur in cippo perus. n. 1914 A lin. 11, pro *Sabonii*, n. pr. m. (genit. sg.) sumit Vermigliolius (*Inscr. per.* pg. 98). Alii aliter legunt (cf. Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXXIV, 48 sg.).

V⅄AƆ⋊VƧ (sukatu), *—to*, imperat. 3 pers. sg., e rad. -⋊VƧ (suk-), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 142, II 375 sq.), in tab. eugub. IV 16. Ad gr. *σιγάω*, *sileo*, trahit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 433). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* IV 6, VII 24, VIII 15, 25.

SVCEPTVS, *succeptus* (susceptus), in titulo coemet. (*Rev. archéol.* III 167). Vide SVCCIPIO.

SVCERDA vel succerda, *stercus suillum* (Paul. pg. 303). Fest. *Qu.* XIV, 7 pg. 302: « [Sucerd]ae stercus su[illum dicitur .....]us: *simus* [*sucerdae.* Titinnius: *Q*]*uid habes, nisi unam arcam sine clavi, eo condis sucerdas.* [Sicut a su]e succerda, [ita ab ove ovicerda.] homo opicer[da † ..... homi]nem, quem Sol[.....]t ». Lucil. apud Non. II 813 = pg. 175: « Hic in stercore humi, fabulisque, fimo atque sucerdis ».

MV[K]Eꝛ (súkes) vel MV[Ρ]Eꝛ (súres), in titulo sabellico n. 2848 lin. 4. *Sordes* exponit Huschkius (*Die osk.* etc. s. 238).

SVCESSVS, *successus*, = SVCESVS, particip. e *succedo.* Est cognomen rom. (Mommsen n. 3792), ut Tullius Sucessus (Momms. n. 102), Titia Sucessa (Momms. n. 3391), AGNVS · ET SVCESSA (Momms. n. 2937).

SVCESVS, *successus*, = SVCESSVS, particip. Est cognomen rom., in titulo apud Mommsen n. 6395 (SVCESVS · AVGVSTORVM · TABELLARIVS).

SVCINIVM, Etruriae oppidum ad lacum Ciminium. Amm. Marcell. XVII, VII, 13: « in Ciminia Italiae parte oppidum Saccumum (?) ». Cf. inscr. edit. in *Giornale di Pisa* XVI 174 sg., et Forcell. *Lexic.* s. v. Suciniensis. — Sucinianus, adiect. ad Sucinium pertinens, ut P. Aelius Porcianus sacerdos Sucinianus (Grut. 322, 7), Ti. Cl. Domnio Sucinianus archineaniscus (Grut. 331, 5).

SVCCASINVS h. e. qui sub Casinum est. Vide INTERAMNA § 2.

SVCCIPIO, *suscipio*, apud Vel. Long. pg. 2226 P. Cf. Lucr. V, 402 (« succepit »).

SVCRO, Rutulus, apud Virg. *Aen.* XII, 505.

SVCVRA. Vide SVBVRA.

SVCVSANVS. Vide SVBVRA.

?ᴊVM (sul), in aere etr. n. 10 bis.

SVLA, *Sulla* (Sylla), cognom. rom., ut P · SVꟾA in numis gentis Corneliae (Cohen *Méd. consul.* pg. 105 suiv.) et L · CORNELIVS L · F · SVLA in tit. apud Maffei *Mus. ver.* 153, 8.

SYLA. Vide SILA.

SVLEVIAE, deae agrestes, quae et Silvanae dictae sunt (vide SVLIVIA), in titulis apud Orell. n. 2099 (SVLEVIS SACR), n. 2100 (SVLEVIABVS) et n. 2101 (SVLEVIS ET CAMPESTRIBVS SACRVM).

SVLIVIA, dea agrestis (vide SVLEVIAE). Inscr. apud Orell. n. 2051: SVLIVIAE | IDENNICAE | MINERVAE | VOTVM.

SVLCI, Σοῦλχαι (Strab. VI, II, 7) vel Σόλκοι (Ptol. III 3, Steph. Byz.), oppidum Sardiniae maritimum (*Tab. Peuting.* segm. III*d*; Antonini *itiner.* pgg. 80, 84 « Sulcis »). Mela II, VII, 20: « urbium antiquissimae Calaris et Sulci ». Claud. *De bello Gild.* vs. 518: « Pars adit antiquâ ductos Carthagine Sulcos ». — Eius incolae Sulcitani (Plin. III, XIII 2, Hirt. *De bello afr.* cap. 98, et inscr. apud Henzen n. 5969), gr. Σολκιτανοὶ (Ptol. III, 3 codd. Σολκιτάνοι et Σολκητάνοι, vulgo Σολκητᾶνοι). — Sulcensis, adiect. ad Sulcos pertinens, ut promontorium Sulcense (Plin. loc. cit.). Cf. Σόλκοι λιμήν apud Ptol. III 3 (codd. Σολκος et Σοκλαί). — Sulcius est n. pr. m. apud Horat. *Sat.* I, IV, 65.

SVLMO et Sulmona vel Solmona, Σοῦλμον (Strab. V, IV, 2; Ptol. III 1 codd. Σουλμῶν et Σουλίνο), nunc *Sulmona*, Pelignorum oppidum (Plin. XXXIV, XLI, 4; Ovid. *Am.* II, XVI 1, III XV 11, *Pont.* IV, XIV 49), ad Sarum fluvium, quae condita fertur et nominata a Solymo Phrygio. Ovid. *Fast.* IV, 79 sqq. (cf. *Trist.* IV, X, 3 sqq.):

« Huius erat Solimus, Phrygia comes exsul ab Ida,
A quo Sulmonis moenia nomen habent.
Sulmonis gelidi, patriae, Germanice, nostrae.
Me miserum! Scythico quam procul illa solo est ».

Sil. Ital. IX, 70 sqq. (cf. VIII, 510):

« Huic domus et gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus et una
Nomine Rhoeteo Solymus: nam Dardana origo,
Et Phrygio genus a proavo, qui, sceptra sequutus
Aeneae, claram muris fundaverat urbem
Et sese dictam Solymon: celebrata colonis
Mox Italis paullatim adtrito nomine Sulmo ».

Antonini *itiner.* pg. 102 « Sulmone civitas »; *Tab. Peuting.* segm. Vc « Sulmonae ». Frontin. *De col.* pg. 260: « Solmona ea lege est assignata qua et ager Eserniae ». — Eius incolae Sulmonenses (Plin. III, XVII 1, Caes. *De bello civ.* I 18, inscr. apud Mommsen n. 5360 AD SVLMONENSIVM · CIVITATEM). — Sulmonensis et Solomontinus, adiect. ad Sulmonem pertinens (Iuven. VI, 187), ut Sulmonensis ager (Plin. XVII, XLI, 1), et colonia Solomontina (Frontin. *De col.* pg. 229). — Gentil. Sulmonius invenitur in titulis Ital. infer. apud Mommsen n. 5331, 6310 (209).

§ 2. Latii oppidum, in Volscis, apud Plin. III, IX, 16.

SVLMO, Rutulus, apud Virg. *Aen.* IX 410, X 516.

SVLTIS, *si vultis*, apud veteres (cf. Forcell. *Lexic.* ad voc. SIS = *si vis*). Fest. *Qu.* XIV, 5 pg. 301 (Paul. pg. 300): « Sultis, *si voltis.* Plautus in Frivolaria: *Sequimini me hac sultis legiones omnes lavernae.* et in Rudente [III, V, 40]: *Curate haec sultis magna diligentia.* M. Cato pro L. Caesetio: *Audite sultis milites, si quis vestrum in bello superfuerit, si quis non invenerit pecuniam, egebit* ». Id. *Qu.* XV, 17 pg. 343 (Paul. pg. 342): « Sultis, *si voltis* significat, composito vocabulo, ita ut alia sunt, [sodes], *si audes;* sis, *si vis;* plicet †, in loco; scis licet †, scias licet; equidem equo †, ego quidem. Ennius [*Ann.* vs. 521]: *Pandite sulti' genas, et corde relinquite somnum* ».

SVLVANVS. Vide SILVANVS.

MVꓘVƧ (sulus'), *Sullii*, n. pr. m. genit. sg. Urna Perus. n. 1186: MVꓘVƧ · MIИϽΑϽ · ΑIꓘƎꟻ (velia cacnis' sulus') = *Velia Caecinae* (Caecinii) filia *Sulii* uxor. Sulius est gentilitium rom. apud Murat. (1407, 1) et Sullius apud Mommsen n. 3378.

ꟿVꓘ (sum), *sum*, praes. indic. 1 pers. sg., e rad. as-, rom. *esse*, apud Oscos (Passeri *Linguae oscae spec.* pg. LXI, Lanzi II 608 = 522, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 297, Aufrecht et Kirchhoff I 21 anm. 3, Huschke *Die osk.* etc. s. 359). In ara Herculan. n. 2784 *B*: ꟿVꓘ · ꓘIƎTИTИƎꓷƎB (herentateís sum) = *Veneris sum*. Adde pateram Nolan. n. 2782 *a* (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VII, 147). Vide ꟿIꓘ (sim).

-ꟿVƧ (sum-), rom. *sum-ere*, radix umbrica in voc. V+ꟿVƧ (sumtu) = *sumito*.

SVM, *eum*. Vide SVS = *is*.

§ 2. *Suum*. Vide SVS = *suus*.

SVMA, *summa*, in titulo rom. (Append. n. LVII lin. 8).

SYMAETHVM et Symethus vel Simetus, Σύμαιθος (Scyl. Caryand. § 13, Strab. VI, II 4, Ptolem. III 4 codd. Σιμαίθου ποταμοῦ ἐκβολαί, Thucyd. VI 65, Athen. I 6, Philip. *Epigr.* IX 6 in *Anthol. gr.* II 197 ed. Brunck), Siciliae fluvius (Plin. III, XIV 3 « Symaethum »; *Tab. Peuting.* segm. VI *e* « Simetus »), inter Catanae et Leontinorum ditiones. Vib. Seq. *De flum.* pg. 18: « Symaethos Siciliae, vicinus Palicis ». Macrob. *Saturn.* V, 19: « In Sicilia Symethus fluvius est. Iuxta hunc nympha Thalia compressu Iovis gravida, metu Iunonis optavit ut sibi terra dehisceret ». Sil. Ital. IX, 410: « Arma fuere decus victori bina Symaetho ». Id. XIV, 231: « Rapidique colunt vada flava Symaethi ». — Symaethii sunt populi Symaethi accolentes (Plin. III, XIV, 5). — Symaethius et Symaetheus, adiect. ad Symaethum pertinens. Virg. IX, 584 sq.:

« Symaethia circum
Flumina: pinguis ubi et placabilis ara Palici ».

Ubi Servius: « Symaethos, fluvius est Siciliae, a rege Symaetho dictus, haud longe ab urbe Catinensi, circa quem sunt Palici dei ». Ovid. *Metam.* XIII, 879: « Terga fugae dederat conversa Symaethius heros ». Id. *Fast.* IV, 471 sq.:

« Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagienque,
Quaque Symaetheas accipit aequor aquas ».

Nympha Symaethis memoratur ab Ovidio *Metam.* XIII, 750.

ΣΥΜΒΡΟΙ, populi Italiae superioris (Strab. V, I, 9), fortasse iidem qui Insubres, gr. Ἴσομβρες (Polyb. II, 17).

§ 2. Populi Corsicae, apud Ptol. III, 2.

ƎꟿVƧ (sume), *summâ*, adiect. (abl. sg.), fortasse e sumo = SOMO, *summo*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. II 366, 382, Huschke *Die iguv. taf.* s. 361), in tab. eugub. II a 15, III 1. Alii exponunt *simul* = ꓘƎꟿVƧ sumel (Gori *Mus. etr.* I LV, Grotefend *Rud. l. u.* VI 22, 29).

ꓘƎꟿVƧ (sumel), *semol* (simul), adverb. umbr. (Lanzi II 745 = 653, 835 = 744, Grotefend *Rud. l. u.* VII 22, Aufr. et Kirch. I 99, II 385, Huschke *Die iguv. taf.* s. 373), in tab. eugub. IIa 27.

SYMFERVSA, *Sympherusa* (συμφέρουσα, *utilis*), cognom. rom., ut MALLIA · SYMFERVSA (Mommsen n. 679) et Coelia Symferusa (Mommsen n. 7223).

SVMMANVS et Submanus, deus apud veteres (Arnob. III 44, Plaut. *Bacch.* IV, VIII 54 « Submanus »), idem ac Pluto, cuius origo sabina (Varro *De l. l.* V, 74 pg. 30). Mart. Capella § 161 pg. 216: « Denique haec omnis aëris a Luna diffusio sub Plutonis potestate consistit, qui etiam Summanus dicitur, quasi *Summus Manium* ». Ovid. *Fast.* VI, 731 sq.:

« Reddita, quisquis is est, Summano templa ferantur,
Tum, quum Romanis, Pyrrhe, timendus eras ».

Arnob. V, 37: « Emicuit Summanus e terris curru quadriiugo vectitatus ». Huic deo nocturna fulmina attribuebantur sicut Iovi diurna. Plin. II, LIII, 1: « Romani duo tantum ex iis (*fulminibus*) servavere, diurna attribuentes Iovi, nocturna Summano, rariora sane eadem de causa frigidioris caeli ». August. *De civ. Dei* IV, 23: « Sicut enim apud ipsos legitur, Romani veteres nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Iovem, ad quem diurna fulmina pertinerent. Sed post quam Iovi templum insigne ac sublime constructum est, propter aedis dignitatem sic ad eum multitudo confluxit, ut vix inveniatur qui Summani nomen, quod audire iam non potest, sed saltem legisse meminerit ». Templum habuit Romae, non longe ab aede Iuventutis (Plin. XXIX, XIV 1, Arnob. VI 3). Cic. *De div.* I, 10: « Quum Summanus in fastigio Iovis optimi maximi, qui tum erat fictilis, e caelo ictus esset, nec usquam eius simulacri caput inveniretur, aruspices in Tiberim depulsum esse dixerunt; idque inventum est eo loco, qui esset ab aruspicibus demonstratus ». Inscr. apud Marini *Arvali* tav. XLIII lin. 10 (Orell. n. 961): SVMMAN · PAT · VERB · ATROS · II. Alia inscr. apud eund. pg. 687 (cf. Orell. ad n. 1466): FVLGVR | SVM · CONDIT. Alia apud Orell. n. 4819 (cf. Murat. 39, 4): Q · METEL · VXOR · SVM · PLVTON · VISITVRA | HVC · PERVENIT · HIC MORTVA EST. In kal. Amitern., Exquil. et Venus. m. iunii (Orell. II, 392-393): SVMMANO AD CIRC MAXIM. — Submanes sunt dii gradus inferioris, quos memorat Mart. Capella § 164 pg. 218. — Fest. *Qu.* XV, 24 pg. 348 (Paul. pg. 349): « Summanalia, liba farinacea in modum rotae fictae ». Cf. summano -as (Plaut. *Curc.* III, 46), submanans (Vitruv. VIII, 1), et Forcell. *Lexic.* s. v. summanalia cet.

SVMMINVS, adiect. ad summum pertinens. Est cognom. rom., ut C. Sempronius Summinus, apud Grut. 826, 8.

SVMMVRANVM, quasi *sub Muranum*, locus in Lucania, apud Antonini *itiner.* pgg. 105, 110. Vide MVRANVM.

SVMMVSSI, *murmuratores*, apud veteres. Fest. *Qu.* XIV, 3 pg. 298 (Paul. pg. 299): « Summussi dicebantur *murmuratores* ..... Naevius [vs. 67]: *odi*, inquit, *summussos, proinde aperte dice, quid siet, quod times.* Ennius in sexto [Annalium: *I*]*ntus in occulto mussa*-[*bant.* et Enniu]s in Andromacha: *di*[*cere* ..... *no*]*n est: nam mussare si*[..... Iuventiu]s in Agnorizomene †: *quod potes, sile, cela, occulta, tege, tace, mussa, mane* ».

SVMPSE, *sumpsisse*, per syncopen, apud Naev. vs. 97 (Aul. Gell. II, 19).

V+ꟽVƧ (sumtu), *sumito*, imperat. 3 pers. sg., e rad. -ꟽVƧ (sum-), rom. *sum-ere*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 55, 142, II 184, Huschke *Die iguv. taf.* s. 144). Tab. eugub. Ia 9, 16: V+ꟽVƧ : A1VƧ (supa sumtu) = *—as sumito.* Alii aliter interpretati sunt (cf. Lanzi I 350 = 273, II 716 = 624, 835 = 744, Grotefend *Rud. l. u.* II 24 sq.).

SVN-, radix umbrica, = SON-, pro svan, rom. *son-are*, in voc. SVNITV = SONITV.

SVNA, oppidum Sabinorum, in agro Reatino, ubi nunc *Alsana* vel *Alsano* (Vannucci *Storia d'Italia* I, 45 nt. *a* ed. 2.ª). Dionys. Halic. I, 14: Ἀπὸ δὲ ταύτης τετταράκοντα σταδίοις διηρημένη πόλις ἐπιφανὴς Σούνη, ἔνθα νεὼς πανὺ ἀρχαῖός ἐστιν Ἄρεως.

ΣΥΝΕΙΣ, locus Siciliae, prope Peloridem promontorium (Polyb. I, XI, 6 περὶ τὰς Σύνεις).

SVNITV, *sonitu* (tonitru), subst. m. abl. sg. 2 decl. = SONITV, e rad. SVN- vel SON-, pro svan-, rom. *sonare*, Umbrorum linguâ (Grotefend *Rud. l. u.* IV 22, VIII 31, Aufr. et Kirch. I 54, II 267, Knötel in *Zeitschr. f. die alterth.* X = 1852 s. 126), in tab. eugub. VIIa 49. Vide SONITV.

SVOPTE, *suo ipsius*, apud veteres. Fest. *Qu.* XIV, 16 pg. 310 (Paul. pg. 311): « Suopte, *suo ipsius*, ut meopte *meo ipsius*, tuopte *tuo ipsius* ».

SVOS, *suus*, pronom. possess. = SVVVS et SOVVS, apud Gaii *instit.* pg. XLIV (Lachmann) et Cic. fragm. (Mai *Class. auct.* II, 143). Lex Servil. *Repetund.* cap. I (Append. n. LX): [QVO]IVE · IPS[E] · PAREN[S]VE · SVOS · FILIVSVE · SVOS · HERES · SIET; et cap. 18: IPSE · PARENSVE · SVOS · HERES · SIET. Lex Iul. Municip. cap. 2: ANTE · TRIBVNALE · SVOM. In titulo apud Orell. n. 4848: SVOM · MAREITVM · CORDE · DEILEXIT · SOVO. — Suei genit. pro *sui*, ut in lege Serv. *Repet.* cap. 18: PARENTIS · SVEI, CEIVISVE · SVEI; in titulo apud Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 623: FEILI · SVEI; et in titulo apud Fabr. cap. x n. 387 pg. 717: P · AVDASIVS | Ↄ · L · STEPANVS | LAMPYRINI | BENEVOLAE · SVEI. — Sueis dat. et abl. pl. pro *suis* occurrit in inscr. apud Mommsen (op. cit. n. 204, 206 lin. 14, 1008, 1023, 1038, 1041, 1043, 1069, 1070, 1180, 1185, 1229, 1244, 1267, 1271, 1418, 1429), antiquiori orthogr. SVIEIS (Mommsen op. cit. n. 1042, 1460).

A1VƧ (supa), *—a*, subst. f. nominat. sg. 1 decl., recentiori orthogr. SVPO et SOPO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, II 184, 386), in tab. eugub. IIa 32. Pro rom. *sulfur* sumit Grotefendius (*Rud. l. u.* II 24 sq., V 14, 31, VI 17, VII 23, 25, 32, 34, VIII 14, 29, 34, 36), pro *suppus* (supinus) Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 142, 156, 375). Cf. Lanzi I 389 = 304, II 716 = 624, 759 = 667, 833 sg. = 743 sg.; et vide ƧƎ1VƧ (supes) et V1VƧ (supu).

§ 2. *—am*, acc. sg. pro supam, sicut recentiori orthographia SOPA pro SOPAM (Aufr. et Kirch. II 184 sq., 189, 192), in tab. eugub. Ia 9 (?), 16 (?), IIa 30.

§ 3. *—as*, acc. pl. pro 8A1VƧ supaf (Aufr. et Kirch. I 113, II 184 sqq., 189, 192, 384), in tab. eugub. IIa 22 (cf. tab. Ia 9, 16).

8A1VƧ (supaf), *—as*, subst. f. acc. pl. 1 decl., apud Umbros, minus recte A1VƧ (supa), quod vide (Aufr. et Kirch. I 113, II 191, 384), in tab. eugub. IIa 22.

SVPELEX, *supellex*. Inscr. edita in *Ann. dell'Inst. arch.* an. 1856 pg. 21 n. 117: TI · IVLI · PINYTVS | SOLONIS · TI · CAESARIS | AVG · SER · MATR | Á · SVPELECTILE.

ꓷƎ1VƧ (super), *super*, sanscr. upari, gr. ὑπέρ, praepositio umbrica quae ablat. inservit, e simplici sup = SVB, unde AꓷBVƧ (subra), Vꓷ1VƧ (supru) = *sup-ero*, et SVPERNE = *superno* (Lanzi I 389 = 304, II 835 = 744, Grotefend *Rud. l. u.* VI 30, Aufr. et Kirch. I 40, 44, 49, 55, 57, 156, II 297, 376, Huschke *Die iguv. taf.* s. 433 sq., 665), in tab. eugub. Ib 41, IV 19.

SVPERA, *supra*, apud veteres (Prisc. II 30 = 380 P.), in titulo rom. apud Grut. 1046 6 (Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 1011). Prisc. II 55 = 1001 P.: « Et super tamen et supra a supera, illud per apocopam, hoc per syncopam facta sunt. sic enim antiqui frequenter protulerunt, et maxime Cicero in poematibus, ut in Arato:

Torvus draco serpit supter superaque retorquens
Sese.

idem in eodem:

Huic supera duplices umeros adfixa videtur
Stella micans tali specie talique nitore ».

Cf. Lucret. I 429, V 326.

SVPERAEQVVM et Superequum, Pelignorum oppidum, nunc *Castelvecchio*. Frontin. *De col.* pg. 258: « Superequum. ager eius limitibus maritimis et montanis est assignatus. in centuriis singulis iugera CC ». Superaequani eius oppidi incolae (Plin. III, VII, 1; inscr. apud Mommsen n. 5470, 5471, 5473, = Orell. n. 613, 1856, 3109). — Superaequanus, adiect ad Su-

peraequum pertinens, ut colonia Superaequana (Frontin. op. cit. pg. 229).

SVPERBACVM, *supervacuum*, adiect. apud Gaii *instit.* pg. XLIII (Lachmann).

SVPERESCIT, *supererit*, e praep. super et ant. ESCIT = *erit* (Paul. pg. 303). Fest. *Qu.* XIV, 8 pg. 302: « Superescit significat *supererit*. Ennius [*Ann.* vs. 486]: *Dum quidem unus homo Romanus toga superescit.* et Ac[cius] in Chrysippo [vs. 266]: *Quin hinc superescit, Spartam atque Amyclas trado* ».

SVPERFICIVM, *superficies*, subst. n. (Not. Tiron. pg. 163, Pomp. *Dig.* XXIII, III 32? et Iabol. XXXI, I 39, Gloss. apud Labb. pg. 179 col. 4 et pg. 194 col. 2), in inscr. apud Grut. 608 8, et Murat. 889 8 (?), 1337 8.

SVPERISTES, *superstes*, in titulo coemet. apud Perret *Catac. de Rom.* pl. LXXII n. 8.

SVPERNE, *superne*, adverb. umbricum, ab adiect. superno, quod e praepos. ᗡƎ1VƧ (super) et suff. no (Grotefend *Rud. l. u.* VI 30, Aufr. et Kirch. I 40, 55, 57, 150, 156, II 282; cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 278). Tab. eugub. VIIa 24 sq.: ENNOM · VESCLIR | ALFIR · PERSNIMV · SVPERNE · ADRO · TRAHVORFI · ANDENDV = *tum vasculis albis precator, superne atra transversim imponito.*

SVPERVA, *superba*, adiect. Est cognomen rom. in titulo apud Forcell. *Lexic.* s. v. *superbus.*

ƧƎ1VƧ (supes), —*is*, subst. f. abl. pl. 1 decl., e ΑꟼVƧ (supa), apud Umbros (Aufr. et Kirch. II 191, 374, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 29), in tab. eugub. IV 8. Vide ΑꟼVƧ (supa).

SVPHEVM, oppidum Italiae inferioris, in Bruttiis (Liv. XXX, 19).

ΣΥΠΙΚΙΟΣ λιμήν, in Sardinia, apud Ptol. III, 3 (al. Σιπήκιος, Σολπίκιος, Συλπίκιος).

?ꟻΑИИꟼVM (śupinal), —*ā*, in urna etr. n. 121 (al. ꟻΑИꟼ+VM śutinal).

?ƧΑИꟼƎƧ (svpinas), in vase etr. n. 2579 (cf. Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1843 pg. 744). Vide ƧΑИꟼꟼƆ (vipinas).

SVPINATES, incolae Supini oppidi in Marsis (vide SVPNAS). Inscr. apud Mommsen n. 5618 (*lat. ant.* n. 1169): P · T · SEX · HERENNIEIS · SEX · F · SER | SVPINATES · EX · INGENIO · SVO.

SVPLICO, *supplico*, apud antiquos, in decr. col. Narbon. apud Orell. n. 2489.

VꟻꟻVM (śuplu), —*i*, n. pr. m. genit. sg. (?), in titulo Volaterr. n. 351. Cum etr. subulo (tibicen) comparat Oriolius (*Album* XXII, 195).

IΑИꟼVƧ (supnai), *Supunnia*, n. pr. f. = IИꟼVƧ (supni), in ossuario Volaterr. n. 339. Cf. Lanzi II 350 = 279 ad n. 30.

SVPN[AS], *Supinas*, ad oppidum Supinum pertinens, ut VECOS · SVPN, in titulo Marsico (Append. n. XL lin. 1). Vide SVPINATES.

IИꟼVƧ (supni), *Supunna* (Supunnia), gentilitium etr. (cf. IΑИꟼVƧ supnai, IИꟼꟼVƧ supvni, et SVPVNNA), ut in lamella plumbea Volaterr. n. 314 *A* lin. 1-4: IИꟼVƧ·ꟻ (v. supni) = *Velia Supunnia.*

SVPNVS, *somnus*, sanscr. svapna (e rad. svap, *dormire*), gr. ὕπνος (ital. *sonno*, in codd. sec. XIII sq. *sompno*). Tiro in Pandectis (apud Aul. Gell. XIII, 9): « quod item illi (*Graeci*) ὕπνος, nos primo sypnus, deinde per *y* graecae latinaeque literae cognationem *somnus* ».

SVPO, —*a*, subst. f. nominat. sg. 1 decl., = SOPO et antiquiori orthogr. ΑꟼVƧ (supa), apud Umbros (Aufr. et Kirch. II 191). Tab. eugub. VIIa 8: APE · SVPO · POSTRO · PEPESCVS = *postquam —a posterior —erit.*

SVPO, *iacio, disiicio*, apud veteres. Paul. pg. 225: « Prosapia *progenies*, id est porro sparsis et quasi iactis literis, quia supare significat *iacere* et *disiicere* ». Fest. *Qu.* XIV 15 pg. 310: « Supa[t significat *iacit*. unde dissip]at, *disicit*. [et obsipat, *obicit*. et] in[sipat], *insipit*. [et insipit *far in aulam*], *inicit far in ollam* ». Hinc Paulus pg. 311: « Supat *iacit*, unde dissipat *disicit*, et obsipat *obicit*, et insipat hoc est *inicit* ».

SVPPARVS, vestimentum puellare lineum (Fest. *Qu.* XIV, 15 pg. 311), apud Oscos. Varr. *De l. l.* V, 131, pg. 51: « Indutui alterum quod subtus, a quo subucula; alterum quod supra, a quo supparus, nisi id, quod item dicunt Osce ». Cf. Fest. *Qu.* XV, 15 pg. 340, Forcell. *Lexic.* s. v. *supparum*, et Döderlein *De voc. aliquot* etc. pg. 12.

SVPPERNATI dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum. Ennius in Annalibus [vs. 279]: *is pernas succidit iniqua superbia Poeni.* et Catu[llus ad Coloniam: *in*] *fossa Ligari ia*[*cet suppernata se*]*curi.* Ita Fest. *Qu.* XIV, 10 pg. 305 (Paul. pg. 304). Cf. Forcell. *Lexic.* s. v. *suppernatus.*

SVPPICATIO, *supplicatio*, in titulo Cumano apud Mommsen n. 2557 (Henzen n. 5359).

SVPPLICASSIS, *supplicaveris*, apud Plaut. *Asin.* II, IV, 61.

SVPPOSTVS, *subpositus*, apud Virg. *Aen.* VI 24 et Sil. Ital. III 90.

SVPPVS, *supinus*, apud antiquos. Fest. *Qu.* XIII, 28 pg. 290 (Paul. pg. 291): « Suppum antiqui dicebant, quem nunc *supinum* dicimus ex graeco, videlicet pro adspiratione ponentes [*s*] litteram, ut cum idem hylas dicunt, et nos *sylvas*. item ἕξ *sex*. et ἑπτὰ *septem*. eius vocabuli meminit etiam Lucilius: *Si vero das, quod rogat, et si suggeri suppus* † ». Isid. *Orig.* XIX, 65: « Iactus quisque apud lusores veteres a numero vocatur, ut *unio, binio, trinio, quatrio, quinio, senio.* Postea appellatio singulorum mutata est, et *unionem* canem, *trionem* suppum, *quatrionem* planum vocabant ».

SVPRAD, *suprā*, praepositio (abl. sg. 1 decl.), antiquo scribendi more, = umbr. ΑᗡꓭVƧ (subra), e supro =

supero, umbr. VᗡꟼVƧ sup-ru (cf. Aufr. et Kirch. I 150). S. C. *de Bacch.* lin. 21, 24, 29 (Append. n. LVIII): VTEI · SVPRAD · DICTVM · EST.

IꟼꟼVƧ (supri), in aere etr. n. 347.

VᗡꟼVƧ (supru), *supero*, adiect. umbr. (abl. sg. 2 decl.), sanscr. upa-ra, e sup = 8VƧ sub (Aufr. et Kirch. I 55, 98, 107, 156, II 372 sq.), in tab. eugub. IV 3. *Supra* exponit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 427).

SVPSELLIVM, *subsellium*, apud Plaut. *Amph.* prol. vs. 65, *Capt.* III, I 11, *Stich.* I, II 36, V, IV 21 (ed. Fleckeisen).

SVPSEQVOR, *subsequor*, apud Plaut. *Amph.* I, III 52, II, I 1, *Bacch.* IV, IV 72, *Most.* III, II 107 et 116 (ed. Fleckeisen).

SVPSIGNATVS, *subsignatus*, e SVPSIGNO = *subsigno*, in lege Thor. *agr.* capp. 35, 41 (Append. n. LIX) et in tab. marm. apud Mommsen (*Inscr. lat. ant.* n. 577 col. 3 lin. 15).

SVPSIGNO, *subsigno*, unde SVPSIGNATVS, in lege Thor. *agr.* capp. 12, 35 (Append. n. LIX) et Servil. *Repetund.* cap. 41 (Append. n. LX).

SVPSICIVVS, *subsicivus* (subsecivus), in lege Thor. agr. cap. 31 (Append. n. LIX).

SVPSTITVTVS, *substitutus*, in titulo apud Marini *Inscr. alb.* pg. 138 lin. 21.

SVPSVLTO, *subsulto* (sussulto), apud Plaut. *Casin.* II, VII 10, *Capt.* III, IV 104 (ed. Fleckeisen).

SVPTER, *subtér*, unde supterduco et supterfugio, antiquo scribendi more, in cod. Med. Virg. *Ecl.* X 4 (cf. Wagner *Orthogr. Vergil.* pg. 414 et Fleckeisen *Epist. crit.* pg. x).

SVPTERDVCO, *subterduco*, apud Plaut. *Asin.* II, II 12, *Men.* III, I 21, *Mil.* II, III 72 (ed. Fleckeisen).

SVPTERFVGIO, *subterfugio*, apud Plaut. *Capt.* V, II 17, *Merc.* I, II 83, *Bacch.* IV, VI 2 (ed. Fleckeisen).


SVPTILITAS, *subtilitas*, apud Cic. *De rep.* I, 10 (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 60).

VꟼVƧ (supu), fortasse e AꟼVƧ (supa), apud Umbros, in tab. eugub. IV 17. Cf. Aufr. et Kirch. II 376.

VꟼƎM (s̀vpu), *Suepii* (?), n. pr. m., fortasse genit. sg. pro svepus, in titulo Clus. n. 592.

ꓘAИVꟼVƧ (supunal), *Supunnâ* (Supunniâ), n. pr. f. abl. sg., e supuni = IИꟼVƧ (supni), in fragm. inscr. etr. n. 2134 (cf. Sec. Campanari in *Giorn. arcad.* CXIX, 321).

IИVꟼVƧ (supvni), *Supunnia*, n. pr. f. pro supuni (unde ꓘAИVꟼVƧ supunal), e IИꟼVƧ (supni), apud Etruscos, ut « vel supvni » = *Velia Supunnia*, in operc. ossuarii



n. 177. Cf. ƧAИIꟼƧ (svpinas).

SVPVNNA, deus apud Fulginates. In lapide apud Doni cl. I n. 151 pg. 52 (Murat. 102 8, Orell. n. 1804, ubi cf. Henzen): SVꟼVNNE | SACR. Fortasse est nomen fluminis, quod nunc *Tupino* (cf. rad sanscr. tup, *pulsare*). Vide mars. SVPNAS, et etr. IИꟼVƧ (supni), ꓘAИVꟼVƧ (supunal) cet., et cf. *Arch. stor. ital.* V, II 46 sgg. *Supna* est fluvius Kurdistanae regionis, in *Khabour* incidens (Layard *Nineveh* I 225 ed. 1850).

..ᗡVM (s̀ur..), in titulo Urbevet. n. 2033 bis *Ae*.

SVRACVSAE et Syracusae, Συρακοῦσαι (Hesiod. fragm. n. 136, Ptol. III 4 Συράκουσαι κολωνία, Strab. I, II 14, III 18, VI, I 12, II 1, 4, Diod. Sic. V 3 sq., X 27, XI 38, 66, 68, 72, 86, 88, XII 29, XIII 6 sqq., 56, 61, 63, 75, 91, 93 sq., XV 13, XVI 9-20, 36, 65, 82 sq., XIX 1-6, XX 15 sq., 29-32, 56, 72, XXI 16, XXVI 15, Thucyd. V 4, VI 3 sqq., 20, 32, 37, 48-52, 63, 65, 71, 75, 78, 88, 104, VII 1 sq., 21, 25, 28, 32, 42, 48 sqq., 57, Polyb. I 8-12, 52 sq., VII 6, IX 10, 19, XV 35, Pausan. *Att.* II 3, *Corinth.* XXII 9, *Eliac. pr.* VIII 8, Xenoph. *Hist. gr.* I 1, VI 2, Scyl. Caryand. § 13, Dionys. Halic. VI 62, Dio Cass. XLVIII 17, LIV 7, Appian. *De reb. sic.* cap. 2, *De bell. civ.* V 70, Plutarch. in *Tim.* capp. 9, 17 sq., 20, 22 sqq., *Marc.* capp. 14, 18, 21, *Nic.* cap. 17, *Dion.* cap. 48 sq., *Praec. ger. reip.* XXXII 17, Aristot. *Polit.* V, v 6, Hipp. Rheg. fragm. n. 7, Silen. Calact. fragm. n. 8, Polem. Iliens. fragm. n. 75, Char. Pergam. fragm. n. 53, Hippostr. fragm. n. 4) et Συρήκουσαι (Herodot. VII 155 sqq.) vel Συρακόσαι (Diod. Sic. XXI 18, XXII 8) et Συρακόσσαι (Theocr. *Epigr.* XVII, 6), Siciliae urbs nobilis (Theocr. *Idyll.* XXVIII, 18, Cic. *Verr.* II, IV 52 sqq., Plin. II, LXII 1, VII, XXXVIII 1, VIII, XXI 3, X, LXXV 2, XXXI, XXX 2, XXXII, VII 1, XXXIV, XIX 10, Liv. XXIV 21-39, XXV 23-31, Tacit. *Ann.* XIII 49, Corn. Nep. *Timol.* § 1 sqq., *Dion.* §§ 2, 5; Plaut. *Men.* prol. vs. 17, 69, II, III 57, V, IX 38, Cassiod. pg. 2286 P.), quatuor velut urbibus constans (Diod. Sic. XXVI, 19), Neapoli, Achradina, Tycha et Insula, a Corinthiis condita a. Chr. an. DCCXXXIV, duce Archia (Strab. VI, I 12, VIII, VI 22, Theocr. *Idyll.* XV 91, XXXVIII 17, Thucyd. VI 3, Scymn. Ch. vs. 279 sqq., Schol. in Aristoph. *Equit.* vs. 1091, Cratipp. fragm. n. 1, Corn. Nep. *Timol.* § 3, Tertull. *De pall.* cap. 2; cf. Sil. Ital. XIV 51), qui duas filias genuit Ortygiam et Syracusam (Plutarch. *Amat. narrat.* II, 12). Cic. *Verr.* II, IV, 52 sq.: « Urbem Syracusas maximam esse graecarum urbium pulcherrimamque omnium, saepe audistis. Est, iudices, ita, ut dicitur. Nam et situ est, quum munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari, praeclaro ad adspectum: et portus habet prope in aedificatione adspectuque urbis inclusos: qui quum diversos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur et confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi, quae appellatur Insula, mari disiuncta angusto, ponte rursum adiungitur et continetur. Ea tanta est urbs, ut ex quattuor urbibus maximis constare dicatur: quarum una est ea, quam dixi, Insula: quae duobus portubus cin-

cta, in utriusque portus ostium aditumque proiecta est: in qua domus est, quae regis Hieronis fuit, qua praetores uti solent. In ea sunt aedes sacrae complures; sed duae, quae longe ceteris antecellunt: Dianae una (1); et altera, quae fuit ante istius adventum ornatissima, Minervae. In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus esset. Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Achradina est: in qua forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Iovis Olympii: ceteraeque urbis partes una lata via perpetua, multisque transversis divisae, privatis aedificiis continentur. Tertia est urbs, quae, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tycha nominata est, in qua et gymnasium amplissimum est, et complures aedes sacrae: coliturque ea pars et habitatur frequentissime. Quarta autem est urbs, quae quia postrema aedificata est, Neapolis nominatur: quam ad summam theatrum est maximum; praeterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberae, signumque Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum et maximum: quod iste si portare potuisset, non dubitasset auferre ». Strab. VI, II, 4: Τὰς δὲ Συρκούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν ἥ τε Νάξος καὶ τὰ Μέγαρα. ἅμα δὲ Μύσκελλόν τέ φασιν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν καὶ τὸν Ἀρχίαν· χρηστηριαζομένων [δὲ] ἐρέσθαι τὸν θεὸν, πότερον αἱροῦνται πλοῦτον, ἢ ὑγίειαν· τὸν μὲν οὖν Ἀρχίαν ἑλέσθαι τὸν πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα. καὶ δὴ συμβῆναι Κροτωνιάτας μὲν οὕτως ὑγιεινὴν οἰκῆσαι πόλιν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, Συρακούσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλοῦτον, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι, λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτη συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν. ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας οἰκίσαι τὴν νῆσον, τὸν δ'Ἀρχίαν κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον τῶν Δωριέων εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων ἀναλαβεῖν αὐτούς, καὶ κοινῇ μετ' αὐτῶν κτίσαι τὰς Συρακούσας † ἀπιόντας· ηὐξήθη δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἡ πόλις καὶ διὰ τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν. οἵ τε ἄνδρες ἡγεμονικοὶ κατέστησαν, καὶ συνέβη Συρακουσίοις τυραννουμένοις τε δεσπόζειν τῶν ἄλλων καὶ ἐλευθερωθεῖσαν ἐλευθεροῦν τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταδυναστευομένους ..... Ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες καὶ τοὺς

(1) Diod. Sic. V, 3: Τὴν δ' Ἄρτεμιν τὴν ἐν ταῖς Συρακούσαις νῆσον λαβεῖν παρὰ τῶν θεῶν τὴν ἀπ' ἐκείνης Ὀρτυγίαν ὑπό τε τῶν χρησμῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων ὀνομασθεῖσαν.

Ἕλληνας, αντεῖχον δ'ὅμως οἱ Συρακούσιοι. Ῥωμαῖοι δ'ὕστερον καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέβαλον καὶ τὰς Συρακούσας ἐκ πολιορκίας εἷλον. ἐφ' ἡμῶν δὲ Πομπηίου τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ πολὺ μέρος τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. ἅπαντα μὲν δὴ τὸν κύκλον τοῦτον ἐκπληροῦν οὐδὲν ἔδει, τὸ δὲ συνοικούμενον τὸ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ὀρτυγίᾳ μέρος ᾠήθη δεῖν οἰκίσαι βέλτιον, ἀξιολόγου πόλεως ἔχων περίμετρον. Plin. III, XIV, 3: « Colonia Syracusae, cum fonte Arethusa. Quamquam et Temenitis, et Archidemia, et Magaea, et Cyane, et Milichie fontes in Syracuso potantur agro ». Inscr. apud Mommsen n. 1984 (Henzen n. 5347): M · CL · MARCELLO | ROMANORVM · ENSI | FVGATO · HANNIBALE | DIREPTIS · SYRACVSIS | V · CONS | S · P · Q · NOLANVS. Cf. Tzetz. *Hist. Chil.* II, 35. Dio Cass. LIV, 7: Ὁ δὲ Ἄυγουστος, τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, καὶ τὰς Συρακούσας, ἑτέρας τέ τινας πόλεις, ἀποίκους Ῥωμαίων ἀποδείξας, ἐς τὴν ἑλλάδα ἐπεραιώθη. — Syracusani et Syracusii, gr. Συρακόσιοι (Theocr. *Idyll.* XVI 78, *Epigr.* n. 22, Mosch. *Idyll.* III 94, Diod. Sic. IV 23, V 4, XI 38, 53, 67 sq., 73, 76, 87 sq., 91, XII 8, 29 sq., 54, XIII 4, 6-23, 27-35, 39 sq., 43 sq., 56, 59, 61, 63, 75, 80 sq., 86 sqq., 92 sq., 95 sq., XVI 9-13, 16-20, 65, 70, 82, 90, XIX 1-5, 70, XX 15 sq., 29 sq., 32, XXI 16, XXII 8, Thucyd. III 86, 88, 90, 103, 115, IV 1, 24 sq., 65, V 4, VI 4 sqq., 11, 17 sq., 35, 41, 45, 48, 50 sqq., 63-65, 80, 83-88, 91, 93 sq., 96-103, VII 2-7, 21-25, 31, 33, 36-48, 50-59, 64-74, 77-87, VIII 26, 28, 45, 78, 84 sq., 96, 104 sqq., Pausan. *Eliac. pr.* VIII 8, *Eliac. sec.* XVII 9, *Phoc.* XI 5, Xenoph. *Hist. gr.* I 1 sq., II 2 sq., 11, Scymn. Ch. vs. 294, 414, Demosth. *Or. in Mid.* § 160, *Except. adv. Zenoth.* § 18, Plutarch. in *Timol.* capp. 2 sq., 16 sq., 22 sq., 25, *Aem. Paul.* cap. 39, *Marc.* capp. 14 sq., 19 sq., 23, *Nic.* capp. 24 sqq., Aelian. *De nat. anim.* V 10, *Var. hist.* IV 8, VI 12, Hermipp. Callim. fragm. n. 23, Polem. Iliens. fragm. n. 39) et Συρηκόσιοι (Herodot. VII 155, 159, 165) vel Συρακούσιοι (Diod. Sic. X 27, XI 49, XXVI 15, 20, Polyb. I 8 sqq., 16, 62, VII 5, 7 sq., VIII 37, IX 19, Strab. V, IV 2, VI, II 4 sq., Ptol. III 4, Appian. *De reb. sic.* cap. 2, Plutarch. in *Marc.* capp. 18, 23, *Dion.* capp. 28 sq., 37 sqq., *De cupid. divit.* cap. 16, Cratipp. fragm. n. 1), in numis n. 3094 ΣΥΡΑ et



ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ (ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ), sunt incolae Sy-

racusarum (Liv. XXIV 21 sq., 28 sqq., 33, 35, XXV 24, 27, 31, Plin. VII, LVII 16 « Syracusii », Tacit. *Ann.* XIII 49, Corn. Nep. *Alcib.* § 3, *Dion.* § 3), origine Corinthii, Peloponnesiace loquentes, qui Ἐφυραῖοι dicti sunt ab Ephyra Archiae patriâ (Theor. *Idyll.* XVI, 83). Theocr. *Idyll.* XV, 90 sqq.:

Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;
ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν,
ὡς καὶ ὁ Βελλεροφῶν· Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες.
δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοις Δωριέεσσιν.


— Syracusanus vel Suracusanus (Plaut. *Men.* V, IX 10 et 56) et Syracosius vel Syracusus, gr. Συρακόσιος (Thucyd. V 78, 83, VIII 26, 35, 61, Pausan. *Eliac. pr.* VIII 8, Xenoph. *Hist. gr.* I 1 sq., II 2 sq., *Conviv.* capp. 2, 7 sqq., Aristoph. *Av.* vs. 1297, Plutarch. in *Timol.* cap. 1) vel Συρακούσιος (Plutarch. in *Dion.* cap. 37), et Συρηκόσιος (Herodot. VII, 155), adiect. ad Syracusas pertinentia (Liv. XXV 29, Plin. XXXIV, VII 1), ut Syracusanus ager (Plin. XVII, III, 5) vel Syracusus ager (Plin. III, XIV, 3), ἐν τῇ Συρακοσίᾳ (Diod. Sic. V, 4), γλώσσῃ Συρακοσσίδι (Non. *Dionys.* IX, 22), Arethusa fons Syracusanus (Plin. II, CVI, 3), Syracusanae mensae (Cic. *De fin.* II 28, V 35), Συρακοσίας τραπέζας (Lucian. LXXIII 18) et Συρακοσίαν τράπεζαν (Aristoph. fragm. pg. 448; cf. Athen. XII 34 pg. 527), Ἀρχίας Συρακούσιος (Aelian. fragm. n. 254), Καλλίας ὁ Συρακούσιος (Diod. Sic. XXI, 17), Menander Syracusanus (Plin. VIII, V, 5), Mentor Syracusanus (Plin. VIII, XXI, 3).

SYRACVSANVS portus, Συρακουσανὸς λιμὴν (Ptol. III, 2), in Corsica.

SVRDINVS, adiect. a surdo. Est cognomen rom., ut L·NAEVIVS·SVRDINVS in numis consul. apud Cohen pg. 225 suiv.

SVREMIT, *sumpsit*, apud antiquos (Paul. pg. 299). Fest. *Qu.* XIV, 3 pg. 298: « [Suremit, *sumpsit* ..... *Inque*] *manum su*[*remit hastam.* et: *puerum*] *surempsit* ..... pue[rum] *sustule*[*rit*] ».

ƧIqVM (śuris), *superis?* h. e. *diis* (?), apud Etruscos, in lamella aer. Viterb. n. 2083. Ad rom. ant. surus,



palus, trahit Oriolius (*Viterbo e il suo territ.* pg. 70 sg.). Hanc voc. ƧIqVM ipse vidi in marm. umbro-etr. n. 83.

SVRCLO, *surculo* (surculo ligare), apud Apic. IV 5, VII 2 cet.

?IƎИOΘƎMqVM (śurmethnei), in urna etr. n. 894. Pro nom. fem. *Ormetia* sumit Conestabile (*Inscr. etr.* pg. 31).

AИqVƧ (surna), *Surina* vel *Surinna* (Surrinus), gentil. etr. (vide IƎИqVƧ surnei et MAИqVƧ surnaś), ut in titulis Perus.: AИqVƧ · qA (ar surna, n. 1314, 1317, 1321, 1325) = *Arrius Surinna*, AИqVƧ · VA (au surna, n. 1319, 1326) = *Aulus Surinna*, AИqVƧ · A⅃ (la surna, n. 1318, 1328) = *Lars Surinna.* — Cf. SVRRINA, et gentil. Sornia apud Grut. 724 10.

§ 2. *Surinae* vel *Surinnae* (Surini), genit. sing. pro MAИqVƧ (surnaś). Operculum ossuarii Perus. n. 1316: AИqVƧ · IqVO⅃ƎƎ · ItƧA8 (fasti velthuri surna) = *Fausta Velturia Surinnae* uxor.

MAИqVƧ (surnaś) et ƧAИqVƧ (surnas), *Surinnae*, n. pr. m. genit. sg., e AИqVƧ (surna), apud Etruscos. Operc. ossuar. Perus. n. 1320: MAИqVƧ·AIqIƎ·AI⅃IƎƎ (veilia vipia surnaś) = *Velia Vibia Surinnae* uxor. Aliud operc. n. 1315: ƧAИqVƧ · IИIqƎt · A8 (fa terini surnas) = *Fausta Terinia Surinnae* uxor. Adde inscr. n. 2047.

IƎИqVƧ (surnei), *Surinna* (Surinia), n. pr. f. = IИqVƧ surni (abl. ⅃AIИqVƧ surnial), e AИqVƧ (surna), apud Etruscos. In operculo ossuarii Perus. n. 1323: IƎИqVƧ · AO (tha surnei) = *Tannia Surinna.*

?IИqVƧ (surni), *Surinna* (Surinia), n. pr. f. etr. = IƎИqVƧ surnei (abl. ⅃AIИqVƧ surnial), apud Etruscos, ut [I]ИqVƧ · VA (au surni) = *Aula Surinna*, in titulo sepulcr. n. 1324. Vide AИqVƧ (surna).

⅃AIИqVƧ (surnial), *Surinnâ* (Suriniâ), n. pr. f. abl. sg., e IƎИqVƧ (surnei). Ossuarium Perus. n. 1339: ⅃AIИqVƧ : MV⅃ƎƎ : ƎƎAOV : IAƆ : A⅃ (la cai uthave veluś surnial) = *Lars Caius Octavius Velii* filius *Surinnâ* natus.

SVRONT, *deinde*, coniunctio et adverbium umbricum (Aufr. et Kirch. I 55, II 113 sq., 240), in tab. eugub. VI b 8, 20, 23, 37, 44, 46, VII a 5, 7, 37, 42, 53, pro SVRVRONT, quod vide.

SVROR, *deinde*, coniunctio et adverbium umbricum, idem ac SVRVR (Aufr. et Kirch. II 113, 171), in tab. eugub. VI b 37.

SVRPERE, *surripere* (subripere), apud Lucret. II, 314.

SVRPITE, *surripite*, apud Horat. *Sat.* II, III, 283.

SVRPTVS, *surreptus*, apud Plaut. *Poen.* IV, II 80, V II 98 (al. *subreptus*), *Pers.* I, 70 (« surpta »).

SVRPVI, *surripui* (subripui), apud Plaut. *Capt.* prol. vs. 8, III, V 102, V, IV 14, et Horat. *Od.* IV, XIII 20.

SVRREGIT, *surrexit*, apud antiquos. Fest. *Qu.* XIV, 2 pg. 297 (Paul. pg. 296): « Surregit et sortus an[tiqui ponebant] pro *surrexit* et eius parti[cipio, quasi sit *surrectus*, qui]bus L. Livius frequenter usus est ».

SVRRENTVM, Σύρρεντον (Strab. I, II 12, V, IV 8, Diod. Sic. V 7) vel Σούρεντον (Ptol. III 1 unus cod. Σουρίντον), nunc *Sorrento*, oppidum Campaniae maritimum (Mela II, IV, 9, *Tab. Peuting.* segm. VI *d*). Strab. VI, VI, 8: συνεχὲς δέ ἐστι τῇ Πομπηΐᾳ τὸ Σύρρεντον τῶν Καμπανῶν. Plin. III, IX, 10: « Surrentum cum promontorio Minervae, Sirenum quondam sede ». Sil. Ital. V, 466: « et Zephyro Surrentum molle salubri ». Frontin. *De col.* pg. 236: « Surrentum, oppidum. ager eius ex occupatione tenebatur a Graecis

ob consecrationem Minervae. sed et mons Sirenianus limitibus pro parte Augustianis est adsignatus. ceterum in soluto remansit. iter populo debetur ubi Sirenae ». — Eius oppidi incolae Surrentini dicuntur (Liv. XXII, 61). In lapidibus apud Mommsen: MVNICIPES · SVRRENTINI (n. 2112), RESP · SVRRENTINORVM (2113 sq.), ORDO ET POPVLVS SVRRENTINORVM (n. 2117, 7215). — Surrentinus, gr. Συρρεντῖνος, adiect. ad Surrentum pertinens, ut Surrentini montes (Plin. III, IX, 7), vertex Surrentinus (Stat. *Silv.* V, III, 165), Surrentini colles (Plin. XIV, IV, 2), vel iuga Surrentina (Stat. *Silv.* III, V, 102), Surrentinus palmes (Ovid. *Metam.* XV, 710), Surrentinum vinum (Plin. XXIII, XX 1 sq., XXI 1; Martial. XIII 110), Συρρεντῖνος οἶνος (Strab. V, IV, 3), convalescentibus maxime prolatum (Plin. XIV, VIII, 4), Surrentinae testes (Plin. XIV, IV 12; cf. XXXV, XLVI 1) h. e. calices Surrentini (Martial. XIV, 102), Surrentina rota (Martial. loc. cit.), Surrentina praetoria (Stat. *Silv.* II, II, 82), Surrentina altaria (Stat. *Silv.* IV, VIII, 9).

SVRREXE, *surrexisse*, apud Horat. *Sat.* I, IX, 73.


SVRREXTI, *surrexisti*, apud Martial. V, 79.

SVRRINA et Sorrina, Etruriae oppidum, nunc *Soriano* (Marini *Arvali* pg. 424 nt. 565) sive potius ubi nunc *Viterbo* (Orioli *Viterbo* etc. pg. 16), cuius incolae Surrinenses et Sorrinenses. Inscr. apud Orell. n. 3723 (Murat. 201 6, 1083 8): VITELLIVS L · F · MERENNA | AVGVSTALIS · SVRRINENSIVM | FECIT SIBI ET ANNIAE | CAECILIAE CONIVGI BENEMER. — Sorrinenses Novani memorantur in inscr. apud eund. n. 3722: M · AVRELIO · ELAINI FILIO | MARCELLO | PONTIF · IVR · DIC · SORR · NOV | QVAESTORI etc. — Cf. inscr. falisc. n. 2450 (Garrucci *Scop. falische* in *Ann. dall'Inst. arch.* XXXII = 1860 pg. 279), et gentil. etr. ΑΝꟼVƧ (surna), unde rom. Surinus (Grut. 715 4, Murat. 748 3, 1750 7), vel Surrinus (Tonini *Rimini* etc. pg. 369) et Sorinus (Grut. 914, 12).

SVRRVPTVS, *surreptus*, apud Plaut. *Poen.* prol. vs. 109.

SVRSVORSVM, *sursumvorsum*, adverb., in tab. Gen. lin. 14 (Append. n. I). Vide SVSVM.

MƎ+ꟼVƧ vel MƎꟼDVƧ (surteś) et ƧƎ+ꟼVƧ (surtes), *Surtii*, n. pr. m. genit. sg. (fem. I+ꟼVƧ surti), apud Etruscos. In lapid. Perus.: MƎ+ꟼVƧ · I+ƧΑ8 (fasti surteś, n. 1780) = *Fausta Surtii* uxor (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 209 ad n. 89); « lathi cai surteś (n. 1897) » =



Lartia Caia Surtii vel *Soritii* uxor (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 6); MƎ+ꟼVƧ MƎ+I+ · Αꟼ · IИV↓Α · ΑИΑO (thana achuni la titeś surteś, n. 1589) = *Tania Aconia Lartis* filia *Titi Surtii* uxor (Vermigl. op. cit. pg. 293 ad n. 302). — Cf. ƧƎ+ꟼVƧ (surtes), fortasse cognomen, in urna perus. n. 1561, et n. pr. f. Surtia apud Murat. 1280, 6.

I+ꟼVƧ (surti), *Surtia*, n. pr. f., apud Etruscos. In urna perus. n. 1781: I+ꟼVƧ : ΑIꟼIƎƎ (veilia surti) = *Velia Surtia* (cf Vermigl. *Inscr. per.* pg. 247 ad n. 170).

IV+ꟼVM (śurtui), *Surtia*, n. pr. etr. (cf. I+ꟼVƧ surti), in operculo ossuarii perus. n. 1272 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 203 ad n. 68).

VꟼVƧ (suṛu), *—um*, subst. m. acc. sg. 2 decl., pro ꟽVꟼVƧ (suṛum), e suṛo = SORSO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. II 214 sq., 224, 226, 381), in tab. eugub. IIa 8, 9. Vide voc. sq.

8VꟼVƧ (suṛuf), *—os*, subst. m. acc. pl. 2 decl., = SORSO pro sorsof, e suṛo = SORSO, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 119, II 214 sq., 224 sq., 381). Tab. eugub. Ia 33: ƧVI+I+ᗡV18VꟼVƧ : IꟼΑ (api suṛuf purtitius) = *postquam —os porrexerit* (tab. VIb 37 APE-PESONDRO · PVRDINSVS). Vide SORSO, et voc. sq.

ꟽVꟼVƧ (suṛum), *—um*, subst. m. acc. sg. 2 decl., minus recte VꟼVƧ (suṛu) et recentiori orthogr. SORSOM, e suṛo = SORSO, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, 116, II 213 sqq., 222). Tab. eugub. Ia 27 sq.: V+Ǝ8 | Vᗡ+ИVƧƎ1 : ꟽVꟼVƧ (suṛum pesuntru fetu; tab. VIb 24 PESONDRO · SORSOM · FETV) = *—um —um facito;* et tab. Ia 30: V+IƎ8 : ꟽVᗡ+ИVƧƎ1 : ꟽVꟼVƧ (suṛum pesuntrum feitu) = *—um —um facito.* Vide SORSO.

SVRVPVERIT, *surripuerit*, in titulo Italiae infer. apud Mommsen n. 6011 (*Inscr. lat. ant.* n. 603).

SVRVR, *tum* (item?, inde?), coniunctio et adverb. umbricum, = SVROR, unde SVRVRONT (Grotefend *Rud. l. u.* VI 24, 32, VII 38, Aufr. et Kirch. I 160, II 113 sq., 223, Huschke *Die iguv. taf.* s. 98; cf. Lanzi I 389 = 304, II 835 = 744). Tab. eugub. VIa 20 sq.: SVRVR · VERISCO · TESONOCIR · SVRVR | VERISCO · VEHIEIR = *quum ad portam Tesenacam, tum ad portam Vehiam.* Tab. VIa 56: SVRVR · PVRDOVITV · PROSESETO = *deinde porricito prosecta.* Tab. VIa 59, VIb 2, 4: SVRVR · NARATV = *inde* (item) *narrato.*

SVRVRO, *tum* (inde?), adverb. umbr. pro SVRVRONT (Aufr. et Kirch. II 113, 216). Tab. eugub. VIb 48: SVRVRO · STIPLATV · PVSI · OCRER · PIHANER = *inde stipulator, uti ocris piandi.*

SVRVRONT, *tum* (item?, inde?), coniunctio et adverb. umbr., minus recte SVRVRO et SVRONT, e SVRVR et suff. pronom. ONT (Grotefend *Rud. l. u.* VI 24, 32, VII 38, Aufr. et Kirch. I 55, 160, II 113 sq., 217, 222, Huschke *Die iguv. taf.* s. 98; cf. Lanzi II 835 = 744). Tab. eugub. VIb 8 sq.: SVRONT | PONI · PESNIMV

= *deinde ture precator.* Tab. VIb 20, 23, 44, 46, VIIa 5, 7, 37 sq., 42, 53: SVRONT NARATV = *inde narrato.* Tab. VIb 37: SVRONT · CAPIRSE · PERSO · OSATV = *deinde capide —um —ato.* Tab. VIb 39: SVRVRONTERVSDIRSTV = *deinde — dato.* Tab. VIb 48: SVRVRONT · COMBIFIATV = *deinde conspicito.* Tab. VIb 51: SVRVRONT · COMBIFIATV · VAPEFE · AVIEC[L]V = *deinde conspicito ad lapides —os.* Tab. VIb 63 sq.: APE · TERMNOME | COVORTVSO · SVRVRONT · PESNIMVMO · SVRVRONT · DEITV · ETAIANS · DEITV = *postquam ad terminum reversi sunt, deinde precantor, deinde dicito, itent, dicito.* Tab. VIb 64 sq.: APE · TERNMOME · BENVSO | SVRVRONT · PESNIMVMO · SVRVRONT · DEITV · ETAIAS = *postquam ad terminum venerunt, deinde precantor, deinde dicito itent.* Tab. VIIa 1: SVRVRONT · PESNIMVMO · SVRVRONT · DEITV · ETAIAS = *deinde precantor, deinde dicito itent.*

SVRVS, *palus, fustis*, apud veteres (cf. Varr. *De l. l.* X, 73 pg. 260 et Forcell. *Lexic.* s. v. *surus*). Fest. *Qu.* XIV 2 sq. pg. 297 sq. (Paul. pg. 299): « Surum dicebant, ex quo [per deminutionem surculus fac]tum est. Plau[tus in . . . . . *surus*] *non est tibi.* [surum dicebant *pal*[*um*, item: nam qui . . . . . cus surculis, ... m, tum poli[ebant . . . . .]ant asulae [. . . . . Ennius [vs. 515 sq.]: *In unum su*[*rus surum* [*forte: tamen defende*]*re possent* ». Id. *Qu.* XIII 23 sq. pg. 286: « *Rigido* [*tum caerula suro* cum ait] Ennius [*Ann.* vs. 583] locatus (*iocatus*) videtur [. . . . . caeru[li. est enim a manis (*maris*) no[mine. eodem verbo de eadem] re usus est et L. II [. . . . . *pont*[*i caerula prata*, cae[rula prata mare dixit]. et alibi [*Ann.* vs. 514]: *Inde Parum* [*circum quam caerula salsa*] *ulalabant*, Parum insulam refert. Item [*Ann.* vs. 515 sq.]: *Unum surum surus ferre* † *tamen defendere possunt* †. suri autem sunt *rustes* (*fustes*), hypocoristicos surculi ». Gloss. Isid.: « Surus, musculus brachiorum »; et « surus, surculus ».

SVRVS, *Syrus*, unde Surius = *Syrius* (Forcell. *Lexic.* s. h. v.). Est cognomen rom. apud Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 602, 1168, 1230.

SVS et sa, *is* et *ea*, pronom. apud antiquos (cf. Osann *De pronom. tertiae pers.* pg. 44). Fest. *Qu.* XIV, 4 pg. 298: « Sum, pro *eum* usus est Ennius li. I [*Ann.* vs. 102]: *At tu* (*Astu*) *non ut sum summa*[*m*] *servare decet rem.* et l. II [vs. 165]: *A*[*t*] *se se sum quae dederat in luminis oras* ». Id. *Qu.* XIV, 5 pg. 301: « Sos pro *eos* antiqui dicebant, ut Ennius li. II [vs. 22]: *Constitit inde loci propter sos dea diarum* †. lib. III [vs. 152]: *Circum sos quae sunt magnae gentes opulentae.* l. VII [vs. 261]: *Dum censent terrere minis hortantur* [*i*]*be*[*i*] *sos.* l. XI [vs. 358]: *Contendunt Graios Graecos memorare solent sos.* interdum per *suos* ponebant, ut cum per dativum casum idem Ennius effert [*Ann.* vs. 150]: *Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit* ». Fest. *Qu.* XIV, 29 pg. 325: « Sas Verrius putat significare *eas*, teste Ennio, qui dicat in l. I [*Ann.* vs. 103]: *Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas.* cum *suas* magis videatur significare. Sicuti (*sed utique*) eiusdem l. IIII fatendum est *eam* significari, cum ait [*Ann.* vs. 227 sq.]: *Nec quisquam philosophiam* (*sophiam*), *quae doctrina latina lingua non habet* †, *sapientia quae peribetur, in somnis vidit prius, quam sam discere coepit.* idem † cum ait sapsam pro *ipsa* nec alia, [quod] ponit in l. XIII [vs. 372]: *quo res sapsa loco se se ostentatque, iubetque.* et Pacuvius in Teucro [vs. 324]: *Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet* ». In titulis coemet.: CVM FRATREM SVM LAVRENTIVM (*Catac. de Rome* pl. XLIX n. 2), et [CVM] MARITVM · SVM · VIXIT · DIES · XXXXII (op. cit. pl. LIII n. 4). Adde Enn. *Ann.* vs. 228, et vide IM = *eum.*

§ 2. Sus, sa, sum, *suus, sua, suum*, apud veteres. Paul. ex Festo pg. 47: « Callim antiqui dicebant pro *clam*, ut nis pro *nobis*, sam pro *suam*, im pro *eum* ». Enn. *Ann.* vs. 150 (apud Fest. *Qu.* XIV 5 pg. 301 cit. ad § praeced.) et Lucret. III 1025: « Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit ». Inscr. apud Fabr. cap. IV n. 139 pg. 271: CALIPODIA · QVE BIXIT | ANNIS XXX · QVE FECIT CVM BERGI|NIVM SVM ANVS XVII BENEMERENTI | IMPACE. Muellerus in Fest. pg. 47: « In omnibus his locis explicandis iuvabit observasse, in lingua latina, sicut in graeca duo distinguenda esse pronomina, alterum pronomen reflexivum tertiae personae, ductum a radice ΣF, quod plene enunciatur ΣFOΣ sive (propter legem quandam euphonicam) σφός et σφέος, et in lingua latina suus, elisa autem in latina vocali U, ac mutata in graeca sibilante litera in spiritum asperum, ὅς (FOΣ) et SUS: alterum pronomen demonstrativum, cuius integra forma fuit ΣOΣ, SUS, quod in graeca lingua abiit in nominativum casum articuli, ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, et in latina post Ennii tempora plane obsolevit. Quod Lind. in comment. p. 670 censet, *suis, suas* scribendum et ut monosyllabon pronunciandum esse, ubi pronomen sit reflexivum, refelli videtur eo, quod etiam in Latinis *se, sibi*, ut in Graecis ἕ, οἷ, ἑός, ὅς, apud Iones et Atticos, omnis literae U vis periit ». Cf. Corssen *Ueb. aussprache* etc. I, 135.

SVS -eris, *sus -is*, apud antiquos. Plaut. apud Fest. *Qu.* XV, 4 pg. 330: « Ego pernam, sumen, sueres † spectile, galium †, glandia ». Varro *De l. l.* V, 110 pg. 44: « Perna a pede sueris ».

ƧƎƧVƧ (suses), in lapide etr. n. 2327 bis.

ꓘAИIƧVƧ (susinal), *Susiniā*, n. pr. f. abl. sg. apud Etruscos (cf. ƧƎƧVƧ suses). Olla sepulcr. n. 215: « l. teti



susinal » = *Lartia Tetia Sosiniâ* nata (cf. Lanzi II 437 = 366 ad n. 382, et Conestab. *Inscr. etr.* pg. 153).

SVSCIPEATVR, *suscipiatur*, in titulo coemet. apud Fabr. cap. VIII n. 49 pg. 571 (GAVDENTIA SVSCIPEATVR IN PACE).

SVSO VORSVM et SVRSVORSVM, *sursum vorsum*. Vide SVSVM = *sursum*.

?ᗅI+I+ƧVƧ (sustitia), in operc. ossuarii Perus. n. 1981.

SVSVM, *sursum*, adverb. e *sub-vorsum*, apud antiquos (Cat. *De r. r.* cap. 157 § 15, Plaut. *Cist.* II, III 78, Varr. *De r. r.* I, VI 3 codd.; cf. Maffei *Ver. ill.* II 543, Schneider *Gram. der lat. sprach.* I 471, Lindemann *De adverb. lat. spec.* pg. 20, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. II 43, 287 et in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 5). Tab. Gen. lin. 7 sq. (Append. n. I): INDE · FLOVIO · SVSO · VORSVM · IN · FLOVIVM · LEMVRIM · INDE · FLOVIO · LEMVRI · SVSVM · VSQVE · AD · RIVOM · COMBERANE INDE · RIVO · COMBERANEA SVSVM · VSQVE · AD · COMVALEM CAEPTIEMAM. Adde lin. 15, et inscr. edit. in *Giorn. arcad.* XXXII 99 (AB IMO SVSVM). — Sursvorsum pro *sursum vorsum* (Cat. *De r. r.* cap 33) legitur in ead. tab. lin. 14 (lin. 7 SVSO · VORSVM, lin. 15 SVRSVMVORSVM).

+VⱾ (sut). Vide +VⱾᗅƎƆ (ceasut).

SVTELA, *dolosa astutia*, apud antiquos (Plaut. *Capt.* III, V 35, *Cas.* I 7). Fest. *Qu.* XIV, 15 pg. 310 (Paul. pg. 311): « Sutelae dolosae astutiae, a similitudine suentium dictae sunt ». Gloss. apud Labb.: « Sutela, ἐνέδρα, ἐξαπάτησις, δόλος, κακοῤῥαφία ».

SVTELLOSVS, πραγματορράφος, δικοῤῥάφος, in Gloss. apud Labb. pg. 180.

V+ИƎ+VƧ (sutentu), *subtendito*, imperat. 3 pers. sg., composit. e praep. VƧ (su) pro ᗷVƧ (SVB) et V+ИƎ+ (tentu) = *tendito*, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VI 30, VIII 15, 24, Aufr. et Kirch. I 40, 42, 142, 160, II 21, 227, 384 sq.), in tab. eugub. IIa 23. *Substineto* exponit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 371). Cf. Lanzi II 835 = 745.

I+VƧ (suti), *sepulcrum* (?), idem ac IOVƧ (suthi), quod vide.

ⱾVTIИ?, in olla etr. n. 2604 *g*. Vide ᗅИIOVM (s'uthina).

ᗅИ+V[M] (s'utna), in titulo Tuscan. n. 2130 (ᗅИ+VM) comparandum cum etr. ᗅИIOVƧ (suthina). Cf. Sec. Campanari et Orioli in *Giorn. arcad.* CXIX 323, CXX 229.

MᗅИIᑫ+VƧ (sutrinas'), *Sutrinii* (?), n. pr. m. genit. sg., e Sutrio oppido Etruriae (cf. ᗅИIᑫOVƧ suthrina), in urna Perus. n. 1783 (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 175 ad n. 28).

4, Dionys. Halic. III 46, inscr. apud Henzen n. 6927 et *Tab. Peuting.* segm. IV*e* TARQVINIS), ubi nunc *la Turchina*, ad Martham fluvium, a Tarchone dicta (Strab. V, II 2 et Sil. Ital. VIII 472 sq. cit. ad voc. TARCHO). Iustin. XX, 1: « et in Thuscis Tarquinii a Thessalis, et Spina in Umbria ». Frontin. *De col.* pg. 219: « Colonia Tarquinios lege Sempronia est adsignata ». — Tarquinienses, gr. Ταρκύνιοι (Diod. Sic. XVI 45) vel Ταρκυνῖται (Dionys. Halic. IV 27, V 3, 14, Strab. V, II 2, Steph. Byz.) et Ταρκυϊνῖται (Diod. Sic. XX, 44) eius urbis cives (Plin. III, VIII 8, Cic. *De rep.* II 19, 21, Liv. II 6, V 16, VII 12, 15-20, XXVIII 45). In lapid. rom.: ORDO · ET · CIVES · TARQVINIENSIVM (Henzen n. 5134, 6048). Liv. VII, 12: « Populabundi Tarquinienses fines romanos, maxime qua ex parte Etruriam adiacent, peragravere: rebusque nequidquam repetitis, novi consules C. Fabius et C. Plautius iussu populi bellum indixere [U. C. ann. CCCLV]; Fabioque ex provincia, Plautio Hernici evenere ». Et VII, 15: « Fabius ..... incaute atque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit: nec in acie tantum ibi claris acceptum, quam quod trecentos septem milites romanos captos Tarquinienses immolarunt. qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi romani insignitior fuit ». Id. VII, 19: « In Tarquinienses acerbe saevitum, multis mortalibus in acie caesis. ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes virgis caesi ac securi percussi. id pro inmolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae hostibus redditum [U. C. an. CCCL] ». — Tarquiniensis, gr. Ταρκύνιος vel Ταρκυνεύς (Steph. Byz.), adiect. ad Tarquinios pertinens (Cic. *De rep.* II 19), ut Tarquiniensis ager (Plin. VIII, LXXVIII 2, IX, LXXXII 1, XXXVI, XLIX 1, Liv. VI 4, Varr. *De r. r.* III, XII 1, Cic. *De div.* II 23, *pro Caec.* cap. 4, Censorin. *De die nat.* cap. 4) et absol. Tarquiniense (Varr. *De r. r.* III, XII, 1), municipium Tarquiniense (Cic. *pro Caec.* cap. 4, inscr. apud Henzen n. 6122), exercitus Tarquiniensis (Liv. II 7), fundus Tarquiniensis (Val. Max. V, III, 3), Tarquiniensis lacus, nunc *lago di Bracciano.* Plin. II, XCVI, 3: « In Tarquiniensi lacu magno Italiae, duae nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus; quadratam nunquam ».

TARQVINOS, *Tarquinius*, n. pr. m., in titulo etr. n. 2356.

TARQVITIVS, Rutulus, apud Virg. *Aen.* X, 550.

§ 2. Scriptor etruscus, qui libros de etrusca disciplina edidit (Macrob. *Saturn.* III 7, Lactant. I 10), quos Tarquitianos libros appellat Amm. Marcell. XXV, II, 7. Ioann. Lyd. *De ostent.* cap. 2: Τάρχοντί τε τῷ θυοσκόπῳ, καὶ Ταρχύτῳ τῷ [τελεστῇ, καὶ Κα]πίτωνι ἱερεῖ. Plin. in ind. auct. lib. 2: « Caecina qui de Etrusca disciplina scripsit, Tarquitio qui item, Iulio Aquila qui item ». Tituli sepulcr.: C · TARQVITI · M · F | VSTRA (n. 2349) et ..... QVITI · C · F · CA (n. 2390). Tarquitius est gentilitium rom. (Tacit. *Ann.* XII 59, XIV 46), ut C · TARQVITI · P · F (in den. arg. apud Cohen *Méd. consul.* pg. 309). Cf. inscr. apud Grut. 625 4, 708 4-6, 725 5, 832 2, 890 12, Murat. 1788 21, Maffei *Mus. ver.* 366 7, Nicolai *Basil. di S. Paolo* n. 8 pg. 58.

TAPPAI. Vide THARROS.

TARRACINA vel Tarricina et Terracina, Ταρρακίνα (Strab. V, III 5 sq., Dionys. Halic. apud *Gr. hist. fragm.* II XXXVIII, Plutarch. in *C. Mar.* XXXVI 1, XXXVIII 1, in *Caes.* LVIII 3, Isig. Nicaeens. fragm. n. 17) vel Ταῤῥακίνη (Diod. Sic. XIV 16, Appian. *De reb. samn.* cap. 1) et Ταῤῥαχίνη (Steph. Byz.) vel Ταῤῥακίναι (Ptol. III 1, Appian. *De bell. civ.* III 12), nunc *Terracina*, Volscorum urbs (Plin. XIV, IV 12, XVI, LIX 3, Liv. XII 15, XXIV 44, XXVII 4, XXVIII 11, XL 45, Caes. *De bello civ.* I 24, Cic. *Ep. ad Att.* VII 5 = n. 296, *fam.* VII 23 = n. 124, *De orat.* II 59, Mela II, IV 9, Solin. II 22, Val. Max. VIII, I 13, Tac. *Ann.* III 2, *Hist.* II 57, 60, 76 sq., 84, IV 2, Vitruv. VIII 3, Spartian. *Adrian.* cap. 7, Antonini *itiner.* pg. 107, 121 sq., 515 « Tarracina »; inscr. apud Henzen n. 5594 TARRIC·; Plin. II, LVI 2, III, IX 16, Frontin. *De col.* pg. 238, Antonini *itiner.* pg. 515, *Itiner. Hierosol.* pg. 611, *Tab. Peuting.* segm. V*e* Terracina) et Romanorum colonia (Liv. XXXVI, 3), eadem quae Anxur (Plin. III, IX 6, Paul. pg. 22 cit. ad voc. ANXVR), prius Τραχινὴ h. e. *aspera* appellata (Strab. V, III, 6). Ovid. *Metam.* XV, 717 sq.:

« Antiphataeque domus Trachasque obsessa palude,
Et tellus Circaea, et spissi litoris Antium ».

— Tarracinenses et Tarricinenses, gr. Ταῤῥακινῖται (Polyb. III, 22, 24), dicti sunt Tarracinae incolae (Tacit. *Hist.* IV 3, inscr. apud Henzen n. 6484 TARRICIN·, et n. 6669 TARRICINENSIBVS). Inscr. apud Orell. n. 2245: Q · POMPEIO Q · F | QVIR · [SENECI]ONI | SOSIO PRISCO [COS] | SALIO COLLIN | TARRACINEN | DECRETO | DECVRIONV | PATRON. — Terracinensis, gr. Ταρραχῖνος (Steph. Byz.), adiect. ad Terracinam pertinens, ut Coeparius Terracinensis (Sallust. *Catil.* cap. 47).

TARRVNTIVS vel Tarrutius. Vide TARVTIVS § 1.

ΤΑΡΣΙΜΕΝΗ λίμνη. Vide TRASIMENVS.

TARSINATE, *Tadinati*, adiect. f. dat. sg. 3 decl., ad Tadinum oppidum pertinens (Grotefend *Rud. l. u.* III 9, VIII 16, 32, Aufr. et Kirch. I 48, 81, 122, 124, 163, II 45, 107, 157, Huschke *Die iguv. taf.* s. 621), ut supra diximus ad voc. ƎꟻAИIϘAꟻ (tarinate). Tab. eugub. VIIa 11: TOTE · TARSINATE · TRIFO TARSINATE = *civitati Tadinati, tribui Tadinati.*

TARSINATEM, *Tadinatem*, adiect. f. acc. sg. 3 decl., = ƎꟷᗅИIꟼᗅꟷ (tar̥inate) pro tar̥inatem, ad oppidum umbr. tar̥inum h. e. *Tadinum* pertinens (Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, 32, VIII 32, Aufrecht et Kirchhoff I 122, 124, II 45, 157, 354, Huschke *Die iguv. taf.* s. 621). Tab. eugub. VIb 58, et VIIa 47: TOTAM TARSINATEM TRIFO TARSINATEM = *civitatem Tadinatem, tribum Tadinatem.* Vide ƎꟷᗅИIꟼᗅꟷ (tar̥inate) et TADINATES.

TARSINATER, *Tadinatis*, adiect. f. genit. sg. 3 decl., e tarsinati = tar̥inati, unde ƎꟷᗅИIꟼᗅꟷ (tarinate) = *Tadinatem*, apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* VIII 32, Aufr. et Kirch. I 48, 104, 123, II 45, 157, 254 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 621). Tab. eugub. VIb 53 sq.: PISEST · TOTAR | TARSINATER · TRIFOR · TARSINATER · TVSCER · NAHARCER · IABVSCER · NOMNER · EETV · EHESV · POPLV = *quisquis est civitatis Tadinatis, tribus Tadinatis, Tusci, Narici, Iapudisci nominis, exito ex hoce populo.* Adde tab. eugub. VIb 59, VIIa 12, 47 sq. (TOTAR · TARSINATER · TRIFOR · TARSINATER).

VƧꓷᗅT (tarsu), fortasse est nomen *Medusae* Phorci filiae (cf. Braun in *Ann. dell'Inst. arch.* XXX = 1858 pg. 387), apud Etruscos, in speculo n. 206 ter cum *Mercurio* (ƧMꓷVT turms) et *Perseo* (ƎƧꓷƎꟼ perse). Cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1858 pg. 103; et vide ᗅꓷVƧꓷᗅT (tarsura), quod sequitur.

ᗅꓷVƧꓷᗅ⊦ (tarsura?), nomen est cuiusdam nymphae, Thetidis comitis, in etr. speculo n. 119 (cum Thetide et Peleo). — Tarsura pro talasura exaratum putat Braun, factum e gr. θάλασσα (*Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1849 pg. 72). *La rappresentanza ed il significato della parola,* inquit ille, *si rispondono a maraviglia. Qual compagna più congrua potea darsi alla figliuola di Nereo, che quella, la quale dal mare stesso ritrae il suo nome, e che col medesimo allude graziosamente alla umida dimora, in cui da Peleo viene sorpresa?.* Alii legunt parsura, secundum Lanzium (II 218 = 173, 789 = 698), pro παρὰ et sura (e σύρω, traho), quasi παρσυρεῖσα, *aversa, per fraudem rapta* (cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 195). Aliis est Pharsali nympha (Passeri *Lett. Roncagl.* IX pg. 299 sg., *Paralip.* pg. 143, Raoul-Rochette *Monum. inéd.* I, 4 suiv.; cf. Letronne in *Journ. des sav.* an. 1829 pg. 284).

?ᗅꟷꓷᗅꟷ (tarta), in tegula Clus. n. 817.

TARVISIVM vel Tarvisum et Tarvisus, nunc *Treviso*, urbs Venetiae ad Silim fluvium. In laterc. milit. (Kellermann *Vig. rom. laterc.*) ..... MAXIMVS TARVISIO, et ..... SECVNDVS TARVISIO (n. 101), Q · CASSIVS CLEMENS TARVISIO et M · GRANIVS SERENVS TARVISIO (n. 101 *a*), C · TITENIVS · C · F · CL · SECVNDVS · TARVIS et M · CALVICIVS · M · F · CL · FORTVNATVS · TARV (n. 102). Venant. *Vit. s. Mart.* IV 665 « mea Tarvisus ». — Tarvisianus et Tarvisanus, adiect. ad Tarvisium vel Tarvisum pertinentia, ut montes Tarvisani (Plin. III, XXII, 1), et Tarvisiana ecclesia (Paul. Diac. *Hist. Langob.* II, 12). Inscr. apud Murat. 829, 3: LAVRENTIVS · MILES | DE · NVMERO · TARVISIANO. Alia apud eund. 1085, 1: T · FIRMVS · Q · F · TARVI|SANVS SIBI ET SVIS. Cf. Grut. 83, 11, et Labus *Monum. epigr. chr.* pg. 16. Tarvisanum absol. est ager Tarvisanus (Cassiod. *Var.* X, 27).

TARVS, nunc *Taro*, fluvius Italiae superioris in Padum incidens (Plin. III, XX, 4). Est cognom. rom., ut C · SEIVS TARVS (Grut. 1013, 1).

TARVTIVS vel Tarrutius, gentil. picenum, ut L. Tarrutius Firmanus mathematicorum nobilissimus (Solin. I, 18 al. *Tarruntius*). Cic. *De div.* II, 47: « L. Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus; Romamque, in iugo quum esset luna, natam esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat ». — Tarusius est gentilitium rom., ut L · TARVSIVS · PARTHENOPAEVS (Murat. 1417 6, Oliv. *Marm. Pisaur.* n. 95 pg. 42).

§ 2. Gentilitium Albanum. Plutarch. in *Rom.* V 5 sq. (cf. *Quaest. rom.* n. 35): Ἀπήντησεν οὖν αὐτῇ τῶν πολιτῶν ἀνὴρ ἡλικίας τε πόρρω ἥκων καὶ συνειλοχὼς οὐσίαν ἱκανήν· ἄπαις δὲ καὶ βεβιωκὼς ἄνευ γυναικὸς, ὄνομα Ταρρούτιος. Οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν καὶ ἠγάπησε καὶ τελευτῶν ἀπέλιπε κληρονόμον ἐπὶ πολλοῖς καὶ καλοῖς κτήμασιν, ὧν ἐκείνη τὰ πλεῖστα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε.


ↆꟼᗅT (tarch), *Tarquinius*, n. pr. m., pro ƧᗅИↆꟼᗅT (tarchnas), in titulis sepulcr. n. 2377 sq., 2381, 2383.

ᗅⱻᗅↆꟼᗅꟷ (tarchava), *Tarquia*, n. pr. fem., e IↆꟼᗅY (tarchi), apud Etruscos. Ossuarium perus. n. 1786: MIꟼVOƎⱻ ᗅⱻᗅↆꟼᗅ[ꟷ] (tarchava velthuriś) = *Tarquia Veturii* uxor (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 253 ad n. 186).

IↆꟼᗅY (tarchi), *Tarquia* (?), fortasse praen. fem. etr. (vide MIↆꓷᗅY tarchiś), in marm. sepulcr. n. 1904.

MIↆꓷᗅY (tarchiś), *Tarquii*, fortasse praen. m., e IↆꟼᗅY (tarchi), unde etiam ᗅƧIↆꟼᗅꟷ (tarchisa) et ᗅↄƧIↆꟼᗅꟷ (tarchisla), apud Etruscos (Raoul-Rochette in *Journ. des sav.* an. 1843 pg. 742). Ossuarium perus. n. 1490: ИᗅↄƆ : MIↆꓷᗅY | MᗅИИIↄƎⱻ IꓷƎƎO (thefri velimnaś tarchiś clan) = *Tiberius Volumnius Tarquii gnatus.* Alii vertunt *Tarquiae* fil. (cf. Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* pg. 73 sg. ed. 2.ª). Tarquius est gentilitium rom. apud Murat. 1750 15, et Passionei pg. 166 n. 23.

ᗅƧIↆꟼᗅꟷ (tarchisa), *Tarquii uxor*, cognomen mulieris etr., e MIↆꓷᗅY tarchiś (cf. ᗅↄƧIↆꟼᗅꟷ tarchisla). Operc. ossuarii etr. n. 211: « velia senti tarchisa »



= *Velia Sentia Tarquii uxor.*

ᗅᒍꙄIↆꟼᗅ+ (tarchisla), *Tarquisia?*, e Iↆꟼᗅꓘ (tarchi), in ossuario Perus. n. 1662. Cf. Vermigl. *Sepolcro dei Volunni* pg. 125 et nt. * ed. 2.ª, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 17.

Иↆꟼ[ᗅT] (tarchn), *Tarquinius*, gentil. etr. pro ᗅИↆꟼᗅT (tarchna) vel ƧᗅИↆꟼᗅT (tarchnas), in titulo sepulcr. n. 2380.

ᗅИↆꟼᗅT (tarchna), *Tarquinii?*, genit. sg., fortasse pro tarchnaś, in titulo etr. n. 2379.

IᗅИↆꟼᗅT (tarchnai), *Tarquinia*, familia etrusca (vide ƧᗅИↆꟼᗅT tarchnas = *Tarquinius*), ut in titulis sepulcr.:

IᗅИↆꟼᗅT · ИᗅO (than tarchnai, n. 2375) = *Tannia Tarquinia.*

IᗅИↆꟼᗅT · ᗅOИᗅꟼ (rantha tarchnai, n. 2366)
.. ИↆꟼᗅT · ᗅOMᗅꟼ (ramtha tarchnai, n. 2350)
IᗅИↆꟼᗅT · ᗅᒍꟻOИᗅꟼ (ranthvla tarchnai, n. 2351)
= *Aruntia Tarquinia.*

ƧᗅИↆꟼᗅT (tarchnas), *Tarquenna* (Tarquinius), gentil. etruscum, recentiori orthogr. TARCNA (in antiquis chartis ital. tarq̱nio), ut in titulis sepulcr. n. 2362?, 2364-2366, 2368, 2369, 2374, 2377, 2381-2383, et in sqq.:

ƧᗅИↆꟼᗅT · ꟻᗅ (av tarchnas, n. 2347, 2367, 2384)
ƧᗅИↆꟼᗅT · Ǝᒍꟻᗅ (avle tarchnas, n. 2353, 2361?)
= *Aulus Tarquinius.*

ƧᗅИↆꟼᗅT · Iᒍ (li tarchnas, n. 2348, 2370)
ƧᗅИↆꟼᗅT · ƧIꟼᗅᒍ (laris tarchnas, n. 2357, 2376)
ƧᗅИↆꟼᗅT · IOꟼᗅᒍ (larthi tarchnas, n. 2373)
= *Lars Tarquinius.*

ƧᗅИↆꟼᗅT · M (m tarchnas, n. 2360, 2377) = *Marcus Tarquinius.*

Exstat etiam in gemma etr. n. 1074 (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 81). — Tarquenna est nomen pr. m. apud Varr. *De r. r.* I, ii, 27.

§ 2. *Tarquinii*, genit. sg., in titulis n. 2351, 2379 (?). Vide ᗅИↆꟼᗅT (tarchna).

?IƧᗅИↆꟼᗅT (tarchnasi), in titulo etr. n. 2362. Vide ƧᗅИↆꟼᗅT (tarchnas).

ᗅ+Иↆꟼᗅ+ (tarchnta), *Tarquitia*, n. pr. fem. (genit. MᗅI+Иↆꟼᗅ+ (tarchntiaś), e Iↆꟼᗅꓘ (tarchi) = *Tarquia*, apud Etruscos. Urna perus. n. 1787: ᗅ+Иↆꟼᗅ+ : IOꟼᗅᒍ (larthi tarchnta) = *Lartia Tarquitia.*

MᗅI+Иↆꟼᗅ+ (tarchntiaś), *Tarquitiae*, n. pr. f. genit. sg., e ᗅ+Иↆꟼᗅ+ (tarchnta), in vase etr. n. 470.

ᗅIᗅMƎMVↆᗡᗅ+ (tarchumenaia), *Tarcumenia?*, cognom. fem., e Vↆꟼᗅ+ (tarchu), in olla etr. n. 808 (cf. Conestab. *Inscr. etr.* pg. 112 sg.).

-ᑯᗅ+ (taś-) et TAS-, *tac-ere*, radix umbrica, in voc. ⵜƎᑯᗅ+ (taśez), TASES et TASIS = *tacitus*, TASETVR = *taciti.*

ⵜƎᑯᗅ+ et ꓘƎᑯᗅꓘ (taśez), *tacitus*, particip. perf. pass., pro taśetus, recentiori orthogr. TASES et TASIS (nominat. pl. TASETVR), e rad. -ᑯᗅ+ (taś-) = TAS-, rom. *tac-ere*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 18, 100, 105, 108, 116, 147, 150, II 131, 168 sqq., 376, Huschke *Die iguv. taf.* s. 129, 658; cf. Grotefend *Rud. l. u.* II 23 sq., V 26, 32, VII 26). Tab. eugub. I a 26, I b 26, 30, 32, 44, II a 7: VMIИƧƎᑫ : ⵜƎᑯᗅ+ (taśez pesnimu), tab. II a 39 VMꝊIИƧᗡƎᑫ : ⵜƎᑯᗅ+ (taśez persnihmu), tab. VI a 55, 59, VI b 2, 4, 20, 44, 46, VII a 4, 7, 42, 54 TASES · PERSNIMV, et tab. VI b 23 TASIS · PESNIMV = *tacitus precator.* Adde tab. eugub. IV 27 (ꓘƎᑯᗅꓘ). Cf. Ovid. *Metam.* IX, 300 sq. *tacita quoque carmina voce dixit.*

TASES, *tacitus*, particip. perf. pass., minus recte TASIS et antiquiori orthogr. ⵜƎᑯᗅ+ (taśez) pro taśetus (nominat. pl. TASETVR), e rad. TAS- pro -ᑯᗅ+ (taś-), rom. *tacere*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 82, 105, 108, 116, 147, II 131, 167 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 129, 658; cf. Grotefend *Rud. l. u.* V 26, 32, VI 25). Tab. eugub. VI a 55, 59, VI b 2, 4, 20, 44, 46, VII a 4, 7, 42, 54 TASES · PERSNIMV (tab. VI b 23 TASIS · PESNIMV) = *tacite precator.*

TASETVR, *taciti*, particip. perf. pass. nominat. pl. 2 decl. (nominat. sg. TASES et TASIS = ⵜƎᑯᗅ+ taśez), e rad. TAS- pro -ᑯᗅ+ (taś-), rom. *tacere*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 51, 104, 119, 147, II 167 sq., 264, Huschke *Die iguv. taf.* s. 129, 617, 658; cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI 25). Tab. eugub. VI b 57: ESO · PERSNIMVMO · TASETVR = *haec precantor taciti;* et tab. VII a 46 sq.: ESO · TASETVR | PERSNIHIMVMO = *haec taciti precantor.* Vide TASES et ⵜƎᑯᗅ+ (taśez) = *tacitus.*

TASIS, *tacitus*, particip. perf. pass., pro TASES (Aufr. et Kirch. I 147, II 131, Huschke *Die iguv. taf.* s. 614, 658; cf. Grotefend *Rud. l. u.* V, 26). Tab. eugub. VI b 23: TASIS · PESNIMV = *tacite precator.* Vide TASES et ⵜƎᑯᗅ+ (taśez).

? ᗅИVƆMᗅ+ (taścuna), in cippo Perus. n. 1914 *A* lin. 23. *Victum praebentia*, adiect. e gr. τάω vel τάζω (pasco, nutrio), exponit Vinc. Campanarius (*Giorn. arcad.* XXXIV, 209). Alii aliter legunt (cf. Sec. Campanar. *Tav. Perus.* pg. 52, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 108).

IOVƧᗅꓘ (tasuthi). Vide ᗅꓘ (ta) et IOVƧ (suthi).

TATA, *nutritor*, *educator*, apud Martial. I, 101 (vide MAMMA). Inscr. apud Fabr. cap. iii n. 151 pg. 142: D · M · S | L · FLAVIO | L · F · ANIEN | SATVRNINO | VIX ... V · M · VI | FL ... HODVS | PATER · ET · PHOEBVS | TATA · FECERVNT. Alia apud eund. cap. iii n. 152 pg. 142 (Reines. cl. xi n. 44): D · M | ALEXANDRI · M · V | MARINVS PATER |

PIISSIMO · FILIO · FECIT | ET · ANTHVS · TATA. Adde titulos apud Grut. 662 3 sqq., Murat. 983 3, 1492 6, 1513 6, et in *Giorn. arcad.* CXIX 300.

§ 2. Fortasse *avus*, in titulis apud Murat. 1157 5 et apud Oderic. *Syll. vet. inscr.* pg. 229.

§ 3. *Pater*, vox puerilis. Varro apud Non. II, 97 = pg. 81 (cit. ad voc. BVA).

?MVИΑ+Α+ (tatanus), in aere Volaterr. n. 347.

ITΑT (tati), in titulo Volaterr. n. 315. Alii legunt IΊΑ+ (tapi) = θαφή, *sepulchrum* (Lanzi II 465 = 394 ad n. 469; cf. Nibby in *Giorn. arcad.* I 170 sgg.).

TATIENSES et Titienses -ium, tribus romana sive una ex tribus centuriis equitum populi Romani, a T. Tatio rege appellata (Liv. I 13, Varro *De l. l.* V 55 pg. 22, Aur. Vict. *De vir. ill.* cap. 2, Plutarch. in *Rom.* XX 2 τοὺς δὲ ἀπὸ Τατίου Τατιήνσης, Serv. ad Virg. *Aen.* V 560, Ascon. in Cic. *Verr.* II, I 5, Ovid. *Fast.* III 131 cit. ad voc. LVCERES). Paul. pg. 366: « Titiensis tribus a praenomine Tatii regis appellata esse videtur. Titia quoque curia ab eodem rege est dicta ». Cf. sodales Titienses apud Murat. 299, 5.

TATIVS, gentil. sabinum, ut Titus Tatius, Τίτος Τάτιος (Strab. V, III 1 sq. et 7), Τάτιος (Appian. *De reg.* cap. 3 sq. et *De reg. ital.* V 5, Plutarch. in *Rom.* capp. 17 sqq., in *Numa* capp. 5 sq., *Quaest. rom.* n. 47 et *Parall.* n. 15), Sabinorum rex (Liv. I 10-14, Flor. I 1, Virg. *Aen.* VIII 638, Propert. IV, II 52 « ferus Tatius »). — Tatianus, adiect. ad Tatium pertinens. Fest. *Qu.* XVI, 4 pg. 360: « Tatium occisum ait La[v]inii ab amicis eorum legatorum, quos interfecerant Tinini (leg. Tatiani) latrones, sed sepultum in Aventiniensi laureto ».

§ 2. *Tatia*, Tatii regis filia, Numae nupta, apud Plutarch. in *Numa* III, 7. Τατία est nomen mulieris in titulis apud Boeckh n. 2825*b*, 3381.

IЗИ+Α+ (tatnei), *Tatinia* (Tetinia?), n. pr. f. apud Etruscos (cf. MVИΑ+Α+ tatanus). Urna Perus. n. 1788: IЗИ+Α+ · ΑИΑO (thana tatnei) = *Tannia Tatinia* (cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 285 ad n. 278). Cf. Tatinia apud Grut. 384 7, 442 9, 945 2, et Erennia Tatina (Mommsen n. 6580).

TATO -onis, *magnus tata*. Est cognomen rom., ut M. Aurelius Tato (Fabr. cap. IV n. 97 pg. 265).

TATVLA, diminut. *tatae* (vide TATA et TATVLVS). Inscr. apud Doni cl. IV n. 63 pg. 151: AVRELIO · HERAC|LIDE · AGITATORI | FACTIONIS · VENE|TAE · ET · DOCTORI | FACTIONIS · S · | ET · PRASINAE | FECIT | M · VLPIVS | APOLAVSTIA|NVS · TATV|LAE · B · M. Alia apud Passionei cl. X n. 6 pg. 99: ..... FELICISSIMA FECIT CLAVDIAE ..... PATRONAE SVAE BENEMERENTIB ..... ARITO EIVS TATVLAE SVO etc. Alia apud Orell. n. 4943: D · [M] | SILVI [..... TEL]|ESPHOR[O ...] DO|MITIVS APOLLONIVS | PATER · DO · FORTVNATA | MATER · SILVANVS · ENA|TER (*frater*) · IVLIVS · TELESPHOR | TATA · CORNELIA · SEES | MAMMA · THREPTVS | TATVLA · DVLCISSIMAE · ET · PIENTISSIMAE · ANI|MAE · INNOCENTISSIM|AE · FECERVNT.

TATVLVS, diminut. *tatae* (vide TATA, TATVLA et TATO). Est cognomen rom., ut P · IVLIVS P · L · TATVLVS (Fabr. cap. III n. 162 pg. 143).

IJΑΥ (tavi), in aen. signo etr. n. 2509. Cf. Passeri *Lett. Roncagl.* X 333, et Lanzi II 528 = 451 nt. 3.

?ΑИΑ9VΑ+ (taurana), in aere etr. n. 446.

TAVRANIA, oppidum Campaniae (cf. etr. ΑИΑ9VΑ+ taurana). Plin. III, IX, 17: « Intercidit ibi et Taurania ». Steph. Byz.: Ταυρανία, πόλις Ἰταλίας. Cf. TAVRASIA.

TAVRASIA, Samnii oppidum, ubi nunc *Taurasi*. In titulo n. 2707 ex Scipionum sepulcro: TAVRASIA · CISAVNA SAMNIO CEPIT. Taurasini sunt eius oppidi incolae, apud Liv. XL, 38. — Taurasinus, adiect. ad Taurasiam pertinens, ut Taurasini campi (Frontin. *Strat.* IV, I, 14 al. « in campis Arusinis »).

TAVREA, cognomen Campanum (vide IVBELLIVS), gr. Ταυρέας, apud Appian. *De bello Ann.* cap. 37. Sil. Ital. XIII, 143 sq.: « Evehitur porta sublimis Taurea cristis Bellator ».

TAVREI ludi, apud Sabinos. Serv. ad Virg. *Aen.* II, 140: « Alii ludos Taureos a Sabinis propter pestilentiam institutos dicunt, ut lues publica in has hostias verteretur ». Cf. Fest. *Qu.* XV 26 pg. 351 (Paul. pg. 350) s. v. *Tauri ludi*, et Forcell. *Lexic.* s. v. *Taurii* et *Taurilia*.

TAVRIANVM. Vide TAVROENTVM.

ΤΑΥΡΙΝΔΑ, κεφαλή, ἡ παιδιὰ παρὰ Ταραντίνοις (Hesych. *Lexic.* II, 1352).

TAVRINI, cognomine Aquenses, Etruriae populi (Plin. III, IX, 3), quorum caput Aquae Tauri (*Tab. Peuting.* segm. IV*f*). Rutil. *itiner.* I, 249 sq.: « Nosse iuvat tauri dictas de nomine Thermas ».


§ 2. Taurini, Ταυρῖνοι (Strab. IV, VI 12, Polyb. III 60, XXXIV 10, Ptol. III 1), populi Italiae superioris (Plin. XV, IX 1, XVIII, XL 1, Liv. XXI, 28 sq., inscr. apud Orell. n. 3989), quorum urbs Augusta Taurinorum (inscr. apud Orell. n. 71 et Henzen n. 5126, Tacit. *Hist.* II, 66, *Tab. Peuting.* segm. III*a*; Antonini *itiner.* pgg. 341, 356, et *itiner. ant.* apud Henzen n. 5210 « Taurinis », *Itiner. Hierosol.* pg. 556 « Civitas Taurinis »; cf. Liv. XXI, 29), gr. Αὐγούστα Ταυρινῶν (Ptol. III, 1), nunc *Torino*. Plin. III, XXI, 1: « Coloniae ab Alpium radicibus, Augusta Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe, inde navigabili Pado ». Cf. Appian. *De bello Ann.* cap. 5 (Καὶ μικρὸν ἀναπαύσας, προσέβαλλε

Ταυρασίᾳ, πόλει Κελτικῇ), et Taurinienses in titulo apud Murat. 1085 4. — Taurinus et Taurinas, adiect. ad Augustam Taurinorum pertin., ut Taurini saltus (Liv. V, 34), Taurini campi (Sil. Ital. III, 646) et Taurinates campi (Auct. *Pan. ad Constant. Aug.* cap. 6), ala Taurina (Tacit. *Hist.* I 59, 64), Taurina colonia (Tacit. *Hist.* II, 66), COL · AVG · TAVR (Orell. n. 2179) et IVLIA AVGVSTA TAVRINORVM (Orell. n. 71). Inscr. apud Henzen n. 6679: L · PIPERACIVS | L · F · STELL · OPTA|TVS · DOMO · TAV|RINVS · MIL · | LEG · XV · PRIM · | ANN · XXIII · STIP · IV · | EX · T · F · C. — Taurinus est cognomen rom. in tit. apud Marini *Inscr. Alb.* pg. 25 et Furlan. *Lap. Patav.* pg. 9 n. 7.

TAVROENTVM et Taurianum, oppidum Italiae inferioris in Bruttiis (Plin. III, x, 2; Mela II, iv, 8 « Taurianum »). Cf. Ταυριανὸς σκόπελος, in Bruttiis, apud Ptol. III, 1.

TAYPOM (ταυρομ), *taurum*, acc. sg. 2 decl. (umbr. 8VΩV+ turuf = *tauros*), Oscorum linguâ (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 299, Huschke *Die osk.* etc. s. 213, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 170, 246), in aere n. 3034 (vide ΔΙΟΥΣΕΙ).

TAVROMENIVM et Taurominium, Ταυρομένιον (Strab. VI, ii 1 et 3, Diod. Sic. XIV 59, 87, 96, XVI 7, 68, XXXIV 1, Scyl. Caryand. § 13, Scymn. Ch. vs. 289, Ptol. III 4 Ταυρομένιον κολωνία, Appian. *De bell. civ.* V 103, 105, 109, 116, Plutarch. in *Timol.* X 5, Iambl. *De pythag. vita* cap. 7 § 33 et cap. 28 § 134, Porphyr. *De vita Pythag.* §§ 21, 27, 29) vel Ταυρομενία (Diod. Sic. XXII, 7), nunc *Taormina*, Siciliae oppidum (Mela II, vii 16, Oros. V 9, VI 18, Antonini *itiner.* pgg. 87, 90, 491, *Tab. Peuting.* segm. VI*e*), a mansione circa Taurum nuncupatum (Diod. Sic. XIV 59, XVI 7). Plin. III, xiv, 3: « Colonia Tauromenium, quae antea Naxos ». Solin. II, 5: « Peloritana ora habitatur colonia Taurominia, quam prisci Naxum vocabant ». — Eius oppidi incolae Tauromenitani (Oros. I, 2), gr. Ταυρομενῖται (Strab. VI, ii, 6, Diod. Sic. XVI 7, XXII 13) vel Ταυρομενὶοι (Appian. *De reb. sic.* cap. 5), in numis n. 3095 TAYPOMENITAN. Cic.



in *Verr.* II, ii, 66: « Tauromenitani (al. Taurominitani), quorum est civitas foederata, homines quietissimi, qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratuum remotissimi consuerant esse, praesidio foederis; hi tamen istius evertere statuam non dubitaverunt ». — Tauromenitanus vel Taurominitanus, gr. Ταυρομενίτης (Iambl. op. cit. cap. 25 § 112), adiect. ad Tauromenium vel Taurominium pertinens, ut Taurominitani colles (Plin. XIV, iv, 5), Tauromenitana civitas (Cic. *in Verr.* II, iii, 6), Taurominitana vina (Plin. XIV, viii, 4), Tauromenitani euripi (Plin. II, c, 1), Tauromenitana Charybdis (Lucan. IV, 461) vel Taurominitana Charybdis (Sidon. *Carm.* IX, 163), Tauromenitana sedes (Sil. Ital. XIV, 256), Ἀνδρόμαχος ὁ Ταυρομενίτης (Diod. Sic. XVI, 7), Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης (Plutarch. *De exilio* cap. 14).

ΤΑΥΡΟΣ λόφος seu ἄκρον, collis sive promontorium Siciliae (Diod. Sic. XIV 58 sq., XXIX 24, Ptol. III 4), ubi conditum est oppidum Tauromenium (Diod. Sic. XVI, 7). Cf. Oros. VI 18 et vide TAVROMENIVM.

TAVRVBVLAE, duo parvi colles, nunc *Toro grande* et *Toro piccolo*, in insula Capreensi, litori Campaniae adiacente. Stat. *Silv.* III, i, 128:

« dites Capreae, viridesque resultant
Taurubulae, et terris ingens redit aequoris echo ».

TAVTAM, *civitatem* (populum), subst. f. acc. sg. 1 decl., apud Samnites, perperam pro tovtam = umbr. TOTAM, e tovta = umbr. TOTA (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 506, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 304, Huschke *Die osk.* etc. s. 108, 311, Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 6, Lange *Die osk. inschr.* etc. s. 9). Tab. Bant. n. 2897 lin. 18 sq.: PON · CENSTVR | [B]ANSAE · TAVTAM · CENSAZET = *quum censores Bansae populum censebunt* (Kirchhoff op. cit. s. 80, Lange op. cit. s. 88). Vide TOVTO = *civitas* (populus).

ΑΙϘV+VΑ+ (tauturia), *Tuturia?* n. pr. f. In operculo ossuarii Perus. n. 1789: ΑΙϘV+VΑ+ : ΑΝΑΟ (thana tauturia) = *Tannia Tuturia* (Vermigl. *Inscr. per.* pg. 255 ad n. 193).

ΞΝΑΦΑ+ (taphane), *Tafanius*, gentilitium etr. = volsc. TAFANIES (cf. rom. *tapanus*, ital. *tafano*). In oper. ossuarii Clus. n. 716bis: ΞΝΑΦΑ+ ΟΑ (ath taphane) = *Attius Tafanius*.

?ΞΦΑ+ (taphe), in sarcoph. Tuscan. n. 2101.


[M]ΑΙΝVΦΑ+ (taphunias), *Afonii* vel *Aponii*, n. pr. m. genit. sg. (cf. ΑΝV8Α afuna, ΙΞΝV8Α afunei, et ΙΝVΊΑ apuni), in urna etr. n. 904 (Lanzi II 453 = 382 ad n. 438, Conestab. *Inscr. etr.* pg. 133).


Ξ+ (te). Vide ΑΝΙ+Ξ+ (tetina).

TEANVM et Tianum, Τέανον (Ptol. III, 1) et Τέανον Σιδικῖνον (Strab. V, iii 9, iv 10 sq., VI, iii 11), nunc *Tiano*, Campaniae oppidum (Liv. XXII 57, Cic. *Epist. ad Att.* VIII 11 = n. 334*B*, Plin. XXXI, v 1, Iul. Obseq. *De prodig.* n. 71 « Teanum Sidicinum », Liv. XXIII 24?, Mela II, iv 6, Cic. *Phil.* XII 11, *De lege agr.* II 35). Frontin. *De col.* pg. 238 « Teanum Siricinum »; TIANO SILICINO in dipl. milit. Gordiani Pii imperat. (cf. *Mem. dell'Acad. di Torino* ser. 2.ª XI

31, et *Bullett. arch. nap.* nv. sr. VI 71 sg.); *Tab. Peuting.* segm. V*f* « Teano Scedicino ». Plin. III, IX, 11: « Teanum Sidicinum cognomine ». In numis n. 2746 ЯVИRFT = TIANO, et ЯVИIKIЯIƧ ЯVИRFT








(tianud sidikinud) = *Teano Sidicino;* et in lapid. apud Mommsen n. 3989, 3999: COL · CL · FIRMA · TEANVM. Strab. V, III, 9: Τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικῖνον (codd. Σιδικηνον) ἐφεξῆς κείμενον ἐκ τοῦ ἐπιθέτου δηλοῦται, διότι τῶν Σιδικίνων (codd. Σιδικηνων) ἐστιν. οὗτοι δὲ Ὄσκοι, Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός, ὥστε λέγοιτ' ἂν τῆς Καμπανίας καὶ αὕτη, μεγίστη οὖσα τῶν ἐπὶ τῇ Λατίνῃ πόλεων. Frontin. loc. cit.: « Teanum Siricinum, colonia deducta a Caesare Augusto ». — Eius oppidi incolae Teanenses (Mommsen n. 3090, 3091 TEANENSES; Orell. n. 798 civitas TEANENSIVM; Mommsen n. 3992, 4064 RES · P · TEANENSIVM), gr. Τιανῖται (Polyb. III, 91). — Teanensis, adiect. ad Teanum pertinens (Mommsen n. 3984).

§ 2. Τίανον (Appian. *De bello Ann.* cap. 27 et *De bell. civ.* I 45, V 20) et Τέανον Ἄπουλον (Strab. V, IV 2, VI, III 11), Apuliae oppidum, nunc *Civita* appellatum (Cic. *pro Cluent.* cap. 69: « Teanum Apulum »; Plin. III, XVI, 4: « Teanum Apulorum »). Strab. VI, III, 11: ἐν δὲ τῷ κόλπῳ λίμνη ἐστίν, ὑπὲρ δὲ τῆς λίμνης ἐν μεσογαίᾳ τὸ Ἄπουλον Τέανον, ὁμώνυμον τῷ Σιδικίνῳ. — Eius oppidi incolae Teanenses (inscr. apud Orell. n. 140 = Mommsen n. 3919 Resp. TEANENSIVM APVLVM). Cf. numos n. 2914 cum inscr. ITAIT (TIATI) et numum n. 2913 ЊVITRIIT (tiiatium) inscriptum, cit. ad TEATE § 1 et 2. Liv. IX, 20: « Et ex Apulia Teanenses Canusinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt [U. C. an. CDXXXVI] ». — Theanensis, adiect. ad Teanum pertinens (cf. Mommsen n. 3984). Inscr. apud Mommsen n. 5191: FL · VRANIO · V · P · REC | PROV · VINDICI · LEGV[M] AC · MODERATORI | IVSTITIAE | ORDO · SPLENDIDISSIMV[S] | CIVITATIS THEANENSI[S] | VNA CVM POPVLARIB[VS] | SVIS DIGNO PATRO|NO · POSVERVNT. Frontin. *De col.* pg. 210 « Teanus Apulus (*ager*) ».

TEATE, Τεατέα (Strab. V, IV, 2 codd. Τεγεάτην, Τεαγεάτην, Τραγεάτην pro Τεατέαν; Ptol. III, 1 cod. Τεάτεα), nunc *Chieti*, oppidum Italiae inferioris, Marrucinorum caput. Sil. Ital. VIII, 519 sq.:


« Marrucina simul Frentanis aemula pubes
Corfini populos, magnumque Teate trahebat ».

Frontin. *De col.* pg. 258: « Teate, qui Aternus. ager eius lege Augustea est assignatus. finitur siculi consuetudo est in regione Piceni ». Eius incolae Teatini dicuntur (Plin. III, XVII, 1 « Marrucinorum Teatini »), in numo aen. n. 2913 ЊVITRIIT (tiiatium) = *Teati-*



norum (Avellino in *Bullett. arch. nap.* IV 25 ЊVITAIIT, Sambon *Rech. sur les anciennes monnaies* pg. 61; cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 301 sq.). Inscr. apud Orell. n. 2175 (Mommsen n. 5313): D · M · S | L · CAESIO · L · F · MARCELLO LAV|RENTI · LAVINATIVM · P · C · TEATIN|ORVM · L · CAESIVS · PROCVLVS | SEN · F · DVLCISSIMO B · M · P. — Teatinus, adiect. ad Teate pertinens, ut ager Teatinus (Frontin. *De col.* pg. 258 sq.).

§ 2. Apuliae oppidum, cuius incolae Teates (in numis n. 2914 TIATI fortasse pro tiatim vel tiatium



= *Teatium* (cf. Avellin. in Carelli pg. 33, Friedlaender *Osk. münzen* s. VI, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 301 sq.). Frontin. *De col.* pg 261: « Teate. iter populo debetur. ager eius finitur viis sepulturis et ceteris signis, sicut consuetudo provintiae est ». Liv. IX, 20: « Inclinatis semel in Apulia rebus, Teates quoque Apuli ad novos consules, C. Iunium Bubulum, Q. Aemilium Barbulam, foedus petitum venerunt, pacis per omnem Apuliam praestandae populo romano auctores ». Cf. numum n. 2913 cum inscr. ЊVITRIIT (tiiatium) cit. ad § praeced.

TEATRVM, *theatrum* (θέατρον), in titulis apud Mommsen (*Inscr. lat. ant.* n. 571 sq.) et apud Gaii *instit.* pg. XXXX (Lachmann).

TEBA, *collis*, apud Sabinos (cf. Maffei *Osserv. lett.* VI 81 et Mommsen *Die unterit. dial.* s. 300). Varro *De r. r.* III, I, 16: « Nam lingua prisca, et in Graecia Aeoles, Boeotii sine affatu vocant *colles* tebas: et in Sabinis, quo e Graecia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt. cuius vestigium in agro Sabino via Salaria non longe a Reate milliarius clivus appellatur Thebae ». Vide THEBAE.

TEGIANESIS, *Tegianensis*. Vide TEGIANVM.

TEGIANVM, oppidum Lucaniae, nunc *Diano*, cuius incolae Tegianenses (inscr. apud Henzen n. 5184). In lapide apud Orell. n. 2533 (Mommsen n. 2569): Respublica TEGIÁNENSIVM. — Tegianensis vel Tegianesis et Tegenensis vel Tegeanensis, adiect. ad Tegianum pertin., ut Tegenensis prefectura (Frontin. *De col.* pg. 209), et nomen pr. rom. M · TEG · CRESCENS (Mommsen n. 296), Tegeanensis Prima (Mommsen loc. cit.), et C · TEGIANESIS · SYNEROS (Mommsen n. 297).

TEGILLVM, parvum tegmen, diminut. e tego (Varro apud Non. II 846 = pg. 179). Paul. pg. 366: « Tegillum *cuculiunculum* ex scirpo factum. Plaut. [*Rud.* II, VII, 18]: *Tegillum* [*eccillut*] *mihi* [*unum*] *aret: id si vis, dabo* ».

TEGVRIVM, *tugurium*, pro aedicula seu parvo templo usurpatum, in titulo apud Murat. 89, 3.

TED, *te*, pronom. acc. sg., apud antiquos (Plaut. *Asin.* I, I 150, II, II 33, III, I 1, *Curc.* I, I 1, *Casin.* II, III 16, *Bacch.* III, VI 42, IV, VIII 68, *Pseud.* I, III 137).
§ 2. Abl. sg., apud Plaut. *Asin.* IV, I 27, *Cas.* I 2, *Bacch.* IV, IV 88, *Men.* V, VII 33 (« aps ted »).

ƧIЯƎT (tedis), in numo n. 2683. Vide TELESIA.

ꟼVЯƎT (tedur), *illuc* vel *istic*, adverb. samnit., comparandum cum sanscr. tatra (Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3; cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 299, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* XIII 246 sq., et Quaranta *Di una inscr. osca* pg. 62 nt. 2), in tab. Abell. n. 2783 lin. 56. *Tetra, corrupta*, exponit Huschkius (*Die osk.* etc. s. 47).

[MVꟼ]ƎƎT (teerúm), *terra*, subst. n. nominat. sg. 2 decl. = MVꟼƎT (terúm), apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 299, Huschke *Die osk.* etc. s. 39, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* V 85). Tab. Abell. n. 2783 lin. 12 sq.: ·ЯV⅃KⱯЯⱯKⱯƧ·ЯVƧIƎ·ПV·ЯVП | ·[MVꟼ]ƎƎT·MIИI [TƧI] (iním teer[úm] púd úp eísúd sakaraklúd [íst] = *et terra quae apud illud sacellum est* (Corssen in *Zeitschr.* cit. XIII 165).

ƎꓭƎT (TEFE), *tibi*, sanscr. tubhjam, pronom. dat. sg. (acc. VIT tiu = TIOM), apud Umbros (Lanzi II 735 = 643, 836 = 745, Grotefend *Rud. l. u.* II 32, IV 6, VIII 33, Aufr. et Kirch. I 40, 42, 45, 68, 80, 90, 95, 111, 133, II 45, 105, 247 sq., 350, Huschke *Die osk.* etc. s. 635, Corssen *Ueb. ausspr.* etc. I 65 sq.). Tab. eugub. Ib 13: ƎꓭƎT:MA⅃ƎƧƎT:MAꓭꟼA⅃ VTA⅃⅃ƎTƧ:ꓘƎMVИƎ (enumek steplatu parfam tesvam tefe) = *tum stipulator parram —am tibi* (tab. VIb 51 ENNOM·STIPLATV·PARFA·DESVA·SESO = *tum stipulator parram — am sibi*). Tab. IIb 24: VTƧƎƧ:VꟼꓭVƎ:V⅃TIƆVTƧƎ:ƎꓭƎT:ƎƆAƧ:ꟼƎTA⅃VI (iupater sas'e tefe estu vitlu vufru sestu) = *Iupiter Sance, tibi istum vitulum —um sisto.* Adde tab. eugub. VIa 18 (TEFE).

AꟼꓭƎT (tefra), *—a* (sacrificia), subst. n. acc. pl. 2 decl., e tefro (cf. TEFRVTO), osc. MVꟼVꓭƎT (tefúrúm), apud Umbros (Grotefend *Rud. l. u.* III 22, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 300, Aufr. et Kirch. I 119, II 294, 373, Huschke *Die iguv. taf.* s. 291, 618). Tab. eugub. IIa 27, III 32, 34: AꟼꓭƎT : AƆVT (tuva tefra) = *duo —a* (sacrificia); et tab. IV 2: AꟼꓭƎ⅃ AIIЯ⅃ (triia tefra) = *tria —a* (sacrificia).

TEFRALI, *Tefrali*, adiect. n. abl. sg. 3 decl., ad deum umbr. Tefrum pertinens (Grotefend *Rud. l. u.* III 22, IV 10, Aufr. et Kirch. I 98, 122, 163, II 64, 221, Huschke *Die iguv. taf.* s. 193; cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 300). Tab. eugub. VIb 27 sq., 35: TEFRE · [I]IOVIE · TIOM · ESV · SORSV · PERSONTRV (VIb 35 PERSONDRV) · TEFRALI · PIHACLV · OCRIPER · FISIV etc. = *Tefre Iovie, te hoce —o —o tefrali piaculo, pro colle Fisio* cet. Vide ƎꟼꓭƎT (TEFRE), quod sequitur.

ƎꟼꓭƎT (TEFRE), *Tefre*, voc. sg. 2 decl., Umbrorum deus, unde adiect. TEFRALI, e TEFRO = *Tibris, Tiberis* (acc. TEFRO[M], dat. ƎꟼꓭƎT tefre, IꟼꓭƎT tefri et TEFREI), cum quo cohaeret etr. IЯꓭƎO (thefri) = *Tiberius* (Aufr. et Kirch. I 40, 91, 116, 163, II 135, 211, 221, 224, Orioli in *Album* XXIII 78, Huschke *Die iguv. taf.* s. 181, 192, 616; cf. Lanzi II 719 = 627, 836 = 745, et Grotefend *Rud. l. u.* III 22, 25, IV 10, V 17, VIII 33). Tab. eugub. VIb 31 sq.: TEFRE · IOVIE · PIHATV · OCRE · FISI · TOTA · IIOVINA · TEFRE · IOVIE · PIHATV | OCRER · FISIER · TOTAR · IIOVINAR · NOME etc. = *Tefre Iovie, piato collem Fisium, civitatem Iguvinam; Tefre Iovie, piato collis Fisii, civitatis Iguvinae nomen* cet. Tab. VIb 33: TEFRE · IOVIE · SALVO · SERITV OCRE · FISI · TOTAM · IIOVINAM · TEFRE · IOVIE · SALVOM · SERITV · OCRER · FISIER | TOTAR · IOVINAR · NOME etc. = *Tefre Iovie, salvum servato collem Fisium, civitatem Iguvinam; Tefre Iovie, salvum servato collis Fisii, civitatis Iguvinae nomen* cet. Tab. VIb 36: TEFRE · IOVIE · TIOM · SVBOCAV = *Tefre Iovie, te precor.* Adde tab. eugub. VIb 27, 28, 29, 31, 35 (TEFRE · IOVIE et TEFRE · IIOVIE).
§ 2. *Tefro*, dat. sg., = IꟼꓭƎT tefri et recentiori orthogr. TEFREI (Aufr. et Kirch. I 117, II 211). Tab. eugub. Ia 24: : VTƎꓭ : ꓭAИIMAꟼ : ꓭƎꟼT : ƧƎIIꟼƎƎ : ƧƎꟼƎƎƧV⅃ AИIƆVKI : ꟼƎ⅃AТVT : VIƧIꓭ : ꟼƎ⅃IꟼƆIV | :ƎIVI:ƎꟼꓭƎT (pusveres vehiies tref hapinaf fetu tefre iuvie ukriper fisiu tutaper ikuvina) et tab. VIb 22 POST · VERIR · VEHIER · HABINA · TRIF · FETV · TEFREI · IOVI · OCRIPER · FISIV · TOTAPER · IIOVINA = *pone portam Vehiam —as tres facito Tefro Iovio pro colle Fisio, pro civitate Iguvina.* Alii vertunt *Tefrae Ioviae* (Grotefend *Rud. l. u.* V 30, VIII 33 et Huschke *Die iguv. taf.* s. 179).

TEFREI, *Tefro*, dat. sg. 2 decl., antiquiori orthogr. ƎꟼꓭƎT tefre et IꟼꓭƎT tefri (Aufr. et Kirch. I 117, II 211), in tab. eugub. VIb 22. Vide ƎꟼꓭƎT (TEFRE) § 2.

IꟼꓭƎT (tefri), *Tefro*, dat. sg. 2 decl. = ƎꟼꓭƎT (tefre) et

recentiori orthogr. TEFREI (Aufr. et Kirch. I 38, 117, Huschke *Die iguv. taf.* s. 615). Tab. eugub. I a 28 sq.: ANIƎVϽII:ꓷƎ⅃A+V+:VIƧIB ꓷƎ⅃|IꓷꓘV:V+ƎB:IƎVI:IꓷBƎ+ (tefri iuvi fetu ukriper fisiu tutaper ikuvina) = *Tefro Iovio facito pro colle Fisio pro civitate Iguvina.* Vide ƎꓷBƎ+ (TEFRE) § 2.

TEFRO, *Tefrum*, acc. sg. 2 decl. pro tefrom (Aufr. et Kirch. I 116, II 135, 211, Huschke *Die iguv. taf.* s. 615; cf. Mommsen *Die unterit. dial.* s. 299 sq.). Vide ƎꓷBƎ+ (TEFRE). Tab. eugub. VI b 25 sq.: TIOM | SVBOCAV · SVBOCO · TEFRO · IOVI OCRIPER · FISIV · TOTAPER · IIOVINA = *te preces precor Tefrum Iovium pro colle Fisio, pro civitate Iguvina.* Adde tab. VI b 27, 27. — *Tefram Ioviam* exponit Grotefend (*Rud. l. u.* IV 16, VIII 33).

TEFRV. Vide TEFRVTO, quod sequitur.

TEFRVTO, *a —o* (a crematione?), e TEFRV et praep. TO (Aufr. et Kirch. I 118, 156, II 294, Huschke *Die iguv. taf.* s. 291, 665), nisi perperam pro tefru-co = *cum —o* (Aufr. et Kirch. II 420), in tab. eugub. VII a 46 (vide AꓷBƎ+ tefra et osc. MVꓷVBƎT tefúrúm). Pro imperat. *cremato* sumit Grotefend (*Rud. l. u.* II 31).

MVꓷVBƎT (tefúrúm) et MVꓷVBƎT (tefurúm), *cremandum* (sacrificium), adiect. nominat. sg. n. 2 decl. (Henzen in *Ann. dell'Inst. arch.* XX = 1848 pg. 406, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 299 sq., Huschke *Die osk.* etc. s. 20), siculi umbr. AꓷBƎ+ (tefra) = *sacrificia* (Aufr. et Kirch. II 294, Kirchhoff in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* I 38), fortasse e rad. taf-, gr. ταφ- (τάπτω, τέφρα), sanscr. tap-, *urere* (Aufrecht in *Zeitschr.* cit. I 90, Huschke loc. cit.), in tab. Agnon. n. 2875 *A* lin. 17 et *B* lin. 20.

⁎Ǝ+ (tez), *dedit?*, perf. indic. 3 pers. sg. (osco-etr. TƎTƎT tetet, samnit. ЯƎЯƎЯ deded) et TƎᗌƎᗌ (δέδετ), e rad. ta- pro DA-, rom. *dare*, apud Etruscos, in aere Corton. n. 1052. Cf. vocc. sqq.

A⁎Ǝꟼ (teza), in marmore Perus. n. 1900 (Lanzi II 509 sg. = 434, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 14). Cf. ⁎Ǝ+ (tez), AƧϽƎꟼ (tecsa), et voc. sq.

?ИA⁎Ǝ+ (tezan). Vide ИA⁎Ǝ+VꟼAϽ (carutezan).

MIꟼƎꟼ⊗Ǝꟼ (tehterim), *—im* vel *—um* (tegillum?), subst. acc. sg. 3 vel 2 decl. (Aufr. et Kirch. II 376, Huschke *Die iguv. taf.* s. 435; cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 35), in tab. eugub. IV 20.

?ƧꟼAOƎT (tethals), in tegula Corton. n. 1056 bis.

IƎИOƎ+ (tethnei), *Tetinia*, n. pr. f. etr. pro IƎИ+Ǝ+ (tetnei). In urna etr. n. 919: IƎИOƎ+ : AИAO (thana tethnei) = *Tannia Tetinia.*

-IƎ+ (tei-), radix umbr., pro teik-, recentiori orthogr. DEI- pro DEIC-, sanscr. diś, gr. δείκνυμι, rom. DEICERE, in voc. V+IƎ+ (teitu) = DEITV h. e. *dic-ito.*

TEIBVRTES, *Tiburtes.* Vide TIBVR.

TEIDIA, *Tidia*, n. pr. f., ut [POLL]A · TEIDIA · SEX · F (Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 1090).

ƧƎIƎ+ (teies), in tab. eugub. II a 44 (cf. etr. MIƎ+ teiś, et Lanzi I 76 = 58, Aufr. et Kirch. II 299). *Diis* exponit Grotefendius (*Rud. l. u.* III 6, V 26, VII 7). ƧƎIƎꟼƎꟼ (teteies), *reddes*, legit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 392).

TEIO, *te*, pronom. umbr. (acc. sg.), perperam pro TIO = TIOM, in tab. eugub. VI a 22. Vide TIO.

MIƎ+ (teis), quod exstat in cippo Perus. n. 1914 *A* lin. 4 et lin. 22, pro rom. *diis*, gr. θεοῖς, sumit Vinc. Campanarius (*Giorn. arcad.* XXX 302, XXXIV 207). Ad rom. *diem* trahit Sec. Campanar. *Tav. perus.* pgg. 5, 8, 25. Cf. umbr. ƧƎIƎ+ (teies) et Vermigl. *Inscr. per.* pg. 90.

AϽIИƧIƎ+ (teisnica), in titulo Tarquin. n. 2279 lin. 3.

V+IƎ+ (teitu), *dicito*, imperat. 3 pers. sg., recentiori orthogr. DEITV, e rad. -IƎ+ (tei-) = DEI-, pro tik-, *dic-*, rom. *deic-ere* (Grotefend *Rud. l. u.* II 33 sq. V 27, VII 14 sqq., VIII 25, Aufrecht et Kirchhoff I 83, 142, II 126, 339 sq., 350, 368, Huschke *Die iguv. taf.* s. 321, 654; cf. Lanzi II 696 = 604, 837 = 746). Tab. eugub. II a 25 sq.: V+IƎ+ | :VИIƎ:VI+:IИVꟼ:VI+ (tiu puni tiu vinu teitu) = *te ture te vino dicito.* Tab. II b 25: V+IƎ+ꓷƎ⅃VI : Iꓷ+ : ƎꟼƎBI+ꓷVꟼ (purtifele tr[ii]uper teitu) = *porricibilem ter dicito.* Tab. III 8 sq.: VꟼIƎꟼ | ꓷVꟼ⊗V : MƎƎV : ƎꓷꓘAƧ (sakre uvem uhtur teitu) = *sacrem ovem auctor dicito.* Tab. III 25: VꟼIƎꟼ : IИꓘAƎƎƧ : VꟼdIꟼ (tiślu sevakni teitu) = *—um sollemnem dicito.* Adde tab. eugub. II b 7.

ƎϽƎ+ (tece), θηκε (ἔθηκε), *posuit*, apud Etruscos (Lanzi I 61 = 47, 64 = 49, II 478 = 405 sg., 550 = 470, 794 = 703, Vermigl. *Inscr. per.* pg. 40 et *Sepolcro dei Volunni* pg. 33 ed. 2.ª, Zannoni apud Inghir. *Lett. di etr. erud.* pg. 35, Orioli in *Album* XXIII 150, Huschke *Die iguv. taf.* s. 521), comparandum cum voc. ϽƎ⁎ (zec), ƎϽƎ⊙ (hece) et AƧϽƎꟼ (tecsa), e rad. -Ǝ+, gr. τι-θη-μι (cf. Braun in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1847 pg. 83), in titulo Perus. n. 1922.

. . ꟼAIKƎX (tekial. .), in marm. Ital. super. n. 2 *ter*. Cf. XEKOS.

TECLA et tegla, *tegula*, unde adiect. TECLARIVS, in inscr. apud Marini *Arvali* pg. 241 nt. 52. Est nomen pr. f. in titulo sepulcr. apud Grut. 832, 3.

TECLARIVS, *tegularius*, adiect. e TECLA pro *tegula*. Titulus sepulcr. apud Reines. cl. XI n. 92 pg. 644: IVNIAE BASILIAE | HERMIA TECLARIVS | OLLAM DEDIT.

XEKOS (tekos), τέκος (proles)?, in marm. Novar. n. 41 bis (cf. ꟼAIKƎX tekial), nisi est nomen pr. m. = *Decus* (Flechia *Di una inscr. celt. novarese* mss.).

AƧϽƎꟼ (tecsa), in marm. Perus. n. 1924, ad montem *Tetium* invento. Cf. A⁎Ǝꟼ (teza), ƎϽƎ+ (tece) = *posuit*, et Orioli in *Album* XXIII 151.

TECV, *tecum*, in tit. coemet. apud Lupi pg. 173 (PAX · TECV).

ƧAIƆK∃Ʇ (tekvias), *deciae*, adiect. (genit. sg. 1 decl.?), e tekvio = *dequius* (decius), quod a DESEN = *decem*, apud Umbros (Lanzi II 836 = 745, Aufr. et Kirch. I 81, II 338), in tab. eugub. IIb 1. Δεκάδος exponit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 316). Vide ƧƎIᗡVƆƎꞱ (tekuries).

TECVMESSA, Τέκμησσα (Tecmessa), apud antiquos. Mar. Victor. pg. 2457: « Tecmessam potius, quam interposita *u* Tecumessam ».

ƧƎIᗡVƆƎꞱ (tekuries), *dequriis* (decuriis), abl. sg. 1 decl., recentiori orthogr. DEQVRIER, e tek-viria, *dequviria*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 47, 55, 81, 83, 104, 106, 114, II 336 sq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 313; cf. Lanzi II 688 sg. = 596 sg., 728 = 636, 836 = 745, et Grotefend *Rud. l. u.* III 11, IV 26, VII 10, 12). Tab. eugub. IIb 1: VꞱƎꟼV : ꟽVᗡꟼAƆ : ꟽIƧ : ƧƎIᗡVƆƎꞱ : ƧƎIꟽ : ƎꟽƎƧ (sem[en]ies tekuries sim kaprum upetu) = *semestribus decuriis suem, caprum —to.*

TELAMON, Τελαμών (Polyb. II 27, Plutarch. in *C. Mar.* XLI 2), Etruriae oppidum (Mela II, IV, 9; cf. Inghir. *Storia della Toscana* I 274 sg.) et promontorium (Ptol. III 1 Τελαμὼν ἄκρον), nunc *Telamone vecchio*. *Tab. Peuting.* segm. III*f* « Telamone ». Antonini *itiner.* pg. 500: « Ab Almina portus Telamonis m. p. ...; a portu Telamonis Umbronis fluvius m. p. XII; a portu Telamonis lacu Aprile m. p. XVIII ». Plin. III, VIII, 2: « Hinc amnes Prille, mox Umbro navigiorum capax, et ab eo tractus Umbriae, portusque Telamon ». In numis aen. n. 297 AᒧꞱ tla (Passeri *Paralip.* pg. 181, Lanzi II 28 = 23, Avellinus *Italiae vet. numism.* pg. 14 sqq.). Diod. Sic. IV, 56: Παραπλησίως δὲ τοῖς εἰρημένοις κατὰ μὲν τὴν Τυῤῥηνίαν ἀπὸ σταδίων ὀκτακοσίων τῆς Ῥώμης ὀνομάσι λιμένα Τελαμῶνα. Steph. Byz.: Τελαμὼν, πόλις Τυῤῥηνίας. τὸ ἐθνικὸν Τελαμώνιος, ὡς Καλυδώνιος.

TELAMON, *Atlas*, apud Ennium (Vahlen pgg. 9, 181). Serv. ad Virg. *Aen.* IV, 246: « Sane latine *Atlas* Telamon dicitur, sicut *Nilus* Melo ».

TELARIVM, ital. *telaio*, instrumentum texendae telae, apud Isid. *Orig.* XIX, 29.

ƎᒧƎT (tele), Τήλεφος (Telephus), Herculis filius ex Auge nympha, in etr. speculo n. 2543 cum *Agamemnone* (ИVᑫꟽƎꟽꟼA achmemrun) et *Achille* (ƎᒧꟼA achle).

TELEBRA, *terebra*, in append. ad Probi art. min. pg. 445 (Eich. et Endl.).

TELESIA, Τελεσία (Strab. VI, I 11, Ptol. III 1), antiquiori orthogr. ƧIᖉƎT (tedis) pro telis (in numo n. 2863;



cf. Friedländer *Osk. münzen* s. 6, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 299 et apud Fiorelli *Ann. di numism.* I 43, Huschke *Die osk.* etc. s. 156, Sambon *Rech. sur les anciennes monnaies* pg. 61), nunc *Telese*, Samnii oppidum (Liv. XXIV, 20; inscr. apud Mommsen n. 4889, *Tab. Peuting.* segm. V *f* « Telesiae »), Venafro adiacens. Liv. XXII, 13: « Hannibal ex Hirpinis in Samnium transit: Beneventanum depopulatur agrum: Telesiam urbem capit ». Frontin. *De col.* pg. 238: « Telesia muro ducta colonia, a triumviris deducta. iter populo debetur ped. xxx. ager eius limitibus augusteis in nominibus est adsignatus ». Inscr. apud Mommsen n. 4885: L · FABIVS | CALLISTVS | AVG · TELESIA | SIBI · ET · FABIAE · L · F | CYCLADI · FILIA[E] | PISSIMAE. Alia inscr. apud eundem n. 4886: L · MANLIVS · RVFIO · SEVIR | ANN · LXXVII · TELESIAE · LVDOS | SCAENICOS · FECIT · EPVLVM | COLONIS [T]ELESINIS · ET · LI[BERIS] | EORVM · [I]NCOLIS · CRVSTV[M] | ET · MVLSVM · EIVS · COLONI · ET · INCOLAE | IN CLVPEVM · CONTVLERVNT etc. — Eius incolae Telesini (inscr. apud Orell. n. 130 = Mommsen n. 4742) vel Thelesini dicuntur. Inscr. apud Mommsen n. 4850: FABIVS MAXIMVS V C | RECT PROV THERMAS | SABINIANAS · RESTITVIT | CVRANTE ORDINE SPLENDIDISSIMO THELESINORVM. — Telesinus, gr. Τελεσῖνος, adiect. ad Telesiam pertinens, ut POPVLVS TELESINVS (Mommsen n. 4872, 4878), COLONIA TELESINA (Mommsen n. 4840, 4849) et COLONI TELESINI (Mommsen n. 4885). Est etiam cognomen samnit. (Oros. V, 21), ut Pontius Telesinus (Vell. Paterc. II, 27), gr. Πόντιος Τελεσῖνος (Appian. *De bell. civ.* I 90, 93) vel ὁ Σαυνίτης Τελεσῖνος (Plutarch. in *Sylla* XXIX 1 et *De fort. Rom.* cap. 9), et C. Lucius Telesinus consul (Grut. 1112, 4), L. Licinius C. l. Telesinus (Mommsen n. 4881), Turrania Telesina (Mommsen n. 7113) et Thelesina (Mommsen n. 833); unde gentilit. Telesinia (Mommsen n. 4870 sq.). Cf. cognom. Telesilla apud Mommsen n. 1142.

ΤΕΛΕΣΙΔΗΣ, Syracusanus, apud Plutarch. in *Dion.* XLII, 3.

TELESPORVS, Τελεσφόρος (Telesphorus), cognom. rom. apud Murat. 145 10, et *Monum. Matth.* sect. XI n. 3 pg. 149.

ΤΕΛΕΣΤΗΣ, Selinuntius, dithyrambicus, apud Diod. Sic. XIV, 46 (Τελέστης Σελινούντιος).

TELLENAE et Tellene, Τελλῆναι (Strab. V, III, 4) et Τελλήνη (Dionys. Halic. III 38, 43), Latii oppidum (Plin. III, IX, 16 « Tellene »), a Latino Silvio conditum (Diod. Sic. VII, III*a* 7). Dionys. Halic. III, 38: Μάρκιος δὲ Τελλήνην πόλιν τῶν Λατίνων ἐπιφανῆ κατὰ τὸν αὐτὸν αἱρεῖ χρόνον, ἐκ παρατάξεώς τε νικήσας, καὶ διὰ τειχομαχίας παραστησάμενος· τούς τε ἀλόντας οὐδὲν, ὧν

εἶχον, ἀφελόμενος, εἰς Ῥώμην μετήγαγε, καὶ τῆς πόλεως εἰς κατασκευὴν οἰκιῶν τόπον ἀπεμέρισε. Liv. I, 33: « Additi eodem haud ita multo post, Tellenis Ficanaque captis, novi cives ». — Eius incolae Τελληνεῖς dicuntur apud Dionys. Halic. I 16, V 61). Cf. Tellenas tricas apud Arnob. V 28, et Varr. (Non. I 26 = pg. 8).

ΤΕΛΛΙΑΣ, Syracusanus, apud Thucyd. VI, 103.

ΤΕΛΛΙΗΝ, ὁ δεῖνα (aliquis), apud Tarentinos (Hesych. *Lexic.* II, 1362).

TELLVMO -onis et Tellurus, deus terrae. Aug. *De civ. Dei* VII, 23: « Unam eandemque terram habere geminam vim; et masculinam, quod semina producat; et femininam, quod recipiat atque enutriat. Inde a vi feminina dictam esse Tellurem, a masculina Tellumonem ». Mart. Capella § 49 pg. 95: « Corrogantur ex proxima transcursis domibus coniugum regum, Ceres, Tellurus, Terraeque pater Vulcanus, et Genius ».

TELLVS, dea terrae (vide TELLVMO), apud antiquos (Cic. *De nat. deor.* III 20 et *Har. resp.* cap. 10, Varro *De r. r.* I, I 5, Liv. X 28, August. *De civ. Dei* cit. ad voc. praeced., inscr. apud Orell. n. 1505 et Henzen n. 5344), cuius aedem Romae memorat Livius II 41, Dionysius Halic. VIII 79, et Appianus *De bell. civ.* II 126. Inscr. apud Henzen n. 5722: TELLVRI · GENETRICI · RESPVBLICA CVICVLITANOR · TEMPLVM · FECIT | C · IVLIVS · LEPIDVS · TERTVLLVS · LEG · AVG · PR · PR · DEDICAVIT | SIMVLACRVM · DEAE · ACROLITHVM · TI · IVLIVS · HOMORATVS · PONT · FL · P·P · DONO · DEDIT.

TELO, rex Teleboarum in insula Capreis (Virg. *Aen.* VII 735). Vide OEBALVS.

ᗅIИVIᛕИƎᛕ (teltiunia), —*ia*, cognom. mulieris, nisi n. pr. pro teltiunial (abl. sg.), in operc. ossuarii Corton. n. 1037.

TEM-, gr. τέμνω, radix osca, in voc. PERTEMEST, PERTEMVST, PERTVMVM.

TEMERITVDO, *temeritas*, apud Pacuv. vs. 149 (Non. II, 867 = pg. 181).

TEMESA. Vide TEMPSA.

TEMPERI, *tempore*, adverb. apud antiquos (Titin. vs. 22?, Cat. *De r. r.* cap. 2, Plaut. cet.).

TEMPESTAS, dea apud Romanos (Ovid. *Fast.* VI 193, Cic. *De nat. deor.* III 20, Horat. *Epod.* X 23). In titulo n. 2708 ex Scip. sepulcro: DEDET · TEMPESTATEBVS · AIDE · MERETO.

TEMPESTVS, *tempestivus*, adiect. apud veteres. Paul. pg. 362: « Tempesta, tempestiva ».

TEMPESTVTEM, *tempestatem*, apud antiquos. Varro *De l. l.* VII, 51 pg. 141: « Libri Augurum pro *tempestatem* tempestutem supremum augurii tempus ».

TEMPLARIS, adiect. ad templum pertinens, ut fines templares (*Gromat. vet.* pg. 302 Lachm.).

TEMPSA vel Temsa et Temesa, Τεμέση (Homer. *Od.* I 184, Strab. I, I 10, VI, I 1, XII, III 23, Pausan. *Eliac. sec.* VI 7 sqq.) vel Τεμεσία (Polyb. XIII, 10), et Τέμψα (Ptol. III, 1), Bruttii oppidum (Mela II, VI 9, *Tab. Peuting.* segm. VI*e* « Temsa », Ovid. *Metam.* XV 52, 707, Stat. *Silv.* I, I 42, Cic. *Verr.* II, V 16), ab Ausonibus conditum (Strab. VI, I, 5). Plin. III, X, 2: « oppidum Temsa, a Graecis Temese dictum ». Strab. VI, I, 5: Ἀπὸ γὰρ Λάου πρώτη πόλις ἐστὶ τῆς Βρεττίας Τεμέση, Τέμψαν δ' οἱ νῦν καλοῦσιν, Αὐσόνων κτίσμα, ὕστερον δὲ καὶ Αἰτωλῶν τῶν μετὰ Θόαντος, οὓς ἐξέβαλον Βρέττιοι, Βρεττίους δὲ ἐπέτριψαν Ἀννίβας τε καὶ Ῥωμαῖοι. ἔστι δὲ πλησίον τῆς Τεμέσης ἡρῷον ἀγριελαίοις συνηρεφές, Πολίτου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων etc. Liv. XXXIV, 45: « Tempsam item et Crotonem civium Romanorum coloniae deductae [an. U. C. DLVIII] ». — Tempsanus vel Temsanus et Temesaeus, gr. Τεμεσαῖος (Steph. Byz. s. v. Τεμέση), adiect. ad Tempsam vel Temesam pertinens (Cic. *Verr.* II, V. 15), ut ager Tempsanus (Liv. XXXIV, 45), et Temesaea aera (Ovid. *Fast.* V 441, *Metam.* VII 207, *Med. fac.* vs. 41, Stat. *Silv.* I, V 47, *Achill.* I 413). Tempsanus est etiam cognomen rom., ut L. Postumius Tempsanus praetor (Liv. XXXIX, 23).

TEMPTO, *tento*, apud antiquos (Cic. fragm. apud Mai *Class. auct.* II 16, 64, 135), in titulis apud Marini *Inscr. Alb.* pg. 142, *Arvali* pgg. 339, 343 (Mommsen n. 6916). In cod. Cic. *de Rep.* II 12 temtaret (Du Rieu *Schedae vatic.* pg. 96).

TEMPVLVM, *templum*, in inscr. apud Grut. 323, 1 = Mommsen n. 2475 (CVRATOR · TEMPVLI).

TEMSA. Vide TEMPSA.

TEN-, rom. *ten-ere*, radix umbr. in voc. TENITV *ten-eto*.

THERMAE, Θερμὰ (Diod. Sic. XIII 79, Philist. apud Steph. Byz.; cf. Polyb. I 39) vel Θέρμαι (Diod. Sic. XXIII 9, 19 sq.) et αἱ Θερμαὶ αἱ Ἱμεραῖα (Polyb. I, 24), in antiquis itinerariis *Aquae Larodae* seu *Labodae* (Antonini *itiner.* pg. 89, *Tab. Peuting.* segm. VI*b*), nunc *Termini*, Siciliae urbs (Mela II, vii 16, Cic. in *Verr.* II, ii 34 sq., 38, Sil. Ital. XIV 232), a Carthaginiensibus condita (Diod. Sic. XIII, 79). Plin. III, xiv, 4: « Thermae colonia ». Cf. *Tab. Peuting.* segm. VI*e* (« Thermis »). — Eius incolae Thermitani dicti sunt (Cic. op. cit. II, ii 34 sq., Vib. Seq. pg. 11) et Thermenses (inscr. apud Grut. 430, 6), gr. Θερμῖται (Diod. Sic. XX, 56). — Thermitanus, gr. Θερμαῖος (Steph. Byz.), adiect. ad Thermas pertinens (cf. Cic. loc. cit.), ut Thermitana loca (Solin. V, 19).

THERMESES, *Thermenses*, in Pleb. de Therm. (Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 204).

THERON, Rutulus, apud Virg. *Aen.* X, 311.

§ 2. Θήρων, Agrigentinorum tyrannus, apud Diod. Sic. IV 79, X 27, XI 20, 48 sq., 53, XIII 86, Aristot. fragm. n. 265*b*, Artem. Cassandr. fragm. n. 8, Hippostr. fragm. n. 5 sqq.

THESALVS, Θεσσαλὸς (Thessalus), cognom. rom. apud Mommsen n. 1181.

ꟷƎᗡƆИƧƎ8T (thesavreí), *in thesauro*, subst. n. locat. sg. 2 decl. (acc. ꟽVᗡƆИƧƎ8T thesavrúm), apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 300, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, 71, anm. 2; cf. Passeri *Linguae oscae spec.* pg. xii, Lanzi II 807 = 716, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 49, Guarini *Lex. osco-lat.* pg. 63 et *In cipp. osco-abell. div.* pgg. 34, 45, Huschke *Die osk.* etc. s. 315), in tab. Abell. n. 2783 lin. 52.

ꟽVᗡƆИƧƎ8T (thesavrúm), *thesaurum*, subst. n. acc. sg. 2 decl. (locat. sg. ꟷƎᗡƆИƧƎ8T thesavreí), apud Samnites (Passeri *Linguae oscae spec.* pgg. xii, xix, Lanzi II 615 = 530 ad n. 12, 807 = 716, Guarini *In cipp. osco-abell. div.* pg. 33, Grotefend *Rud. l. o.* pg. 40, Aufr. et Kirch. I 71 anm. 2, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 300, Huschke *Die osk.* etc. s. 45, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* XIII 189), in tab. Abell. n. 2783 lin. 48-49.

THESAVRVM, *thesaurus*, subst. n. apud Petron. *Satyr.* cap. 46.

THESPHORVS, *Thelesphorus*, per syncopen. Inscr. apud Marini *Arvali* pg. 169: D · M | M · VLPI | THESPHORI.

THESTA, Θέστη, soror Dionysii tyranni, apud Plutarch. in *Dion.* XXI 3.

THESTOR, Θέστωρ, Posidoniates, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. xxxiii (§ 239).

THΛΥΣ, Sybarita, belli contra Crotoniatas gerendi auctor (Diod. Sic. XII, 9; Athen. XII, 21 = pg. 521).

THΜΕΝΙΔΕΣ πύλαι, porta Tarenti, apud Polyb. VIII, 27 et 30.

THNIA. Vide THANIA.

THOENO. Vide THYNION.

THORAX, Θόραξ, collis Siciliae ad Loetanum fluvium (Diod. Sic. XXII, 13).

THORMENA, gentil. etr., antiquiori orthogr. AИꟽꟼVO (thurmna), quod vide.

THORSVS, Θόρσος, fluvius Sardiniae, apud Pausan. *Phoc.* XVII, 6.

THRAACIA, *Thracia*, in marm. apud Grut. 480, 6

THRASEVS, Θρασεύς, Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (§ 267).

THRASIMENVS. Vide TRASIMENVS.

THRASYBVLVS, Θρασύβουλος, Dinomenis filius, Syracusanorum tyrannus, apud Plutarch. *De Pythiae orac.* cap. 19.

THRASYDAEVS, Θρασυδαῖος, Theronis Agrigenti tyranni filius, apud Diod. Sic. XI 48, 53.

THRASYMACHVS, Θρασύμαχος, Cumanus, apud Aristot. *Polit.* V, IV, 3.

THRASYMEDES, Θρασυμήδης, Heracleota, apud Memn. fragm. n. 59 sq.

§ 2. Metapontinus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (§ 267).

THRASYMENVS. Vide TRASIMENVS.

ΘΗΡΙΑΣ, fluvius Siciliae prope Leontinorum urbem (Scyl. Caryand. § 13, Diod. Sic. XIV, XIV, 3), ad quem Hicetas a Carthaginiensibus victus est (Diod. Sic. XXII, 2).

ΘΗΡΙΛΛΟΣ, Crinippi filius, Himerae tyrannus, apud Herod. VII, 165.

THYBRIS et Tybris vel Tiberis et Tibris, Θύβρις (Appian. *Rom. hist.* I 2, Pausan. *Arcad.* XLIII 2), Θύμβρις (Plutarch. in *Rom.* I 3, Dionys. *Perieg.* vs. 352 sqq., Philostr. *Vit. Apoll.* VII, XVI 1, VIII, II 2, Himer. *Orat.* XVI 5), Τίβερις (Strab. V, I 10, II 1 et 11, III 7; Dionys. Halic. I 9, II 55, III 25, 44, 55, Polyb. VI 55 τοῦ Τιβέριδος, XXXI 20, 22 τοῦ Τιβέριος, XXXV 2 τοῦ Τιβέρεως; Diod. Sic. VII, 3 Τιβέρεως; Appian. *De bello Ann.* cap. 56 et *De bell. civ.* τοῦ Τιβέριος, V 33 et Diod. Sic. IV 21 τὸν Τίβεριν; Ptolem. III 1 Τιβερίου ποταμοῦ ἐκβολαί), Etruriae fluvius (Plin. III, VIII 2, IX, LXXII 2, XXXIV, XIII 2, XXXVI, XIV 9, XXIV 4; Liv. I 7, V 13, VIII 14, 20, XXIV 9, XXVI 34, XXX 38, XXXV 9, 21, XXXVIII 28; Sil. Ital. I 607, VIII 362, 367, XVI 673, XVII 15, Virg. *Aen.* II 781, III 500, VI 87, VII 151, 303, 436, VIII 64, 72, 86, 331, *Catal.* V 23 « Thybris », *Aen.* VII 242 « Tyrrhenus Thybris », V 83 « Ausonius Thybris », V 797 « Laurens Thybris », VII 715 « Tiberis », *Georg.* I 489 « Tuscus Tiberis »; Horat. *Od.* I, II 13, VIII 8, II, III 18 « fluvius Tiberis »; Ovid. *Metam.* XV 432; Lucan. *Phars.* I 381, VI 76, 810; Claudian. *in Eutr.* II 127 « Tibris »), nunc *Tevere* (vide TIBERIVS, etr. ƎꓷꓭƎO thefre), ita dictus a Tiberino Silvio Albanorum rege (Liv. I 3, Diod. Sic. VII, III a 9, Dionys. Halic. I 71), vel a Tybri rege Tuscorum; antea Albula vocatus (Liv. I 3, Diod. Sic. VII, 3). Virg. *Aen.* VIII, 330 sqq.:

« Tum reges asperque immani corpore Thybris,
A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus; amisit verum vetus Albula nomen ».

Plin. III, IX, 1: « Tiberis, antea Tybris appellatus, et prius Albula, e media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit: tenuis primo, nec nisi piscinis corrivatus emissusque, navigabilis, sicuti Tinia et Glanis influentes in eum, novenorum ita conceptu dierum, si non adiuvent imbres. Sed Tiberis propter aspera et confragosa, ne sic quidem, praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe meatibus fertur, per centum quinquaginta millia passuum non procul Tiferno, Perusiaque, et Ocriculo, Etruriam ab Umbris ac Sabinis: mox citra tredecim millia passuum Urbis, Veientem agrum a Crustumino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano dirimens: sed infra Aretinum Glanim duobus et quadraginta fluviis auctus, praecipuis autem Nare et Aniene, qui et ipse navigabilis Latium includit a tergo: nec minus tamen aquis ac tot fontibus in Urbem perductis: et ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium mercator placidissimus, pluribus prope solus, quam caeteri in omnibus terris amnes, accolitur, aspiciturque villis. Nullique fluviorum minus licet, inclusis utrimque lateribus: nec tamen ipse pugnat, quanquam creber ac subitus incrementis, et nusquam magis aquis quam in ipsa Urbe stagnantibus. Quin immo vates intelligitur potius ac monitor, auctu semper religiosus verius, quam saevus ». Strab. V, II 1: Ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ὁ Τίβερις, πληροῦται δ' ἐκ πολλῶν ποταμῶν, μέρος μέν τι δι' αὐτῆς φερόμενος τῆς Τυρρηνίας, τὸ δ' ἐφεξῆς διορίζων ἀπ' αὐτῆς πρῶτον μὲν τὴν Ὀμβρικήν, εἶτα τοὺς Σαβίνους καὶ Λατίνους τοὺς πρὸς τῇ Ῥώμῃ μέχρι τῆς παραλίας. Varro *De l. l.* V 29 sq. pg. 12: « Tiberis quod caput extra Latium, si inde nomen quoque exfluit in linguam nostram, nihil ad ἐτυμολόγον Latinum; ut quod oritur ex Samnio Volturnus, nihil ad latinam linguam; at, quod proxumum oppidum ab eo secundum mare Volturnum, ut ad nos iam, ut latinum vocabulum; ita Tiberinus nostrum *; et colonia enim nostra Volturnum, et deus Tiberinus. Sed de Tiberis nomine anceps historia; nam suum Etruria, et Latium suum esse credit; quod fuerunt qui ab Thebri vicino regulo Veientum dixerunt appellatum Thebrim; sunt qui Tiberim priscum nomen latinum Albulam vocitatum literis tradiderunt, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum quod ibi interierit, nam hoc eius ut tradunt sepulcrum ». Serv. ad Virg. *Aen.* III 500 (Si quando Thybrim): « Fluvium: pro quo regem ipsum posuit Tybrin, qui in hunc cecidit fluvium, et ei nomen dedit: nam antea Albula dicebatur, ut ostendit in octavo 332 Virgilius. Alii volunt, non Tybrin cecidisse; sed Tyberinum, regem Albanorum: a quo et Tyberis dictus est. Ut autem Tybris dicatur, haec ratio est: Quodam tempore Syracusani, victores Atheniensium, ceperunt Syracusis ingentem hostium multitudinem, et eam caesis montibus fecerunt addere munimenta civitati. Tunc auctis muris etiam fossa intrinsecus facta est: quae flumine admisso repleta munitiorem redderet

civitatem. Hanc igitur fossam per hostium poenam et iniuriam factam, *Ybrin* vocaverunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma est, usque ad Rutulos et Ardeam: unde est XI 317 *Fines super usque Sicanos:* et Albulam fluvium ad imaginem fossae Syracusanae Tybrin vocaverunt, quasi ὕβριν, ut *Effigiem Xanthi Troiamque videtis.* Circa Syracusas autem esse Thybrin fossam nomine Theocritus Idyl. I 118 meminit ». Virg. *Aen.* II 782: « leni fluit agmine Thybris ». Id. *Aen.* III 500 sq.: « Si quando Thybrim, vicinaque Thybridis arva Intraro *etc.* ». Id. *Aen.* VIII, 62 sqq.:

« Ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, et pinguia culta secantem,
Caeruleus Thybris, coelo gratissimus amnis.
Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit ».

Ubi Servius: « *Radentem, imminuentem:* nam hoc est Tyberini fluminis proprium, adeo ut ab antiquis Rumon dictus sit, quasi *ripas ruminans* et *exedens:* in sacris etiam Serra dicebatur: unde ait nunc: *et pinguia culta secantem:* in aliqua etiam urbis parte Terentum dicitur, eo quod *ripas terat* ». — Tiberinus et Tibrinus, adiect. ad Tiberim vel Tibrim pertinens, ut Tiberinum flumen (Virg. *Aen.* X 832, XI 449, Horat. *Sat.* I, xi 4, Lucan. II 216) et Tiberinus amnis (Liv. V, 37, XXIX 14, Lucan. I 475), Tiberinae undae (Horat. *Od.* III, xii 7) vel undae Tibrinae (Claudian. *Laus Ser. reg.* vs. 16), Tiberina fluenta (Virg. *Aen.* XII, 35), ostium Tiberinum (Cic. *pro lege Manil.* cap. 12) et Tiberina ostia (Virg. *Aen.* I 13, Plin. III, vi 6, xii 2, Ovid. *Fast.* IV 329, Mela II, vii 18), campus Tiberinus (Plin. XXXIV, xi, 4), insula Tiberina (Claud. *Cons. Stil.* vs. 173; cf. Liv. II 5), Tiberinus lupus (Horat. *Sat.* II, ii, 31), nymphae Tiberinides (Ovid. *Fast.* II, 597). — Tiberinus et Tibrinus (Sidon. *Carm.* VII, 76) absol. est fluvius Tiberis (Virg. *Aen.* VI 873, VII 30, 797, Ovid. *Fast.* IV 291, VI 105, Propert. III, ii 7), qui et deus factus est, fluvii praeses (Flor. I, 2). Cf. inscr. apud Orell. n. 5 et n. 4946 (DIVO TIBERINO), n. 1054 (TIBERINO · PATRI), et Virg. *Aen.* VIII 31 (« Tiberinus »), Liv. II 10 « Tiberine pater », Virg. *Georg.* IV 369 et *Aen.* VIII 540, et Sil. Ital. I 606, XII 540 (« Thybris pater »). Inscr. apud Fabr. cap. vi n. 6 pg. 432 (Marini *Inscr. Alb.* pg. 18, Orell. n. 1646): SEX · ATVSIVS | SEX · FIL · FABIA | ROMA · PRISCVS | EVOC · AVG | PRIMVS · OMNI|VM · ARAM · TIBERINO | POSVIT · QVAM · CALI|GATVS · VOVERAT. Virg. *Aen.* VIII, 72 sq.: (unde est

« Nymphae, Laurentesque Nymphae, genus amnibus
Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite Aenean, et tandem arcete periclis ».

Ubi Servius: « Sic enim invocatur in precibus: *Adesto, Tyberine, cum tuis undis.* Tyberim vero alii a rege Aboriginum dictum volunt, qui iuxta dimicans interemptus est: alii ab eo rege, quem Glaucus, Minois filius, in Italia interemit: alii, inter quos et Livius, ab Albanorum rege, qui in eum cecidit ». Virg. *Aen.* X, 421 sq.:

« Da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Halesi.
Haec arma exuviasque viri tua quercus habebit ».

Varro *De l. l.* V, 71 pg. 28: « A fontibus et fluminibus ac ceteris aquis dei, ut Tiberinus ab Tiberi, et ab lacu Velini Velinia, et Lymphae Commotiae ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur ». — Tiberinus, cognom. ital., ut Tiberinus Silvius (Varro *De l. l.* V 30 pg. 13). Cf. Tibricola h. e. Tibrin accolens, apud Prudent. περὶ στεφ. IV 174.

§ 2. Rex Veientum, apud Virg. *Aen.* VIII 330 et Varr. *De l. l.* V 30 pg. 12 (cit. ad § praeced.).

§ 3. Thybris est etiam cognomen fem. Inscr. apud Henzen n. 6164 (Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 750): SVAVIS | THYBRIDIS | SP · K · IVL | C · VIB · C · ATEI · COS.

THYCE, Τύχη (Tyches), cognom. fem. apud Mommsen n. 5548.

THYMARIDAS, Θυμαρίδας, Tarentinus, pythagoricus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 28 (§ 145).

THYMBRIS, Θύμβρις, Siciliae fluvius, apud Theocr. I 116, ubi cf. Schol. Vide THYBRIS.

THYMOTELES, Θυμοτέλης, Cumanus, apud Plutarch. *Quaest. rom.* n. 26.

THYNION, Θυνίων vel Θοίνων, Siculus, apud Diod. Sic. XXII 7 et Plutarch. in *Pyrrho* XXIII 4.

THVRIA, Θουρία, fons in agro Sybaris, a quo oppidum Thurium appellatum (Diod. Sic. XII, 10).

§ 2. Thurii urbis platea, apud Diod. Sic. XII, 10.

THVRINA, Θουρῖνα, Thurii urbis platea, apud Diod. Sic. XII, 10.

THVRIVM et Thurii vel Thuriae, Θούριον (Diod. Sic. XII, 10) et Θούριοι (Strab. VI, i 3 sq., 8, 13 sq., XIV, ii 16, Thucyd. VI 61, Diod. Sic. XII 35, XIII 5, 106, XIV 101, XV 7, XVI 15, Scyl. Caryand. § 12, Scymn. Ch. vs. 326, Pausan. *Eliac. sec.* VII 4, Polyb. VIII 25*a*, X 1, Appian. *De bello Ann.* cap. 49, *De bell. civ.* I 117, V 56, 58, 62, Plutarch. in *Pericl.* XI 5, in *Timol.* XVI 2, in *Nic.* V 3, Iambl. *De pythag. vita* cap. 35 § 264, Aristot. *Polit.* V, vi 6, Schol. vet. Pind. *Nem.* X 12), oppidum Italiae inferioris (Mela II, iv 8 « Thurium », Plin. XII, viii 2, XXXI, ix 1, xliii 2, XXXVI, lix 1, Liv. IX 19, XXV 15, XXVII 1), prope Sybaris locum, ab Atheniensibus conditum (Diod. Sic. XII, 35, Plutarch. in *Pericl.* XI 5, in *Nic.* V 3, *Praec. ger. reip.* XV 18). Strab. VI, i 13: ὕστερον δ' οἱ περιγενόμενοι συνελθόντες

ἐπῴχουν ὀλίγοι (Sybaritae)· χρόνῳ δὲ καὶ οὗτοι διεφθάρησαν ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων, οἳ συνοικήσοντες μὲν ἐκείνοις ἀφίκοντο, καταφρονήσαντες δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν διεχειρίσαντο, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν πλησίον καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου. Plin. III, xv, 3: « Oppidum Thurii, inter duos amnes Crathin et Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine ». Liv. X, 2: « Eodem anno [U. C. CDLI] classis Graecorum, Cleonymo duce Lacedemonio, ad Italiae litora adpulsa, Thurias urbem in Sallentinis cepit. Adversus hunc hostem consul Aemilius missus praelio uno fugatum compulit in naves. Thuriae redditae veteri cultori ». Nomen habuit a fonte Thuria, haud procul a Sybari inventa (Schol. in Theocr. V 1, Schol. in Aristoph. *Nub.* vs. 332). Diod. Sic. XII, 10: Εὑρόντες δὲ οὐκ ἄποθεν τῆς Συβάρεως κρήνην ὀνομαζομένην Θουρίαν, ἔχουσαν αὐλὸν χάλκεον, ὃν ἐκάλουν οἱ ἐγχώριοι μέδιμνον, νομίσαντες εἶναι τοῦτον τὸν τόπον τὸν δηλούμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, περιέβαλον τεῖχος, καὶ κτίσαντες πόλιν ὠνόμασαν ἀπὸ τῆς κρήνης Θούριον. Colonia deducta est U. C. an. DLVIII (cf. Liv. XXXIV, 53) et Copia a Romanis vocitata, in numis n. 3024 ΚΟΠΙΑ (Riccio *Repert.* etc. pg. 78, Avellino ad Carelli pg. 93). Strab. loc. cit.: Θούριοι δ' εὐτυχήσαντες πολὺν χρόνον ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν, Ταραντίνων δ' ἀφελομένων ἐκείνους ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον, οἱ δὲ πέμψαντες συνοίκους ὀλιγανδροῦσι μετωνόμασαν Κωπιὰς τὴν πόλιν. — Ἡ Θουρία et Θουριὰς γῆ (Thucyd. VII 35 διὰ τῆς Θουριάδος γῆς) est totius regionis nomen apud Thucyd. VI 61, 88, 104, VII 33, Strab. VI, III 4, Diod. Sic. XIV 101, Scyl. Caryand. § 12, Schol. ad Theocr. VII 78. — Eius incolae Thurini dicuntur (Plin. XXXIV, xv, 1, Liv. XXV 1, 15 et epit. lib. XI), gr. Θούριοι (Strab. VI, I 13 sq., Thucyd. VI 104, VII 33, 35, 57, VIII 84, Diod. Sic. XII 9, 11, 23, 35, Appian. *De reb. samn.* VII 1 sq., *De bello Ann.* cap. 34, 57, Plutarch. in *Timol.* XVI 2 sq., *De curios.* cap. 8, Diog. Laert. IX 8, Philostr. *Vita Apoll.* III, xv 4, IV, x 1, Aristot. *Polit.* V, VI 8, *Com. vet. fragm.* pg. 288), in numis num. 3023 ΘΟΥΡΙΩΝ et ΘΟΥ. — Thurinus, adiectivum est ad Thurium vel Thurios pertinens, ut Thurinus ager (Plin. XVI, XXXIII 3, Liv. XXV 15, XXXIV 53, Caes. *De bello civ.* III 21 sq., Suet. *Aug.* cap. 3), regio Thurina (Suet. *Aug.* cap. 7), pagus Thurinus (Suet. *Aug.* cap. 2), Thurini colles (Plin. XIV, IV, 15), Thurinus sinus (Ovid. *Metam.* XV, 52), Thurina vina (Plin. XIV, VIII, 9), Θουρῖνος οἶνος (Strab. VI, I, 14), iuventus Thurina (Liv. XXV, 15), Θούριαι νῆες (Thucid. VIII 35, 61). Thurinus cognominatus est Augustus adhuc infans, in memoriam maiorum originis, vel quod regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat (Suet. *Aug.* cap. 7). — Cf. gentil. Thurius apud Murat. 1502 6, 1752 16.

ΙϮ (ti), *Titius*, gentilitium etr., pro ƎϮΙϮ (tite), ut ꓯNϽꟼꓯM · ΙϮ · Vꓯ (au ti marcna, n. 1360) = *Aulus Titius Marcanius*, VꟼϮƎ˥ ΙϮ · ˥Ǝ (vl ti petru, n. 1250) = *Velius Titius Petronius*, ΙNVꟼϮƎ˥ · ΙϮ · Ǝᖷ (ve ti petruni, n. 1247, 1252) = *Velius Titius Petronius*.

§ 2. *Titia*, n. pr. f., pro ΙϮΙϮ (titi). In titulis sepulcr.: ΙƧϽꓯ : ΙϮ : ꓯNꓯO (thana ti acsi, n. 1795) = *Tannia Titia Axia*; ΙƎNⱶꟼꓯM · ΙϮ · ΙϮƧꓯ8 (fasti ti marchnei, n. 1682) = *Fausta Titia Marcania*; ΙVꟼϮƎ˥ : ΙϮ : ΙϮƧꓯ8 (fasti ti petrui, n. 1700) = *Fausta Titia Petria*; ΙƧƎᖷ : ΙϮ : ƎƧ (se ti vesi, n. 1376) = *Setria Titia Vesia*.

TIANO. Vide TEANVM § 1.

ЯVИNϮT (tíanud). Vide TEANVM § 1.

TIATI. Vide TEATE § 2.

TIBE, *tibi*. Vide TIBEI, quod sequitur.

TIBEI et tibe, *tibi*, apud antiquos (cf. SIBEI et SIBE), in titulo Reat. (Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 542 TIBEI). Vel. Long. pg. 2235 P. (cit. ad voc. QVOI § 2): « Itaque audimus quosdam plena omni syllaba quoi et tibei, pro *cui* et *tibi* ». In titulo Scip. Hisp. n. 2741: QVIBVS SEI IN · LONGA · LICV[I]SSET · TIBE · VTIER · VITA. Cf. Varr. *De r. r.* III, XVI, 9 (« tibe », al. *tibi*). Adde inscr. apud Mommsen op. cit. n. 1453 (TIBEI).

TIBERE, *Tiberim*, acc. sg., ut IN FLVMEN TIBERE (Perret *Catac. de Rom.* pl. XV, n. 15).

TIBERINVS Silvius, decimus rex Albae (Appian. *De reg.* cap. 2), qui, in traiectu Albulae amnis submersus, celebre ad posterum nomen flumini dedit (Liv. I 3, Ovid. *Fast.* II 389; Diod. Sic. VII, IIIa 9 et L. Cinc. Alim. fragm. n. 2 « Tiberius Silvius »).

TIBERIVS, praen. ital., etrusca orthogr. ΙꟼΒƎO (thefri), ut Τιβέριος Κλεπίτιος Lucanus (Diod. Sic. XXXVII, II, 13).

TIBRIS. Vide THYBRIS.

TIBVLA, oppidum Sardiniae, apud Ptol. III 3 (Τίβυλα). Hinc populi Τιβουλάτιοι (Ptol. loc. cit.).

TIBVR, Τίβουρ (Ptol. III, 1 al. Τύβουρ, Plutarch. *Quaest. rom.* n. 55) vel Τίβυρ (Appian. *De bell. civ.* V, 24), Τίβουρα (Strab. V, III, 11), Τιβύρων πόλις (Dionys. Halic. V, 37), Τίβυρον (Appian. op. cit. III, 45) et Τίβυρτον (Appian. op. cit. I, 65), nunc *Tivoli*, oppidum Latii vetustissimum (Liv. VII 11, IX 30, XXII 11 sq., XXX 45, XLIII 2, Cic. *Epist. ad Att.* XVI 3 = n. 754, *Phil.* VI 4, XIII 9, Flor. I 11, Suet. *Aug.* capp. 72, 82, *Calig.* cap. 8, *Claud.* cap. 34, Horat. *Od.* I, VII 21, III, IV 23, XXIX 6, IV, II 31, III 10, *Sat.* I, VII 45, VIII 12, II, II 3, Martial. I 13, IV 60, 62, 64, V 71, VII 13, IX 61, X 30, Propert. II, XXXII 5, III, XVI 2, Sil. Ital. XII 229, Stat. *Silv.* I, III 11, IV, IV 17, Aur. Vict. *De Caes.* cap. 14, Frontin. *De col.* pg. 254, Antonini *itiner.* pg. 309, *Tab. Peuting.* segm. V*b* « Tibori », inscr. apud Henzen n. 7269), ad Anienem fluvium (Frontin. *De aquaed.* capp. 6, 66), conditum a Catillo seu Catilo

Arcade (Horat. *Od.* I, xviii 2, II, vi 5) vel a Tiburte sive a Tiburno eius filio. Sil. Ital. VIII, 364 (cf. IV, 224 sq.): « Hinc Tibur, Catille, tuum *etc.* ». Virg. *Aen.* VII, 670 sqq.:

« Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, acerque Coras, Argiva iuventus ».

Ubi Servius: « De Graecia tres fratres venerunt ad Italiam, Catillus, Coras, [Tybur vel] Tyburtus. Hi simul omnes unam fecere civitatem, et eam de fratris maioris nomine Tybur appellaverunt: licet et alias fecerint singuli. Nunc ergo dicit duos ad bella venisse, dimisso in civitate ad custodiam Tyburto vel Tyburte ». Plin. XVI, lxxxvii, 1: « Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos exstant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obierit una aetate ante Iliacum bellum ». Solin. II, 8: « Fescennium quoque ab Argivis, portum Parthenium a Phocensibus, Tibur, sicut Cato facit testimonium, a Catillo Arcade praefecto classis Evandri, sicut Sextius, ab Argiva iuventute. Catillus enim Amphiarai filius post prodigialem patris apud Thebas interitum Oeclei avi iussu, cum omni foetu ver sacrum missus tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae veteribus Sicanis, a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem vocarunt ». Alii ferunt a Latino Silvio conditum (Diod. Sic. VII, iiia 7). Aur. Vict. *Orig. gent. rom.* cap. 17: « Igitur regnante Latino Silvio coloniae deductae sunt Praeneste, Tibur, Tusculum, Cora, Pometia, Locri, Crustumium, Camena, Romillae, ceteraque oppida circumquaque ». Virg. *Aen.* VII, 630: « Tiburque superbum ». Ubi Servius: « Aut *nobile:* aut per transitum tetigit illud, quod, cum aliquando a senatu auxilia poscerent Tyburtes, sub commemoratione beneficiorum, hoc tantum a senatu responsum acceperunt: *Superbi estis* ». Strab. V, iii, 11: Τίβουρα μὲν, ᾗ τὸ Ἡράκλειον, καὶ ὁ καταράκτης, ὃν ποιεῖ πλωτὸς ὢν ὁ Ανίων, ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα βαθεῖαν καὶ καταλσῆ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει. ἐντεῦθεν δὲ διέξεισι πεδίον εὐκαρπότατον παρὰ τὰ μέταλλα τοῦ λίθου τοῦ Τιβουρτίνου καὶ τοῦ ἐν Γαβίοις, καὶ τοῦ ἐρυθροῦ λεγομένου, ὥστε τὴν ἐκ τῶν μετάλλων ἐξαγωγὴν καὶ τὴν πορθμείαν εὐμαρῆ τελέως εἶναι, τῶν πλείστων ἔργων τῆς Ῥώμης ἐντεῦθεν κατασκευαζομένων. Frontin. *De col.* pg. 258: « Tibur, ager eius a Tiberio Caesare est assignatus, ea lege continetur, qua et Campi Tiberiani leguntur inter Tibur et Romam ». — Tiburtes (Virg. *Aen.* XI 757, Varro *De l. l.* IX 34 pg. 207, Liv. VII 11, 18 sq., VIII 13 sq., Plin. III, xvii 2, XIV, iv 14, XVI, lxxxvii 1, XVII, xxvi 1, Tacit. *Ann.* XIV 22, Frontin. *De aquaed.* capp. 6, 66, inscr. apud Orell. n. 96, 2239, Henzen n. 6151 TIBVRTES MVNICIPES, n. 6994 DE REPVBLICA TIBVRTIVM, n. 7149 SENATVS TIBVRTIVM), antiquiori orthogr. Teiburtes (Append. n. xxxviii lin. 3), et Tiburtini (Liv. IX 30), gr. Τιβουρτῖνοι (Dionys. Halic. I 16, V 61) et Τιβουρῖνοι (Polyb. VI, 14), eius oppidi incolae. *Acta triumph. Capit.* an. 400: M · FABIVS · N · F · M · N · AMBVSTVS · II · ANN · CCCXCIX [COS · II]I · DE · T|BVRTIBVS · III · NON · IVN. — Tiburs vel Tiburtis (Varro *De l. l.* VIII 53 pg. 185, Tacit. *Ann.* VI 27) vel Tiburtinus (Plin. XXXI, xxiv 1, Martial. VII 13, Propert. IV, vii 85), adiect. ad Tibur et Tiburtes pertinens, ut regio Tiburs (Suet. *Calig.* cap. 21), Tiburs ager (Liv. VII 11; cf. *Gromat. vet.* pg. 350 Lachmann), absol. Tiburs (Cic. *Epist. ad Att.* VIII 14 = n. 338, *De orat.* II 55, 65, *Pro Cluent.* cap. 51, Aul. Gell. XIX 5), gr. ἐν Τιβούριδι (Plutarch. *Quaest. rom.* n. 55), Tiburs terra (Varro *De r. r.* I, ix, 6), Tiburs populus (Liv. VII 9, VIII 12), SENATVS POPVLVSQ · TIBVRS (inscr. apud Orell. n. 113, 3728), Tiburtina Diana (Martial. VII, 28), Tiburtia moenia (Virg. *Aen.* VII, 670), Tiburs via (Horat. *Sat.* I, vi, 108) et via Tiburtina (inscr. apud Orell. n. 3149, Plin. Iun. *Epist.* VII 29), villa Tiburs (inscr. apud Henzen n. 5147, 6280) et Tiburtinum Scipionis (Cic. *Phil.* V, 7; cf. Plin. Iun. *Epist.* V 6, Senec. *De benef.* IV 12), Tiburtinus lapis (Plin. XXXVI, v 3, xlviii 1, *Gromat. vet.* pg. 306; cf. Vitruv. II, 7) vel lapis Tivurtinus (*Gromat. vet.* pg. 320) seu lapis Tiburtina (*Gromat. vet.* pg. 336) et saxum Tiburtinum (Pallad. I, x, 3), gr. λίθος Τιβουρτίνος (Strab. V, iii, 11), nunc *pietra di travertino*, termini Tiburtini (*Gromat. vet.* pgg. 10, 109, 127, 211, 220, 228, 234, 253 sqq., 259 sq., 281 sq., 347, 352), terminus Tivortinus (*Gromat. vet.* pg. 250) et Trivortinus (*Gromat. vet.* pg. 406), Tiburtinae pilae (Martial. V, 22), Tiburs bibliotheca (Aul. Gell. XIX, 5; cf. IX 14), Tiburtinus calix (Seneca *Epist.* CXIX 4), CALATORES TIBVRTES (Orell. n. 2239), Tiburtinae aurae (Martial. IV, 60), Tiburtina frigora (Martial. IV, 57), Tiburtinae oves (Martial. VII, 80), Tiburtia poma (Horat. *Sat.* II, iv, 70), ficus Tiburtina (Plin. XV, xix, 2), Tiburtes Fauni (Stat. *Silv.* I, iii, 99), Tiburs Remulus (Virg. *Aen.* IX, 360), Tiburtes Magii (Sil. Ital. IV, 187), C · ALLIANVS · TIBVRTINVS (Grut. 419, 5; cf. 874, 11, et Doni cl. xii n. 72 pg. 408). Inscr. apud Orell. n. 1551: HERCVLI | TIBVRT VICT | ET CETERIS DIS | PRAET TIBVRT | L · MINICIVS | NATALIS | COS · AVGVR | LEG · AVG · PR · PR | PROVINCIAE | MOESIAE INFER | VOTIS SVSC. — Tiburtius est gentilitium rom. (Caes. *De bello civ.* III 19), et cognomen apud Marini *Inscr. Alb.* pg. 202 col. 1, et Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 574, 1213.

TIBVRNVS, Tiburis conditor (Serv. ad Virg. *Aen.* VII 670 sqq.). Vide TIBVR.

§ 2. Deus praeses Tiburis. Horat. *Od.* I, VII 13: « et praeceps Anio ac Tiburni lucus ». Stat. *Silv.* I, III, 74 sq.:

« illa recubat Tiburnus in umbra,
Illic sulphureos cupit Albula mergere crines ».

— Tiburnus, adiect. ad Tiburnum pertinens, ut Tiburna domus (Stat. *Silv.* III, I, 183). Propert. III, XXI, 23: « Hic Anio Tiburne fluis *etc.* ». Cf. Sil. Ital. II 554, 566.

TIBVRS. Vide TIBVR et voc. sq.

TIBVRTVS vel Tiburs, Tiburis conditor, apud Virg. *Aen.* VII 670 sq., IX 360, XI 519, 757. Vide TIBVR.

TIGELLINVS, cognom. rom., ut C. Sophonius Tigellinus (Tac. *Ann.* XIV 48, 51, *Hist.* I 72, Suet. *Galb.* cap. 15, Iuven. I 155). Tigellius est gentilitium ital., ut Tigellius Sardus (Horat. *Sat.* I, II 3, III 3), M. Tigellius Restutus (Murat. 1281, 9) et Tigellia Restuta (Murat. loc. cit.; cf. Grut. 924, 11).

TIGILLVS, cognomen Iovis. August. *De civ. Dei* VII, 11.

TIGVLIA vel Tigullia, Τιγουλλία, Liguriae oppidum apud Melam II, IV 9 (Tigulia) et Ptol. III 1.

?..↓IƧƧƎI+ (tiessich..), in operc. ossuarii etr. n. 2553.

TIFATA, montium series in Campania, τὰ Τιφατρηνὰ ὄρη (Dio Cass. XLII, 25), prope Capuam (Sil. Ital. XIII 219, et inscr. in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V 44; cf. Romanelli *Topogr. istor.* etc. I 584 sgg.). Paul. pg. 366: « Tifata iliceta. Romae autem Tifata curia. Tifata etiam locus iuxta Capuam ». Sil. Ital. XII, 486 sqq.:

« Arduus ipse
Tifata insidit, propior qua moenibus instat
Collis, et e tumulis subiectam despicit urbem ».

Liv. VII, 29: « Samnites, omissis Sidicinis, ipsam arcem finitimorum Campanos adorti, unde aeque facilis victoria, praedae atque gloriae plus esset, Tifata, imminentes Capuae colles, quum praesidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planitiem, quae Capuam Tifataque interiacet ». Idem XXIII, 36: « Gracchus ..... Cumas se propere recepit, ab Hannibale metuens, qui super Capuam in Tifatis habebat castra ». Et XXVI, 5: « In valle occulta post Tifata montem imminentem Capuae consedit ». — Tifatinus, adiect. ad Tifata pertinens (cf. etr. ITAИAΦIT tiphanati), unde DIANA·TIFATINA (Orell. n. 1460, 3053, Henzen n. 7062*a*) et DIANA TIFATINA TRIVIA (Mommsen n. 3576, Henzen n. 5707) ibi culta. Vell. Paterc. II, 25: « Post victoriam, quia descendens montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla, gratis Dianae, cuius numini regio illa sacrata est, solvit; aquas salubritate medendisque corporibus nobiles, agrosque omneis addixit deae. Huius gratae religionis memoriam et inscriptio templi adfixa posti hodieque, et tabula testatur aerea intra aedem ».

TIFERNVM Tiberinum, Τίφερνον (Ptol. III, 1), Umbriae oppidum, nunc *Città di Castello*, ad Tiberim fluvium (cf. *Giorn. arcad.* XLIV 286 sg.). Plin. Iun. *Epist.* IV, 1: « Oppidum est praediis nostris vicinum; nomen Tifernum Tiberinum; quod me paene adhuc puerum patronum cooptavit, tanto maiore studio, quanto minore iudicio ». Eius oppidi incolae Tifernates cognomine Tiberini (Plin. III, XIX, 2). — Tiferinus pro Tifernas, adiect. ad Tifernum Tiberinum pertinens, ut ager Tiferinus (Frontin. *De col.* pg. 224). — Tifernius est gentilitium rom., ut C·TIFERNIVS·C·F·CLV·SABINVS (Grut. 924, 12), C·TIFERNIVS·C·F·POTENS (Doni cl. VIII n. 56 pg. 328), Tifernius Prudens (Murat. 1508, 3), Tifernia Sabina (Grut. 743, 7).

§ 2. Tifernum Metaurense vel Mataurense, Umbriae oppidum, nunc *S. Angelo in Vado*, ad fontes Metauri amnis (cf. *Giorn. arcad.* XLIV, 292 sg.). In inscr. apud Orell. n. 3049: PONTIF·QVINQ·TIFERNI·MAT·; et n. 3902: L·DENTVSIO·L·F·PAP·APPOCVLINO EQ·P·CVRAT·TIF·MET· etc. — Tifernates cognomine Metaurenses (Plin. III, XIX, 2) dicti sunt eius oppidi incolae. Inscr. apud Orell. n. 3305: PVBLICAE VTILITATI ET COMMODITATI | TIFER·METAVR. Cf. *decr.* Hilarii papae pg. 250, ubi legitur *Lucifer Tifernis Metauris.*

§ 3. Tifernum, oppidum Italiae inferioris (Liv. IX 44, X 14) situm ad fluvium cognominem. Liv. IX, 44 (cf. X, 14): « Ambo consules, in Samnium missi, quem diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petissent; Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum ».

TIFERNVS, mons Italiae inferioris, nunc *Matese*. Liv. X, 30: « Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum, in Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque ».

§ 2. Τιφέρνος (Ptol. III, 1), fluvius Italiae infer., nunc *Biferno*, qui ex Tiferno monte in mare Adriaticum influit (Plin. III, XVI 4, XVII 1). Mela II, IV, 6: « Dauni autem (*habent*) Tifernum amnem ». Vide TIFERNVM § 3.

ИVITNIIT (tiiatium). Vide TEATE § 1.

?AEA+II+ (tiitaea), in titulo Clus. n. 598.

?MGVII+ (tiiurś), in aere etr. n. 2610 bis.

ƎИИAƆII+ (tikamne), vox umbrica originis et significationis ignotae (Aufr. et Kirch. I 67, II 381), in tab. eugub. II a 8. Cum rom. *dicamen* comparat Grotefendius *Rud. l. u.* VII 19, VIII 28, et Huschkius *Die iguv. taf.* s. 354 (cf. Lanzi II 740 = 648).

?VИMƎƆII+ (tikeśnu), in aere etr. n. 2502.

TICINVM, Τίκινον (Strab. V, I 11, Ptol. III 1 al. Τίκενον et Τήκενον), oppidum Italiae superioris, ad Ticinum amnem (Tacit. *Ann.* III 5, *Hist.* II 17, 27, 30, 68, 88,

Aur. Vict. *de Caes.* cap. 33, *Epist.* cap. 34, *itiner.* ant. et inscr. apud Henzen n. 5126, 5210, 6825, Antonini *itiner.* pgg. 283, 340, 356, *Tab. Peuting.* segm. III*b* « Ticeno »), fortasse Papia Ticinum dictum, nunc *Pavia.* Plin. III, xxi, 2: « Ex quibus (*Liguribus*) Levi et Marici condidere Ticinum, non procul a Pado ». Strab. V, i, 11: Ὑπὲρ δὲ Πλακεντίας ἐπὶ μὲν τοὺς ὅρους τῆς Κοττίου γῆς Τίκινον ἐν τριάκοντα ἓξ μιλίοις πόλις καὶ ὁμώνυμος ὁ παραφρέων ποταμός, συμβάλλων τῷ Πάδῳ.

TICINVS, Τίκινος (Strab. IV, vi 2, V, i 11, Polyb. III 64, XXXIV 10), Insubriae fluvius (Plin. II, cvi 2, III, xx 4, Liv. V 34, XXI 39, 45-48, Aurel. Vict. *De vir. ill.* capp. 42, 49, *Epit.* cap. 42, Solin. I 105, Sil. Ital. I 45, VI 706, VII 31, XII 548, Claud. *De sexto cons. Hon.* vs. 195 « pulcer Ticinus », Sidon. Apoll. VII 552, *Tab. Peuting.* segm. III*b* « Ticenum »), nunc *Ticino*, a quo Ticinum oppidum appellatum. Sil. Ital. IV, 82 sqq.:

« Caeruleas Ticinus aquas et stagna vadoso
Perspicuus servat turbari nescia fundo,
Ac nitidum virili lente trahit amne liquorem ».

— Ticinensis, adiect. ad Ticinum pertinens, ut Ticinenses campi (Aur. Vict. *Epit.* cap. 35). — Ticinius est gentilitium rom., ut P. Ticinius Mena (Varro *De r. r.* II, xi, 10) et L·TICINIVS L·L·HILARVS (Murat. 605 col. 3).

VOꓘIX (tikou), in aureo numo n. 5.

TILAVENTVM, Τιλαουέμπτος (Ptol. III 1 codd. Τιλαουέντου, Τιλαουέπτου, Τιλουέμπτου, Τιλαυέπτου ποταμοῦ ἐκβολαί), hodie *Tagliamento*, flumen in Venetis (*Tab. Peuting.* segm. IV*a* « Tiliabinte »). Plin. III, xxii, 1: « Tilaventum maius minusque ».

ΑΙΜΙꓘΙ+ (tilimia), in titulo Perus. n. 1916 bis.

ΤΙΛΙΟΝ vel Τίλλιον, oppidum Sardiniae, apud Ptol. III, 3.

ΤΙΛΟΞ ἄκρον, in Corsica, apud Ptol. III, 2.

TIMAEVS, Τίμαιος, Crotoniates, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. 36 (§ 267). Cf. Cic. *De fin.* V 29, *De rep.* I 10, III 23.

§ 2. Historicus Siculus, de quo Cic. *De orat.* II 14, *Epist. fam.* V 12 = n. 108, *De nat. deor.* II 27, *De leg.* II 16, Corn. Nep. *Alcib.* cap. 11, Diod. Sic. IV 21 sq., 56, V 6, 13, XIII 54, 60, 82 sqq., 90, 108, XIV 7, 54, XX 79, 89, XXI 16.

ΤΙΜΑΡΗΣ, Locrus, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* capp. 27, 30, 36 (§§ 130, 172, 267).

ΤΙΜΑΣΙΘΕΟΣ, Crotoniates, apud Pausan. *Eliac. sec.* XIV 5, Plutarch. in *Cam.* VIII 8.

ΤΙΜΑΣΙΟΣ, Sybarita, pythagoreus, apud Iambl. *De pythag. vita* cap. xxxvi (§ 267).

TIMEDVS, *timidus*, adiect. apud Naev. vs. 35 (Ribbeck *Com. lat. rel.* pg. 10).

TIMIA. Vide TINIA.

ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ, Heracleota, apud Philostr. *Vit. soph.* I, xxv 11 sq., 23.

§ 2. Syracusanus, apud Xenoph. *Hist. gr.* VII, iv 12, et Plutarch. in *Dion.* XXI 2, XXVI 2, XXVII 1, XXVIII 2.

ΤΙΜΟΛΕΟΝΤΕΙΟΝ gymnasium, Syracusis in Timoleontis memoriam appellatum (Diod. Sic. XIX 6, Plutarch. in *Aem. Paul.* XXXIX 5).

?ИI+ (tin), in urna Perus. n. 1942.

ΑИI+ (tina). Vide ΑИI+Ǝ+ (tetina).

ΑИI+ (tina), Ζήν vel Δήν et Ζάν vel Δάν h. e. Ζεύς (Iupiter), unde ΑIИI+ (tinia), h. e. *Iupiter-Dionysius*, Tuscorum linguâ (Gori *Mus. etr.* II 240, 242, Maffei *Osserv. lett.* VI 20, Lanzi II 192 = 152, 794 = 703, Visconti *Mus. Pio-Clem.* IV 365, Schiassi *De pat. Cosp.* in *Opusc. lett. di Bologna* I 162, Millin *Gal. myth.* I 31, Müller *Die Etr.* II 43, Micali *Storia* etc. II 102, Altmeyer *Précis de l'hist. anc.* § 67, Gerhard *Die gott. der Etr.* anm. 39), in etrusco speculo n. 459. Plato *Cratyl.* cap. 15: Οἱ μὲν γὰρ Ζῆνα, οἱ δὲ Δία καλοῦσι. Et Aristot. *De mundo* cap. 7: Καλοῦμεν δ' αὐτὸν καὶ Ζῆνα καὶ Δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς ἂν εἰ λέγοιμεν δι' ὃν ζῶμεν.

TINA vel tinia et tinum, nunc *tina* et *tino*, vas vinarium. Varro apud Non. XV, 7 = pg. 544: « Antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant ». Paul. pg. 365: « Tinia vasa vinaria ». Not. Tiron. pg. 149: « Canava, camea (*cavea?*), tinum ». Cf. Append. ad Probi art. min. pg. 445 Eich. et Endl. (« tinea non tinia »).

?ꟼΑIИΑИI+ (tinaniar), in urna Perus. n. 1796. Cf. Vermigl. *Inscr. per.* pg. 177 ad n. 33.

Ǝ+ΑИI+ (tinate). Vide Ǝ+ΑИI+ИƎƧ (sentinate).

IꓘƎИI+ (tineri), in titulo etr. n. 2279 lin. 3.

ИVOИIT (tinthun), in etrusco speculo n. 2513 bis.

ΑIИI+ (tinia), *Iupiter* sive *Iupiter-Dionysius*, e ΑИI+ (tina), in etruscis speculis n. 2139, 2470, 2471, 2477 sq., 2500, 2797 bis (Passeri *Paralip.* pg. 25 et *Pict. etr.* III xv, Gori *Mus. etr.* III 95, Lanzi II 202 sg. = 160, Visconti *Mus. Pio-Clem.* IV 364 sg., De Witte *Catal. Durand* n. 1972 pg. 420 suiv., Orioli in *Ann. dell'Inst. arch.* VI = 1834 pg. 184, Braun in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1837 pg. 74 et in *Ann.* cit. XXIII = 1851 pg. 142, Brunn in *Bullett.* cit. an. 1862 pg. 155; cf. Quaranta in *Mus. Borbon.* ad tav. lvii).

TINIA vel Timia, Τενέας (Strab. V, ii 10 et iii 7), nunc *Timia* (cf. *Arch. stor. ital.* nv. V, ii, 44 sgg.), Umbriae fluvius Mevaniam praeterlabens inque Tiberim incidens. Plin. III, ix, 1: « Tiberis ..... navigabilis, sicut Tinia (al. *Timia*) et Glanis influentes in eum ». Strab. V, ii, 10: εἶτα Κάρσουλοι καὶ Μηουανία, παρ' ἣν ῥεῖ ὁ Τενέας, καὶ οὗτος ἐλάττοσι σκάφεσι κατάγων ἐπὶ τὸν Τίβεριν τὰ ἐκ τοῦ πεδίου. Sil. Ital. VIII, 452: « Tiniaeque inglorius humor ».

?ΜIИI+ (tinis), *Tinii*, n. pr. m. genit. sg., = ΜИI+

(tinś § 2), apud Etruscos. In urna Perus. n. 1341: ΜΙΝΙ+ : ϤΑ : ΜΝΙ+ (tinś ar tiniś) = *Tinius Arrii Tinii* filius.

TINCA, piscis palustris et fluviatilis (Auson. *Eidyl.* X 125), nunc quoque *tinca* appellatus. Est etiam cognomen Placentinum, ut T. Tinca Placentinus (Cic. *Brut.* cap. 46).

TINNA, fluvius Piceni, in *Tab. Peuting.* segm. V*a*. Cf. umbr. TINIA.

TINNIVS, gentilitium Minturnense, apud Plutarch. *C. Mar.* XXXVIII, 4 sq. (Τίννιος).

ΜΝΙ+ (tinś) et ƧΝΙ+ (tins), *Tinius*, gentil. etr. (genit. ΜΝΙ+ tinś et ? ΜΙΝΙ+ tiniś), comparandum cum ΑΝΙ+ (tina) et ΑΙΝΙ+ (tinia) et cum umbr. TINIA. In titulis Perus.: ΜΝΙ+ · ϤΑ (ar tinś, n. 1343, 1345, 1351) et ƧΝΙ+ · ϤΑ (ar tins, n. 1354 sq.) = *Arrius Tinius;* ΜΝΙ+ · ᐱƎⱻ (vel tinś, n. 1346), ΜΝΙ+ · Ǝⱻ (ve tinś, n. 1344, 1348) et ΜΝΙ+ · ᐱⱻ (vl tinś, n. 1349) = *Velius Tinius.* — Tinius est gentilitium rom. apud Murat. 917 8, 1106 2, 1517 6 (cf. Grut. 467, 9), unde Tineius (Grut. 751 12, 1027 4, Marini *Arvali* pgg. 166, 268, 655, Mommsen n. 2561, 5281, 6803).

§ 2. *Tinii*, genit. sg. (= ΜΙΝΙ+ tiniś?). In titulis Perus.: ΜΝΙ[+] · ΜVᐱƎⱻ · Ι+Ǝⱻ (veti veluś tinś, n. 1347) = *Vettia Velii Tinii* uxor; et ΜΝΙ+ΜVᐱƎⱻ · Αᐱ (la veluś tinś, n. 1509) = *Lartia Velii Tinii* uxor (vel filia). Cf. tit. n. 1510 ΜΝΙΤΑᐱ · ΙΛΙⱻ · ΙΟϤΑᐱ (larthi vipi latinś) = *Lartia Vibia Latinii* uxor (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 135 sgg.) sive *Lartia Vibia Lartis Tinii* uxor.

ϟΝΙ-Τ (tíns). Vide ϟΝΙ-ΤΤΝΚΝΟΝ8ΙΘΤ (tríbarakattins).

ᐱΙⱻϽΜΝΙ+ (tinścvil), fortasse diminut. τοῦ ΑΝΙ+ (tina) vel ΑΙΝΙΤ (tinia), in monum. artis etruscae n. 468, 1047, 1047 bis, 1043, 1050, ad Aretium Cortonamque effossis. Cf. Lanzi II 521 = 444 nt. 1, Micali *Monum. ined.* pg. 80, et Ellis *The armen. orig. of the Etruscans* pg. 123 sq.

ƧΙΙϽΙΤΝΙΤ (tintiriis), *Tintirius*, gentil. campanum (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 302, Aufr. et Kirch. II 311, Huschke *Die osk.* etc. s. 142; cf. Lanzi II 611 = 525 ad n. 11, Guarini *Lexic. osco-lat.* pg. 15, Grotefend *Rud. l. o.* s. 48), ut ϟΙΙϽΙΤΝΙΤ · ƧΙΚΝΠ (pakis tintiriis, n. 2904) = *Paccius* vel *Paqius Tintirius.* — Tintirius est gentil. rom. in titulo Pompeiano apud Mommsen n. 2261 (cf. n. 924, 3389).

TIO, *te*, pronom. acc. sg. (perperam TEIO), antiquiori orthogr. VI+ (tiu), pro TIOM, apud Umbros (Lassen *Beiträge* etc. s. 24, Aufr. et Kirch. I 95, 133, II 132 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 635). Tab. eugub. VI a 22 sq.: TEIO · SVBOCAV · SVBOCO | DEI · GRABOVI = *te preces precor Dium Grabovium.* Tab. VI a 24: ARSIE · TIO · SVBOCAV · SVBOCO · DEI · GRABOVE = *—ie, te preces precor, Dium Grabovium.* Tab. VI a 24 sq.: ARSIER · FRITE · TIO · SVBOCAV | SVBOCO · DEI · GRABOVE = *—ii, rite te preces precor, Dium Grabovium.* Tab. VI a 25, 33 sq., 35: DI · GRABOVIE · TIO · ESV · BVE · PERACREI (VI a 34, 35 PERACRI) · PIHACLV etc. = *Die Grabovie, te hoce bove —i piaculo* etc. Tab. VI a 34: DI · GRABOVIE · TIO · SVBOCAV = *Die Grabovie, te precor.* Tab. VI a 54: DI · GRABOVIE · TIO · COMOHOTA · TRIBRISINE · BVO · PERACNIO · PIHACLO etc. = *Die Grabovie, te commota tritlye boum —ium piaculorum etc.*

TIOM, *te*, pronom. m. acc. sg. (minus recte TIO, perperam TEIO), antiquiori orthogr. VI+ (tiu), sanscr. tvâm (cf. dor. τεοῦ et τεῦ, ion. τεοῖο genit. pro σοῦ), e stirpe pronom. tu, unde etiam Ǝ8Ǝ+ (TEFE) = *tibi* et adiect. TVER vel TOVER = *tui*, TVA = *tua*, Umbrorum linguâ (Lassen *Beiträge* etc. s. 24, Grotefend *Rud. l. u.* IV 6, Aufr. et Kirch. I 24, 37, 95, 133, II 133 sqq., Kirchhoff *Das stadtr. von Bantia* s. 52, Huschke *Die iguv. taf.* s. 635). Tab. eugub. VI a 43, 45, 53: DI · GRABOVIE · TIOM · ESV (VI a 43 ESSV) · BVE · PERACRI · PIHACLV = *Die Grabovie, te hoce bove —i piaculo* etc. Tab. VI a 44, 55: DI · GRABOVIE · TIOM · SVBOCAV = *Die Grabovie, te precor.* Tab. VI b 8: ARSIE · TIOM · SVBOCAV · SVBOCO · FISOVI · SANSI · ASIER · FRITE · TIOM · SVBOCAV · SVBOCO FISOVI · SANSI = *—e, te preces precor, Fisovium Sancium; —ii, ritu te preces precor, Fisovium Sancium.* Tab. VI b 15: FISOVIE · SANSIE · TIOM · SVBOCAV · FISOVIE · [F]RITE · TIOM · SVBOCAV = *Fisovi Sancie, te precor; Fisovii ritu te precor.* Tab. VI b 25 sq.: TIOM | SVBOCAV · SVBOCO · TEFRO · IOVI = *te preces precor, Tefrum Iovium.* Tab. VI b 27: ARSIE · TIOM · SVBOCAV · SVBOCO · TEFRO IOVI ARSIER · FRITE · TIOM · SVBOCAV SVBOCO · TEFRO · IOVI = *—ie, te preces precor Tefrum Iovium; —ii ritu te preces precor Tefrum Iovium.* Tab. VI b 36: TEFRE · IOVIE · TIOM · SVBOCAV = *Tefre Iovie, te precor.* Tab. VII a 19 sq., 22 sq., 33 sq., 35 sq.: PRESTOTA · SERFIA · SERFER · MARTIER · TIOM · SVBOCAVV · PRESTOTAR · SERFIAR · SERFER · MARTIER · FONER · FRITE · TIOM · SVBOCAVV = *Praestita Cerfia Cerfi Martii, te precor; Praestitae Cerfiae Cerfi Martii placandae ritu te precor.* Adde tab. eugub. VI b 9, 14, 28, 35, VII a 10, 18, 20, 21, 25, 32, 34.

ΑΛΙΚ (tipa), *Tipa* (Tippa), cognom. fem., e praen. tipus (tippus) derivatum (vide ΙΛΙΚ tipi), in titulo falisco n. 2445 (Garrucci *Scop. falische* pgg. 261, 776 sg.).

ΙΛΙΚ (tipi), *Tipi* (Tippi), praenomen faliscum genit. sg. (cf. ΑΛΙΚ tipa), unde Tippulus et Tippula (Garrucci *Scoperte falische* pg. 261). Titulus n. 2441 bis*c*: ΑᐱƎϽ : ΙΘΚƎV : ΙΛ[ΙΚ] (tipi velthi cela) = *Tipi Vettii cella* (Garrucci op. cit. pg. 270 sg.).

TIRENVS pons fuit Minturnis, fortasse in fluvio Liri. Cic.

Epist. ad Att. XVI, 13 = n. 772: « quum ante lucem de Sinuessano surrexissem venissemque diluculo ad pontem Tirenum (al. *Tiretium*), qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinas, obviam mihi fit tabellarius ».

ИIOЯIT (tirthin), in titulo umbro-etr. n. 74.

TIRIS, insula Italiae inferiori obiecta, ad Bruttios (Plin. III, xv, 2), recentiorum temporibus aquis obruta.

-dIT (tiś), rom. *dec-ere*, radix umbrica in voc. TIdIT (tiśit) = *decet*, ꟼƎdIT (tiśel), *—ulus*, et VꟼdIT (tiślu) = *—ulum* (cf. DISLER).

TIS, *tui*, genit. apud antiquos. Plaut. *Mil.* IV, II, 42: « Quia tis egeat, quia te careat ».

§ 2. *Tuis*, abl. pl. In titulo sepulcr. (Marini *Inscr. Alb.* n. 139 pg. 227): CVM · VITA · FVNCTVS · IVNGAR · TIS · VMBRA · FIGVRIS.

ΤΙΣΑΡΧΟΣ, Syracusanus, apud Diod. Sic. XIX, 6.

ꟼƎdIT (tiśel), *—ulus* (sacrificium?), subst. m. nominat. sg. 2 decl., e tiślo (abl. VꟼdIT tiślu), quod e rad. -dIT (tiś-), rom. *dec-ere*, unde etiam TIdIT (tiśit) = *decet*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 43, 72, 99 sq., 116, II 62, 173, 183, 348 sq., 372, 382), in tab. eugub. IIa 15, ubi ꟼƎdIT : ƎꟼTAƆ (katle tiśel) pro *catuli exhibitio* sumit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 363). Cf. Vinc. Campan. in *Giorn. arcad.* XXX 334, et Grotefend *Rud. l. u.* VII 22, VIII 25.

TISIA, Τισία, Bruttiorum oppidum. Appian. *De bello Ann.* cap. 44: ἐκ πόλεως Τισίας. Steph. Byz.: Τισία, ὡς Ἀσία, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Τισιάτης, ὡς Ἀσιάτης. καὶ Τισιάτις θηλυκόν. — Tisianus est nomen pr. m., ut Tisianus Silvester (Mommsen n. 1015).

TISIAS, Τισίας, Syracusanus, praeceptor Lysiae oratoris, apud Plutarch. *Dec. orat. vit.* III 3, IV 2. Cf. Cic. *De orat.* I 20, *Brut.* cap. 12, *Rhetor.* II 2, et Quintil. *Inst. orat.* II, XVI 3, XVII 7, III, I 8.

TIdIT (tiśit), *decet* (licet, oportet), praes. indic. 3 pers. sg., e rad. -dIT (tiś-), rom. *dec-ere*, unde etiam ꟼƎdIT (tiśel) et VꟼdIT (tiślu), Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 33, 72, 82, 140, II 383, Huschke *Die iguv. taf.* s. 365), in tab. eugub. IIa 17. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 22, 40.

VISIX (tisiu), in titulo Ital. super. n. 2.

IƆƧIT (tisci), *—ia*, n. pr. f. (unde IИƧVƆƧIT tiscusni), ut IƆƧIT AИAO (thana tisci) = *Tannia —ia*, in urna Perus. n. 1797.

ꟼAИƧVƆƧIT (tiscusnal), *—iâ*, n. pr. f. abl. sg., e IИƧVƆƧIT (tiscusni), in urna etr. n. 908.

IИƧVƆƧIT (tiscusni), *—ia*, n. pr. f. (abl. ꟼAИƧVƆƧIT tiscusnal), unde cognom. AƧIИƧVƆƧIT (tiscusnisa), e IƆƧIT (tisci), apud Etruscos. In titulo sepulcr. n. 919 bis: IИƧVƆƧIT : AꟻЯAꟼ (larza tiscusni) = *Lartia —ia.* Cf. IИƧVƆƧƎT (tescusni).

AƧIИƧVƆƧIT (tiscusnisa), *—ii uxor*, cognom. fem. etr. (vide IИƧVƆƧIT tiscusni). Operc. ossuarii Clus. n. 565: AƧIИƧVƆƧIT IƎИV8A AITƧA8 (fastia afunei tiscusnisa) = *Fausta Afonia —ii uxor.* Cf. AƧIИƧVƆƧIƆ (viscusnisa).

VꟼdIT (tiślu), *—ulo* (sacrificio?), subst. m. abl. sg. 2 decl., e tiślo (vide ꟼƎdIT tiśel), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 43, 72, 83, II 62, 183, 348, 382). Tab. eugub. IIb 22: ƎЯTAꟼIƎƆVI : VTƧƎƧ : VꟼdIT : VⵙVЯƎ (eruhu tiślu sestu iuvepatre) = *eodem —ulo sistito Iovi patri* (Aufr. et Kirch. II 352) vel *eadem exhibitione sistito Iovi patri* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 334 sq.).

§ 2. *—ulum* (sacrificium?), acc. sg. pro tiślum (Aufr. et Kirch. I 116, II 173, 183, 372). Tabula eugubina III 25: VꟼIƎꟼ : IИꓘAƆƎƧ : VꟼdIꟼ (tiślu sevakni teitu) = *—ulum sollennem dicito;* et tabula III 27: VꟼЯAЯAИ : IИꓘAƆƎƧ : VꟼdIT (tiślu sevakni naratu) = *—ulum sollennem narrato.* Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VI 9, VII 15, 18, 22 et Huschke s. 412.

TISSE, Τίσσα (Ptol. III, 4) vel Τίσσαι (Philostr. apud Steph. Byz.), Siciliae oppidum, fortasse ubi nunc *Randazzo*, Aetnae monti vicinum. Sil. Ital. XIV, 266 sq.:

« comitata Menaeis
Venit Amastra viris, et parvo nomine Tisse ».

— Eius incolae Tissenses (Cic. *Verr.* II, III, 38) et Tissinenses (Plin. III, XIV, 5) dicti sunt. Cic. loc. cit.: « A Tissensibus perparva et tenui civitate, sed aratoribus laboriosissimis frugalissimisque hominibus ». — Τισσαῖος, adiect. ad Τίσσαν pertinens (Steph. Byz.).

TIT (tit), *Titus*, praen. etr. pro ƎTIT (tite), in titulo Perus. n. 1693.

AꟼIꟼ (tita), *Titia*, praen. fem., pro AITIT (titia), apud Etruscos. Urna n. 992: IИAƆVAꟼ : AꟼIꟼ (tita laucani) = *Titia Lucania.*

ƎTIT (tite), *Titus*, praen. etr. (per compendium T et TIT), fortasse pro MƎTIT tites (dat. IMƎꟼIꟼ titeśi), fem. AꟼIꟼ tita, ITIT titi et AITIT titia. In titulis etr.: ƎИAЯTA : ƎTIT (tite atrane, n. 1532) = *Titus Atranius;* ƎꟼAƆ ƎꟼI[ꟼ] (tite cale, n. 2528) = *Titus Callius;* MIƧƎƎ : ƎTIT (tite vesiś, n. 1369) = *Titus Vesius* (*Vetii* filius?). Adde inscr. n. 1683, et fragm. n. 2002.

§ 2. *Titius*, gentil. etr., pro ƎITIT (titie), in aeneo signo n. 2603 bis, et in hisce exemplis:

ƎTIT · A (a tite, n. 254) = *Aulus Titius.*

ƎTIT : OИЯA (arnth tite, n. 723, 2571 ter) = *Aruns Titius.*

AИƆЯAM · ƎTIT · VA (au tite marcna, n. 1359) = *Aulus Titius Marcanius.*

IƧƎƎ ƎTIT VA (au tite vesi, n. 1372, 1380) = *Aulus Titius Vesius.*

ƎTIT : A8 (fa tite, n. 1802) = *Faustus Titius.*

ƎTIT · Aꟼ (la tite, n. 1803) et ƎTIT · Oꟼ (lth tite, n. 223, 1038) = *Lars Titius.*

IИVЯTƎꟼ · ƎTIT · Aꟼ (la tite petruni, n. 1246)

IИVq+3A · 3+I+ · 2⅃ (ls tite petruni, n. 1243, 1247, 1248) et IИVq+AA · 3+I+ · 2⅃ (ls tite patruni, n. 1251) = *Lars Titius Petronius.*

38Aq : 3+I+ : A⅃ (la tite rafe, n. 1724) = *Aulus Titius Rofius.*

3+I+ · ⅃3ᖷ (vel tite, n. 438, 1804 bis *a* et *b*) = *Velius Titius.*

I23ᖷ : 3+I+ : ⅃ᖷ (vl tite vesi, n. 1371) = *Velius Titius Vesius.*

⅃A3+I+ (titeal), *Titiâ*, n. pr. f. abl. sg. = ⅃AI3+I+ (titeial), pro ⅃AI+I+ (titial), e AI+I+ (titia), apud Etruscos, in titulis perusinis n. 1741, 1744.

I3+I+ (titei), *Titia*, n. pr. f. = I+I+ (titi) pro AI+I+ (titia), apud Etruscos. In titulis sepulcr.: I3+I+ : O⅃ (lth titei, n. 224), I3TIT · O⅃ (lth titei, n. 407) et I3YIY : IOqA⅃ (larthi titei, n. 225 sq.) = *Lartia Titia.*

I3+I+ (titei), in aere ant. n. 61.

⅃AI3+I+ (titeial), *Titiâ*, n. pr. f. abl. sg. = ⅃A3+I+ (titeal) pro ⅃AI+I+ (titial), e I3+I+ (titei) = AI+I+ (titia), in marmore etr. n. 1908.

TITELVS, *titulus*, barbarâ orthogr. (vide TITLVS, TITOLVS, TETOLVS et TETVLVS). In titulo coemet. edito in *Dissert. dell'Acad. rom. d'arch.* VI, 43 (Perret *Catac. de Rome* pg. 170 n. 41): NE QVIS VII TITELOM[OLESTET] POST MO[RTEM MEAM].

..M3+I+ (titem..), in marm. Perus. n. 1807 bis.

M3+I+ (titeś), *Titi*, praen. m. genit. sg., e 3+I+ (tite) = *Titus*, in titulo Perus. n. 1463, 1589.

§ 2. *Titii*, n. pr. m. genit. sg., = M3I+I+ (titieś), e 3+I+ (tite) pro 3I+I+ (titie), apud Etruscos, in titulis Perus. n. 1548, 1595. Cf. § sq.

§ 3. *Titius* (?), n. pr. m. nominat. sg. (?). In titulis sepulcr.:

MIИVq+3A M3+I+ : 3⅃VA (aule titeś petruniś, n. 1244 sq.) = *Aulus Titius Petronius.*

MIИVq+3A M3+I+ 2IqA⅃ (laris titeś petruniś, n. 1806) = *Lars Titius Petronius.*

MAИ>qAM M3+I+ ⅃3ᖷ (vel titeś marcnaś, n. 1366) = *Velius Titius Marcanius.*

MI23ᖷ : M3+I+ : ⅃3ᖷ (vel titeś vesiś, n. 1372) = *Velius Titius Vesius.*

Adde inscr. n. 439, 1370, 1805, 1807.

IM3YIY (titeśi), *Tito*, praen. etr. (dat. sg.), e 3+I+ (tite). In lapide Volaterr. n. 346 lin. 1: I23⅃A> IM3ꓕIꓕ (titeśi calesi) = *Tito Callio* (cf. 3⅃A> 3ꓘI[ꓘ] tite cale ad n. 2528, Fabretti in *Arch. stor. ital.* nv. sr. IV, I 139 sg., et Orioli in *Album* XXIII 130).

I+I+ (titi), *Titia*, praen. fem. etr., pro AI+I+ (titia), ut AIИV✱⅃3[Θ] : I+I+ (titi helzunia, n. 126) = *Titia Veltinia;* AIИ3⊐Ꝛ : I+I+ (titi svenia, n. 912) = *Titia Vinia* (?).

§ 2. *Titia*, n. pr. f., pro I3+I+ (titei) vel AI+I+ (titia), ex. gr.:

I+I+ : AИAO (thana titi, n. 221, 724, 2571 bis) = *Tannia Titia.*

I+I+ : I+2A8 (fasti titi, n. 1799) et I+I+ · A8 (fa titi, n. 1798) = *Fausta Titia.*

I+I+ : IOqA⅃ (larthi titi, n. 159, 726 bis, 1037), I+I+ · I+qA⅃ (larti titi, n. 222) et I+I+ · I+A⅃ (lati titi, n. 2572) = *Lartia Titia.*

I+I+ : AI⅃3ᖷ (velia titi, n. 722), I+I+ : A3I⅃3ᖷ (veliea titi, n. 1804 bis *d* et *e*) et I+I+ · ⅃3ᖷ (vel titi, n. 1804 bis *c*, 2423) = *Velia Titia.*

I3И+V⅃3M | I+I+ : IOqA⅃ (larthi titi melutnei, n. 534 bis *g*) = *Lartia Titia Melutinia.*

A23qI>2 · I+I+ (titi sciresa, n. 911) = *Titia Sciria* (?).

MAИMI⅃3ᖷ · I+I+ (titi velimnaś, n. 1841) = *Titia Volumnii* uxor.

Adde inscr. Clus. n. 725, et cf. n. 73, 437.

§ 3. *Titiâ*, abl. sg. pro ⅃AI+I+ (titial), in urna Perus. n. 1774 (Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 170).

§ 4. *Titius*, n. pr. m., perperam pro 3+I+ (tite) = 3I+I+ (titie), ut AИΨqAM I+I+ · 3⅃VA (aule titi marchna, n. 1363) = *Aulus Titius Marcanius.*

AI+I+ (titia), *Titia*, praen. fem. etr. = I+I+ (titi) et I3+I+ (titei), pro quibus et A+3+ (teta), I+3+ (teti) et AI+3+ (tetia), ut I>qA⅃ AI+I+ (titia larci, n. 1212) = *Titia Larcia*, et AIИV>23ᖷ · AI+I+ (titia vescunia, n. 928) = *Titia Vesconia.*

§ 2. *Titia*, n. pr. f. (abl. ⅃AI+I+ titial, raro ⅃AI+3+ tetial). In titulis sepulcr.:

AIYIY AИAO (thana titia, n. 1090) }
AIYIY AIIИAO (thaniia titia, n. 1800) } = *Tannia Titia.*

AI+I+ I+2A8 (fasti titia, n. 1249 *a-b*) = *Fausta Titia.*

AI+I+ · VOИVAq (raunthu titia, n. 340 bis) = *Aruntia Titia.*

AI+I+ : OAᖷ (vath titia, n. 920) = *Attia Titia.*

AI+I+ AI⅃I3ᖷ (veilia titia, n. 1801) = *Velia Titia.*

MV+3q · AI+I+ (titia retuś, n. 1305) = *Titia Retii* uxor.

Cf. tit. Perus. n. 1685, 1981, et Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 127.

§ 3. *Titiâ*, abl. sg. pro ⅃AI+I+ (titial). Operc. ossuarii Perus. n. 1139: AI+I+ · I+A8A> · IOqA⅃ (larthi cafati titia) = *Lartia Cafatia Titiâ* nata. Adde tit. Perus. n. 907, 1775, 1792.

VOLSINIVM et Volsinii vel Vulsinii, Οὐολσίνιον (Ptol. III, 1) vel Οὐλσίνιοι (Strab. V, ii, 9 al. codd. Οὐλσίνιοι, unus cod. Οὐλσίνιον), Etruriae oppidum (Liv. VII 3, XXVII 23, Plin. II, liii 2, liv 1, XXXIII, ix 1, XXXIV, xvi 2, XXXVI, xxix 1 « Volsinii »; Tacit. *Ann.* IV 1 et Tertull. *De pallio* cap. 2 « Vulsinii »; Antonini *itiner.* pg. 286 « Vulsinis »; *Tab. Peuting.* segm. IV *d* « Volsinis », inscr. apud Henzen n. 5580 APVT VVLSINIOS TVSCIAE CIVITATE), in numo n. 2093



VSꓶƎꟻ (velsu), nunc *Bolsena*. Iuven. III, 191: « positis nemorosa inter iuga Volsiniis ». Plin. II, liii, 2: « Volsinii oppidum Tuscorum opulentissimum totum concrematum est fulmine ». Tertull. loc. cit.: « dehinc ut deus censor est, impietas ignium meruit imbres: hactenus Sodoma ..... Ex huiuscemodi nubilo et Tuscia Vulsinios deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios ». Cf. FELSINA, et oppidum Βέλσινον in Hispania Tarrac. (Ptol. II 5). In laterc. vig. rom. apud Kellermann (cf. n. 98 lin. 16, n. 102 *a* lin. 27, n. 103 *a* lin. 14 sq.): A · MARCANIVS RESTITVTVS VOLSIN (n. 99 *a* col. 2 lin. 28), ...S VOLSINIS (n. 101 *a* col. 1 lin. 5 et lin. 10), L · COMINIVS VERECVNDVS VOLSIN (n. 101 *a* col. 2 lin. 56); SEX · VARRO VENVSTIANVS VOLSIN[I]S (n. 101 *a* col. 3 lin. 33), C · POMPONIVS INGEN[V]VS VOLSIN (n. 101 *a* col. 4 lin. 37), C · VOLTRICIVS LEGITVMVS [V]OLSIN (n. 101 *a* col. 4 lin. 53),

A · VALERIVS A.... POM · RV.... VOLSINIS (n. 154), A · PLOTIO · POM · IVSTO VOLSINIS (n. 191). — Eius incolae dicti sunt Volsinienses (Plin. III, VIII 3, Aur. Vict. *De vir. ill.* cap. 36 sq., Orell. n. 96) vel Vulsinienses (Oros. IV, 5) vel Vlsinienses, et Volsini (Flor. I, 21), gr. Οὐολσανῖται (Diod. Sic. XIV, 109). Liv. V, 31 sq.: « Eodem anno [U. C. CCCLXIII] novum bellum cum Volsiniensibus exortum: quo propter famem pestilentiamque in agro romano, ex siccitate caloribusque nimiis ortam, exercitus duci nequivit. ob quae Volsinienses, Salpinatibus adiunctis superbia elati, ultro agros romanos incursavere. Bellum inde duobus populis indictum. ..... L. Lucretio et C. Aemilio Volsiniensis provincia evenit [U. C. an. CCCLXIV]: Salpinates Agrippae Furio et Ser. Sulpicio. Prius cum Volsiniensibus pugnatum est: bellum numero hostium ingens, certamine haud sane asperum fuit. Fusa concursu primo acies in fugam: millia octo armatorum ab equitibus interclusa, positis armis, in deditionem venerunt. Eius belli fama effecit, ne se pugnae committerent Salpinates. moenibus armati se tutabantur. Romani praedas passim et ex Salpinati agro et ex Volsiniensi, nullo eam vim arcente, egerunt: donec Volsiniensibus fessis bello ea conditione, ut res populo romano redderent, stipendiumque eius anni exercitui praestarent, in viginti annos induciae datae ». Id. X, 37: « Consul alter Postumius, ... in Etruriam traducto exercitu, primum pervastaverat Volsiniensem agrum: dein cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat. duo millia octingenti Etruscorum caesi: ceteros propinquitas urbis tutata est ..... Tres validissimae urbes, Etruriae capita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere; et, vestimentis militum frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos inpetraverunt [U. C. an. CDLVIII] ». Id. *Epit.* lib. XI: « res praeterea contra Volsinienses gestas continet [U. C. an. CDLXVIII] ». *Acta triumph. Capitol.* an. 474: [TI · CORV]NCANIVS · T · F · TI · N · COS · AN · CDLXXIII [DE] VLSINIENSIBVS · ET · VVLCIENTIB · K · FEBR. Liv. *epit.* lib. XVI: « res praeterea contra Poenos et Volsinios prospere gestas continet [U. C. an. CDLXXXIX] ». *Acta triumph. Capitol.* an. 490: M · FVLVIVS · Q · F · M · N · FLACCVS · AN · CDXXCIX COS · DE VVLSINIENSIBVS K · NOV. Flor. I, 21: « Postremi Italicorum in fidem venere Volsini, opulentissimi Etruscorum, implorantes opem adversus servos quondam suos, qui libertatem a dominis datam, in ipsos erexerant; translataque in se republica dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, poenas dederunt ». Val. Max. IX, I, 2 ext.: « Quae etiam Volsiniensium urbem gravibus et erubescendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus et legibus ornata, Hetruriae caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum iniuriarum et turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimae dominationi subiiceret; qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox universam rempublicam occupaverunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant, convivia coetusque ingenuorum fieri vetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant. Postremo lege sanxerunt, ut stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent; ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset ». Aur. Vict. *De vir. ill.* cap. 36: « Volsinii, Etruriae nobile oppidum, luxuriae paene perierunt. Nam cum temere servos manumitterent, dein in curiam legerent, consensu eorum oppressi. Cum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt. Missusque Decius Mus mox libertinos omnes aut in carcere necavit, aut dominis in servitutem restituit ». Oros. *Hist.* IV, 5: « Tunc etiam Vulsinienses, Etruscorum florentissimi, luxuria pene perierunt [anno ab Urbe condita CCCCLXXX]. Nam cum, licentia in consuetudinem prorogata, servos suos passim liberos facerent, conviviis adlegerent, coniugiis honestarent, libertini in partem potestatis recepti, plenitudinem per scelus usurpare meditati sunt; et liberati servitutis iugo, ambitu dominationis arserunt; et quos dominos subditi aequanimiter dilexerunt, eos iam liberi, quod dominos fuisse meminerant, exsecrati sunt. Itaque conspirantes in facinus libertini (quorum tanta manus fuit, ut sine controversia ausu potirentur) correptam urbem suo tantum generi vendicant: patrimonia coniugiaque dominorum sibi per scelus usurpant, extorres dominos procul abigunt, qui miseri, exsules egentesque, Romam deferuntur: ubi ostentata miseria querelaque defleta, per Romanorum severitatem et vindicati sunt et restituti ». Zonara *Ann.* VIII, 7: Ἐπὶ δὲ Κυΐντου Φαβίου καὶ Αἰμιλίου ὑπάτων πρὸς Οὐλσινίους ἐστράτευσαν ἐπ' ἐλευθερίᾳ αὐτῶν· ἔνσπονδοι γὰρ ἦσαν αὐτοῖς. οἱ ἀρχαιότατοι Τυρσηνῶν ὄντες ἰσχύν τε περιεποιήσαντο καὶ τεῖχος κατεσκεύασαν ὀχυρώτατον, πολιτείᾳ τε εὐνομουμένῃ εκέχρηντο, καὶ δι' αὐτὰ πολεμοῦντές ποτε τοῖς Ῥωμαιοις ἐπὶ πλεῖστον ἀντέσχον. ως δ' ἐχειρώθησαν, αὐτοὶ μὲν ἐξώκειλαν εἰς αβρότητα, τὴν δὲ διοίκησιν τῆς πόλεως τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεψαν, καὶ τὰς στρατείας δι' ἐκεινον ὡς τὸ πολὺ ἐποιοῦντο· καὶ τέλος ἐς τοῦτο προήγαγον σφᾶς, ὡς καὶ δύναμιν τοὺς οἰκέτας καὶ φρόνημα ἔχειν καὶ ἐλευθερίας ἑαυτοὺς ἀξιοῦν· προιόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἔτυχον ταύτης δι' ἑαυτῶν, καὶ τὰς σφῶν δεσποίνας ἠγάγοντο καὶ τοὺς δεσπότας διεδέχοντο, καὶ εἰς τὴν βουλὴν ἐνεγράφοντο καὶ τὰς ἀρχὰς ἐλάμβανον καὶ αὐτοὶ τὸ σύμπον κῦρος εἶχον, καὶ τά τε ἄλλα καὶ τὰς ὕβρεις τὰς ὑπὸ τῶν δεσποτῶν αὐτοῖς γινομένας ἰταμωτέρον εἰς αὐτοὺς ἐκείνους ἀνταπεδείκνυντο. οὔτ' οὖν φέρειν σφᾶς οἱ ἀρχαῖοι πολῖται οὔτε καθ' ἑαυτοὺς δεδυνημένοι ἀμύνασθαι, λάθρα

πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλαν. οἳ καὶ δι' ἀπορρήτων νυκτὸς τὴν γερουσίαν εἰς ἰδιωτικὴν οἰκίαν ἐλθεῖν, ἵνα μηδὲν ἐξαγγελθῇ, παρεκάλεσαν· καὶ ἔτυχον. καὶ οἱ μὲν ὡς οὐδενὸς ἐπακούοντος ἐβουλεύοντο, Σαυνίτης δὲ τις παρὰ τῷ κυρίῳ τῆς οἰκίος ἐπιξενούμενος καὶ νοσῶν ἔλαθε κατὰ χώραν μείνας, καὶ ἔμαθεν ἃ ἐψηφίσαντο καὶ ἐμήνυσε τοῖς τὴν αἰτίαν ἔχουσι. κακεῖνοι τοὺς πρέσβεις ἐπανιόντας κατέσχον καὶ ἐβασάνισαν· καὶ μαθόντες τὰ δρώμενα αὐτούς τε ἀπέκτειναν καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πρώτους. δι' οὖν ταῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Φάβιον ἐπ' αὐτοὺς ἔστειλαν. καὶ ὃς τούς τε ἀπαντήσαντας αὐτῷ ἔξ ἐκείνων ἐτρέψατο, καὶ πολλοὺς ἐν τῇ φυγῇ φθείρας κατέκλεισε τοὺς λοιποὺς εἰς τὸ τεῖχος, καὶ προσέβολε τῇ πόλει: καὶ ὁ μὲν ἐνταῦθα τρωθεὶς ἀπέθανε, θαρσήσαντες δ' ἐπὶ τούτῳ ἐπεξῆλθον. καὶ ἡττηθέντες αὖθις ἀνεχώρησαν καὶ ἐπολιορκοῦντο· καὶ εἰς ἀνάγκην λιμοῦ ἐμπεσοντες παρέδωκαν ἑαυτούς· ὁ δὲ ὕπατος τοὺς μὲν ἀφελομένους τὰς τῶν κυρίων τιμὰς αἰκισάμενος ἔκτεινε καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψε, τοὺς δὲ αὐθιγενεῖς, καὶ εἴ τινες τῶν οἰκετῶν χρηστοὶ περὶ τοὺς δεσπότας ἐγένοντο, ἐν ἑτέρῳ κατῴκισε τόπῳ. — Volsiniensis et Vulsiniensis (inscr. apud Fabr. cap. x n. 507 pg. 742), adiect. ad Volsinium pertin., ut Volsiniensis provincia (Liv. V 32), Volsiniensis ager (Liv. X 37), lacus Vulsiniensis (Vitruv. II, 7) vel Volsiniensis (Plin. XXXVI, XLIX 1, Colum. VIII, XVI 2; cf. Liv. XXVII 23), ἡ περὶ Οὐολσινίους λίμνη (Strab. V, II, 9), λίμνη ἐν Τούσκοις Βουλσίνη καλουμένη (Procop. *De bello gotth.* I, 4), nunc *Lago di Bolsena*, bellum Volsiniense (Flor. I, 21), Seianus Vulsiniensis (Tacit. *Ann.* VI, 8).

VOLSCENS vel Vulscens et Volcens vel Vulcens, heros Latinus, apud Virg. *Aen.* IX 370, 375, 420, 439, 451, X 563 (cf. Wagner *Orthogr. Vergiliana* pgg. 447, 481).

VOLSCI, Οὐολοῦσκοι (Diod. Sic. XI 37, XII 30, XIV 117, Dionys. Halic. III 41, IV 49, 52 sq., V 42, VI 5, 14-17, 25, 29 sq., 32, 34 sq., 43 sq., 76 sq., VII 12, VIII 9-20, 47 sq., 63, 67-70, 82-86, IX 16, 35, 58, 67, 70, Appian. *De bell. civ.* I 1, Plutarch. in *Cam.* II 1, XVII 3, XXXIII 1, XXXIV 1 sqq., XXXV 1, XXXVII 3, in *Coriol.* VIII 1 sqq., X 3, XXI 6, XXVI 2 sqq., XXVII 2 sqq., XXVIII 1 sqq., XXIX 1, XXX 4 sq., XXXI 1 sqq., XXXII 2, XXXVI 5, XXXIX 2 sq.) et Βολοῦσκοι (Appian. *De reb. ital.* capp. 1 et 3), vel Οὔολσκοι (Strab. V, III 2 codd. Οὔαοκλοι, V, II 4, Diod. Sic. XIV 11, 16, Dio Cass. XXXVIII 37) et Ὀλσοί (Scyl. Caryand. § 9 sq.), populi Italiae (Plin. III, IX 4, Flor. I 18, Virg. *Georg.* II 168, *Aen.* IX 503, XI 167, 432, 463, 498, 546, 801, 898, Ovid. *Fast.* VI 721, Cic. *Epist. ad Att.* IX 10 = n. 351, Serv. ad Virg. *Georg.* II 168, *Aen.* VII 803, VIII 285, IX 503, XI 567, Oros. *Hist.* II 12, III 3, inscr. apud Orell. n. 596), quorum caput Anxur sive Terracina. Cato *Orig.* apud Prisc. pg. 182 = 668 P. et pg. 230 = 696 P.: « agrum quem Volsci habuerunt, campestris plerus, Aboriginum fuit ». Serv. ad Virg. *Aen.* XI 842: « Volscos a Volscatibus Hylinis originem ducere ». Flor. I, 11: « Pervicacissimi tamen Latinorum Aequi et Volsci fuere, et quotidiani, ut ita dixerim, hostes. Sed hos praecipue Lucius Quinctius domuit, ille dictator ab aratro: qui obsessa ac paene iam capta Marci Minucii consulis castra egregia virtute servavit [U. C. CCXCIV] ». Cf. Liv. I 53, II 9, 22, 24 sq., 30 sq., 33 sqq., 37-40, 42, 48 sq., 51, 53, 58 sq., 63 sqq., III 4, 7-10, 15 sq., 18 sq., 22 sq., 57, 60, 65-70, IV 1 sq., 7, 9 sqq., 26, 28 sqq., 36, 38-41, 51, 53, 55-61, V 16, 23 sq., VI 2, 5-17, 21-25, 30-33, VII 19, 26 sq., 30, 32, VIII 1, 5, Cic. *De off.* I 11, *pro Balbo* cap. 13, *Brut.* cap. 10. — Volsciani seu Volciani sunt Hispaniae populi apud Liv. XXI 19. — Volscus, adiect. ad Volscos pertinens, ut Volscus ager (Liv. IV 61, X 1), Volsca gens (Virg. *Aen.* VII 803). Cf. cognom. fem. Volsca in titulo Campano (Mommsen n. 4395). — Volscius est gentilitium rom. (cf. Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 1340), ut Μάρκος Οὐολούσκιος (Dionys. Halic. X, 7).

VOLSVS, *vulsus*, apud antiquos (Plaut. *Aul.* II, VIII, 6). Hinc avolsus (Virg. *Aen.* II 631, IV 616, VIII 238), convolsus (Virg. *Aen.* I 383, VIII 690), subvolsus (Aul. Gell. VII, 12), revolsus (Virg. *Aen.* IV 515, V 270, 858, VI 349, VIII 262, 691).

VOLT et voltis, *vult* et *vultis*, apud Enn. *Ann.* vs. 88, *Att.* vs. 690, *Caecil.* vs. 162, 175, Plaut. (Prisc. pg. 455 = 847 sq. P.), *Carm. ant.* apud Macrob. *Saturn.* I 17, Virg. *Ecl.* VI 25, *Aen.* VI 318, et in cod. Cic. *De rep.* I 28, III 5, 33 (Du Rieu *Schedae vatic.* pgg. 73, 116).

VOLTA, ignoti monstri nomen (Maffei *Osserv. lett.* III 248, IV 74, 96). Plin. II, LIV 1: « Vetus fama Etruriae est, impetratum (*fulmen*) Volsinios urbem, agris depopulatis, subeunte monstro, quod vocavere Voltam ».

IΓ⅃OV (volti), *Voltii* (?), praen. m., e OIΓ⅃OV (voltio), in titulo Falisco n. 2441 bis *a* (Garrucci *Scoperte falische* pg. 269 sg.).

VOLTINIA et Vultinia, tribus romana, una ex rusticis, in lapidibus rom. VOL· (Orell. n. 253 sq., 445, 2156, 2542 sq., 2704, 3551, 3746, Henzen n. 5173, 5204, 5304, 5446 sq., 5972, 5996 sq., 6215, 6841, 7147, Mommsen *Inscr. lat. ant.* n. 1278), VOLT· (Orell. n. 197, 257, 317, 453, 2273, 3842, 4025), VOLTINIA (Orell. n. 3685, Henzen n. 6842, Mommsen op. cit. n. 1054, Cic. *pro Planc.* cap. 16 sq.), et VVLTIN· (Orell. n. 2157). — Voltinienses sunt cives tribus Voltiniae (Cic. op. cit. cap. 17).

OIΓ⅃OV (voltio), *Voltius*, praen. faliscum (genit. IΓ⅃OV volti), in titulo n. 2451 (Garrucci *Scoperte falische* pg. 273). — Est etiam gentilit. rom. apud Mommsen n. 719, 5219.

VOLTVMNA, Etruscorum dea, ad cuius fanum indicebatur omni Etruriae concilium (Liv. IV 23, 25, 61, V

17, VI 2). Cf. Furlan. ad Forcell. *Lexic.* s. h. v., et Canina *Etr. marit.* I 31.

VOLTVR, *vultur*, apud Lucret. IV, 684.

VOLTVRIVS, *vulturius* (vultur), apud Plaut. *Curc.* II, III, 78.

VOLTVRNVM et Vulturnum, *Οὐόλτουρνον* (Dio Cass. XLVIII 46, Ptol. III 1 al. *Βουλτουρνον*) vel *Οὐουλτοῦρνον* (Strab. V, III 9 et IV 4), nunc *Castel Volturno*, Campaniae oppidum (Varro *De l. l.* V 29 pg. 12, Mela II, IV 9, *Tab. Peuting.* segm. V*f* « Vulturno »), a flumine Volturno dictum; inde a Samnitibus dolo captum, et *Capua* appellatum (Liv. IV, 37 cit. ad voc. CAPVA). Plin. III, IX, 8: « Vulturnum oppidum cum amne ». Strab. V, III, 10: *ὁ Οὐουλτοῦρνος, ὃς παρὰ τὸ Κασιλῖνον ἐνεχθεὶς ἐκδίδωσι κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν.* Id. V, IV, 4: *Παραρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. ὡς δ' αὔτως καὶ Οὐουλτοῦρνος ὁμώνυμός ἐστι τῇ παρ' αὐτὸν πόλει ἐρεξῆς κειμένῃ· ῥεῖ δ' οὗτος διὰ Οὐενάφρου καὶ τῆς Καμπανίας μέσης.* Liv. XXXIV, 45: « Coloniae civium Romanorum eo anno [U. C. DLVIII] deductae sunt Puteolos, Vulturnum, Liternum; treceni homines in singulas ». Cf. Liv. XXV 20, 22, XXXVI 27. Frontin. *De col.* pg. 239: « Volturnum, muro ductum. colonia iussu imp. Caesaris est deducta. iter populo debetur ped. xx. ager eius in nominibus villarum et possessionum est adsignatus ». — Volturnius est gentilitium rom. apud Gruterum.

§ 2. Castellum ad Volturnum ostium (Liv. XXV 20, 22, XXXVI 37).

VOLTVRNVS et Vulturnus, *Οὐολτοῦρνος* (Dionys. Halic. VII, 3) vel *Οὐουλτοῦρνος* (Strab. V, III 9, IV 4 et 10, Plutarch. in *Fab. Max.* VI 2) vel *Οὔλτουρνος* (Polyb. III 92, Dionys. Halic. apud *Gr. hist. min.* II, XXXJX), nunc *Volturno*, fluvius Campaniae maximus (Liv. VIII 11, X 20, 31, XII 14 sq., XXIII 14, 19, 36, XXV 20, 22, XXXII 29, XXXIV 45, XXXVI 37, Plin. III, IX 8, XVII, I 5, Mela II, IV 9, Varro *De l. l.* V 29 pg. 12, Sil. Ital. VIII 528, Stat. *Silv.* IV, III 67 sqq., Lucan. *Phars.* II 423, Claudian. *in Orob. et Olybr. cons.* vs. 256, Serv. ad Virg. *Aen.* VII 728, inscr. apud Mommsen n. 3633 = Henzen n. 5157), qui et deus factus est (Varro *De l. l.* VII 45 pg. 138, Kalend. Capran. mens. aug. apud Orell. II 396; cf. inscr. apud eundem n. 1649), cuius sacra Volturnalia (Kal. Maff. Capran. et Pinc. mens. aug. apud Orell. II 396 sq.). Paul. pg. 379: « Volturnalia Volturno suo deo sacra faciebant, cuius sacerdotem Volturnalem vocant ». Virg. *Aen.* VII 728 sq.: « amnisque vadosi Accola Volturni ». Cf. Arnob. III, 29. — Volturnalis et Vulturnus, adiect. ad Volturnum pertin., ut Volturnalis flamen (Enn. *Ann.* vs. 125, Varro *De l. l.* VII 45 pg. 138), Vulturna vada (Sil. Ital. XII, 521), Vulturnum mare (Plin. XXXVI, LXVI 2), et Vulturnus ventus (Liv. XXII 43, 46, Plin. VI, XXVI 11, XVIII, LXXVII 6, Sil. Ital. IX 495) h. e. Eurus vel Euronotus (cf. Aul. Gell. II, 22). Plin. II, XLVI, 1: « Ab oriente aequinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Vulturnus; illum Apelioten, hunc Eurum Graeci appellant ». Et II, XLVII, 3: « Corus autumnat: huic est contrarius Vulturnus ».

VOLTVS, *vultus*, apud antiquos (Caecil. vs. 87, Plaut. *Amph.* III, III 5, *Epid.* I, I 59, IV, I 33, *Capt.* III, IV 26, *Merc.* III, IV 14, *Most.* III, II 124, Lucret. III 467, 595, 655, IV 1224, VI 1184, Sallust. *Catil.* capp. 31, 61, *Iug.* capp. 106, 113, Virg. *Aen.* II 539, IV 4, 477, 556, VI 755, VII 265, VIII 156, Mommsen *Inscr. neap.* n. 1623 = *Inscr. lat. ant.* n. 1220).

VOLVBTAS, *voluptas*, in titulo rom. (*Nov. lett. di Firenze* an. 1766 pg. 362).

VOLVMNIVS, gentil. etr. et rom. Vide MAИMIИƎꟻ (velimnaś) et AИMIИƎꟻ (velimna).

VOLVMNVS et Volumna, deus et dea Tuscorum et Romanorum (cf. Maffei *Osserv. lett.* IV 62, VI 178, Niebuhr *Hist. rom.* V 387). August. *De civ. Dei* IV, 21: « deo Volumno et deae Volumnae, ut bona vellent (*nascentes*) ».

VOLVP et volop, *volupe*, per apocopen (Aul. Gell. XII, 14), apud Enn. *Ann.* vs. 247, *Nelei carm.* vs. 1 (Ribbeck *Trag. lat.* pg. 198), Plaut. *Men.* IV, III 3, *Mil.* IV, I 1. Non. II 905 = pg. 187: « Volup pro *voluptate.* Plautus Asinaria: *Hic senex si quid clam uxorem suam animo fecit volup* ». Naev. vs. 12: « Volop est ».

VOLVPIA, voluptatis dea (August. *De civ. Dei* IV, 8), quae sacellum habebat Romae circa navalia, non procul a porta Romanula (Macrob. *Saturn.* I 10 pg. 250). Varro *De l. l.* V, 164 pg. 64: « Alteram Romanulam ab Roma dictam, quae habet gradus in Nova via ad Volupiae sacellum ». Kalend. ant. apud Orell. II 410: « Feriae divales Angeroniae, cui sacrificium in ara Volupiae fit ».

VOLVSSIANVS, *Volusianus*, cognom. rom., e Volussius pro Volusius, in titulo apud Mommsen n. 5541.

VOLVSVS, Rutulus, apud Virg. *Aen.* XI, 463.

§ 2. Volusus et Volesus, praen. rom., ut Volesus Valesius (Auct. *Epit. de nom. rat.*), *Οὐόλεσσος Οὐαλέριος* (Dionys. Halic. II 46), M/ · VALERIVS · VOLVSI · F · MAXIMVS (Morcelli *De stilo inscr.* pg. 162), F · VALESIVS · VOLVSI · F · POPLICOLA et P · VALESIVS · VOLESI · F · POPLICOLA (Borghesi *Fasti consol.* I 46), M. Valerius Valerii filius Volesi nepos (Liv. III, 25). Fest. *Qu.* X 15 sq. pg. 198: « Optima lex ..... in Magistro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam plenissimum posset ius eius esse significabatur, ut fuit Mani Valerii M. f. Volusuinae gentis (leg. *Volusi nepotis*), qui primus magister a populo † creatus est ». Sil. Ital. II, 8 (cf. XIII, 244):

« Poplicola, ingentis Volesi Spartana propago ». Cf. Ovid. *ex Ponto* III, II 105. Inscr. lat. ant. apud Mommsen n. 1313: L · VECILIO · VO · F · ET · | POLAE · ABELESE | LECTV · I · DATVS | C · VECILIO · L · F · ET · PLENESE | LECTV · I · AMPLIVS · NIHIL | INVITEIS · L · C · LEVIEIS · L · F | ET · QVEI · EOS · PARENTARET | NE · ANTEPONAT. — Volusius est gentilitium rom. in lapidibus frequens; unde Volusenus, in titulis apud Grut., Murat., Mommsen (n. 6804) cet. Invenitur etiam gentil. Volesius, ut C · VOLESIVS L · F · LVCVLVS (Maffei *Mus. ver.* 164, 1).

VOLVTINA, dea rusticorum, quae praeesse credebatur involucris et folliculis spicarum (August. *De civ. Dei* IV, 8).

VOMANVS fluvius vel Vomanum flumen, nunc *Vomano*, prope Hadriam, in Piceno. Plin. III, XVIII, 1: « Flumen Vomanum ». Sil. Ital. VIII, 437 sq.: « statque humectata Vomano Hadria ». Cf. *Giorn. arcad.* XLIV 277 sg.

VOMV. Vide ANDERVOMV.

VONVS, *bonus*, apud Gaii *instit.* pg. XLII Lachmann.

VOPISCVS, praen. ital. (Quintil. *Inst. orat.* I, IV 25, Isid. *Orig.* IX, 5), ut Vopiscus Iulius (Liv. II 54, *Auct. Epit. de nom. rat.*), Οὐοπίσκος Ἰούλιος (Dionys. Halic. IX 37). Plin. VII, 8: « Vopiscos appellabant e geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu ». Et Solin. I, 69: « E geminis, si remanente altero, alter abortivo fluxu exciderit, alter, qui legitime natus est, Vopiscus nominatur ». Auct. epit. cit.: « Vopiscus, qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu eiecto, incolumis editus erat ». Non. XIX, 3 pg. 557: « Vopiscus, qui ex duobus conceptis uno abortu excluso ad partum legitimum deducitur ». Cf. Borghesi *Fasti cons.* II 140.

VOPTE, *vos ipsi*, apud antiquos. Paul. pg. 379: « Vopte pro *vos ipsi* Cato posuit ».

VORRO, *verro*, in composito *convorram* apud Plaut. *Stich.* II, II 51 (Ritschl *Proleg.* pg. 95). Vide VORSVS.

VORSIPELLIS, *versipellis*, apud Plaut. *Amph.* I, II 4, *Bacch.* IV, IV 12, *Pers.* II, II 48 (Ritschl « vorsicapillus »).

VORSO, *verso*, antiquo scribendi more (cf. ADVORSOR), apud Plaut. *Asin.* I, III 28, *Bacch.* IV, V 6, *Cas.* I 52, II, V 36, *Cist.* I, I 90, *Curc.* IV, I 21, *Most.* I, III 34, *Pers.* V, II 17, *Poen.* I, I 68, *Trin.* II, II 1, IV, II 65.

VORSORIA, *versoria*, pes veli h. e. funiculus, quo extremus veli angulus religatur, apud Plaut. *Merc.* V, II 35, *Trin.* IV, III 19.

VORSVM et vorsus, *versum* et *versus*, praep. apud Plaut. *Amph.* V, I 60, *Epid.* II, II 63, *Capt.* II, III 8. Tab. Bant. cap. 3 (Append. n. LVI): PALAM · LVCI · IN · FORVM · VORSVS. In titulo Puteol. apud Mommsen n. 2458: ANTAS · DVAS · AD · MARE · VORSVM · PROICIT.

VORSVS et versus, mensurae genus, apud Umbros et Oscos (cf. Niebuhr *Hist. rom.* IV 436, Müller *Die Etr.* II 159, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 260 sq. et Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 417). Frontin. *De limit.* pg. 30: « Primum agri modum fecerunt quattuor limitibus clausum



plerumque centenum pedum in utraque parte (quod Graeci plethron appellant, Osci et Umbri vorsum), nostri centenum et vicenum in utraque parte, cuius ex IIII unum latus, sicut diei XII horas, XII menses anni, XII decempedas esse voluerunt ». Varro *De r. r.* I, X, 1: « In Hispania citeriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris ..... Versum dicunt centum pedes quoquoversum quadratum ».

VORSVS, *versus*, particip. a VORRO = *verro*, apud Plaut. *Pseud.* I, II 31.

VORSVS, *versus*, subst. apud Plaut. *Stich.* V, VII 2.

VORSVTVS, *versutus*, adiect., apud Plaut. *Asin.* I, I 106, II, I 7, *Cas.* II, VIII 53, *Epid.* III, II 35, *Pseud.* IV, VIII 6, *Stich.* IV, I 55.

VORT-, rom. *vortere* (vertere), radix umbrica, antiquiori orthogr. -ꓕQVꓷ (vurt-) = -ꓕQƎꓷ (vert-), sanscr. vart, in voc. VORSVS, COVORTVS et COVORTVST = *con-verterit*, COVORTVSO = *con-verterunt*, et TRAHVORFI = *trans-versim*.

VORTEX, *vertex*, antiquo scribendi more (Cassiod. pg. 2283 P. cit. ad voc. VOSTER), apud Pacuv. vs. 96, et Att. vs. 393.

VORTO, *verto*, antiquo scribendi more (Mar. Victor. pg. 2458 P.), apud Enn. *Ann.* vs. 112, *Trag.* vs. 312, Caton. *De r. r.* capp. 46, 48, 120, 151. Hinc ADVORTO (Plaut. *Amph.* prol. vs. 38, 95, *Asin.* II, II 66, *Merc.* prol. vs. 5, *Mil.* I, I 39, III, I 171), ANIMADVORTO, ANTEVORTA, ANTEVORTO, DEVORTO, DIVORTO, evorto (Plaut. *Trin.* I, II 177, III, I 15, *Pers.* IV, IV 17), convorto (Plaut. *Amph.* I, I 83, *Epid.* II, IV 4, *Poen.* V, V 42, *Rud.* IV, III 60, IV 107, *Stich.* III, I 1 et 13), obvorto (Plaut. *Pseud.* IV, III 5), PERVORTO, POSTVORTA, PRAEVORTO (Plaut. *Amph.* I, III 30, III, II 40, *Cas.* II, VIII 73, *Capt.* II, III 100, V, IV 29, *Cist.* V 8, *Merc.* II, III 125, *Mil.* II, I 59, IV, II 101, *Pers.* V, II 20, *Pseud.* I, III 8 et 59, II, II 8, *Rud.* III, II 27), et VORTVMNVS.

VORTVMNVS et Vertumnus, deus Etruriae princeps (Varro *De l. l.* V 46 et 74 pgg. 18, 30), e VORTO = *verto* (cf. FORTVNA et VOLTVMNA, et Niebuhr *Hist. rom.* II 139 rem. 210), a Romanis cultus (Ovid. *Met.* XIV 642, 678, Tibull. IV, II 13 sq., Horat. *Sat.* II, VII 14 et *Epist.* I, XX 1, Colum. X 308, Liv. XLIV

16, Cic. in *Verr.* II, I 59). Varro *De l. l.* V, 46 pg. 18: « Ab eis (*Tuscis*) dictus vicus Tuscus, et ideo ibi Vortumnum stare, quod is deus Etruriae princeps ». Pseudo-Ascon. in Cic. loc. cit. (Orell. VI, II, 199 sqq.): « Signum Vortumni in ultimo vico Turario est sub basilicae angulo flectentibus se ad † postramum (fort. *ad Rostra versus*) dextram partem. Vortumnus autem deus invertendarum rerum est, id est mercaturae ». Et Acron in Horat. *Sat.* II, VII, 14: « *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.* Nec desunt, qui inde Vertumnum dictum putent, quod Tiberim fluvium a foro Romano longe verterit. Alii scribunt, quod Curtium lacum in Tiberim averterit. Nam hic lacus fluit, ubi postea forum Romanum ». Fest. *Qu.* X 25 pg. 209: « Picta quae nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura. eius rei argumentum est pictura in aede Vertumni et Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera [L.] Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt ». Propert. IV, II, 3 sqq., ubi Vertumnus loquens inducitur:

« Tuscus ego, et Tuscis orior; nec poenitet inter
Praelia Volsinios (al. *Volsanos*) deseruisse focos.
Haec me turba iuvat; nec templo laetor eburno:
Romanum satis est posse videre Forum.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat; et aiunt
Remorum auditos per vada pulsa sonos:
At postquam ille suis tantum concessit alumnis,
Vertumnus verso dicor ab amne deus.
Seu, quia vertentis fructum praecepimus anni,
Vertumni rursus credidit esse sacrum ».

Serv. in Virg. *Aen.* VIII 90: « Rumon dictus est (*Thybris*): unde et *ficus ruminalis*, ad quam eiecti sunt Remus et Romulus: quae fuit ubi nunc est Lupercal in Circo: hac enim labebatur Tyberis, antequam Vertumno factis sacrificiis averteretur ». Cf. Ovid. *Fast.* VI 401 sq., Pott *Etym. forsch.* I 101, Aufr. et Kirch. I 67 sq. Memoratur in inscr. apud Orell. n. 1618 sq. et Henzen n. 5085, 5718, 5755. Kalend. Amitern. mens. aug. 13 (Mommsen n. 5750): FER · IOVI DIANAE VORTVMNO IN AVENTINO CASTORI POLLVCI IN CIRCO FLAMINIO; et Kalend. Capran. (Mommsen n. 6748): DIANAE IN AVENTINO ET VORTVMNO IN LORETO MAIORE. — Vortumnalis adiect. ad Vortumnum pertinens. Varr. *De l. l.* VI, 21 pg. 81: « Vortumnalia a deo Vortumno quoius feriae tum ».

VORTVS et VORTVST, *vorterit* (verterit), apud Umbros. Vide COVORTVS et COVORTVST.

VOSENNIVS. Vide ꟼƎИIƧIVƎ (vuisinei).

VOSCO, ital. *vosco* (vobiscum), apud Probi art. min. pg. 445 (Eichenf. et Endl.).

VOSTER vostra vostrum, *vester vestra vestrum*, apud antiquos (Enn., Att., Pacuv., Caton. cet.). Mar. Victor. pg. 2458 P.: « Voster vortit et similia per *e* non per *o* scribere debemus ». Cassiod. pg. 2283 P.: « Voster olim ita, per *o*, hodie per *e*, ut advorsum *adversum*, pervorsum *perversum*, votare *vetare*, vortex *vertex*, convollere *convellere*, amploctere *amplectere* ». Epist. ad Tiburtes (Append. n. XXXVIII) lin. 8 REI · POPLICAE · VOSTRAE; lin. 9 VOSTRA · VERBA; lin. 13 ANIMVM VOSTRVM.

VOTARE, *vetare*, antiquo scribendi more (Cassiod. pg. 2283 P. cit. ad voc. VOSTER), apud Plaut. *Trin.* II, IV 56 et 73 (Ritschl *Proleg.* pg. 95).

VOTIR, *votis*, ablat. plur. 2 declin., in titulo Falisco n. 2440 (Lanzi II 542 = 463 nt. 6, Grotefend *Rud. l. u.* IV 13, Huschke in *Rhein. Mus.* n. f. XI = 1856 s. 373).

VOTIVOS, *votivus*, adiect. Est cognomen rom., ut CVRTIVS VOTIVOS, in titulo apud Mommsen n. 2558 (A. Gervas. in *Mem. dell'Acad. Ercol.* IV, II, 132).

VOTVRIA et Veturia tribus, in lapidibus VOT · (Orell. n. 65, 690, 2205, 3349, 3840, Henzen n. 6822, 7011), et VET · (Henzen n. 6755).

VOTVRIVS, *Veturius*, gentil. ital., antiquo scribendi more (Charis. pg. 193 = 174 P.), in lapidibus apud Fabr. cap. IX n. 494 pg. 657, et Mommsen n. 1843. Vide VOTVRIA tribus.

VOV, *ubi?*, fortasse adverb. umbr. (Huschke *Die iguv. taf.* s. 164), in tab. eugub. VIb 11.

VOVES et vobes, *boves*, in cod. Gaii *instit.* pg. XLIII Lachmann.

ꟻOꟻO, *vovo*, in titulo tempore Claudii imper. exarato, apud Henzen n. 7419 (ꟻOꟻEMVS et ꟻOꟻIMVS).

ꟼV (up), *ob*, praep. umbrica (osc. ΠV úp et OP), comparanda cum sanscr. abhi vel cum upa (Aufr. et Kirch. I 49, 63, 88 sq., 159, Huschke *Die iguv. taf.* s. 664, Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 259, V 1), in voc. V+ƎꟼV (up-etu) = *ob-ito*, AꓘVꓘƎꟼV (up-etuta) = *ob-eunto*. Scribitur etiam ƧV (us) et OS = ops vel obs, in compositis V+ИƎ+ƧV (us-tentu) et V+Ǝ+ƧV (us-tetu) vel OSTENTV = *os-tendito*, AꓘVꓘИƎꓘƧV (us-tentuta) = *os-tendunto*, OSTENSENDI = *os-tenduntur*, et ƎꓘIꓘƧV (us-tite).

ΠV (úp), *ob*, recentiori orthographia OP (umbr. ꟼV up), praepositio samnitica, pro *apud* usurpata (Peter *Sprache und schrift* etc. s. 71, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 306, Aufr. et Kirch. I 21 anm. 3, II 318, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 349). Tab. Abell. n. 2783 lin. 13: [TƧꟻ ·] ЯVꓘKЯDЯKЯƧ · ЯVƧꟻƎ · ΠV · ЯVΠ (púd úp eísúd sakaraklúd íst) = *quae apud istud sacellum est* (Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* XIII, 165). Occurrit etiam in composito ꟽIƧΠV (úp-sim) = *ob-sum*. Cf. ƧΠV (ups), ꟽЯИИЯƧΠV (úpsannam) = *operandam* et ЯƎƧΠV (úpsed) = *operavit*.

-ΠV (úp-) et -ΠV (up-), = -ΠVV (uup-) et graeca

orthogr. ΟΥΠ-, radix samnitica, sanscr. âp (adipisci), rom. *opus, opera*, in voc. ЯƎƧПV (úpsed) et ЯƎƧПV (upsed) = *operavit*, ƧИƎƧПVV (uupsens) et ΟΥΠΣΕΝΣ = *operaverunt*, ꟽVИИИƧПV (upsannúm) = *operandum* et ꟽИИИИƧПV (úpsannam) = *operandam*.

?ΑƧΙИΑ1V (upanisa), *Oppiani uxor* (?), cognomen mulieris etr. in urna n. 187.

ΑΙƎ1V (upeia), *Oppia*, nomen mulieris etr. in urna Perus. n. 1881. Cf. ΑƧΙИΑ1V (upanisa).

ΙƧΙƎ1V (upeisi). Vide ΙƧ˥Ǝ1V (upelsi).

ΙƧ˥Ǝ1V (upelsi), *Obelsia*, familiae etruscae nomen, minus recte ΙƧΙƎ1V (upeisi), unde ΑИƧ˥Ǝ1V (upelsna), ut ΙƧ˥Ǝ1V · qΑ (ar upelsi, n. 1452) = *Arria Obelsia;* ΙƧΙƎ1V · Ι⅃ · ΙΟqΑ˥ (larthi vi upe[l]si, n. 1448) = *Lartia Vibia Obelsia;* et ΙƧ˥Ǝ1V · Ι1Ι⅃ · ΑΙ˥ΙƎ⅃ (veilia vipi upelsi, n. 1450) = *Velia Vibia Obelsia.*

§ 2. *Obelsius*, n. pr. m., pro MΙƧ˥Ǝ1V (upelsiś), ut ΙƧ˥Ǝ[1V · Ι⅃] · VΑ (au vi upelsi, n. 1444) = *Aulus Vibius Obelsius;* ΙƧ˥Ǝ1V · Ι1Ι⅃ · qΑ˥ (lar vipi upelsi, n. 1443) et ΙƧ˥Ǝ1V · Ι⅃ · Α˥ (la vi upelsi, n. 1447) = *Lars Vibius Obelsius.*

MΙƧ˥Ǝ1V (upelsiś), *Obelsius*, gentil. etr. (vide ΙƧ˥Ǝ1V upelsi), unde ΑИƧ˥Ǝ1V (upelsna). In urna Perus. n. 1723: MΙƧ˥Ǝ1V · Ǝ8VΑq Ǝ⅃ (ve raufe upelsiś) = *Velius Rofius Obelsius.*

§ 2. *Obelsii*, genit. sg., ut MΙƧ˥Ǝ1V · ΙqΑϽИΑ · ΙΟqΑ˥ (larthi ancari upelsiś, n. 1564) = *Lartia Ancaria Obelsii* uxor; MΙƧ˥Ǝ1V : Ι+ΑИΙ⅃˥ƎΒ : Ι+ƧΑ8 (fasti helvinati upelsiś, n. 1449) = *Fausta Helvinatia Obelsii* uxor; MΙƧ˥Ǝ1V [M]Ι1Ι⅃ ˥ΑΙΟΑ˥:ΑΙ[V]1:ΙƎИ˥ƧΑM:Α˥ΙƎ⅃ (veila maslnei puia lathial vipiś upe[l]siś, n. 1442) = *Velia Masulnia vidua Lartiâ nata Vibii Obelsii* uxor; et MΙƧ˥Ǝ1V · ΙV˥⊀Αq+ · ΑΙ˥ΙƎ⅃ (veilia trazlui upelsiś, n. 1445) = *Velia —ia Obelsii* uxor.

ΑИƧ˥Ǝ1V (upelsna), *Obelsennius*, n. pr. m., ab MΙƧ˥Ǝ1V (upelsiś) = *Obelsius*, apud Etruscos, in operculo ossuarii n. 1882.

V+Ǝ1V (upetu), *obito* (voveto?), imperat. 3 pers. sg. (3 pl. ΑΥVΥƎ1V upetuta = *obeunto*), compositum e praep. 1V (up) = *ob* et V+Ǝ (etu) = *ito*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 53, 63, 89, 142, 159, II 317 sq., 336, 341, 355). Tab. eugub. IIb 1: V+Ǝ1V : ꟽVΟ1ΑϽ · ꟽΙƧ (sim kaprum upetu) = *suem, caprum voveto;* tabula IIb 7 sq.: V+Ǝ1V : ƎИϽΙΑƎƎƧ : ƎИϽ|ΑΟƎ1 : ΙƧ (si perakne sevakne upetu) = *suem —em —em voveto;* tabula IIb 10 sq.: V+Ǝ1V : ƎИϽ|ΑƎƎƧ : ƎИϽΙΑΟƎ1 : VΟ1ΑϽ (kapru perakne sevakne upetu) = *caprum —em —em voveto;* tabula III 22: VΥƎ1V : ƎИΚΙΑƎƎƧ : ƎΟΚΑƧ (sakre sevakne upetu) = *sacrem —em voveto;* tabula III 26: VΥƎ1V : ΙИϽΙΑƎƎƧ : ꟽƎVΟ : ϽƎꟽVИΙ (inumek uvem sevakni upetu) = *tum ovem —em voveto;* et tab. Va 6 sq.: VΥƎ1V : VƎИΚΑΟƎ1 | : VƎΟΚΑƧ (sakreu perakneu upetu) = *hostias —es voveto.* Alii vertunt *agito* vel *offerto* (Grotefend *Rud. l. u.* III 10, VII 8, 12, 14, VIII 36; cf. Orioli in *Giorn. arcad.* CXX 235), vel *optato* (Huschke *Die iguv. taf.* s. 315, Bugge et Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* III 39, VI 216, VIII 36).

ΑΥVΥƎ1V (upetuta), *obeunto* (vovento?), imperat. 3 pers. pl. (3 sg. VΥƎ1V upetu), composito e praep. 1V (up) = *ob* et ΑΥVΥƎ (etuta) = *eunto*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 142, 159, II 317, 364, 367 sq.), in tab. eugub. III 10. Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VIII 24, 28, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 315, 396.

?ΑƧΑΟΙ1⅃ (vpithasa), quod ad gr. ὑποτίθημι (subpono, subiicio) trahunt Vinc. et Sec. Campanar. (*Dell'urna di Arunte* etc. pg. 35, *Giorn. arcad.* XXX 322, XXXIV 53, CXIX 340), occurrit in titulo Tuscan. n. 2100 (cf. ƎϽƎƧΑΙ+Ι1VΟ thupitiasece).

Ƨ˥ΙПV (upils), *Opilius* sive *Ofillius*, praen. samnit. (cf. VПΠΙΙƧ úppiis et etr. Ǝ˥8VΑ aufle), in vase Cumano n. 2762 (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. I 164, Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* XI 324).

ƧƎ˥1V (uples), *obiit?*, in urna Tuscan. n. 2104. Cum umbr. V+Ǝ1V (upetu) = *obito* apte comparat Oriolius (in *Giorn. arcad.* CXX 136). Cf. Sec. Campan. in *Giorn. arcad.* CXIX 327.

И1⅃ (vpn), in numo aen. n. 2459.

VПΠΙΙƧ (úppiis), *Oppius*, praen. Campanum (cf. Ƨ˥ΙПV upils), ut VПΠΙΙƧ · ΒΕⱵⱵΕϹΙ[Ι]Ƨ (úppiis helleviis, n. 2749 lin. 4) = *Oppius Hellevius* (Minervini in *Bullett. arch. nap.* nv. sr. V 101).

VПDΙVM (upriuś), nomen dei cuiusdam (Hyperion?), in etrusco speculo n. 2142 (cf. *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1847 pg. 117 sg., Gerhard *Ueb. die gotth. der Etr.* anm. 45).

ƧПV (ups), *operavit* (fecit), pro ЯƎƧ1V (upsed), in titulo samnit. n. 2885 (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 306, Huschke *Die osk.* etc. s. 154, Garrucci in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pg. 26).

ИИƧПV (úpsan). Vide ꟽИИИИƧПV (úpsannam), quod sequitur.

ꟽИИИИƧПV (úpsannam), *operandam*, gerund. (f. acc. sg. 1 decl.), pro upsandam, sicut [ꟽV]ИИИƧПV (upsannúm) = *operandum*, e rad. -ПV (úp-), sanscr. âp (adipisci), apud Samnites (Mommsen *Die unterit. dial.* s. 306 sq., Aufr. et Kirch. I 70, 87, II 65, 315), Minervini et Quaranta in *Mem. dell'Acad. Ercol.* VII append. pgg. 7, 100, Huschke *Die osk.* etc. s. 177, Corssen et Bugge in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 23, V 5 sq.). Vide ЯƎƧПV (upsed) = *operavit*, et ƧИƎƧПVV (uupsens) = ΟΥΠΣΕΝΣ h. e. *operaverunt*. In titulis samnit.: ЯƎЯƎЯ ꟽИИИИƧПV (úpsannam deded, n. 2791, 2873 bis) et ЯƎЯƎЯ ИИƧПV (úpsan deded, n. 2786) = *operandam dedit.*

[ꟽV]ИИИƧПV (upsannúm), *operandum*, gerund. (m. acc. sg. 2 decl.). Vide ꟽИИИИƧПV (úpsannam). In titulo

Bovian. n. 2872: [ꟻИƎЯƎЯ · ꟿV]ИИNꟻПV · ꟿVꓘTƧƎП (pestlúm upsannúm dedens) = —*um faciendum dederunt* (cf. Corssen in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* XI 363 sqq.).

ЯƎꟻПV (úpsed) et ЯƎꟻПV (upsed), *operavit* (fecit), perf. indic. 3 pers. sg. (3 pl. ꟻИƎꟻПVV uupsens et ΟΥΠΣΕΝΣ), minus recte ꟻƎꟻПY (upsev), e rad. -ПV (úp-) vel -ПV (up-), apud Samnites (Avellin. in *Mem. dell'Acad. Ercol.* V 21 et in *Bullett. arch. nap.* II 98, III 12, Mommsen *Die unterit. dial.* s. 306 sq., Orioli in *Giorn. arcad.* CXX 235, Minervini in *Bullett.* cit. nv. sr. III 119, Huschke *Die osk. und sab. sprachd.* s. 144, Ebel in *Zeitschr. f. vergl. sprachf.* II 58). Inscr. n. 2877: ꓘЯƎꟻПV · ƎITIƎ | ЯNƎVꟻ · ꓘП · ƎЯ · ꓘП (pk de pk suvad eítiv upsed..) = *Pacius Decius Pacii* filius *suâ pecuniâ operavit* (fecit). Alia inscr. Bovian. n. 2873: · ꟿVЯIꟻƎ · ЯƎꟻПV · ꓘNꓘ[Ǝ] .... · T · ꟻIꟻNTꟻ · T ЯƎTTN8VᗡП (t. staíís t. ... ekak úpsed esidum prúfatted) = *Titus Staius Titi* filius ... *hanc fecit, idemque probavit* (Minervini in *Bullett.* cit. nv. sr. VI 190; cf. Corssen in *Zeitschr.* cit. XI 329). Alia inscr. n. 2818: ꟻƎꟻПY | ꟻYᗡ8ꟻИƎꟼIƎB (heirens frus upsev) = *Herennius Frons fecit* (Minervini in *Bullett.* cit. nv. sr. III 118 sg., Fiorelli *Monum. epigr. Pomp.* pg. 12 = xxxvi).

ꟻƎꟻПY (upsev), *operavit* (fecit), in titulo Pomp. n. 2818, pro ЯƎꟻПV (upsed), quod vide.

ꟿIꟻПV (úpsim), *obsum*, indic. praes. 1 pers. sg., compositum e praep. ПV (úp) = *ob* et ꟿIꟻ (sim) = *sum*, apud Samnites, in tegula Cumana n. 2763 bis (cf. G. Garrucc. *Tegulo cumano* etc. pgg. 1-10).

ꟻVꟼV (upus), *Opius* (Oppius), n. pr. m. etr., ut ꟻVꟼV : ꓘƎꟻ (vel upus, n. 790) = *Velius Oppius.*

-ᗡV (ur-), recentiori orthographia OR-, radix umbrica, rom. *oriri* (cf. adverb. sanscr. âvis', *palam, manifesto*), in particip. perf. pass. V+ᗡV (urtu) = ORTO et ORTVM = *ortum*, ƧAꓕᗡV (urtas) = *ortae*, et ƧƎꓕᗡV (urtes) = *ortis.*

ꟼV (ur), *Urius* (?), gentil. etr. (cf. ꓘAIꟼV urial et MAIꟼV urias'), ut ...ꟼV · VA (au ur...) = *Aulus Urius*, in operculo ossuarii Perus. n. 1506 (cf. Conestab. *Monum. del Palazz.* pg. 136).

AᗡV (ura), *—â*, subst. f. abl. sg. 1 decl., apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 111, 154, II 317), in tab. eugub. Va 5. Ad gr. ὤρα = *cura* trahit Huschkius (*Die iguv. taf.* s. 454). Cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 7, VIII 22.

AꟻƎAꟼꟻ (vraeva), *—â*, n. pr. f. abl. sg., in titulo Clus. n. 687 bis *b*.

VꓘAᗡV (uraku), in tab. eugub. Va 5. Vide AᗡV (ura) et Vꓘ (ku) pro ꟿVꓘ (kum) = *cum.*

ƎИAꟼV (urane), quod legitur in marm. Perus. n. 1933 lin. 7, Lanzio II 511 = 436 et Vermigliolio *Inscr. per.* pg. 137 est dea *Urania* = ИAᗡVT (turan) h. e. *Venus.*

ꓘAIƧAꟼꟻ (vrasial), *Urasiâ*, nomen mulieris etr. (abl. sg.), in titulo Perus. n. 1322.

VRBA, Liguriae oppidum (Claud. *De bell. get.* vs. 555), cuius incolae Urbani (Murat. 2099, 8), ad Urbim fluvium. Vide VRBIS.

VRBANA, oppidum Campaniae (*Tab. Peuting.* segm. V*f* « Urbanis »), colonia Syllana (Plin. XIV, 8, 3).

VRBANATES, populi Italiae superioris, apud Plin. III, xx, 2.

§ 2. Urbanates cognomine Metaurenses (Plin. III, xix, 2), incolae oppidi umbrici, quod nunc *Urbania*. Vide VRVINVM § 1.

§ 3. Urbanates cognomine Hortenses (Plin. III, xix, 2). Vide VRVINVM § 2.

VRBANILLA, diminut. Urbanae. Est cognomen rom. in titulo apud Fabr. cap. iv n. xxxi pg. 306.

VRBINVM. Vide VRVINVM.

VRBIS, nunc *Orbe*, fluvius Liguriae, a quo Urba oppidum vocitatum. Claudian. *De bello get.* vs. 554 sq.:

« Ligurum regione suprema
Pervenit ad fluvium (miri cognominis) Urbem ».

VRBISALVIA et Urbesalvia, Οὐρβισαλούΐα (Ptol. III 1 codd. Οὔρβα σαλουία, ΟὐρσαβαλούΪα, Οὔρσα βαλουΐα, Οὔρσα βαλούια, Οὔρβα σαλουΐα, Οὔρβα σαλοουΐα), nunc *Urbisaglia*, urbs Piceni (inscr. apud Henzen n. 7053; Antonini *itiner.* pg. 316 « Urbe Salvia »; *Tab. Peuting.* segm. IV*f* « Urbesalvia »), olim Pollentia dicta. Plin. III, xviii, 2: « Urbesalvia Pollentini ». In laterc. vig. rom. apud Kellermann: L · RAECIVS SALVIANVS VRBESAL.. (n. 101 col. 2 lin. 13), C · SALVIVS APER VRBESAL (n. 101*a* col. 4 lin. 13), C·OCTAVIVS CLEMENS [VR]BESAL (ibid. lin. 54), et ... OFILIVS · Q · F · VEL · PROCVLVS · VRB · SAL (n. 102 col. 1 lin. 16). — Eius incolae Urbisalvienses (inscr. apud Henzen n. 5124). Frontin. *De col.* pg. 226: « Ager Urbis Salviensis limitibus maritimis et montanis lege triumvirale. et loca hereditaria eius populus accepit ». Inscr. apud Orell. n. 1870: DIS DEA|BVSQ | VRBISALVI|ENSIBVS | T · FLAVIVS | MAXIMVS | PROC·AVG | AB ORIENT | DONVM MISIT.

VRGO, Ὀργὼν (Steph. Byz.), insula maris Etrusci (Plin. II, xii 2, Mela II, vii 19, Mart. Capell. § 644 pg. 526), quae Gorgon serius dicta est (Rutil. *Itin.* I, 515), nunc *Gorgona*. Cf. Urgitanus finis (Plin. III, ii, 1), ab Urci, gr. Οὔρκη (Ptol. II, 6), Hispaniae oppido (Plin. III, iv, 2).

ꟻƎᗡV (ures), vitiose in tab. eugub. IV 33 pro ꟻƎꓕᗡV (urtes), quod vide.

VꓕƎꟼV (uretu), *oleto* (adoleto?, urito?), imperat. 3 pers. sg., e rad. -ꟼV (ur-), rom. *ol-ere*, apud Umbros (Lanzi I 290 = 224, Grotefend *Rud. l. u.* VII 30, 35, Aufr. et Kirch. I 47, 85, 142, II 369, 377,

Huschke *Die iguv. taf.* s. 401), in tabula eugub. III 12, IV 30.


ꓤ+ƎBᗡV (urfeta), *orbitam*, subst. f. acc. sg. 1 decl., pro urfetam, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 40, 53, 91, II 349, Huschke *Die iguv. taf.* s. 336, 610). Tab. eugub. IIb 23: V+ƎBꓤ⊗ : ƎƆVИꓤM : ꓤ+ƎBᗡV (urfeta manuve habetu) = *orbitam in manu habeto.* Alii aliter interpretantur (cf. Grotefend *Rud. l. u.* VII 17 et Knötel in *Zeitschr. f. die wissensch.* X = 1852 s. 120).

?IꟼIOꓷꟼƎ (vrthiri), in lapide Urbevet. n. 2045.

VRIA seu Hyria vel Hyrium, Ὄυρειον (Strab. VI, III, 9) et Ὕριον (Ptol. III, 1), Apuliae urbs (Plin. III, XVI 4), nunc *Rodi*, ad radices Gargani montis. Strab. loc. cit.: *πρόκειται δὲ τοῦ κόλπου τούτου πελάγιον ἀκρωτήριον ἐπὶ τριακοσίους ἀνατεῖνον σταδίους πρὸς τὰς ἀνατολάς, τὸ Γάργανον, κάμπτοντι δὲ τὴν ἄκραν πολισμάτιον Οὔρειον, καὶ πρὸ τῆς ἄκρας αἱ Διομήδειαι νῆσοι.* Dionys. *Perieg.* vs. 378 sqq.:


> *Ἑξείης δ' ἐπὶ τοῖσι Καλαβρίδος ἤθεα γαίης,*
> *φῦλά τ' Ἰηπύγων τετανυσμένα μέσφ' Ὑρίοιο*
> *παραλίης, Ὑρίου, πόθι σύρεται Ἀδριὰς ἅλμη*
> *πόντον ἐς ἀγχίπορον Ἀκυλήιον.*

Et Prisc. *Perieg.* vs. 372: « Usque Hyrii summam sed tendit Iapygis ora ». — Eius oppidi incolae Urites (Liv. XLII, 48), gr. Ὑριατῖνοι dicuntur, in numis




n. 2940 ΥΡΙΑΤΙΝΩΝ. — Sinus Urias, continuo Apulo litore incinctus, modicus spatio, pleraque asper accessu, memoratur a Mela II, IV, 7. — Uritinus est cognomen rom., ut L. Cornelius Ser. f. P. n. Maluginesis VR[itin.] in fast. cons. (Borghesi I 13 sgg.; cf. Acta triumph. Capit. apud Mommsen pg. 454), quem Λεύκιον Κορνήλιον Κουριτῖνον appellat Diodorus Sic. XI 86.

§ 2. Ὑρία (Herodot. IV 99, VII 170, Appian. *De bell. civ.* V 58) et Οὐρία (Strab. VI, III 6), Iapigiae mediterr. oppidum, nunc *Oria*, a Cretensibus conditum (Steph. Byz. s. v. Ὑρία), in numis n. 2977 ORRA. Strab.



VI, III, 6: Ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ μέσῳ Οὐρία (codd. Θυρέαι, Θυραῖαι, Θυραῖοι), ἐν ᾗ βασίλειον ἔτι δείκνυται τῶν δυνατῶν τινος, εἰρηκότος δ' Ἡροδότου [VII, 170] Ὑρίαν (codd. Οὐρίαν) εἶναι ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ, κτίσμα Κρητῶν τῶν πλανηθέντων ἐκ τοῦ Μίνω στόλου τοῦ εἰς Σικελίαν, ἤτοι αὐτὴν δεῖ δέχεσθαι ἢ τὸ Οὐερητόν. Steph. Byz.: Ἔστιν Ὑρία πρὸς τῇ Ἰαπυγίᾳ. — Uritanus, gr. Ὑριεύς (Steph. Byz.) vel Οὐριτανος, adiect. ad Uriam pertinens, ut ager Uritanus (Frontin. *De col.* pg. 264; cf. *De limit.* pg. 29), τὴν Οὐριτανὴν χώραν (Appian. *De bell. civ.* I, 89).

§ 3. *Uria* vel *Hyrina*, Campaniae oppidum? (1), cui fortasse pertinent numi n. 2831 cum inscr. ꓤИIᗡV (úrina), ꓤИIꓘY (YPINA), YDIETES et ΥΡΙΑΝΟΣ



(Sambon *Rech. sur les anciennes monnaies* pg. 43), quos alii tribuunt Uriae Apuliae (Eckhel *Doctr. num. vet.* I 141). Vide etiam numum cum inscr. VRIANO et SVESANO in *Bullett. dell'Inst. arch.* an. 1860 pg. 133.

⅃ꓤIꟼV (urial), *Uriâ*, n. pr. f. abl. sg. (genit. MꓤIꟼV uriaś), in titulo Perus. n. 1885.

ΥΡΙΑΝΟΣ, in numo n. 2831 *c*. Vide VRIA § 3.

MꓤIꟼV (uriaś), *Uriae*, n. pr. f. genit. sg. (abl. ⅃ꓤIꟼV urial), apud Etruscos. Urna Clusina n. 485 bis *a*: MꓤIꟼV : O⅃ : IƎИIꓤƆ : Oꓤ (ath cainei lth uriaś) = *Attia Cainnia Lartis* filia *Uriae* nata, sive *Orii* uxor (Conestab. in *Arch. stor. ital.* nv. sr. X, I 110).

VDIETES, in numo n. 2831 *b*. Vide VRIA § 3.

ꓤИIꟼV (YPINA), in numis n. 2831 *a*. Vide VRIA § 3.

VRINAL, *matula* (ital. *urinale*), gr. οὐροδοχεῖον, in gloss. apud Labb.

ꓤ+ꓤИIᗡV (urinata), *Urinatia*, n. pr. f. = I+ꓤИIꟼV (urinati), unde ⅃ꓤ٢ꓤИIꟼV (urinatal) = VRINATIAL, apud Etruscos. In urna Clus. n. 534 bis *k*: ꓤ+ꓤИIᗡVꓤ⊀ꟼꓤ⅃ (larza urinata) = *Lartia Urinatia.*

⅃ꓤ٢ꓤИIꟼV (urinatal), *Urinatiâ*, nomen mulieris etr. (abl. sg.), pro VRINATIAL, ab ꓤ+ꓤИIᗡV (urinata) = I+ꓤИIꟼV (urinati). Operc. ossuarii Perus. n. 1321: ⅃ꓤ٢ꓤИIꟼV · ꟼꓤ · ꓤИꟼVƧ · ꟼꓤ (ar surna ar urinatal) = *Arrius Surinna Arrii* filius *Urinatiâ* natus.

Ǝ+ꓤИIꟼV (urinate), *Urinatius*, gentilitium etr. (genit. ƧƎ+ꓤИIꟼV urinates), unde ꓤ+ꓤИIᗡV (urinata) = I+ꓤИIꟼV (urinati) et ꓤƧƎ+ꓤИIꟼV (urinatesa), fortasse ab oppido ꓤИIꟼV (úrina) et suff. at (Lanzi I 326 = 253, II 349 = 278 ad n. 26). In titulis sepulcr.: Ǝ+ꓤИIꟼV · OИꟼꓤ (arnth urinate, n. 245, 534 bis *e*) = *Aruns Urinatius;* Ǝ+ꓤИIꟼV : O⅃ (lth urinate, n. 534 bis *a*, *b*, *c*) et Ǝ+ꓤИIЯV : ᗡꓤ⅃ (lar urinate, n. 534 bis *d*) =

(1) Sambon *Recherches* etc. pg. 43: « *L'opinion la plus accréditée et peut-être la mieux fondée est celle des auteurs qui voient dans la légende des monnaies d'Hyrina un ancien nom de Salerne. Et en effet, le petit fleuve qui arrose le territoire de cette ville est dit encore aujourd'hui* Irno ».

Lars Urinatius. Cf. inscr. etr. n. 2574 ter Ƨ:ƎΓ AИIOVꓶ:ꓶ (Conestab. *Spicil. sec.* pg. 9).

§ 2. *Urinatii,* genit. sg. pro ƧƎ+AИIꟼV (urinates), in ossuario etr. n. 437.

MƎ+AИIꟼV (urinateś) et ƧƎ+AИIꟼV (urinates), *Urinatii,* n. pr. m. genit. sg. (vide Ǝ+AИIꟼV urinate), in titulis sepulcr. n. 534 bis*c*, 2428.

AƧƎ+AИIꟼV (urinatesa), *Urinatii uxor*, cognomen mulieris etruscae, ab Ǝ+AИIꟼV (urinate) = *Urinatius.* In ossuariis Clusinis: AƧƎ+AИIꟼV : IOИꓶƎꟻ (velnthi urinatesa, n. 534 bis*f*) = *Veltinia Urinatii uxor;* AƧƎ+AИIꟼV : IƎИ+VꓶƎM : I+I+ : IOꟼAꓶ (larthi titi melutnei urinatesa, n. 534 bis*g*) = *Lartia Titia Melutinia Urinatii uxor;* AƧƎ+AИIꟼYꓶ : IꓶƎΘ : AO (tha heli [u]rinatesa, n. 534 bis*h*) = *Tannia Helia Urinatii uxor;* et AƧƎ+AИIꟼV : IƎИIꟼꟻƎO : AИAO (thana theprinei urinatesa, n. 534 bis*i*) = *Tannia Tiberinia Urinatii uxor.*

ƧƧƎꓱAИIOV (urinatess), *Urinatii,* n. pr. m. genit. sg., in titulo Viterb. n. 2080. Vide Ǝ+AИIꟼV (urinate).

I+AИIꟼV (urinati), *Urinatia*, familia etr., perperam I+AИꟼV (urnati) in titulo Perus. n. 1301, = AΓAИIOV (urinata), unde ꓶAΓAИIꟼV (urinatal) = VRINATIAL (vide Ǝ+AИIꟼV urinate), ut I+AИIꟼV AИAO (thana urinati, n. 534 bis*l*, 1883) et I+AИIꟼV : AꓱИ:AO (tha[ni]a urinati, n. 534 bis*m*) = *Tannia Urinatia;* ITAИIꟼV · AITИꟻAꟼ (ravntza urinati, n. 343) = *Aruntia Urinatia;* I+AИIꟼV I+ꟼAꓶ (larti urinati, n. 1884) = *Lartia Urinatia.*

VRINATIAL, *Urinatiá*, nomen mulieris etruscae, ab I+AИIꟼV (urinati), ut DANA TIDI VRINATIAL = *Tannia Titia Urinatiá* nata, in tegula sepulcrali n. 282.

?IVIDV (uriui), *Uria* (?), n. pr. f. in titulo Viterb. n. 2075. Vide ꓶAIꟼV (urial) et MAIꟼV (uriaś).

AИOV (urna), apud Umbros. Vide vocc. sqq.

VOAIƧAИOV (urnasiaru), *urnariorum*, subst. f. genit. sg. 1 decl. pro urnasiarum (abl. pl. OƎIƧAИOV urnasier), ab urnasia = *urnarium*, quod ab urna et suff. asio, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 94, 103, 114, 163, II 312 sqq., 366; cf. Maffei *Osserv. lett.* VI 71, Lanzi I 322 = 249, II 694 = 602, 840 = 749, Müller *Die Etr.* I 56 anm. 124, Grotefend *Rud. l. u.* III 6, IV 26, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 26, et Huschke *Die iguv. taf.* s. 395, 450), in tab. eugub. III 3.

OƎIƧAИOV (urnasier), *urnariis*, subst. f. abl. pl. 1 decl. (genit. pl. VOAIƧAИOV urnasiaru); apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 104, 106, 114, II 312 sq., 366; cf. Lanzi II 702 = 610, Grotefend *Rud. l. u.* IV 25, VII 7, Zeyss *De subst. umbr. decl.* § 29 et nt. 25, 29, Huschke *Die iguv. taf.* s. 450), in tab. eugub. Va 2 et 15.

?I+AИꟼV (urnati), *Urinatia*, n. mulier. etr., pro I+AИIꟼV (urinati), ut MV⊭Ǝꟼ · I+AИꟼV (urnati rezuś, n. 1301) = *Urinatia Resii* uxor.


VRPEX, *irpex*, apud Cat. *De r. r.* cap. 10.

VRPS, *urbs*, apud antiquos (Cassiod. pg. 2291 P. cit. ad voc. TRAPS = *trabs*), in cod. Cic. *De rep.* II 5, III 31 (Du Rieu *Schedae vaticanae* pgg. 91, 121). Plautus *Amph.* prol. vs. 97 (ed. Fleckeisen): « Haec urps est Thebae ».

?MOV (urś), in aere etr. n. 2610 bis.

ƎИOƎƧOV (urséthne), in titulo etr. n. 2092.

VRSENTVM, Lucaniae (1) oppidum, ad Laum fluvium, cuius incolae Ursentini (Plin. III, xv, 3), in numis n. 2911 ΟΡΣΑΝΤΙΝΩΝ.



VRSILLA, diminut. *ursae.* Est cognomen rom., in titulis apud Donat. 352 1, et Mommsen n. 505, 3364, 5822.

VRSIO -onis, diminut. *ursi.* Est cognomen rom. apud Murat. 518, 1.

ƎƆƧOV (ursce), in sepulcro Tarquin. (inscr. n. 2300).

IИIMƧOV (ursmini), *—ius*, gentil. etr. in urna Volsin. n. 2095 quat. *a.*

ƎꓕƧOV (urste), Ὀρέστης (Orestes), pro uruste = ƎOƧVOV (urusthe), Agamemnonis filius ex Clytemnestra, in urna Volaterr. n. 305 (ƎꓕƧOV:ƎꓕƧOV) et in lapide n. 2514 bis (ꓕƧOV : ƎꓕƧOV).

§ 2. Ǝ+ƧꟼV, fortasse cognomen etr. (?), in titulo n. 469 (cf. Lanzi II 520 = 443). Cf. ITƧꟼV (ursti), quod sequitur.

?ITƧꟼV (ursti), in titulo Clus. n. 562 bis*c.* Cf. Ǝ+ƧꟼV (urste).

VRSVLVS et Ursula, diminut. *ursi* et *ursae*, cognom. rom. (Auson. *Epist.* XVIII 25), in titulis apud Grut., Murat., Mommsen cet.

ƧAꓕOV (urtas), *ortae*, adiect. f. nominat. pl. 1 decl. (abl. pl. ƧƎꓕOV urtes), e particip. perf. pass. urto = *orto* (ORTOM = *ortum*), quod e rad. -OV (ur-), recentiori orthogr. OR-, rom. *or-iri*, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 49, 104, 106, 113, 147, II 366 sqq., Huschke *Die iguv. taf.* s. 397, 611), in tab. eugub. III 10 (cf. Lanzi II 840 = 749 et Grotefend *Rud. l. u.* IV 25).

ƧƎꓕOV (urtes), *ortis*, adiect. f. abl. pl. 1 decl., e particip. perf. pass. urto = *orto*, Umbrorum linguâ (Aufr. et Kirch. I 114, II 366 sq., 378), in tab. eugub. III 4, IV 33. Vide ƧAꓕOV (urtas) et V+OV (urtu).

(1) Sambon *Rech. sur les anc. monnaies* pg. 180: *Parmi les géographes modernes auxquels nous sommes redevables d'une description de la Lucanie, les uns guidés par l'analogie de noms prétendent reconnaître dans la moderne* Orsomastro, *située sur le fleuve Laïno, l'ancienne métropole des Ursentins* (Cluverius et Cellarius), *les autres, pour ne pas déroger à l'ordre suivi par Pline dans l'énumération des peuplades de cette contrée, placent* Ursentum *dans les rives du Silaro* (Antonini, Gatta, etc.).

V+ᗡV (urtu), *ortum?*, particip. perf. pass., recentiori orthogr. ORTV = ORTOM, apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, II 380) in tab. eugub. IIa 4. Vide ƧꓯꟼᗡV (urtas) = *ortae*.

VRTVS, *virtus*, in numo arg. Theodosii sec. imperat. apud Mionnet *Méd. rom.* II 362 et Sabatier *Monnaies Byzant.* I 117 n. 22 (VRTVS ROMANORVM).

VᗡV (VRV), —*o* vel —*um*, fortasse adiect. sive pronom. abl. vel acc. sg. 2 decl. (abl. fem. ꓯᗡV ura), apud Umbros (Aufr. et Kirch. I 53, II 258), in tab. eugub. Ib 18 et VIb 55. Cf. Huschke *Die iguv. taf.* s. 243 (uru = *eius*).

